This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

M. T. CICERONIS
OPERVM
TOMVS XI.

ORATIONES

DE PROVINCIIS CONSVLARIBVS
PRO L. CORNELIO BALBO
IN L. CALPVRNIVM PISONEM.

Digitized by Google

OCT
17
1883

Digitized by Google

M. T. CICERONIS
ORATIONES
EX RECENSIONE IO. GEORGII GRÆVII
CUM Q. ASCONIO PEDIANO ANONYMO SCHOLIASTE
CUM NOTIS VARIORUM

Editio novissima post Grævianam locupletior.

TOMUS IX.

Interpretum nomina pagina v. dabit.

NEAPOLI MDCCLXXXVIII.

Typis, ac sumtibus IOSEPH MARIÆ PORCELLI Bibliopolæ & Typographi Regiæ Academiæ Militaris.

AUCTORITATE PUBLICA.

Digitized by Google

5292
OCT
17
1883

Digitized by Google

Adnotationes, quas ad hoc Orationum volumen suis præmisit Grævius.

Integræ

DIONYSII LAMBINI, PAVLLI MANVTII, FVLVII VRSINI, ad omnes.
Q. ASCONII PEDIANI ad orat. in Pisonem.
GABRIELIS FÆRNI ad eamdem.
FRANCISCI HOTTOMANNI ad orationes de Provinciis, et in Pisonem.

Selectæ

IANI GRVTERI, NICOLAI ABRAMII, et aliorum ad omnes.

IN NOVA HAC EDITIONE ADIECTÆ

M. ANTONII FERRATII, IACOBI GRONOVII, ISAACI VERBVRGII, IOSEPHI OLIVETI, NICOLAI LALLEMANDI ad omnes, et FRONTONIS DVCÆI ad orat. de Provinciis selectæ.
Quædam item ALEXII SYMMACHI MAZOCHII ad orat. pro Balbo, ex ejus Comm. ad Tabb. Heracl.
GASPARIS GARATONII nunc primum editæ.

Complures Abramii inter Manutianas collocatæ sunt; ne Tullii verba subjectis obruerentur.

Accedit ad calcem

M. ANTONII FERRATII Epistola de lege Ælia, et Fusia.

Digitized by Google

M. T. CICERONIS DE PROVINCIIS CONSVLARIBVS.

ORATIO TRICESIMA QUINTA.

ARGVMENTVM FR. HOTTOMANNI.

HAbetur hæc oratio in Senatu, Cn. Lentulo, L. Philippo Coss. cum M. Tullius rogatus esset sententiam de provinciis futuris Consularibus decernendis. Decernit autem

De provinciis) *Provinciæ* regiones erant extra Italiam, ita populi Romani imperio subjectæ, ut & magistratibus, qui ad eas administrandas mittebantur, parerent, & eædem stipendiariæ ac vectigales essent. Itaque in eas semper cum Prætore, qui jus dicebat, Quæstor, qui stipendia & vectigalia exigeret, mittebatur. Porro *redigere in formam Provinciæ*, est incolis & leges suas, & juris dicendi potestatem adimere, magistratus in eas cum imperio mittere, & in singulos annos vectigal imponere. Critognatus apud Cæsarem: *Respicite finitimam Galliam, quæ in provinciæ formam redacta, jure & legibus commutatis, securibus subjecta perpetua premitur servitute.* HOTTOM. *De provinciis consularibus*) Provinciæ eædem modo Consulares fuerunt, modo Prætoriæ, ad Senatus arbitratum. Consulares dictæ fuerunt cum eas Proconsules, aut etiam, quod non raro contigit, Consules; Prætoriæ, cum Prætores obtinebant. De Consularibus oratione pro domo sua cap. 9. Idem etiam juris in decernendis prætoriis Senatus obtinebat, nisi quod Consularibus intercedere non poterant Tribuni plebis: poterant autem Prætoriis, ut infra dicetur. Porro nihil aliud Senatus decernebat, quam ut Consules Proconsulesve eas provincias obtinerent, non autem suam singulis assignabat provinciam, sed Consulum arbitrio relinquebat, ut sortirentur, vel inter se compararent. Exempla vide apud Brissonium libro 2. Formularum. Vnum illud ab eo prætermissum ex Livii libro 33. suffecerit: *Luc. Valerius Flaccus, & M. Porcius quo die Consulatum inierunt, de provinciis cum ad Senatum retulissent, Patres censuerunt, cum in Hispania tantum glisceret bellum, ut jam Consulari & Duce & exercitu opus esset, placere, Consules Hispaniam citeriorem, & Italiam provincias aut comparare inter se, aut sortiri, utri Hispania provincia evenisset, eum duas legiones, & quinque millia Socium Latini nominis & quingentos equites secum portare, & naves longas viginti ducere. Alter Consulum duas legiones scriberet, his Galliam provinciam obtineri satis esse.* Quibus habes non pau-

tem Syriam, in qua Gabinius, et Macedoniam, in qua Piso imperium tenebant. Provinciarum autem duplex divisio est. Nam stante republica aliæ Consulares, aliæ Prætoriæ fuerunt. Imperio constituto, aliæ populi Romani, aliæ Cæsaris factæ sunt. Consulares erant, quæ ab iis, qui Consulatum gesserant, imperio Consulari, id est, XII. lictoribus, et fascibus obtinebantur. Prætoriæ fuerunt, quas, qui Prætores in urbe anno proximo fuerant, Prætorio imperio obtinebant. Neque enim certæ fuerunt provinciæ, in quas semper viri Consulares, et aliæ, in quas semper Prætorii mitterentur, sed ex magistratuum, qui eas obtinebant, nomine nomen sumebant. Vtræque autem provinciæ in Senatus quidem potestate fuerunt, sed dissimilis in iis decernendis illius potestas fuit. Nam lege Sempronia utræque a Senatu decernebantur, sed Consulares et Consulibus anno proximo futuris ante comitia mandabantur, ut eas post menses demum XVII. obtinerent, et in Senatus potestate sic erant, ut Tribuni pl. intercedere decretis, quæ de iis fecerat, non possent, et in incertum tempus, quamdiu scilicet Senatus non alios submitteret, obtinerentur. Prætoriæ vero Prætoribus anni præsentis mandabantur, ut eas proximis Kalend. Januarii deposita Pratura statim obtinerent. In populi autem

pauca, quæ magnam huic orationi lucem adferre possint. Primo, ut jam dictum, provincias Consulares esse decernebat, non easdem semper, sed modo hanc modo illam, prout ratio bellorum & temporum exigebat. 2. Addebat Senatusconsultis, ut Consules eas inter se vel sortirentur, vel communi consensu compararent, id est, convenirent inter se, uter utram obtineret. 3. Provincias, ne locus ambitioni daretur, aut gratiæ, ante sortitionem aut comparationem, dum adhuc incertum erat utra utri obveniret, militibus, cæterisque, quantum satis erat, instruebat. Aliquando tamen alteri Consulum altera provincia decernebatur extra sortem. Sic Decio ad populum provocante: *Nec minore populi consensu, quam Senatus, provincia Etruria extra sortem Fabio decreta est*; ut Plinius libro decimo testatur. Sed id extra ordinem, ut Decius merito quereretur, *omnes ante se Consules sortitos provincias esse: nunc extra sortem Senatum Fabio provinciam dare*. Alias enim si quid hujusmodi obtigisset, id Senatus bona Consulum venia faciebat. Idem Livius lib. 8. *Collega additus Corvino M. Attilius Regulus. Et ne forte erraretur, petitum ab Consulibus, ut extra sortem Corvini ea provincia esset*. Vide & lib. 43., cap. 12. ABRAM.

tem potestate idcirco erant, quia Tribuni pl. decreto a Senatu de iis facto intercedere poterant, et annuo tantum imperio obtinebantur. Ius quoque Senatui fuit, quæ provinciæ Consulares erant, eas Prætorias facere, hoc est anni præsentis Prætoribus mandare: qua mutatione simul illæ provinciæ e potestate Senatus in populi potestatem transibant.

Argumentum Fr. Fabritii.

Hanc orationem dixit M. Tullius annos L. natus, Cn. Lentulo Marcellino, et L. Marcio Philippo Coss. anno ab V. C. DCXCVII. *quod cum ex ipsa oratione cognoscitur, tum ab Asconio aperte in oratione in Pisonem scribitur.*

C. Sempronius Gracchus Tribunus pl. per biennium fuit, Q. Metello, T. Flaminino, et Cn. Domitio, C. Fannio Coss. Quo tempore inter ceteras leges, quæ et ab eo latæ, et ab ejus nomine Semproniæ appellatæ sunt, tulit unam de provinciis; in qua sanxit, ut provincias Consulares quotannis constitui per Senatum necesse esset, auctore Cicerone pro Domo. Itaque Senatus quotannis ante comitia Consularia (quæ fere a. d. VII. *Kal. Sext. habebantur, ut Asconius in Verrinam 2. scribit, et M. T. epist. 13. lib. 2. ad Att. significat) ex omni provinciarum numero duas eligere solebat, quas futuris Consulibus decerneret, quæ idcirco etiam Consulares vocabantur. Atque hoc non solum in hac oratione perspicue indicatur; verum etiam a Sallustio de bello Iugurthino ita scribitur:* Sed ubi Senatus delicti conscientia populum timet, lege Sempronia provinciæ futuris Coss. Numidia, atque Italia decretæ. *Eodem pertinent hæc Suetonii verba in Iulio:* Eamdem ob causam opera ab optimatibus data est, ut provinciæ futuris Coss. minimi negotii, id est silvæ, callesque decernerentur. *Quare, cum Ciceronis salutem L. Calpurnius Piso Cæsoninus, et A. Gabinius Coss. biennio ante P. Clodio Tribuno pl. pactione*

Digitized by Google

provinciarum vendidissent, ipse reversus ab exsilio anno superiore P. Lentulo, et Q. Metello Coss. quod tum in concione cum populo Romano gratias ageret, dixerat, se mercatores provinciarum ulturum revocando eos domum, id hoc anno fecit. Nam, cum in Senatu provinciæ Consulares lege Sempronia decernendæ essent, de quatuor provinciis sententiæ dictæ fuerunt, de Syria, Macedonia, et duabus Galliis. Has C. Iulius Cæsar, Macedoniam Piso, Syriam Gabinius obtinebat. M. autem Cicero rogatus sententiam hanc orationem habuit: in qua suadet, ut Syria, et Macedonia futuris Coss. decernantur, et Galliæ Cæsari non adimantur. Est igitur oratio generis deliberativi, quia sententiæ dictionem habet: in qua omnia ad utilitatem referenda esse, Orator ipse in Partitionibus oratoriis docet, et Aristot. lib. 1. Rhet. scribit: τελος τῳ συμβυλευοντι τα συμφερον, και βλαβερον, *id est*, Suadentis finis est utilitas, et detrimentum. *Sunt autem hujus suasionis duo capita, sive* κεφαλαια: *unum de revocandis e Macedonia, et Syria Pisone, et Gabinio, eo quod homines improbi sint, ac suis provinciis scelerate, infeliciterque præfuerint. Alterum caput est de Cæsare in Galliis retinendo, quod multis victoriis imperium populi Romani amplificaverit, necdum tamen bellum gravissimum confecerit, quod ille omnium maxime conficere possit. Erant multi in Senatu, qui, cum scirent Clodium fuisse in Ciceronem a Cæsare incitatum, et armatum, mirabantur, Ciceronem jam sua sententia ornare Cæsarem. Quapropter Orator, ne parum constans in inimicitiis suscipiendis, et deponendis judicaretur, tam in principio secundi capitis, quam in extrema oratione, se, suumque factum defendit; ac primum se hæc reipublicæ causa, auctore etiam Senatu, facere docet. Deinde affert causas, cur Cæsari inimicus esse non debeat, cur ab eo dissenserit, et quibus denique rebus adductus cum eodem in gratiam redierit, eumque jam defendat.*

AR-

Digitized by Google

ARGVMENTVM P. MANVTII.

C. Sempronius Gracchus, Tiberii frater, in tribunatu legem tulit, ut provinciæ Consulares a Senatu quotannis decernerentur, et annua tantum esset earum administratio. Ex ea lege Cn. Cornelius Lentulus Marcellinus, L. Philippus Marcius Consules retulerunt ad Senatum de provinciis Consularibus decernendis: eæ tum quattuor erant, de quibus variæ sententiæ dictæ sunt, Macedonia, cui L. Piso, Syria, cui A. Gabinius, Galliæ duæ, quibus conjunctis cum imperio præerat C. Cæsar. Qui ante Ciceronem sententiam dixere, id omnes, excepto P. Servilio, spectabant, ut Cæsari, quem pessime oderant, vel omnino totum auferretur imperium, adempta utraque Gallia, vel certe, ulteriore, aut citeriore detracta, minueretur. Contradixit Cicero sententiam rogatus: de Cæsare magnas res gerente, proposita reipublicæ utilitate, nihil mutandum censuit: Pisonem autem, et Gabinium, quandoquidem non modo laude dignum nihil gererent, sed etiam provincias avare, crudeliter, superbe administrarent, esse revocandos. Itum est in ejus, et P. Servilii sententiam: revocati Piso, et Gabinius rediere in urbem, ille Pompejo, et Crasso, hic, quia longinquior erat, L. Domitio, et Ap. Pulchro Coss.

ARGVMENTVM N. ABRAMII.

L. Calpurnius Piso Cæsoninus, et Aulus Gabinius Consules fuerant anno urbis DCXCV. *Ciceronis* XLIX. *et P. Clodium Ciceronis inimicum in lege de Ciceronis exsilio ferenda juverant, eoque Tullium adegerant, ut noctu ex urbe belli civilis metu discederet. His Clodius Tribunus plebis Provincias, quas post Consulatum obtinerent rogatione ad populum lata, Pisoni Macedoniam, Gabinio Syriam attribuit (cum ad id tempus lege Sempronia in Senatu*

Digitized by Google

potestate fuisset Provincias Consulares decernere.) in quibus illi ugebant etiam anno urbis DCLXXXXII. *Ciceronis* LI. *cum ille pristino ordini dignitatique restitutus Romæ esset, Consulibus Cn. Cornelio Lentulo Marcellino, et L. Marcio Philippo. Eodem tempore C. Iulius Cæsar duas Gallias Citeriorem, et Vlteriorem cum Illyrico, quartum jam annum, rebus maximis contra Germanos, Helvetios, aliosque gestis, obtinebat. Sempronia lex erat, ut quotannis Provincias Consulares duas necesse esset decernere, ut videlicet qui Consules fuerant, exacto consulatu, suam quisque Provinciam obtinerent. Et ceteræ quidem Provinciæ placatæ erant, solæ Galliæ nondum penitus subactæ, Germanisque finitimæ, Macedonia Thracibus, Scythis, ceterisque Barbaris infesta, Syria recens armis Cn. Pompeji subjugata et vicina Parthis egere videbatur auctoritate, et exercitu Consulari. Hic igitur sententiam suam dicit Orator, et Pisonem e Macedonia, Gabinium e Syria revocandos, Cæsarem in Gallis retinendum esse censet, quæ fuerat etiam ante Pub. Servilii sententia. Dicendi character est temperatus; Genus orationis deliberativum; Status qualitatis, loci ad probationem ab honesto, utili, necessario, per Cæsaris laudem, insectationem Pisonis, et Gabinii:*

SI quis vestrum, P. C. exspectat, quas sim provincias decreturus, consideret ipse secum, qui mihi homines ex provinciis potissimum detrahendi sint: non dubitabit, quid me sentire conveniat, cum,

SI *quis vestrum*) Prudenter orationem orditur, ut ostendat se non privati odii, sed ipsius Senatus habere rationem, quasi se ad communem omnium sensum accommodet, eosque invitat, ut tacita cogitatione occupent suam ipsius sententiam. Sic enim & amovet a se privati affectus suspicionem, & sibi patrum animos conciliat, eorum quasi voluntati subserviens, & dum rem ipsis considerandam, & quasi divinandam exponit, reddit attentos. Adverte etiam quam bene supponat, non convenire solum, sed etiam necesse esse id sentire quod sensurus est, ut non animum suum & inimicitias explere, sed unam necessitatem spectare videatur. ABRAM.

P.C.)

cum, quid mihi sentire necesse sit, cogitarit. Ac, si princeps eam sententiam dicerem, laudaretis profecto: si solus, certe ignosceretis: etiam si paullo minus utilis vobis sententia videretur; veniam tamen aliquam dolori meo tribueretis. Nunc vero, P. C, non parva afficior voluptate, vel quod hoc maxime reipublicæ conducit, Syriam, Macedoniamque decerni, ut dolor meus nihil a communi utilitate dissentiat; vel quod habeo auctorem P. Servilium, qui ante me sententiam dixit, virum clarissimum, et cum in universam rempublicam, tum etiam erga meam salutem fide, ac benevolentia singulari. Quod si ille et paul-

lo

P. C.) Centum, quos Romulus senatores creavit præcise, *patres* appellati sunt, quod hi soli patres cieri poterant, ut ait Liv. lib. 1. Dicebantur etiam omnes *patricii*. Postea Tarquinius Priscus centum adlegit, qui *patricii minorum gentium* dicti sunt. Exactis regibus, ex primoribus equestris gradus auctus est numerus ad trecentos, Inde formula vocandi per præconem senatus, qui patres, quique conscripti essent, ad curiam adirent. *Conscriptos* videlicet in novum senatum appellabant lectos, Liv. lib. II, HOTT.

Ex provinciis potissimum detrahendi sint) Lambinus publicavit *retrahendi sint*; sed præter libros profecto, & inepte; sic iterum loquitur infra capite 8. GAUTERUS.

Necesse sit) Verissimum quidem illud est Aristotelis effatum: *Ὅσα ἐξ ἀνάγκης ἢ ἔστιν, ἢ ἔσται, ἢ ἀδύνατον εἶναι, ἢ γενέσθαι, περὶ τούτων οὐκ ἔστι συμβουλή. Quæcunque vero ex necessitate vel sunt, vel erunt, vel non possunt esse, vel fieri, de his non est deliberatio.* Sed aliud est necessitatis genus, non simplex illud & absolutum; verum ex præstituti finis suppositione promanans; verbi caussa, si bellum gerere statuisti, necessario conscribendus est exercitus: si navigare, navigium comparandum: si servare reipublicæ statum & dignitatem, non solum convenit, sed etiam necesse est, improbos Præsides a provinciarum gubernaculis amovere. Hunc autem esse vitæ politicæ, & deliberationis ad rempublicam spectantis finem, *cum dignitate otium*, Cicero pro Sextio docuit; ex quo necessitas medii redundat. Atque hoc necessitatis genus in consultationibus maxime dominatur: nam ut dicebat Simonides: *Ἀνάγκῃ οὐδὲ θεὸς μάχεται. Cum necessitate ne Deus quidem pugnat*, ABRAM.

Dolori meo) Iusto dolori veniam dari solere testis est etiam Vlpian. sub tit. ad L. Iul. de adult. Iustus erat Ciceronis dolor expulsi ex urbe a Pisone & Gabinio Coss. quorum ille Macedoniam, hic Syriam provinciam obtinebat. HOTTOM.

Habeo auctorem) *Auctor* dicitur cujus sententiam, propter consilium & gravitatem & existimationem rebus egregie gestis partam sequimur, non tantum in legibus, verum etiam in sententiis dicendis: velut in Pisonem *Cn. Pompejo auctore & ejus sententiæ principe*. IDEM.

P. Servilium) Qui quod Isauros domuerat, Isauricus dictus est. Idcirco in eo vigor, auctoritas & existimatio. IDEM. *Pub. Servilium*) Isauricum, qui summum studium impendit, ut in patriam ab exsilio revocaret, & me absentem cum Metello Nepote Consule in gratiam reduxit: vid. Valer. Max. VIII. 6. ABRAM.

lo ante, et, quotiescumque ei locus dicendi, ac potestas fuit, Gabinium, et Pisonem, duo reipublicæ portenta, ac pæne funera, cum propter alias causas, tum maxime propter illud insigne scelus eorum, et importunam in me crudelitatem, non solum sententia sua, sed etiam verborum gravitate esse notandos putavit: quonam me animo in eos esse oportet, cujus illi salutem pro pignore tradiderunt ad explendas suas cupiditates? Sed ego in hac sententia dicenda non pare-

Quotiescumque ei locus dicendi) Locus de Pisone & Gabinio dicendi fuit, cum fuit opportunum, & res de qua rogabatur, cum eorum scelere fuit aliquo modo connexa: Potestas autem quotiescunque de qualibet re rogatus est sententiam. *Erat enim jus Senatori*, (verba sunt Atteji Capitonis apud Gellium libro 4. cap. 10. Noct. Attic.) *ut sententiam rogatus diceret ante, quicquid vellet alius rei, & quoad vellet*. Vide ibidem exemplum Catonis Uticensis, qui *eximebat dicendo diem*, & apud alios Catonis Censorii, qui quotiescunque de ulla re consulebatur, *censebat preterea Carthaginem esse delendam*. IDEM.

Duo reipublicæ portenta, ac pæne funera) Quasi in suo consulatu rempublicam evertissent; nam his consulatum obtinentibus Cicero ejectus in exsilium fuerat. HOTTOM. Cod. Lamb. *portenta, ac funera*; & supra, *benivolentia*, ubi sic etiam scribit cod. Barb. ambæ Ven. & Aldus. In Rom. *fide, benevolentia*. GARATON.

Esse notandos putavit) Recte verbum *esse* adjectitium suspicatur Ernestius, quod sæpe jam vidimus ab aliena manu ad Ciceronem pervenisse. Hic tamen exstat in libris, quos novi, omnibus. IDEM.

Salutem pro pignore) Cum hostibus meis pactionem fecerunt, ut si provincias eis tribuerent, ipsi meam illis salutem proderent, & quasi pignus in manus darent. HOTTOM.

Ad expiandas suas cupiditates) Coactus sum obedire omnibus antiquitus cusis, & septem Pall. in quibus isthæc scriptura: nisi quod octavus haberet *expediendas*, superscriptum vero a glossatore *purgandas*: recentius cusi obtrusere nobis, *ad explendas*: quod neque exstare in Erfurd. aut S. Victor. fidem facit nota Guilielmii. GRUTER. *Ad explendas*) Equidem ut tot manuscriptis non ausim refragari, ita non dubitem ignorantiam meam confiteri. Quid est enim illud *expiare suas cupiditates*? nisi si dicamus, eorum avaritiam prodigiose, ut ita loquar, hiantem & imminentem fuisse, cui explendæ, & velut expiando prodigio Cicero, tanquam victima & piaculum debuerit immolari. ABRAM. Verum est *expiandas* legi quoque tam in Erfurt. quam P. Francii libro. Sed tamen sententia postulat, ut cum Manutio, Victorio, Lambino scribamus *explendas*. Sæpe *i* & *l* confunduntur in veteribus libris: hinc cum pro *l* substitutum sit *i*, orta est illa labes. Hoc enim dicit Cicero, ut obtinerent quas desiderabant provincias, me pro pignore certissimo illas obtinendi, prodiderunt Clodio. Explicatio, quam Abramius affert, nullius est momenti. GRÆVIUS. Reperi *expiandas* etiam in cod. Car. Steph. in Barb. & in priore Ven. quod ita placuisse video celeb. Ernesto, ut non modo rectum, verum etiam elegans existimarit: eique accedit Menckenius in Obs. L. L. p. 376. Ego vero hanc elegantiam nihil magis intelligo, quam olim Abramius, & Grævius. Habent illam, inquit, Saxones, politissimi Germanorum. Nos certe, quorum ser-

rebo dolori meo, nec iracundiæ serviam: quo animo unusquisque vestrum debet esse in illos, hoc ero: præcipuum illum, et proprium sensum doloris mei, quem

sermo minus a Latino distat, Itali non habemus. Non hæc me tamen utramvis in partem commovent. Sed, ne durum, invenustum, ac non Latinum dicam, quod probum tali viro visum est, atque suave, hoc urgebo, solere Tullium ad unam aliquam brevem sententiam simplex verborum ornamentum, non multiplex dissitis ex rebus arcessere. Hinc facta *pignoris* mentio est: si quid ad eamdem rem pertinens sequeretur, peraptum esset: at quantum a *pignore* distat *expiatio*! Ne mirum sit, tot codices etiam optimos errasse, varietas eadem est XIV. Phil. 4. ubi Grævium consule: imo ibi *ad explendas egestates* Ernestus ipse præferre apertissime non dubitavit, quod antea subindicaverat ad Tacit. II. Hist. 62. qui locus aliud præbet hujus permutationis exemplum. Cum autem permutatio id confirmet, quod melius videatur, ego quidem hoc præfero, quod cum Grævio Olivetus, & Lallem. prætulerunt, *explendas*: quodque adeo non est, ut putatur, a Naugerio profectum, sed exstabat jampridem in ed. principe, & in Ven. MCDLXXXIII. unde ab Aldo retentum ad Naugerianam pervenit, Hervagio, ceterisque ad Grut. usque servantibus: in ed. inquam, Rom. principe MCDLXXI. quam Ernestus in adnotatione sua per errorem partibus adjunxit suis. In ed. Oxon. unus cod. *expiendas* habens, fontem videtur permutationis ostendere: quum quidem ceteri quinque (sex nimirum ad hanc orationem adhibiti fuerunt Britannici codices in ed. illa omnium Ciceronis operum an. MDCCLXXXIII. Oxonii diligentissime, incredibilique splendore confecta, quam his paucis diebus accepi) *explendas* exhibeant. Neque solum Tulliana sunt similia permulta, ut *explere avaritiam*, *libidinem*, &c. verum hoc ipsum *explere cupiditates* Cicero adhibuit I. de Finib. 13. & 16. in Partit. 27. &c. cui respondet Græcum illud Platonis in Gorgia, τας επιθυμιας αποπιμπλαναι, Tom. I. ed. Sert. p. 505. A. Garatonius.

Non parebo dolori meo) Agamemnon Homericus lib. 9.

Αλλ' επει αασαμην φρεσι λευγαλεησι πιθησας,
Αψ εθελω αρεσαι.
At quoniam læsi parens animoque dolorique,
Hunc rursus placare volo. ——

Nestor eidem prædixerat:

—— Συ δε σω μεγαλητορι θυμῳ
Εἰξας, ανδρα φεριστον, ον αθανατοι περ ετισαν
Ητιμησας· ελων γαρ εχεις γερας.
Excelso cedens animo sine honore relinquis
Contemptum, quem vel Superi dignantur honore,
Atque viro forti virtutis præmia tollis.

Galenus libro de curatione propriarum affectionum frequenter, ut θυμῳ δουλευων, *dolori serviens*. Item: Αρα βελτιον εςι παθεσι δουλευοντα ζην, η λογισμῳ χρησθαι προς απαντα. *An melius est vivere suis affectionibus servientem, quam in omnibus obsequi rationi?* Et alibi passim. Quod ad rem ipsam attinet, jure se dolori suo non pariturum, sed inimicitias in aliud tempus reservaturum esse profitetur: quia iracundia est inimica consilio, & ipsam rationem obnubilat. Demosthenes epistola 2. eodem pene modo commemoratis nonnullorum injuriis iracundiæ suspicionem amolitur: Παρακαλω δ' ως ταυτα, ου τοχων αυτος τοιαυτης φιλανθρωπιας παρ' ενιων, αλλ αδικως και σχετλιως εις τον ετερον χαριν προνοδεις, αλλ' ουδε την ιδιαν οργην αναπληρων το κοινῃ συμφερον οιμαι δειν βλαπτειν. ουδε μιγνυμι τας ιδιας εχθρας εις τα κοινῃ συμφεροντα ουδεν. *Atque hæc ego moneo non eamdem humanitatem expertus apud nonnullos, sed*

quem tamen vos communem semper vobis mecum esse duxistis, a sententia dicenda amovebo: ad ulciscendi tempora reservabo.

2. Quatuor sunt provinciæ, P. C. de quibus adhuc intelligo sententias esse dictas: Galliæ duæ, quas hoc tempore uno imperio videmus esse conjunctas: et Syria, et Macedonia, quas, vobis invitis, et oppressis, pestiferi illi Consules pro eversæ reipublicæ præmiis occupaverunt. Decernendæ nobis sunt lege Sempronia duæ,

sed per injuriam & seditionem in aliorum gratiam quasi propinatus. Verum nec privatæ explendæ iracundiæ caussa, reipublicæ commodis nocendum puto: neque ullam privati odii partem publicis utilitatibus admisceo. Recte. Nam ut apud Stobæum sermone 20. sive Euripides, sive Epicharmus:

Ουδεις μετ' οργης κρειν συμβουλευεται,
Elatus ira nemo consultat bene.

Et Aristoteles ibidem: *Ωσπερ ὁ καπνος επιδακνων τας οψεις ουκ εᾳ βλεπειν το κειμενον εν τοις ποσιν, ουτως ὁ θυμος επαιρομενος τῳ λογισμῳ επισκοτει. Ut fumus mordicans oculos non videre sinit, quæ pedibus adjacent, sic iracundia obsolens rationem offuscat,* Euripides.

Θυμος δε κρεισσων των εμων βουλευματων,
Οσπερ μεγιστων αιτιος κακων βροτοις.
Consilia nostra vincit iracundia,
Homini hæc malorum caussa multorum fuit.

Sicut contra:

Εξω μεν οργης πας ανηρ σοφωτερος.
Prudentior vir omnis, ubi cessit furor.

Abram.

Ad ulciscendi) Commode, ut ostendat se non privatæ cupiditatis, sed publicæ utilitatis habere rationem. Nam, ut ait Aristoteles lib. 1. Rhetor. cap. 10. *Δια θυμον δε και οργην τα τιμωρητικα. διαφερει δε τιμωρια και κολασις. ἡ μεν γαρ κολασις του πασχοντος ἑνεκα εστιν. ἡ δε τιμωρια του ποιουντος, ἱνα πληρωθη. Propter excandescentiam & iram fiunt, quæ pertinent ad ultionem. Differt autem ultio a castigatione; nam castigatio patientis caussa est, ultio efficientis, ut expleatur.* Idem.

Galliæ duæ) Citerior, ulterior; quas C. Cæsar uno imperio conjunctas obtinebat. Hotton.

Pro eversæ reipublicæ præmiis) Infra cap. 4. *Restituissetis id, quod cupiebatis vestram auctoritatem, iis per quos erat amissa, revocatis, & his ipsis præmiis extortis, quæ erant pro scelere atque eversione patriæ consecuti.* Pro Sextio cap. 10. *Fœdus fecerunt cum Tribuno plebis palam, ut ab eo provincias acciperent, quas ipsi vellent: exercitum & pecuniam, quantam vellent, ea lege si ipsi prius Tribuno plebis afflictam rempublicam tradidissent. Id autem fœdus meo sanguine ictum sanciri posse dicebant.* Et cap. 24. *Statim me perculso ad meum sanguinem hauriendum, & spirante etiam republica ad ejus spolia detrahenda advolaverunt:* & alibi passim. Abram. Erfurt. & Franc. *perversæ reip. præmiis*, Etiam Car. Stephanus in suis V. L. notavit, *perversæ*. Verum cod. Barb. meique omnes editi habent *eversæ*, quam lectionem ea confirmant, quæ diximus ad c. 9. in Vatin. Supra Naug. & cod. Lamb. *non parebo dolori meo, non iracundiæ serviam*: optime. Habet autem cod. Barber. mendose, *nunc iracundiæ*, quomodo solet *non* commutari. Garaton.

Lege Sempronia) Hanc tulit C. Sempr. Gracchus Tribunus pl. ut Senatus quotannis Consulibus & Censoribus futuris provincias decerneret; ut prætoriarum decreto intercedi liceret,

duæ: quid est, quod possimus de Syria, Macedoniaque dubitare? Mitto, quod eas ita partas habent ii, qui nunc obtinent, ut non ante attigerint, quam hunc ordinem condemnarint: quam auctoritatem vestram e civitate exterminarint: quam fidem publicam, quam perpetuam populi Romani salutem, quam me, ac meos omnes fœdissime, crudelissimeque vexarint. Omnia do-

ceret, consularium non liceret. Pro domo: *Tu provincias consulares, quas C. Gracchus non modo non abstulit a Senatu, sed etiam ut necesse esset quotannis constitui per Senatum fecerit, eas lege Sempronia per Senatum decretas rescidisti; extra ordinem sine sorte nominatim dedisti consulibus*. HOTTOM.

Condemnarint) Nam qui Ciceronem condemnarunt, qui nihil nisi auctore Senatu gesserat, Senatum ipsum condemnasse intelliguntur. IDEM. *Hunc ordinem condemnarint*) Cum Senatum ad vestem redire jussum suis ipsius decretis parere vetuerunt, cum adscendit in concionem Gabinius, dixitque: *Errare homines si etiam tum Senatum aliquid in republica posse arbitrarentur*: ut dicitur pro Sextio cap. 12. ABRAM.

Auctoritatem vestram) Proprie. Nam in populo majestas fuit, in magistratu potestas, in Senatu auctoritas, ut etiam alibi notamus. Ordines autem duo propriæ fuerunt, Senatorius, & Equester. Nam alibi laudavimus Martialem:

Cum plebe, & minor ordo, maximusque. ABRAM. Male cod. Erf. & prior Ven. *auctoritatem vestram, & civitatem exterminarint*. Fuit nimirum in aliquibus libris, *ex civitate*, unde cod. Barb. *& civitate*, alii, *& civitatem*. Infra codd. Car. Steph. & Lamb. *Omnia domestica, atque urbana mitto*. Prior Ven. *Omnia illa domestica, atque urbana omitto*. Cod. Barb. & ceteri editi ante Grut. haud aliter collocant vocem *illa*, ac fit in ea editione, firmantque, *mitto*. GARATON.

Quam fidem publicam) Quid sit hoc loco vexare fidem publicam, non satis intelligo. An quod ii Consules Senatus, & Equestris ordinis preces repudiarint, cum is magistratus quasi publicæ fidei templum, & asylum esse deberet? An quod ærarium exhauserint, ut non potuerit respublica fidem suam redemptoribus operum publicorum datam & obligatam illius anni vectigalibus liberare? An quod egenis, & seditiosis novarum tabularum spem injecerint, & ita publicam fidem susque deque everterint? An quod jam in publicanorum bona manus fuerint admoliti? Alius hunc nodum extricet. ABRAM. Hunc nodum dudum expediit Paullus Manutius, qui recte *fidem publicam* dixit esse fidem Ciceroni datam a Senatu, cum ejus jussu in carcere necaret Catilinæ socios. GRÆVIUS.

Perpetuam P. R. salutem) Fronto Ducæus vexatam perpetuam P. R. salutem intelligit, per imminutam Senatus potentiam, populique temere auctam, sublata illa juris temperatione, de qua III. de Leg. 12. in qua concordia, & proinde salus publica erat posita. Sed melius hæc explicat Manutius; nam Consules in eo vexarunt perpetuam P. R. salutem, quod populi Romani ab excidio, civiumque proditione servandi exemplum in Cicerone sustulerint, condemnarint, everterint. Hoc recte conjungitur cum fide publica; ut pro Sext. 22. *Vivit mecum simul exemplum fidei publicæ, exemplum reip. defendendæ, quod si immortale retinetur, quis non intelligit, immortalem hanc civitatem futuram?* Quo ex loco hic noster fit apertissimus. Sustulerant Consules id exemplum, quod, Tullio restituto, revixit. Neque immerito cel. Ernestius verbum desiderat hujus membri

Digitized by Google

domestica illa, atque urbana mitto; quæ tanta sunt; ut numquam Hannibal huic urbi tantum mali optarit, quantum illi effecerint. Ad ipsas venio provincias; quarum Macedonia, quæ erat antea munita plurimorum imperatorum non turribus, sed tropæis, quæ multis victoriis erat jamdiu, triumphisque pacata, sic a Barbaris, quibus est propter avaritiam pax erepta, vexatur, ut Thessalonicenses, positi in gremio imperii nostri, relinquere oppidum, et arcem munire cogan-

bri proprium, cum in ceteris suum cujusque adsit. Profecto esset optimum, *quam fidem publicam, quam perpetuam P. R. salutem prodiderint*, aut etiam *sustulerint*. Sed vulgata contenti esse possumus: tum quia fides publica, & salutis P. R. custodiendæ ratio in Cicerone ipso vexabatur, tum quia compertum est, unum aliquando verbum adhiberi non iis æque omnibus conveniens, quæ ab ipso reguntur, adeo ut vel ex sensu intelligi, vel etiam subaudiri aliud verbum oporteat. GARATON.

Hannibal) Qui annis XV. Italiam vexavit. HOTTOM. *Hannibal*) Qui fuit unice reipublicæ Romanæ infestus, & omnes hostes crudelitate superavit. Livius libro 21. *Has tantas viri virtutes ingentia vitia æquabant, inhumana crudelitas, perfidia plusquam Punica, nihil veri, nihil sancti, nullus Deum metus, nullum jusjurandum, nulla religio*: ut merito *Dirus*, &

Parentibus abominatus Hannibal

ab Horatio dicatur. ABRAM.

Plurimorum imperatorum) Titum præsertim Quintium, Luc. Paulum, Quint. Cæcilium Metellum, qui Macedonici nomen sortitus est, Vib. Didium, Cn. Dolabellam, C. Curionem, M. Lucullum, qui omnes de Macedonia triumpharunt, intelligit, ut dicitur in Pisonem. IDEM.

Non turribus, sed tropæis) Gloriosius est urbes & provincias tropæis, victoriis, rerum gestarum gloria, militum robore, quam turribus & propugnaculis munire. Demosthenes de corona: Οὐ γὰρ λίθοις ἐτείχισα τὴν πόλιν, οὐδὲ πλίνθοις ἐγώ, οὐδ' ἐπὶ τούτοις μέγιστον τῶν ἐμαυτοῦ φρονῶ. ἀλλ' ἐὰν τὸν ἐμὸν τειχισμὸν βούλῃ δικαίως σκοπεῖν, εὑρήσεις ὅπλα καὶ πόλεις, καὶ τόπους, καὶ λιμένας, καὶ ναῦς, καὶ πολλοὺς ἵππους, καὶ τοὺς ὑπὲρ τούτων ἀμυνουμένους· ταῦτα προὐβαλόμην ἐγὼ πρὸ τῆς Ἀττικῆς, ὅσον ἦν ἀνθρωπίνῳ λογισμῷ δυνατόν. καὶ τούτοις ἐτείχισα τὴν χώραν, οὐχὶ τὸν κύκλον μόνον τοῦ Πειραιῶς, οὐδὲ τοῦ ἄστεος. *Neque enim lapidibus urbem munii aut lateribus ego, neque hoc in meis laudibus præclarissimum esse duco. Sed si meam munitionem recte considerare voles, invenies arma, & urbes, & loca, & portus, & naves, & multos equos, & viros pro harum rerum defensione pugnaturos. Hæc ego Atticæ propugnacula construxi, quantum humano consequi licuit ingenio, & his rebus regionem hanc sepsi, non ambitum tantum Pyræi, aut urbis.* Demades illo fragmento, quod instar tabulæ cujusdam naufragii damnum ostendit: Τοὺς ὅρους τῆς χώρας περιβάλλων οὐ λίθοις, ἀλλὰ τῇ τῆς πόλεως ἀσφαλείᾳ. *Regionis fines non lapidibus, sed urbis securitate muniisse* se dicit. IDEM.

Pax erepta) Provinciarum rectores plerumque quasi belli finitimis gentibus inferendi occasiones captabant, ut ex iis triumphandi materiam quærerent. HOTTOM.

Thessalonicenses) Thessalonica urbs Macedoniæ nunc *Salonichi*. ABRAM.

In gremio imperii) In Pisonem: *Ætoliam, quæ procul a barbaris disjuncta gentibus, in sinu pacis posita, medio fere Græciæ gremio continetur (o pœnas e furiæ sociorum) decedens miseram perdidi-*

gantur: ut via illa nostra, quæ per Macedoniam est usque ad Hellespontum militaris, non solum excursionibus Barbarorum sit infesta, sed etiam castris Threciis distincta, ac notata. Ita gentes eæ, quæ ut pace uterentur, vim argenti dederant præclaro nostro imperatori, ut exhaustas domos replere possent, pro emta pace bellum nobis prope justum intulerunt. Iam vero exercitus ille noster superbissimo delectu, et durissima conquisitione collectus omnis interiit.

3. Ma-

didisti. Pindarus Ode 6 Pythiorum ipso initio:

> Ελικωπιδος Αφροδιτας
> Αρυραν η χαριτων αναπολιζομεν
> Ομφαλον εριβρομου χθονος
> Εις ναον προσοιχομενοι.

Nigriocula Veneris arvum, aut Charitum versamus, umbilicum horrisonæ terræ ad templum pergentes. IDEM.

Militaris) *Viæ militares* sunt, quæ exitum ad mare, aut in urbes, aut in flumina publica, aut ad aliam viam militarem habent: l. ult. D. de loc. & itin. pub. quidam prætorias aut consulares appellant: L. 2. § ait prætor, D. ne quid in loc. pub. HOTTOM. *Militaris*) Dictæ militares vel quod labore militum stratæ essent, vel quod per eas exercitus procederent. ABRAM.

Infesta) Infestus dicitur non solum qui malum infert cuipiam, sed etiam cui aliunde impendet malum. Pro Cælio: *Illud tempus ætatis, quod ipsum sua sponte infirmum, aliorum libidine infestum est*. Lib. 3. de Rep. apud Nonium: *Nam cum quæreretur ex eo, quo scelere compulsus mare haberet infestum uno myoparone, eodem, inquit, quo tu orbem terræ*. IDEM.

Et arcem munire cogantur) Optimi codices, Pal. IX. & Erfurt. *cogitavint*. Sed firmant cum aliis *cogantur* editi omnes, & cod. Barb. quod est præferendum ex iis, quæ dicuntur in Pison. 34. de Denseletis, qui Macedoniam vexantes, *Thessalonicenses, cum oppido desperassent, munire arcem coegerunt*. Infra cod. Barb. quinque Britann. ed. Rom. ambæ Ven. & Ald. *vim argenteam dederant*: quo ex mendo acute collegit Ernestus, intercidisse adjectivum videri. Certe, *vim argenti maximam*, quod est plane Tullianum, ferme res ipsa flagitat. GARATONI.

Sed etiam castris Threciis) Libri veteres partim sic habent, *Threciis*, inquam, partim, *Threiciis*. LAMBINVS. Britannici quatuor, *Traiciis*. Vide infra ad c. 4. & ad VI. Philipp. 5. GARATONI.

Superbissimo delectu, ac conquisitione) Is cui belli administratio permissa erat, conquisitores per Italiam mittebat, qui juventutem ad arma vocarent, & diem, qua in Capitolium convenirent, præstituebant. Tum Tribuni militum delectum habebant; postea sedente in tribunali Consule delecti sacramento militiæ adigebantur. Vbi tumultus erat, subitarii milites sine delectu conscribebantur. Liv. lib. XLIX. HOTTOM. *Superbissimo delectu & durissima conquisitione*) Superbissimus dicitur delectus, cum Consules, qui delectui præsunt, summo iure utuntur, nec ullam habent eorum, qui se excusant, rationem. Livius lib 25.: *Triumviri bini conquisitionem per agros habuerunt*. ABRAM. *Superbissimus dilectus* est, cum non nisi optimi, & lectissimi leguntur. Sic *dens superbus* apud poetam: *Carpit male singula dente superbo*, hoc est fastidioso, qui non nisi exquisitissimis macteis capitur. GRÆVIVS.

Va-

Digitized by Google

3. Magno hoc dico cum dolore, miserandum in modum milites populi Romani capti, necati, deserti, dissipati sunt; incuria, fame, morbo, vastitate consumti: ut, quod est indignissimum, scelus imperatoris in pœ-

Vastitate consumti) Sterilitate, & solitudine locorum, & inopia rerum omnium. Tull. II. de offic. 5. *Est Dicæarchi liber de interitu hominum, Peripatetici magni, & copiosi, qui collectis ceteris caussis, eluvionis, pestilentiæ, vastitatis, beluarum, etiam repentinæ multitudinis, quarum impetu docet quædam hominum genera esse consumta.* ID.

Vt, quod est indignissimum scelus, is imperator in pœnam exercitus expeditus esse videatur) Mendosa perspicue est lectio. A quibus expeditus Imperator Piso? certe non a provincialibus: at a populo Romano? multo minus. E meis membranis Turingicæ, & Gemblacenses habuerunt: *Vt, quod indignissimum est scelus imperatoris, in pœnam exercitus expetitus esse videatur.* Volunt videlicet exercitum a Pisone eo expetitum, ut omnibus injuriis perderet. Verum hæc etiam sententia parum idonea, & quam multo illustrioribus verbis Cicero extulisset. Mirum, ni recte ego interpunxi, & emendavi, *Vt quod est indignissimum, scelus imperatoris in pœnam exercitus expetisse videatur.* Expetere antiqua nota valet idem fere, quod evenire. Milite Plauti:

> *Satin' eadem vigilanti expetunt, quæ in somnis visa memoras?*

Sed in re mala inprimis, & supplicio poni amat:

> *Cujus ego in tergo faxo ista expetant mendacia.*

Eadem:

> *Nequiter plane expetivit prima parasitatio.*

Et rursum:

> *Nam mea si culpa quod egomet contraxerim*
> *Id Alcumenæ innocenti si expetat.*

Denique ibidem:

> *Suamque culpam in mortalem expetere ut sinat.* GVILIELM.

Vt, quod est indignissimum, scelus imperatoris in pœnam exercitus expetitum esse videatur) Hæc est lectio S. Victoris, nec abit Pal. nonus, Erfurd. Gembl. quam quod ii, *expetitus esse*: unde Guilielmius conjiciebat, *expetiisse*: recte, nisi amamus sumere alterum active; quod non insolens auctoribus: prius vulgabatur, *indignissimum scelus, is imperator in pœnam exerc. expetitus esse videatur*; sensu satis frigido, ne quid amplius dicam: at nostrum vult exercitum luisse peccata Imperatoris sui. GRVTERVS.

Vt, quod est indignissimum; scelus imperatoris in pœnam exercitus expetitum esse videatur) Hoc ipsum videtur innuere, quod clarius in Pisonem cap. 35. *Tua scelera Dii immortales in nostros milites expiaverunt: qui cum uno genere morbi affligerentur, neque se recreare quisquam posset, qui semel incidisset, dubitabat nemo, quin violati hospites, legati necati, pacati atque socii nefario bello lacessiti, fana vexata hanc tantam efficerent vastitatem.* Hic Piso tanquam ab infestis Romanæ felicitati Diis expetitus dicitur ad cladem exercitus. Vel sensus est: Vt ne si quidem expetitus fuisset Imperator ad pœnam exercitus, potuerit ullus Pisone aptior ad id inveniri. ABRAM. In loco difficili, atque obscuro alias aliorum conjecturas vide apud Grævium. Nunc, si jus est mihi dicendæ sententiæ, Ciceronem opinor scripsisse, *quod est indignissimum, scelus id in pœnam exercitus expetitum esse videatur.* Cum enim in substantivis nominibus vis demonstrandi majus sit, quam in adjectivis, *scelus* vocat ipsum, de quo agit, Pisonem. Quærit Guilielmius, a quibus Piso expetitus imperator? respondere sibi poterat ipse: fuit expetitus a Clodio, & Clodianis, a quibus provinciam, & copias acceperat. Eamdem continet sententiam id, quod edidit Lambinus: *ut, quod est indignissimum scelus, is imperator in pœnam exercitus expetitus esse videatur.*

Nam

Digitized by Google

pœnam exercitus expetitum esse videatur. Atque hanc Macedoniam, domitis jam gentibus finitimis, Barbariaque compressa, pacatam ipsam per se, et quietam, te-

Nam *id scelus* est *is imperator*: sed in illo *id scelus* plus est caloris oratorii: quo circa Lambinianam lectionem opinor meram esse alterius explicationem. Ait Gruterus, hoc esse satis frigidum, si *Piso* dicatur expetitus esse imperator in pœnam exercitus. Credo fore multos, qui aliter sentiant, & hic sensum videant apprime accommodatum ad id, quod volebat Cicero. Volebat autem concitare odium in Pisonem, atque in ejus fautores. OLIVETUS. *Scelus imperatoris in pœnam exercitus expetitum esse.*) Vox ultima sumitur active pro *recidisse*. Ita Grut. & Græv. e suis codicibus, & sic unus e nostris. LALLEM. Cod. Franc. Barb. editique veteres *id* habent, quod ante Grut. regnabat, & correptum mihi quoque videtur antiquæ locutionis ignoratione, quam viderunt egregie Guilielm. & Grut. libris adjuti melioribus. Olivetus Guilielmio male repugnat: nam neque Clodiani Pisonem expetisse dicendi sunt, cum venalem quodammodo provinciam habuerint, pactioneque turpi Macedoniam ab ipso Pisone expetitam illi tradiderint: neque, si quid est emendandum, quidquam reperiri potest verbo *expetisse* præstantius. Quod quidem ex optimorum dissensu codicum, & ex elegantibus Plauti locis tam vere suboritur, ut ab ipso Tullio fuisse non dubitem. Sic judicavit nuper cel. Ernestus, sic olim etiam summus vir I. F. Gronovius, qui Lect. Plaut. p. 16. hunc locum recitans posuit; *scelus imp. in perniciem exercitus expetisse videatur*. Eamdem formulam Lactantio II. Inst. Div. 4. servavit codex antiquissimus Bononiensis: *sæviunt non tam ira, quam metu, ne, si deorum injuriam non vindicaverint, in ipsos expetant pœnæ*: eamque confirmant duo alii præstantia illi proximi codices apud Bunemannum. Ibi vulgo deest *in*: quo præpositione rejecta, multum de loci nitore detrahitur: sive cum Isaco *expetant* pro *persequantur* accipias, quod tamen acutum est: sive cum Bunemanno *pœnæ* dativum singularem dicas, & *ad pœnam* explices, ut in Senecæ Medea v. 256. *quippe te pœnæ expetit, Letoque Acastus regna Thessalica obtinens*. Heic vero *scelus imperatoris in pœnam exercitus expetitum* majorem salebram facit: quamvis planum id Gesnerus existimet in Thes. L. L. si *expetitum a diis* intelligamus, passiva significatione relicta. Dii scilicet scelus Pisonis expetisse videbantur, ut id militum supplicio innocentium punire possent. Quid est aliud deos accusare, atque ita accusare, ut Piso præ illis jam innocens videatur? Nihil etiam commodi e loco Senecæ ad hunc perveniet: nam scelus imperatoris posci, & vocari ad pœnam exercitus, absurdum est, certe autem a Tullio alienum, cum ad pœnam imperatori debitam exercitus vocatus sit. Ne multa, hic sensus esse omnino debet, pro scelere imperatoris pœnas ab exercitu esse expetitas: ut in Pison. 35. *tua scelera dii immortales in nostros milites expiaverunt*. Hunc sensum dilucide, commodeque verbo passivo heic exprimi Gesnerus viderit: ego certe, quomodo sic expediam, non invenio. Extrema, & misera illa est MSorum defensio, solere aliquando veteres passivo uti pro activo. Nequeo in animum ego inducere, licentiam parce a Latinis adhibitam, certisque tantum fortasse in verbis, & locis, veteri, eleganti, receptæ formulæ adjectam heic a Tullio fuisse: quasi vero etiam clausulam illam, *esse videatur*, quæ tam sæpe in ejus scripta sponte influebat, studiose quæsiverit, atque huc invitam pertraxerit. Codices Britann. omnes, *expetitus*, quatuor, *is imperator*, duo, *imperatoris*. GARATONIUS.

Sine

tenui præsidio, atque exigua manu, etiam sine imperio per Legatos nomine ipso populi Romani tuebamur: quæ nunc consulari imperio, atque exercitu ita vexata est, vix ut se possit diuturna pace recreare: cum interea, quis vestrum hoc non audivit, quis ignorat, Achæos ingentem pecuniam pendere L. Pisoni quotannis?

Sine imperio) Notandus locus, ex quo intelligitur Legatos cum potestate quidem, sed sine imperio fuisse. Lictoribus tamen interdum honoris caussa iis uti permittebatur. Cic. Verr. II. *In Achajam sumptu publico, & legationis nomine cum imperio, & securibus missus est*. Loquitur de Verre Dolabellæ proconsulis legato. Appian. lib. civ. I. *Legatos Romani appellant, quos provinciarum rectoribus addunt, ut in adjumento sint*. HOTT. *Sine imperio per legatos*) Nonnunquam legati nomine populi Romani, aut etiam Consulum, Prætorumve provincias obtinebant, quo tempore lictores etiam suos habuerunt, & cetera pene ornamenta, quæ magistratibus & imperiis concessa sunt. Ultimo libro in Verrem: *Ubi tot tantaque ornamenta magistratibus & legatis a Senatu, populoque Romano permissa & data?* Livius lib. 29. de Plemminio legato Scipionis Locris ad præsidium relicto: *Sine respectu non majestatis modo, sed etiam humanitatis, in legatum impetum, lictoribus prius indignum in modum mulcatis, faciunt*. Noster primo libro in Verrem, & imperium legati, & lictores agnoscit, de Verre qui tum legatus erat Dolabellæ loquens: *In Achajam, Asiam, Pamphyliam sumptu publico, & legationis nomine, cum imperio & securibus, mercator signorum, tabularumque pictarum missus est*. Proprie tamen si loquamur, imperium non fuit legatis, quod propria auspicia non haberent, unde nec triumphabant ipsi, nec Imperatores salutabantur ab exercitu, post insignem aliquam victoriam, quod rem suis auspiciis non gessissent. De fascibus legato præferri solitis etiam Spartianus in vita Septimii Severi: *Ac igitur quæstura Sardiniensi legationem Proconsulis Africæ accepit. In qua legatione cum quidam municipum suorum Leptitanus, præcedentibus fascibus, ut antiquum contubernalem ipse plebejus amplexus esset, fustibus eum sub elogio præconis cecidit: Legatum populi Romani homo plebejus temere amplecti noli. Ex quo factum est, ut in vehiculo etiam legati sederent, qui ante pedibus ambulabant*. ABRAM. Legati nunquam habuerunt imperium, nec id dare poterant legatis Procoss. quod solus populus dabat lege curiata; jurisdictionem poterant legatis mandare, & etiam fasces ac secures nonnunquam. Sic qui legationis liberæ jus erant consecuti, ut in provinciis essent honoratiores, habebant lictores & fasces. Itaque in oratione in Verrem valde improprie vox *imperium* accipitur pro potestate quadam extraordinaria, quam ei Imperator legato dederat, ut tanta ejus ibi, quo mittebatur, esset auctoritas, ac si Imperator ipse venisset. GRÆVIUS.

Consulari imperio atque exercitu) In Pison. *Quas res gessisti imperio, exercitu, provincia Consulari?* ABRAM.

Vix ut se possit diuturna pace recreare) Pal. nonus, atque Erfurd. *vix ut possit diuturna pace recreari:* æque bene. GRUTER. Sic de Sicilia I. Act. in Verr. 4. *vix per multos annos, innocentesque Prætores aliqua ex parte recreari aliquando posse videatur*. Sed mei libri firmant vulgatam. GAR.

Achæos) Achaja, proprie appellata, de qua Plinius l. 5. & Sigonius de ant. jure Prov. l. 9. uno imperio conjuncta cum Macedonia fuit, & continebat ipsa Græciam, & Epirum. DUCÆUS.

Per-

nis? vectigal, ac portorium Dyrrhachinorum totum in hujus unius quæstum esse conversum? urbem Byzantiorum, vobis, atque huic imperio fidelissimam, hostilem in modum esse vexatam? quo ille, posteaquam, nihil exprimere ab egentibus, nihil ulla vi a miseris extorquere potuit, cohortes in hiberna misit: his præposuit, quos putavit fore diligentissimos satellites scelerum, ministros cupiditatum suarum. Omitto jurisdictionem in libera civitate contra leges Senatusque consulta: cædes relinquo, libidines prætereo: quarum acerbissimum exstat indicium, et ad insignem memoriam turpitudinis, et pæne ad justum imperii nostri odium, quod

Portorium) In Pisonem: *Vectigalem provinciam, singulis rebus, quæcumque venirent, certo portorio imposito, servis tuis publicanis a te factam esse meministi?* ABRAM.

Fidelissimam) Hanc appellationem iis solum tribuebant, quos amicos & socios declarabant: ut multis probat eruditus Brissonius lib. 2. formul. quem vide. IDEM.

A miseris) Egentibus, spoliatis. Iuvenalis sat. 8.

Curandum inprimis ne magna injuria fiat
Fortibus & miseris, tollas licet omne, quod usquam est
Auri atque argenti, scutum gladiumque relinques,
Et jacula & galeam, spoliatis arma supersunt. IDEM.

Cohortes in hiberna misit) Stativa castra duorum generum fuerunt, æstiva, & hiberna, quæ postrema sub pellibus habebantur: qua de re satis a nobis dictum est in notis ad Cæs. lib. IV. Gall. HOTTOMANNVS.

Diligentissimos satellites) Cod. Car. Steph. *dignissimos*. GAR.

Omitto jurisdictionem in liberis civitatibus) Insignis locus; unde intelligitur, ex iis civitatibus, quas populus Romanus in suam potestatem redegerat, alias fuisse in provinciæ formam redactas, in quibus magistratus populi Romani jurisdictionem exercebat, ut supra dictum est; alias liberas, quæ suis legibus & magistratibus utebantur. Cic. offic. III. *Quas civitates L. Sulla, pecunia accepta, ex S. C. liberasset, ut hæ rursus vectigales essent, neque his pecuniam, quam pro libertate dederant, redderemus.* Tac. lib. XII. *Redditur Rhodiis libertas, adempta sæpe aut firmata, prout bellis externis meruerant.* Qua de re videnda etiam l. 7. D. de capt. & postl. revers. HOTTOM. *Iurisdictionem in liberis civitatibus*) Legem tulerat Iulius Cæsar in consulatu, ut populi liberi vere essent liberi, ut dicitur in Pisonem, id est, ne præsides provinciarum eos suis legibus vivere, jusque suis ipsorum moribus dicere permitterent: at Piso statim atque attigit provinciam, in Achaja & Byzantio jus dixit. ABRAM.

Cædes relinquo) De cæde Platoris, vel ut alibi legitur Platonis legati, quem Piso in vincula conjecit, & medicum intromisit suum, qui legato, socio, amico, libero fœdissime & crudelissime venas incideret, vide orat. de Harusp. resp. cap. 16. in Pisonem cap. 34. De nece Pleurati & Rabocenti ibid. De libidinibus minime res est obscura: vereor tamen ut plus quam veritas patiatur exaggerer. Siquidem in Pison. cap. 25. præsente Pisone tam insignem turpitudinem strictim obiterque transcurrit: *Evertisti miseras civitates, quæ non solum bonis sunt exhaustæ, sed etiam nefarias libi-*

quod constat, nobilissimas virgines se in puteos abjecisse, et morte voluntaria necessariam turpitudinem depulisse. Nec hæc idcirco omitto, quod non gravissima sint: sed quia nunc sine teste dico.

4. Ipsam vero urbem Byzantiorum fuisse refertissimam, atque ornatissimam signis, quis ignorat? quæ illi exhausti sumtibus, bellisque maximis, cum Mithri-

libidinum contumelias turpitudinesque subierunt. IDEM.

Nobilissimas virgines se in puteos abjecisse) Ad invidiam Pisonis adducit, quod fortasse virgines illæ morbi naturalis impulsu faciebant. Certe Hippocrates lib. περὶ παρθενίων puellarem quemdam furorem agnoscit ex sanguine menstruo, cum effluere non potuerit, circa cor conglobato, eoque furore virgines concitatas dicit, nonnunquam ἅλλεσθαι καὶ κατακρημνίζειν ἐς τὰ φρέατα, καὶ ἀγχόνας, *insilire & decidere in puteos, & seipsas strangulare*. Notum est, quod de Milesiis tradit Plutarchus lib. de virtutibus mulierum. Idem pene de virginibus Lugdunensibus recentiores prodiderunt. Cælius Rhodiginus lib. antiq. lect. 23., c. 32. Brodæus lib. 5. Miscellaneorum cap. 27. Lælius Bisciola Societatis Iesu lib. 3. subcesivarum cap. 3. quem tu consule. IDEM.

Morte voluntaria) Vide similia exempla de Britomarti Nonn. 33. Dionysiac. v. 335. de aliis Valer. Max. VI, 1. de Democle Plutarch. in Demetrio. S. Hieronymus lib. 1. adversus Iovinianum: *Triginta Atheniensium tyranni cum Phidonem in convivio necassent, filias ejus virgines ad se venire jusserunt, & scortorum more nudari, ac super pavimenta patris sanguine cruentata impudicis gestibus ludere: quæ paulisper dissimulato doloris habitu, cum temulentos convivas cernerent, quasi ad requisita naturæ egredientes, invicem se complexæ præcipitaverunt in puteum, ut virginitatem morte servarent*. Virgines Christianæ innumeræ sunt, quæ vitæ pudicitiam prætulerunt: quod non improbat Ambrosius lib. 3. de Virginibus: *Et quidem*, inquit, *de virginibus in necessitate custodiæ constitutis eandem habemus assertionem, cum martyrii extet exemplum*. IDEM.

Nefariam turpitudinem depulisse) Vox, *nefariam*, abest a duobus libris manuscr. LAMBINUS. *Nefariam turpitudinem depulisse*) Videtur reducendum quod exstat in Pall. omnibus, & vetustis cusis *necessariam*, nisi forte libri reperiantur, in quibus hæreat alterum. GRUTERUS. Quæ videlicet necessario subeunda fuerat, nisi sibi mortem voluntariam attulissent. ABRAM. Cum *necessariam* in Francii quoque, & Erfurt. exstet, cur diutius omnium librorum scripturam negligemus? GRÆVIUS. Firmat *necessariam* cod. Barb. quod habet etiam, nulla varietate notata, Oxoniensis editio, ad Oliveti recensionem exacta. Primus ex meis *nefariam* dedit Aldus. Cum duobus Lamb. consentit cod. Car. Steph. Sed recta est oppositio rei necessariæ, & voluntariæ, ut vidit etiam Ernestus. GAR.

Refertissimam signis) Græcarum omnium civitatum studium in signis & simulacris Deorum fingendis summum ac præcipuum fuisse, planissime ex Verr. VI. intelligitur. HOTTOM.

Sumtibus bellorum maximis) Libri veteres habent, *sumtibus, bellisque maximis*, quo modo & in nonnullis impressis vidi. LAMBINUS. Apud P. Manutium reperi *bellorum*, quæ manifesta interpretatio est optimæ ceterorum omnium lectionis, *bellisque*. Restituit Manutianum inventum Gryphius, & postea Car. Stephanus: sed hic notavit, suum codicem a Man. dis-

thridáticos impetus, totumque Pontum armatum, effervescentem in Asiam, atque erumpentem, ægre repulsum, et cervicibus interclusum suis sustinerent, tum, inquam, Byzantii, et postea signa illa, et reliqua urbis ornamenta sanctissime custodita tenuerunt: te imperatore infelicissimo, et teterrimo, Cæsonine Calventi, civitas libera, et proximis suis beneficiis a Senatu, et a populo Romano liberata, sic spoliata, atque nudata est, ut, nisi C. Virgilius, Legatus, vir fortis, et innocens intervenisset, unum signum Byzantii

dissentire, & cum ceteris egregie facere. Tandem *bellorum* adnotari video ex uno cod. Britannico. GAR.

Cum Mithridaticos impetus) Mithridates rex Ponti, quem Cicero post Alexandrum Maximum appellat, annos XL. bellum gessit cum Romanis. HOTTOM.

Armatum, effervescentem in Asiam) Hanc vocem alii quoque ad rem bellicam transtulerunt. Terentius Varro:

Fervere piratis vastarique omnia circum.

Maro 8. Æneidos:

Totumque instructo Marte videres
Fervere Leucatem. ——

Quod majore verborum pompa ad parabolam revocaverat lib. 7.

Sævit amor ferri, & scelerata insania belli,
Ira super: magno veluti cum flamma sonore
Virgea suggeritur costis undantis aheni,
Exultantque æstu latices: furit intus aquæ vis
Fumidus atque alte spumis exuberat amnis:
Nec jam se capit unda, volat vapor ater ad auras. ABRAM.

Aegre repulsum) Fortasse aliud quidpiam subest, quod divinare non possum: nam codices egregii Erfurt. & Car. Steph. item quatuor Palatini, & Barb. pro *ægre* habent *ore*, utrumque autem conjunxit Gemblacensis. Unus quoque Britann. *ore*, duo alii, *ore*. GAR.

Cæsonine Calventi) Contumeliose Pisonem multis locis sic appellat. *Calventius* quidam homo Insuber patris Pisonis socer, idem mercator & præco Romam venit cum filia, quam Cæsonino cuidam furacissimi hominis filio collocavit. Cic. in Pison. *Cæsoninus semiplacentinus Calventius*. HOTTOM. *Cæsonine Calventi*) Cæsoninus a patre, Calventius a matre, nominatus est Piso, ignominiæ caussa: nam & mater fuit ignobilis, & pater furti peculatusque videtur fuisse convictus: vide in Pisonem c. 38. ABRAM.

Proximis suis beneficiis) Ob servatam egregie populo Romano fidem, & Mithridatem depulsum, atque interclusum, ne in Asiam irrumperet. IDEM.

Liberata) Suis legibus, & magistratibus uti permissa. IDEM.

C. Virginius) Si scriptis standum est, rescribendum *Virgilius*: ita enim Pall. ita Gembl. & S. Victor. GRUT. Subscribit Palatinis Erfurtensis, & Franc. Cur igitur diutius moramur hoc recipere? GREV. Et hoc confirmat pro Plancio c. 40. GRONOV. Habent *Virginius* Rom. ambæ Ven. Naug. & sequentes usque ad Grævium. Recentiores tamen paruerunt Grævio, firmaturque *Virgilius* a cod. Barb. & ed. Aldi senioris. Confer Ind. Historicum Ernesti. GAR.

Intervenisset) Tuis furtis, & sacrilegiis obstitisset. ABRAM.

Unum signum Byzantii ex maximo numero

tii ex maximo numero nullum haberent. Quod fanum in Achaja, qui locus, aut lucus in Græcia tota tam sanctus fuit, in quo ullum simulacrum, ullum ornamentum reliquum sit? Emisti a fœdissimo Tribuno plebis, tum in illo naufragio hujus urbis, quam tu idem, qui gubernare debueras, everteras: tum, inquam,

mero nullum haberent) Notanda est formula non sæpe obvia, *nullum unum*, quæ vim negationis intendit, similiterque se habet, atque altera illa, *nemo unus*, qua minus raro utuntur Latini, & de qua Livianos collegit locos Drak. ad III. 22. Huic simillimus est locus in Bruto 59. *nulla re una magis oratorem commendari, quam verborum splendore, & copia*. Neque aliter locutum Lucretium arbitror II. 1076.

Huc accedit, ut in summa res nulla sit una,
Unica quæ gignatur, & unica, solaque crescat.

Hæc iis adde, quæ habet Menckenius in Observ. L. L. p. 1017. & seq. GARATON.

Qui locus aut lucus) Notandum igitur non modo lucos sacros fuisse, verum etiam simulacra quædam Deorum in iis fuisse, quæ Græci venerari solebant; qua de re plura dixi in Rabir. perd. HOTT. *Qui locus aut lucus*) Vehemens & acris percunctatio, qua sacrilegiorum Pisonis multitudinem ostendit. In quo mireris illam paronomasiam, *locus aut lucus*, quæ ad amœnitatem solet adhiberi, vim etiam & impetum quemdam habere. Ut quod in Sapphone poetria notavit Phalereus, eam figuras & geminationes, quæ ceteris ad vim inserviunt, ad suavitatem amœnitatemque traducere, in Cicerone contrarium mirari possimus. Allusio autem est non infrequens. Pro C. Rabirio perd. reo 7. *Nisi forte de locis religiosis ac de lucis, quos ab hoc violatos esse dixisti, pluribus verbis tibi respondendum putas*. Apulejus initio primi Floridorum: *Religiosis viantium moris est, cum aliquis lucus aut aliquis locus sanctus in via oblatus est, votum postulare, donum apponere, paulisper assidere*. Luci fuerunt nemora Diis consecrata, ut 5. Æneidos:

Pinea silva mihi multos dilecta per annos,
Lucus in arce fuit summa, quo sacra ferebant
Nigranti picea trabibusque obscurus acernis.

Tibullus lib. 3. eleg. 3.

Et nemora in domibus sacros imitantia lucos. ABRAM.

Emisti a fœdissimo tribuno plebis) Piso cum P. Clodio inierat pactionem, ut Clodius lege ad populum lata juris in liberis civitatibus dicundi potestatem Pisoni tribueret, Piso Clodium faceret lucri ex ea jurisdictione provenientis & prædæ participem. Sed ut provinciam attigit Piso pecunia corruptus ab iis, qui erant in ære alieno, jus non dixit creditoribus, aut, si dixit in gratiam debitorum, creditores damnavit, & bonis evertit. IDEM.

Tum in illo naufragio hujus urbis) In seditione Clodiana Pisone & Gabinio Consulibus, & ut dicitur pro domo: *In illis reipublicæ tenebris, cæterisque nubibus ac procellis, cum P. Clodius Senatum a gubernaculis dejecisset, populum e navi exturbasset, ipse archipirata cum grege prædonum impurissimo plenissimis velis navigaret*. Cum Piso & Gabinius, qui pro Consulari officio rempublicam gubernare, & ad tranquillitatis otiique portum, & dignitatis dirigere debebant, tanquam duo turbines fluctus illos concitarent, & illam reipublicæ navem everterent. IDEM.

Cum tu idem qui gubernare debueras, everteras) Videtur melius esse in manuscripto, *Quam tu idem qui gubernare debueras, everteras*. F. VASINUS. Consentit

Digitized by Google

quam, emisti grandi pecunia, ut tibi de pecuniis creditis jus in liberos populos contra Senatusconsultum, et contra legem generi tui dicere liceret: id emtum ita vendidisti, ut aut jus non diceres, aut bonis cives Romanos everteres. Quorum ego nihil nunc, P. C. in hominem ipsum, de provincia disputo. Itaque omnia

sentit plane cum cod. Vrsini editio Naugerii, quam secutus est Lamb. omnesque deinde. Hervag. & cod. Car. Stephani habent *quam*, sed servant *everteres* cum ceteris, quos habeo, ante Lamb. editis, in quibus est *cum*. Codices Britann. omnes habent *cum*, tres *everteris*, duo *everteres*, unus *everteres*. GAR.

De pecuniis creditis) Sic veteres loquebantur, postea Iurisconsulti generalius *de rebus creditis* dixerunt. HOTTOM.

Ius in liberos populos) Iterum notandum est, non licuisse magistratibus Rom. jus in liberis civitatibus dicere. IDEM.

Contra Senatusconsultum) Fortasse melius prior Ven. *contra Sen. Consulta*. Rom. sec. Ven. Car. Steph. & cod. Barb. per compendium, *contra S. C.* unde utrumvis licet exsculpere. GARATON.

Generi tui) C. Iulii Cæsaris, qui legem tulerat, ut Achæi, Thessali, Græci liberi & immunes essent; qua de re in ea pro dom. & in Pison. HOTTOM. *Generi tui*) Quam Julius Cæsar, qui tuam filiam duxit uxorem, tulit in Consulatu, ut populi liberi vere essent liberi, propriisque legibus & judiciis uterentur. ABRAM.

Ius non diceres) De pecuniis creditis, & ad solvendum creditoribus debitores adigeres. IDEM.

Aut bonis cives Romanos everteres) Pro Sextio, Pisonem ait, *bona creditorum civium Romanorum cum debitoribus Græcis divisisse*. In Pisonem: *Nonne cum ducenta talenta tibi Apolloniatæ Romæ dedissent, ne pecunias creditas solverent, ultro Fufidium equitem Rom. hominem ornatissimum creditorem debitoribus suis addixisti?* IDEM.

Bonis everteres) Plautus Trinummo act. 1., sc. 2.

Bonis qui hunc adolescentem evortisset suis.

Et actu 3. sc. item 2.

Ut agro evortat Lesbonicum quando evertit ædibus.

In Verrem de Pretura urbana: *Ne summam injuriam pupillum suum fortunis patriis conetur evertere*. Eadem translatione sed inusitatiore voce Tacitus 6. annalium: *Multique fortunis provolvebantur; eversio rei dignitatem ac famam præceps dabat*. IDEM, Cod. Barb. *civis Romanos*. GAR.

Quorum ego nihil nunc P. C. in hominem ipsum, de provincia, &c.) Restitui hunc locum ex Pal. nono, nec abit S. Victor. nisi quod adhuc habent *dico*: vulgata enim, *nihil dico nunc P. C. hominem ipsum relinquo: de prov.* inepte. GRUT. Plane conspirat cum Palatino nono Erfurt. sed cum S. Victor. liber Francii. GRÆV. Vulgata illa, quam Grut. merito ejecit, exstat in Rom. & Venetis, fueratque a Naug. deinde propagata. Erunt fortasse, qui malint multos libros audire, qui abjiciunt verbum inepte additum *relinquo*, retinentque, *dico in hominem ipsum*. Hoc nempe faciunt non modo codices S. Victor. & Franc. verum etiam Lambiniani præstantes, Barb. & duo Britann. editionesque Aldi senioris, & Caroli Stephani. Verum quo melius, ac tutius verbum *dico* a Pal. IX. & Erfurt. omitti sciamus, observandum est, in iis libris varie id collocari, qui retinent: nam codices Lamb. Barb. omnesque Britannici (quorum quatuor habent, *relinquo*) cum Aldo, & Car. Steph. *nihil dico*, exhibent, alii, *in hominem ipsum dico*. Tam potest hujus ipsius verbi

omnia illa, quæ et sæpe audistis, et tenetis animis, etiam si non audiatis, prætermitto: nihil de hac ejus urbana, quam ille præsens in oculis vestris, mentibusque defixit, audacia loquor: nihil de superbia, nihil de contumacia, nihil de crudelitate disputo: lateant libidines ejus illæ tenebricosæ, quas fronte, et su-

verbi ellipsis optima intelligi, quam totum regi membrum ab uno verbo *disputo*, cui etiam male Rom. & ambæ Ven. tresque MSi Britann. substituunt, *disputabo*. GARATON.

Itaque omnia illa, &c. prætermitto) Prudenter Pisonis flagitia tanquam omnibus comperta, & altis in cujusque animo defixa radicibus præterire se dicit. Si enim ea tanquam quibusdam incognita narrasset, fidem fortasse non faceret. Nunc etiam qui prius ignorabant, assentiuntur præ pudore, ne, quod omnes sciunt, soli nescire videantur. Prætermissio oratoria, qua plus in suspicione relinquitur, quam si aperte dixisset. Libet pauca ad imitationem exempla proferre: prima accusatione in Verrem: *In stupris vero, & flagitiis nefarias ejus libidines commemorare pudore deterreor: simul illorum calamitatem commemorando augere nolo, quibus liberos conjugesque suas liberas ab istius petulantia conservare non licitum est.* Et de prætura urbana: *Itaque primum illum actum istius vitæ turpissimum & flagitiosissimum prætermittam, nihil a me de pueritiæ suæ flagitiis audiet: nihil de illa impura adolescentia sua: quæ qualis fuerit aut meministis, aut ex eo, quem sui simillimum produxit, recognoscere potestis. Omnia prætermitto*, &c. vide fuse. In Vatinium: *Atque illud tenebricosissimum tempus ineuntis ætatis tuæ patior latere. Licet impune per me parietes in adolescentia perfoderis, vicinos compellaris, matrem verberaris: habeat hoc præmium tua indignitas, ut adolescentiæ turpitudo obscuritate & sordibus tuis obtegatur.* ABRAM.

Vrbana audacia) Vt cum edicere ausus est: *Ne mærerent homines meam, suam, reipublicæ calamitatem: neve hunc suum dolorem veste mutata significarent:* pro Sextio. IDEM.

Contumacia) Vt cum Gabinio Clodii partes deserente, Piso contumax adeo fuit, ut noluerit desciscere. Pro domo sua: *Postea fregit fœdus Gabinius: Piso tamen in fide mansit*: vide Pison. c. 12. IDEM.

Crudelitate) Vt cum *verabatur uxor mea, liberi ad necem quærebantur, gener, & Piso gener a Pisonis Consul a pedibus supplex rejiciebatur*: pro Sextio: vide Pisonianam c. 8. pro domo sua c. 23., & 24. IDEM.

Libidines) Vide post reditum in Senatu cap. 6. pro Sextio cap. 9. & 10. in Pisonem cap. 6. *Vereor, ne qui sit, qui istius insignem nequitiam frontis involutam integumentis nondum cernat*, &c. IDEM.

Tenebricosæ) Seneca lib. I. nat. quæst. cap. 16. *Scelera conspectum suum reformidant. In perditis quoque & ad omne dedecus expositis tenerrima est oculorum verecundia.* Item: *Est aliqua etiam prostitutis modestia, & illa corpora publico objecta ludibrio, aliquid, quo infælix patientia lateat, obtendunt: adeo quodammodo lupanar quoque verecundum est.* Vide Cœlianam 47. *Hue unius mulieris libidinem esse prolapsam, ut ea non modo solitudinem & tenebras, atque hæc flagitiorum integumenta non quærat, sed in turpissimis rebus frequentissima celebritate & clarissima luce lætetur.* Quod etiam in legitimis nuptiis, non solum in impuris libidinibus evenire notat Pindarus Ode 9. Pythiorum, antistrophe:

Κρυπται κλαϊδες εντι σοφας
Πειθυς ἱεραι φιλοτατων,
Φοιβε, και εν τε θεοις
Τυτο κἀνθρωποις ὁμως
Αιδεοντ' αμφαδον ἁδειας
Τυχειν το πρωτον εὐνας.

Occultæ claves sunt Sapientis Suadelæ sa-

Digitized by Google

supercilio, non pudore, et temperantia contegebat; de provincia, quod agitur, id disputo. Huic vos non submittetis? hunc diutius manere patiemini? cujus, ut provinciam tetigit, sic fortuna cum improbitate certavit, ut nemo posset, utrum posterior, an infelicior esset

sacrorum amorum, Nihil & in Diis hoc, & in hominibus nihilo secius verecundantur palam jucundum torum attingere. Adeo ut Ulyssis, & Penelopes mortalium nemo genitalem torum adspexerit: ut Penelope ipsa testatur 23. Odyss. v. 236.

[illegible]

Adspexit nostrum mortalis nemo cubile.

Graviter Cyprianus libro de spectaculis: *Erubescunt videri etiam, quæ pudorem vendiderunt.* IDEM.

Fronte, & supercilio) Gravitatem, & tristitiam vultus Pisonis Cicero multis locis exagitat, velut in illo: *cujus supercilio tanquam Atlante cœlum niti videbatur.* Pro domo; *præter simulatam versutamque tristitiam nihil commendaret.* HOTTOM. *Fronte & supercilio*) Pro Sextio: *Nam quid ego de supercilio dicam? quod tum hominibus non supercilium, sed pignus reipublicæ videbatur. Tanta erat gravitas in oculo, tanta frontis contractio, ut illo supercilio respublica tanquam Atlante cœlum niti videretur.* Frons est speculum animi, ut dicemus in Pisonem 1. item supercilium, ut ibidem dicetur. Galenus lib. *Quod mores animi corporis temperaturam sequantur*, verbis Aristotelis ex primo de historia animalium non pauca refert in hanc sententiam: *Frons ad vultum pertinet. Ea quibus magna est, tardiores, quibus parva, mobiles, quibus plana, proni in amentiam.* Et paulo post: *Sub fronte vero supercilia recta mollitiem indolis significant, brevia sunt signa morum meliorum, quæ ad tempora vergunt, derisoris sive dissimulatoris*: & alia plura. Jure autem Pisonem reprehendit, quod libidines illas tenebricosas fronte & supercilio velaret: quemadmodum enim, ut ait Plato 2. de Repub. [illegible]. *Extrema injustitia est justum videri, cum non sis;* Ita extrema intemperantia est, cum non sis, videri temperantem. IDEM.

Non pudore & temperantia) Bene temperantiam cum pudore & verecundia conjungit. Vide Cœlianam cap. 2. *Pudor optimi adolescentis*. Pulchre Arrianus lib. 3. dissertationum Epicteti cap. 22. *Alii mortales, cum aliquid hujusmodi faciunt, parietes & domos, & tenebras obtendunt, & multis integumentis velantur. Hic fores clausit, jussit aliquem pro cubiculi foribus stare. Si quis accesserit: dic, domi non est, ei non vacat. Cynicus vero pro omnibus istis debet pudorem obtendere. Id nisi fecerit, nudus & in propatulo suam indecentiam producet: hoc ei domus est, hoc fores, hoc famuli ante cubiculum stantes, hoc tenebræ.* IDEM.

Huic vos non summitetis) Vetus liber *successorem mittetis* pro *summittetis*. FULV. URSINUS. *Huic vos non summittetis? hunc diutius, &c.*) S. Victoris non agnoscit negativam, quod placebat Guilielmio: etsi sciret *submittere* etiam extendi ad missionem successoris: verum cum illud non exstet in Pall. id mutarim cum quarto in *num*, certe orationis numeri tale quid requirunt. GRUT. *Huic vos non summittetis?*) Non mittetis Pisonis successorem? ABRAM. Etiam cod. Barb. habet, *num*, sed recte retinetur, *non*; frequens est permutatio. GAR.

Utrum posterior, an infelicior) Sic habent libri veteres: *utrum posterior*, &c. quod probavi equidem olim, repudiata vulgata lectione, *utrum deterior*: quæ sine dubio ab iis supposita est, qui sæpe fecerunt intelligendo, ut nihil aut parum intelligerent: sed hanc quoque scripturam corruptam esse arbitror, & legendum, *protervior*: usus est eodem nomine orat. in Pison.

Digitized by Google

esset, judicare. An vero in Syria diutius est Semiramis illa retinenda? cujus iter in provinciam fuit ejusmodi, ut rex Ariobarzanes Consulem vestrum ad cædem

nihil isto est protervius, nihil nequius. Lambinus. *Vtrum posterior, an infelicior, &c.*) Ausus sum locum suum dare voci isti, quod exsisteret in olim editis, in Pall. in Abalæ scripto, neque minus quadraret, quam suppositum illud *deterior*: nam Lambini *protervior*, conjecturam ejus sapit. consulatur Turnebus lib. xx., cap. 9. Gruterus. Nullum est dubium, quin vox *deterior*, quam primum in ed. MCDLXXXIII. conspexi, sit interpretatio veræ lectionis, *posterior*, quam præter codices Lamb. & Grut. & priorem Venetam servat editio princeps, & codex Erfurt. itemque Barb. probavitque jure, atque ex MSis eruit l. c. Turnebus. Vnus quoque Brit. *deterior*, duo *pestilentior*. Garaton.

Semiramis illa) Hactenus de Pisone; jam de Gabinio, effeminato & molle homine, & libidinosissimo, qualis quondam *Semiramis* illa Syriæ regina. Hotiom.

Rex Ariobarzanes) Rex fuit Cappadociæ primum a Mithridate regno pulsus, post rex & amicus populi Romani appellatus. Idem. *Rex Ariobarzanes*) Ariobarzanes Cappadociæ Rex, regno factionibus, ut credere par est, Archelai Cappadocis exercitui Mithridatico præfecti ejectus fuit a Mithridate, mox a Sulla victore restitutus, ut narrat Plutarchus. Rurlum instaurante bellum Mithridate *regno expulsus est*, ut ait Cicero pro lege Manilia. Finito demum Mithridatico bello rursus in regnum a Pompejo restitutus *Ariobarzanes*, ut narrat Valerius Maximus lib. 5. cap. 7. Senior regno & regia custodia nudatus paulo post insidiis, ut opinor, Archelai est interemptus. De insidiis constat ex epistola 2. lib. 15. ad famil. ubi Cicero Proconsul narratur Ariobarzanem Philoromæum regni successorem, *cohortatus ut recordaretur casum illum interitus paterni*. Item: *Hortatus sum Cappadocas Regis sui vitam docti casu acerbissimo patris ejus, omni cura custodiaque defenderent*. De auctore harum insidiarum Archelao suspicari libet, quod & filio insidiatus fuerit, ut dicitur epistola 4. ejusdem libri. Hic autem sacerdos adolescens fuit filius Archelai superioris, quem (ut auctor est Appianus) confecto Mithridatico bello Cn. Pompejus Sacerdotio Comanæ præfecerat. De cujus Sacerdotii majestate vid. Strabon. lib. 12. & Hirtium de bello Alexandrino. E quibus merito suspiceris diuturnas inter Archelaum & Ariobarzanem simultates fuisse, neque facile Archelai factionem sine Romanorum auxilio opprimi potuisse. Fuit igitur Gabinius ad cædem Archelai conductus. Sed ille rem subodoratus, e Cappadocia discessit, quo tempore (ut loquitur Strabo) *Ptolemæum Cleopatræ patrem regno ejecerant Ægyptii, regnabatque filia soror Cleopatræ natu major. Et cum quæreretur maritus regio sanguine natus, obtulit se Archelaus cum auxiliariorum manu, simulavitque se filium esse Mithridatis Eupatoris. Itaque receptus sex menses regno potitus est. Sed eum Gabinius Ptolemæum reducens in pugna occidit. Filius, sacerdotium accepit, deinde Nicomedes*. Postquam Gabinius e Syria discessit, revalescente Archelai factione, Ariobarzanes senior occisus est, & junior iisdem insidiis appetitus, sed e Cicerone in Ciliciam provinciam veniente fuit a periculo liberatus, repressusque junior Archelaus, immo & paucis post annis, ut tradit Appianus, a Cæsare victore, post bellum civile Pompejanum sacerdotio privatus est, suffecto in ejus locum Nicomede. Quamvis tandem Archelai factio superior evasit, & Ariobarzanis genus, ut loquitur Strabo, *εις τριγενειαν δε προελθοντος εν γενος εξελιπε, post tertiam generationem defecit*: & Archelaus Cappadociæ regnum occupavit, qui deinde

dem faciendam, tanquam aliquem Threcem, conduceret. Deinde adventus in Syriam primus equitatus habuit interitum: post concisæ sunt optimæ cohortes. Igitur in Syria imperatore illo nihil aliud actum est, nisi

deinde affinitatem cum Herode Judæorum Rege contraxit, ut videbis apud Josephum. ABRAM.

Tanquam aliquem Thracem) Gladiatorum varia fuerunt nomina, Thraces, Mirmillones, Samnites, Provocatores, Retiarii. Cic. Philipp. VI. & Ammian. Sed vir doctiss. Iustus Lipsius hac tota de re copiose scripsit & erudite in lib. de Gladiatoribus. HOTTOM. *Thracem aliquem*) Malim legi, *Threcem aliquem*: ut habent libri veteres, quibuscum facit Pompejus Festus, his verbis: *Voraces gladiatores a similitudine parmularum Thraciarum*. Per *Threcem* autem hic significari gladiatorem, constat, ut apud Horat. epist. 18. lib. I. ad imum:

Threx erit, aut olitoris aget mercede caballum.

Comparabatur *Threx*, sive *Thrax*, sive *Thrax* cum mirmillone. Cic. Philipp. VI. de L. Antonio, *Tantumne sibi sumsit, quia Mylasis mirmillo Thracem jugulavit, familiarem suum?* Omnino, *Threx*, potius scribi debet, sine diphthongo. LAMBINUS. Primus Grut. recepit *Threcem*, alii omnes antea, *Thracem*, aut quod inde fuit depravatum, *trucem*, ut prior Ven. & cod. Barb. & unus Britann. cum alii quinque Brit. habeant *Tracem*. Rectissime autem hic edi *Threcem*, & supra c. 2. *castris Threciis*, docebunt ea, quæ Oudendorpius adnotavit ad Sveton. Calig. XXXV. GARATON.

Deinde adventus in Syriam) Pro Sextio cap. 33. *Exierunt malis ominibus, atque execrationibus duo vulturii paludati: quibus utinam ipsis evenissent ea, quæ tum homines precabantur; neque nos provinciam Macedoniam cum exercitu, neque equitatum in Syria, & cohortes optimas perdidissemus*. ABRAM.

Concisæ sunt optimæ cohortes) Josephus Gabinium multis præliis ait fuisse victorem: sed vel Josephus favebat Gabinio, vel Noster reticet de industria tot tantasque victorias. Vide librum primum de excidio cap. 6. Libet ex eo nonnulla decerpere: *Alexander, qui unus ex Aristobuli liberis Pompeji manus evaserat, progressu temporis copiosa militum manu collecta infestus erat Hyrcano & per Judæam populabundus volitabat, quem visum est primo quoque tempore opprimere. Jamque Hierosolyma accedens dejectum a Pompejo murum instaurare audebat, nisi Gabinius Scauri successor missus in Syriam, tum in multis aliis rebus præclare se fortiterque gessisset, tum expeditionem suscepisset in Alexandrum*. Qua in expeditione videtur equitatum & cohortes perdidisse. Etsi enim ad tempus cessit Alexander, non ita tamen priore illo congressu profligatus est, ut non aliquanto post bellum majoribus viribus renovarit. Cum tamen Noster utriusque jacturæ diversum tempus assignet, malim equitatus interitum priore illa Alexandri pugna contigisse. Ab Aristobulo autem Alexandri patre cohortes fuisse concisas. Josephus ibidem: *Paulo post aliorum tumultuum initium fuit Aristobulus Roma e vinculis elapsus*, &c. *Impressionem vero facientibus Romanis, cum duobus diebus supra vires restitisset, captus est, & cum Antigono filio, qui simul Roma profugerat, ad Gabinium vinctus adductus est, & remissus iterum Romam a Gabinio*. Quam pugnam probabile non est tanta hostium obstinatione in alterum diem extractam fuisse sine aliqua Romanarum cohortium jactura, quam nunc Orator suppressis silentio victoriis in invidiam adducit. ABRAM.

Nihil aliud actum est) Pall. & S. Victoris liber, item olim cusi, *nihil aliud neque actum est*; pro quo nobis obtrusit Lambinus, *nihil aliud usque actum est*: quod non satisfacit: maluissem *utique*; sed aliud adhuc quid latet. GRUT. Lambinus illud *usque* in-

Digitized by Google

nisi pactiones pecuniarum cum tyrannis, decisiones; direptiones, latrocinia, caedes, cum palam populi Romani imperator, instructo exercitu, dexteram tendens non

interponens notavit, sic fere omnes veteres codices exhibere: unde colligas, aut diserte in aliquo sic illum reperisse, aut saltem vestigia ejus vocis proxima. Cod. Barb. quatuor Britann. ed. Rom. & prior Ven. retinent *neque*: sed jam in altera Ven. deletum id fuit. Alius Brit. *nihil aliud nisi neque actum est*. Praeterea prior Ven. *Igitur in Syriam*: vide infra Gruterum. GRAEVIUS.

Cum tyrannis). Olim tyranni dicebantur in Graecia homines potentes & opulenti, quos Persae *Satrapas* appellabant. Hi cum Gabinio certa pecunia paciscebantur, ut ipso agente reges & socii populi Rom. a Senatu appellarentur. HOTT. *Cum tyrannis*) Ariobarzane, Hyrcano Iudaeo, ut contra Alexandrum Aristobuli filium bellum susciperet, cum nobilibus Parthis Orsane & Mithridate, ut in patriam reducerentur, cum Antipatro, ut Nabathaeis bellum inferret, cum Ptolemaeo Rege Alexandriae: de quibus vide Iosephum lib. 14. cap. 11. Antiquitatum Iudaicarum. ABRAM. *Pactiones pecuniarum cum tyrannis*) Pal. nonus verbo amplius, *pactiones pecuniarum magis cum tyrannis*: supra etiam ubi est *igitur in Syria*, iidem mss. omnes agnoscunt *Syriam*, aut *Suriam*. GRUTERUS.

Decisiones) *Decidere* est transigere. Verrina frumentaria; *Iniquissimis verbis, improbissimis recuperatoribus confligere malebant, quam quicquam cum illo sua voluntate decidere. Submittebat iste Timarchidem, qui moneret eos, si saperent, ut transigerent*. Pro Roscio Amerino: *Si hanc ei rem privatim Sextus Roscius mandavisset, ut cum Chrysogono transigeret atque decideret*, Lib. 1. in Verrem, sive de Praetura urbana: *Cum Rabonio tutore, quod erat vix quadraginta millibus, transigunt ducentis millibus. Refert ad istum rem Rabonius, ut sibi videbatur, satis grandem & satis impudentem pecuniam esse; iste qui aliquando plus cogitasset, male accipit verbis Rabonium, negat eum sibi illa decisione satisfacere posse*: Et: *Renuntiat Rabonius illam decisionem tutoribus*. ABRAM.

Direptiones) Notae sunt Gabinii rapinae ex Sextiana: *Haurire quotidie ex pacatissimis atque opulentissimis Syriae gazis innumerabile pondus auri, bellum inferre quiescentibus; ut eorum veteres illibatasque divitias in profundissimum libidinum suarum gurgitem profundat*. Vide etiam Pisonianam cap. 17., 21. Dio lib. 39. *Gabinius multis cladibus Syriam afflixit, adeo ut majorem, quam latrocinia, quae etiam tum vigebant, calamitatem invexerit*. IDEM.

Latrocinia) Videri possit bis idem dixisse, est tamen aliqua diversitas. Nam direptiones sunt provincialium, latrocinia sociorum, aut etiam gentium exterarum. Sunt enim *latrones qui injustum bellum movent*: l. hostes. D. de capt. & postlimin. & l. hostes de verb. signif. IDEM.

Dexteram tendens) Notandus locus; nam adludit ad consuetudinem illorum, qui in auctionibus si quid liceri vellent, digitum tollebant. Cic. Verr. III. Solebant tamen etiam Imperatores acie instructa in cohortandis militibus dexteram tendere, quod ex Sueton. in Caesare animadverti potest. HOTTOM. *Dexteram tendens*) Festus Pompejus; *Manceps dicitur, qui quid a populo emit, conducitve, quia manu sublata significat, se auctorem emptionis esse*. B. Ambrosius epist. 1., lib. 2. *Sed non ille solum liber, qui dominum licitatorem non pertulit, aut tollentem digitum non vidit*. Vetus Horatii Commentator ad eum versum Sat. 8. lib. 2.

Indice monstraret digito, ——

Allusit, ait, *ad morem. Erat enim Nomentanus Decumanus, & Porcius publicanus. Publicani autem sublato digito licitationem vectigalium faciebant*. Noster in Verrem. lib. 1. *Locus incipit*

non

non ad laudem milites hortaretur, sed omnia sibi et emta, et emenda esse clamaret.

5. Iam vero publicanos miseros, me etiam miserum illo-

non proscripta, neque prodicta die, alienissimo tempore, ludis ipsis Romanis, &c. *Accurrunt tamen ad tempus tutores: digitum tollit Iunius patruus.* Subdit: *Addicitur id opus HS. CCX. millibus, cum tutores HS. CCCC. millibus, id opus ad illius hominis iniquissimi arbitrium se effecturos esse clamarent.* Rursum: *Quid ageret, coepit cogitare. Si opus pupillo redimeretur, si res abiret ab eo mancipe, quem ipse apposuisset, sibi nullam praedam esse.* E quibus vides *digitum tollere*, idem esse atque mancipem fieri, redimere, licitari. Huc allusit in frumentaria: *Verum est aequius decumanum petere, an aratorum repetere? Iudicium integra re, an perdita fieri? eum, qui manu quaesierit, an eum, qui digito licitus sit, possidere?* Huc etiam traho illa orationis domo: *Quam quisque partem tetigit digito, voce, suffragio.* Dixerat enim proxime: *Ne in praedae quidem societate mancipem, aut praedae socium extra turorum gladiatorum numerum, aut denique suffragii laterem,* &c. *reperire potuisti.* Ad has igitur mancipum licitationes allusit Orator, & ut emptionis sive potius latrocinii magnitudinem ostenderet, non dixit *manum*, aut *digitos*, sed *dexteram tenderet*. ABRAM.

Hortaretur, sed &c. clamaret) Meliores membranae, *hortetur, sed &c. clamet*, neque abiiciendum erat. GAVT. Sic & Erfurt. GRAEV. Sic etiam Britann. omnes (nisi quod unus sibi non constat, dum servat, *clamaret*) sic ed. Rom. & sec. Ven. ceteris editis, & codice Barb. vulgatam servantibus. A MSS. Gar. Steph. & Lamb. abest vox *palam*. Si denique recte omnes libri exhibent, *emenda*, referri hoc potest, opinor, ad hominum potentium opem, qua posset Gabinius tantis flagitiis contaminatus consistere, atque ad iudicium, quod suis rapinis instare sciebat, ceterisque criminibus.

Confer, quae de Verre dicuntur I. Act. 2. & 14. Sane fuit Gabinius majestatis, & repetundarum accusatus. In ipsa vero provincia vendebat omnia potius, quam emebat: operam quoque suam, exercitusque pretio addixit Regibus, ut hic dicitur, & in Pison. 21. At enim prodigus erat Gabinius, ut qui maxime, atque adeo l. c. in Pison. eius emtiones commemorantur, quas in provincia summo suo dispendio fecit, ad villam suam Tusculanam ornandam. Sed haec obscuro huic loco non videtur subesse debere sententia. GAR.

Publicanos miseros.) Publicani dicebantur, qui praesenti pecunia vectigalia populi Romani a Censoribus redimebant; ut postea suis commodis servirent; quo in quaestu rapacissimi reperiebantur. Livius LV. *Ubi publicanus est, ibi aut jus publicum nullum, aut libertatem sociis nullam esse.* HOTTOM. *Publicanos miseros*) Gabinius, ut auctor est Iosephus Antiq. Iudaicarum lib. 14. cap. 10. & lib. 1. excidii cap. 6. Alexandrum Aristobuli filium, qui Iudaeam incursionibus vexabat, caesis tribus hominum millibus, vicit, & Iudaeam perlustrans, *quotquot inveniebat urbes dirutas, aedificari iubebat: atque hoc pacto instauratae sunt, Samaria, Azotus, Scythopolis, Anthedon, Raphia, Dora, Marissa, Gaza, & aliae non paucae: idque mandante Gabinio, quarum posthac habitatio tuta permansit, cum ante longo tempore desertae fuissent.* Quae urbium tot & tantarum instauratio fieri non potuit, nisi colonias, qui ad eas inhabitandas convenirent, immunitatem aliquam proponeret, & vectigales ac stipendiarios, cum magno publicanorum, qui vectigalia Iudaeae redemerant, damno liberaret, quasi publicanos ipsos Iudaeis & Syris in servitutem addiceret. ABRAM.

fam-

illorum ita de me meritorum miseriis, ac dolore, tradidit in servitutem Iudæis, et Syris, nationibus natis servituti. Statuit ab initio, et in eo perseveravit, jus publicano non dicere: pactiones sine ulla injuria factas rescidit: custodias sustulit, vectigales multos, ac sti-

Ita de me meritorum) Pro domo sua: *Omnes omnium publicanorum societates de meo Consulatu, ac de meis rebus gestis amplissima atque ornatissima decreta fecerunt*. Quibus quanta fuerit cum Cicerone conjunctio, tum ex aliis videbis, tum ex epist. 1. ad Qu. Fratrem, tum ex libro Quinti fratris de petitione consulatus. Idem.

Iudæis & Syris) Oratorie hæc dicit, quia Gabinius non sinit Iudæos & Syros a publicanis diripi. Hottom.

Statuit ab initio) Ostendit, quibus rationibus publicanos vexaverit. Primo, *Statuit iis jus non dicere*, neque debitores Iudæos aut Syros judicio compellere, ut publicanis tributa, vel quodvis aliud æs alienum persolverent. 2. *Pactiones sine ulla injuria factas rescidit*, id est, noluit ut Iudæi vel Syri tenerentur iis conditionibus, quas pepigerant contrahentes, seque publicanis, sine ulla contrahentium injuria obligarant. 3. *Custodias sustulit*, id est, dirui jussit illas casulas, quas publicani vel in pontium aditu, vel in exitu viarum, vel in portubus extruxerant, ut inde publicanorum servi & portitores vecturam, & portorium exigerent. 4. Populos vectigales & stipendiarios, qui vectigalia solvere debebant, cum magna publicanorum, qui ea redemerant a Censoribus, & suo periculo colligebant, injuria liberavit, & immunitate donavit. 5. Ab iis oppidis, quæ instaurabat, publicanos omnes, eorumque servos exegit. Postremo cum eum crudelem futurum fuisse dicit, si talis in hostem extitisset, qualis fuit in publicanos, orationem mirum in modum exacerbat. Abram.

Jus publicano non dicere) Sic veteres codices habere notavit Lambinus, alios autem addidisse, *publicanis*, quod in una reperi ed. Car. Steph. ceteris, & cod. Barb. cum Lambino consentientibus. Garaton.

Custodias sustulit) Vetuit, ne, quæ publicanis deberet, custodiæ traderetur. Lictores interdum & apparitores publicanis adtribuebantur, quorum opera in exigendis vectigalibus uterentur. Carceres trium generum fuere. Urbani, quales sunt turres. Rustici, ut ergastula & compedes. Castrenses, cum captivi trahuntur catenati. Custodia militaris dicebatur, cum is qui in nexu erat, catenam manui dextræ adligatam habebat, quæ eadem manui militis sinistræ erat adstricta. Hottom. *Custodias sustulit*) Publicani custodias habuerunt. Verrina frumentaria: *Omnibus custodiis subjectum aratorem decumano tradit*. Et *Equitem Romanum scitote biduum cibo tectoque prohibitum: biduum Leontini in foro custodiis Apronii retentum, atque servatum*. Mox & Maniliana 16. *Familias*, &c. *quas in silvis habent, quas in agris, quas in portubus, atque custodiis*. Abram. Vide Manut. Graev. Publicani servos habebant, in regionum finibus, ad portas urbium, ut nunc quoque fit, qui vel obambulantes, vel sedentes explorabant, quid importaretur, exportareturve. Hæ sunt *custodiæ*, quas sustulit Gabinius. Ducker. Ut huic potius, & superiori Abramii adnotationi n. 3. quam Manutio, & Hottom. adsentiar, id facit, quod in præcedentibus, *jus publicano non dicere*, hoc etiam continetur, passum non esse Gabinium, ut debitores publicanorum in carcerem ducerentur. Sequens autem vectigalium, atque stipendiorum sublatorum mentio adprime convenit cum portoriis, quæ fuerunt eadem ratione sublata. Possunt autem custodiarum nomine tam terrestria, quam maritima significari portoria, ut intelle-
gas

Digitized by Google

stipendiarios liberavit: quo in oppido ipse esset, aut quo veniret, ibi publicanum, aut publicani servum esse vetuit: quid multa? crudelis haberetur, si in hostem animo fuisset eo, quo fuit in cives Romanos, ejus

ait Abramius. Verum hoc nihil officit explicationi, quam dedimus loco illi pro L. Man. 6. qui huic intelligendo magnopere unus inservit. Quamvis enim custodiæ publicanorum essent etiam ad mare; tamen *in portubus, atque custodiis*, valet, in locis maritimis, ceterisque, in quibus custodias habent publicani. Sed postea comperi, Heumannum eo Manilianæ loco *custodias* de pastorum mansionibus interpretari, & in hanc rem Virgilium citare III. Ecl. 5. ubi ait, *Hic alienus oves custos bis mulget in hora*, & φυλακας in Evang. Lucæ II. 8. memoratas dicere, cujus hæc verba sunt: *Και ποιμενες ησαν εν τη χωρα τη αυτη αγραυλουντες, και φυλασσοντες φυλακας της νυκτος επι την ποιμνην αυτων*, *& pastores erant in regione eadem, in agro agentes, & custodientes custodias noctis super gregem suum*. Nihil tamen moveor: neque enim loca, in quibus pastores pecoris custodiendi causa commorabantur, absolute *custodiæ* a Latinis dicuntur: &, si quando ita nominarentur, tum id fieret, cum ex adjunctis pateret, nihil aliud significari ea voce posse: quæ cautio est a Virgilio adhibita, dum pastores *custodes* appellat. Pascua vero, quæ in illis *custodiis* quærit Heumann. ut rei pecuariæ ibi exstet indicium, agrorum nomine contineri posse nos diximus: & sane in ipso Lucæ loco dicuntur *ποιμενες αγραυλουντες*, & notissimi sunt apud Homerum *ποιμενες αγραυλοι*. Sed, ut in Maniliana Cicero *custodias* aperte pro locis usurpat, in quibus publicanorum familiæ consisterent, quæ loca ex adjunctis vix alia possunt esse, quam quibus portoria terrestria exigebantur: ita hic dubitationem aliquam videtur relinquere. Quamvis enim hic locus ex illo jure optimo explicetur: tamen licet custodias intelligere omnes, quæ publicanorum servis exigendi, & fraudum prohibendarum causa erant agendæ, hoc est, ipsum eorum custodiendi munus, quod tam ad portoria, quam etiam ad scripturam, & decumas, & vectigalia cetera pertinebat; ut nihil, custodiis sublatis, exigere publicani possent. GARATONIUS.

Vectigales multos ac stipendiarios liberavit) *Vectigal* aliud certum dicebatur, aliud incertum. *Certum* proprie tributum est, unde stipendium dari militibus solebat. Tacit. lib. XX. *Nam neque quies gentium sine armis, neque arma sine stipendiis, neque stipendia sine tributis haberi queunt*. *Incertum*, quod pro fructibus agrorum & pascuis & portoriis penditur, cujus certus esse modus non potest. Verr. V. & Iustin. in §. per traditionem de rer. divis. HOTTOM.

Publicani servum) Pro lege Manilia magnam servorum vim tribuit publicanis: *Cum publicani familias maximas, quas in Salinis habent*. Legunt alii, & melius quidem, *Quas in silvis habent, quas in agris, quas in portubus atque custodiis, magno periculo se habere arbitrentur*. Am. Pro *publicani servum esse vetuit*, Erfurt. *publicani servum esse nescivit*. Forte, *publicani servum esse non sivit*. GRÆV.

Si in hostem animo fuisset eo) Ita quidem cod. Barb. Rom. ambæ Ven. Ald. P. Man. Gryph. & Grut. Sed melius, meo judicio, Naugerius, *in hostis*: quod ne confictum quis ab eo putet, sciendum est, idem plane Lambinum in probis suis codicibus reperisse, ut ad marginem testatus est, cum vulgari scriptura *in hostes* ediderit ipse, & antea Cam. & Car. Steph. Hinc patet, adeo diligentem hic fuisse Naugerium, ut antiquam ipsam codicum scripturam, nedum lectionem, expresserit, eique tuto Lambinum adhæsisse: quod nobis jam quoque licebit. Viderunt autem ii duo

Digitized by Google

ejus ordinis præsertim, qui est semper dignitate sua, benignitate magistratus sustentatus. Itaque videtis, patres conscripti, non temeritate redemtionis, aut negotii gerendi inscitia, sed avaritia, superbia, crudelitate Gabinii, pæne afflictos jam, atque eversos publicanos: quibus quidem vos, in his angustiis ærarii, tamen

duo viri doctissimi, accuratam esse *ἀντίθετον*, *in hostis*, *in civis*; nam sic istud *civis* antique scribit cod. Barb. & ed. Romana. Scio tamen *hostem* passim dici pro hostibus: & alia multa similiter. Infra codices Lamb. & Barb. cum Naug. & Cam. *Itaque* P.C. *videtis*: quo etiam diligentia Naugerii commendatur. GARATON.

Ejus ordinis) Publicani omnes equestris ordinis fuerunt. Cic. in Planc. *Flos equitum Rom. ornamentum civitatis, firmamentum reipublicæ publicanorum ordine continetur*. HOTTOM.

Temeritate redemptionis) *Redimere* veteres sæpe usurpant pro conducere. Vnde publicani redemptores vectigalium dicebantur. IDEM. *Temeritate redemptionis*) Redimere est vel opus publicum suo periculo faciendum, vel vectigalia colligenda conducere. Gallis *ammodier*. Opus faciendum, ut Horatius:

—— *Huc frequens*
Cæmenta demittit redemptor.

Martialis lib. 14.:

Puncta notis ilex, & acuta cuspide clausa
Sæpe redemptoris prodere furta solet.

Vide Verris edictum oratione de Prætura Vrbana cap. 55. Fructus, aut alia colligenda, ut fodinas, salinas, &c. redimebant, ut Iulia lex de cotoriis apud Alphenum: *Ne quis præter redemptorem post Idus Martias cotem ex Insula Creta fodito, neve eximito, neve avellito*. Livius lib. 43.: *Quæ publica vectigalia ultro tributa C. Clodius & Tiberius Sempronius locassent, ea rata locatio ne esset, de integro locarentur, & ut omnibus redimendi, & conducendi promiscue jus esset*. ABRAM.

Negotii gerendi inscitia) Maluit, auctore nullo laudato, Lamb. *insciens*, nullumque novi librum, qui cum eo faciat. Perpetuo tamen isthæc fit in MSis permutatio, de qua diximus ad c. 48. pro Sext. GARATON.

In his angustiis ærarii) *Ærarium* Romæ triplex fuit; duo semper clausa & ad extrema reipublicæ tempora reservata: tertium, quo vectigalia & tributa inferri solebant, apertum semper fuit, unde pecuniæ quotidie ab ærarii quæstoribus ad usus reipublicæ promebantur. HOTTOM. *In his angustiis ærarii*) Exhausti legibus & latrociniis P. Clodii, qui ut dicitur pro Sextio & legem tulit, *Vt remissis semissibus, & trientibus, quinta prope pars vectigalium tolleretur*. Et, *Sestertium centies & octogies, quasi vasarii nomine Pisoni adscripsit ex ærario attributum*: in Pisonem. Vatinio Tribunatum plebis obtinente, non adeo vacuum fuit ærarium. Secutæ sunt variæ partim leges, partim S. C. quæ exhauserint. Leges partim Clodiæ, partim Vatiniæ, partim etiam Iuliæ. Cæsar publicanos tertia vectigalium parte relevavit. Vatinius ex ærario stipendium Cæsari in quinquennium erogavit. Clodius trientes & semisses remisit, qua lege quinta prope pars vectigalium sublata est, e quibus jam tertiam partem Cæsar anno superiore detraxerat. Adde pecuniam non solum stipendii, sed etiam vasarii nomine Pisoni & Gabinio attributam. Senatusconsulto etiam paulo ante stipendium Cæsari ex ærario fuerat rursus attributum, ut dicetur infra, cum interim a Iulii Cæsaris Consulatu vix ullus quidquam in ærarium invexerit, præter unum M. Catonem, qui e bonis Ptolomæi Regis Cypri septem talentorum millia, id est, ex vulgari supputatione quatuor Philippeorum milliones ducenta millia corraserat: tamen jam re-

Digitized by Google

tamen subveniatis necesse est: etsi jam multis non potestis: qui propter illum hostem Senatus, inimicissimum ordinis equestris, bonorumque omnium non solum bona, sed etiam honestatem miseri deperdiderunt: quos non parsimonia, non continentia, non virtus, non

redierat ab expeditione, cum habita fuit hæc oratio. Adde quod, ut dicitur libro 2. ad Atticum epist. 16. *Italiæ portoria paucis ante annis sublata fuerant*, Qu. Metelli Celeris & L. Afranii Consulatu, quod factum a Qu. Metello Nepote Prætore scribit Dio 37. *Cum vero tributa magnam & urbi, & Italiæ molestiam exhiberent, lex, quæ ea sustulit, grata fuit universis. Sed patres Prætorem legis auctorem exosi (is enim erat Metellus Nepos) nomen ejus delere, & alterius nomen inscribere voluerunt*. Verum quod spectat ad tributa civitati remissa, videtur id multis ante annis, Perse devicto, contigisse. Noster Officiorum lib. 2. *Omni Macedonum gaza, quæ fuit maxima, potitus est Paulus: tantum in ærarium invexit, ut unius Imperatoris præda finem attulerit tributorum*. Abram.

Tamen subveniatis) Subvenire publicanis erat, eos qui non prolapsi cupiditate nimis magno publica redemissent, sed aliqua ex causa, quam præstare ipsi non deberent, publicis frui prohibiti essent, id est, vectigalia colligere, saltem parte aliqua relevare. Idem.

Honestatem) Honestas idem est, atque fides, honestatem perdere quod vulgo dicimus, *perdre son credit*: qui foro cesserat, qui decoxerat creditoribus, qui vadimonium deseruerat, cujus bona proscribebantur, cujus in bonorum possessionem, ex prætoris edicto, mittebantur creditores. Noster pro Quintio cap. 15. *Pecuniam si cuipiam fortuna ademit, aut si alicujus eripuit injuria: tamen dum existimatio est integra, facile consolatur honestas egestatem*. E quibus vides, plus esse honestatem, quam bona amittere: vide quæ ibi subdat. E dictis vides, honestatem esse bonam existimationem, cum quis bonum nomen existimatur & fidem habere apud creditores. Vide in eadem oratione cap. ultimi verba ultima. Pro Rabirio Postumo cap. 16. *Amicissimum hominem si honestate spoliatum audieris; nec sine magno dolore feres*. Et cap. 17. *Vos obsecro, judices, ut huic, &c. nomen equitis Romani, & usuram hujus lucis, & vestrum conspectum ne eripiatis. Hic vos aliud nihil orat, nisi ut rectis oculis hanc urbem intueri, atque in hoc foro vestigium facere liceat*. Est igitur honestatem habere idem, ac nomen equitis Romani & dignitatem obtinere, fidem apud eos, qui in foro versantur, invenire, in foro posse consistere, locum suum tueri. Pro Quintio: *Quid igitur pugnas? an quod sæpe multis in locis dixisti ne in civitate sit? ne locum suum, quem adhuc honestissime defendit, obtineat?* Hinc pro Sextio: *Omnes honestates civitatis*, id est, omnes cives qui rem, & fidem habent, qui bonis, non solum capite censentur, qui sunt in quinque pop. Rom. classibus, non infra classes amandantur. Hinc *honesti homines* qui locum suum tenent in civitate. Vernacule: *Qui ont du credit: qui tiennent leur rang*. Pro Quintio: *Si est homini honesto locus in civitate*. Propertius:

Ipsa Venus, quamquam corrupta libidine Martis
Non minus in cælo semper honesta fuit.

Pro Roscio Comœdo 1. *Per tabulas hominis honesti pecuniam expensam tulerunt*. Famam & decus Plautus appellat Mostellaria actu 1. sc. 2.

Nunc simul res, fides, fama, virtus
Decusque deseruerunt. ——

Et Horatius:

Virtus, fama, fides, Idem.

Quos non parsimonia) Simile pathos in re dissimili 3. Georg.

Quid

Digitized by Google

non labor, non splendor tueri potuit contra illius helluonis, et prædonis audaciam. Quid? qui se etiam nunc subsidiis patrimonii, aut amicorum liberalitate sustentant, hos perire patiemur? An, si qui frui publico

Quid labor aut benefacta juvant? quid vomere terras
Invertisse graves? Atqui non Massica Bacchi
Munera, non illis epulæ nocuere repostæ, &c.

Et pro Rabirio Postumo: *Tune ille in omnes tuos liberalis, cujus multos bonitas locupletavit? qui nihil profudisti, nihil unquam in libidinem contulisti?* Seneca consolatione ad Polybium: *Nihil ergo prodest innocentia ad omnem legem tracta? nihil antiqua frugalitas? nihil felicitatis summæ potentia summa conservata innocentia? nihil sincerus & purus litterarum amor? nihil ab omni labe mens vacans*, &c. Idem.

Non splendor) Splendor equitum fuit, claritas & amplitudo Senatorum. Equites dicti *illustres*, *splendidi*, *insignes*. Vide Lipsium ad xi. annal. Taciti. Idem.

Sustentant) Sustentari & sustineri dicuntur, qui intricatis rationibus in foro, aut exercitio vectigalium, nihilominus vel adminiculis patrimonii, vel amicorum liberalitate suam tuentur honestatem. Pro Rabirio Postumo: *Nihil eripi potest præter hoc simulacrum pristinæ dignitatis, quod Cæsar solus tuetur, & sustinet*: & superius ibidem: *Equitem Romanum*, &c. *labentem excepit, corruere non sinit, fulsit & sustinuit re, fortuna, fide*: dixerat: *Mittere in negotium, dare parteis, re augere, fide sustentare*. Idem.

Hos perire patiemini?) Libri manuscripti habent, *patiemur*: ego tamen nihil muto. Lambinus. *Perire*) Honestatem perdere, quam qui amittit, teste Cic. in Quintiana cap. 15.: *Is non modo ex numero vivorum exturbatur, sed si fieri potest, etiam infra mortuos amandatur*, &c. Pro Roscio Amerino: *Is inter honestos homines, atque adeo inter vivos numerabatur*: dicitur etiam *jugulari* ibid. *Alterius bona proscribere; jugulare civem*; &: *Funestum est a forti atque honesto viro jugulari; funestius ab eo cujus vox præconio quæstu constitit*: dicitur usuram lucis amittere. Pro Rabirio Postumo: *Nomen Equitis Romani, & usuram hujus lucis & vestrum conspectum ne eripiatis*. Trucidari pro Cœlio: *Ne fœnore trucidetur*. Hinc Cato idem dicebat esse fœnerari, atque *hominem occidere*, quod fides & honestas debitoribus auferretur. Hoc etiam sensu intelligo legem duodecim tabularum, *Tertiis nundinis partes secanto*. Non quod revera membratim secarent creditorem: sed quod eum honestate privarent, ejusque bona publicarent: siquidem Gellius lib. 20. Noct. Attic. cap. 1, quamvis de secando partiendoque humano corpore legem interpretetur: subdit tamen: *Dissectum esse antiquitus neminem equidem neque legi, neque audivi*. Noster enim pro Quintio. Creditores debitoris bona proscribentes, *Carnifices* appellat, *ad reliquias vitæ lacerandas & distrahendas*. Timocles apud Stobæum sermone 89.

Ταργυριον εστιν αἷμα, και ψυχη βροτοις.
Οστις δε μη εχει τουτο, μηδ' εκτησατο
Ουτος μετα ζωντων τεθνηκως περιπατει.
Pecunia anima & sanguis est mortalibus.
Hac destitutus omnis, & non possidens,
Is moritur una cumque vivis ambulat.

Abram. Merito, quamvis tacite, Gruterus hic restituit, *patiemur*, omnibus adprobantibus, suisque, opinor, libris melioribus volentibus: ut certe jubent Lambini codices, & Barb. Rom. & prior Veneta, & Nauger. Habebant editiones MCDLXXXIII. Aldi senioris, Hervagii, P. Manutii, Car. Steph. & Lambini, *patiemini*: de qua lectione, ac de Erfurt. vel-

blico non potuit per hostem, hic tegitur ipsa lege Censoria: quem is frui non sinit, qui est, etiam si non appellatur, hostis, huic ferri auxilium non oportet? Retinete igitur in provincia diutius eum, qui de sociis cum hostibus, de civibus cum sociis faciat pa-

vellem aliquid Grævius monuisset. Britann. quatuor *patiemur*, duo *patiemini*. Supra prior Ven. *miseri perdiderunt*. GARATON.

Frui publico) Publicani prohibentur *frui publico*, id est, vectigalia exigere, quæ redemerunt, cum hostium excursiones audiuntur, ac tum Senatus iis remittere aliquid solebat. HOTTOM. *Frui publico*) Est, fructus vectigalium publicorum sine impedimento percipere: *tegitur lege censoria*, cui subvenitur lege Censoris vectigalia locantis. Frui verbum in publicanorum licitationibus solemne. Livius lib. 27. *Hi censores, ut agrum publicum fruendum locarent, ex auctoritate Patrum latum ad populum est.* Et lib. 42. *Lucretius Tribunus plebis promulgavit, ut agrum Carbonum censores fruendum locarent.* Ulpian. de loco publ. fruend. Ulpianus: *Prætor ait:* QUO MINUS LOCO PUBLICO QUEM IS CUI LOCANDI IUS FUERIT FRUENDUM ALICUI LOCAVIT EI QUI CONDUXIT SOCIOVE EIUS E LEGE LOCATIONIS FRUI LICEAT, VIM FIERI VETO. *Interdictum hoc publicæ utilitatis causa proponi palam est: tuetur enim vectigalia publica, dum prohibetur quis vim facere ei, qui id fruendum conduxit.* ABRAM.

Lege censoria) *Lex* apud Iurisc. sæpe pro pactione usurpatur. *Censores* autem quinto quoque anno auctione constituta publicanis vectigalia certis pactionibus locabant.. Ea dicebatur *lex censoria*, id est actio, pactum conventum, contractus censorum cum publicanis. HOTTOMANN. *Lege censoria*) Censorum fuit vectigalia publica locare, &c, *ut publicorum jus privatorumque locorum & vectigalia populi Romani sub nutu atque arbitrio essent*. Verba sunt Livii lib. 4. Hinc lex censoria, quod ut notat Brissonius lib. 2. formularum, in publicorum locatione lex a censoribus dicebatur, qua & populo & conductori prospici, & vectigali ipsi certa forma solebat. l. Si publicanus. D. De publican. & vectigal. Vide Brisson. dicto loco. Quibus autem ita cavebatur, iis dicebatur esse periculum publicum, quod non suo privato, sed reipublicæ periculo vectigalia tractarent. Livius lib. 25. *Hi, quia publicum periculum erat a vi tempestatis, in iis, quæ portabantur ad exercitus, & ementiti erant facta naufragia*, &c. ABRAM.

Huic ferri auxilium non oportet) Delenda vox *non*; nam hujus enthymematis, cui subest argumentum ex comparatione minoris, hic sensus est: Si publicano, cui frui publico propter hostium incursus non licet, cautum est ipsa lege & pactione censoria, ei ne, qui si minus verbo, at certe re ipsa hostis est, & publicanos evertit, ferri auxilium oportet? Videtur significare, Gabinium subsidium, aut supplementum aliquod, ut militum vel frumenti, a Senatu petisse. HOTTOM. Aliud egit Hottomannus, cum ista scriberet. Hæc enim istorum verborum est sententia. Si quis frui publico non potuit per hostem, is sublevatur lege Censoria: an non is quoque sublevandus, qui frui publico non potuit per eum, qui quidem hostis non est nomine, sed re? GRÆVIUS.

Retinete igitur) Concessio ironica: ut pro domo; *Probate genus adoptionis. Iam omnium sacra interierint, quorum custodes vos esse debetis.* Pro Milone: *Excitate, excitate eum si potestis ab inferis. Frangetis impetum vivi, cujus vix sustinuistis furias insepulti.* Pro Flacco: *Litemus igitur Lentulo, parentemus Cethego, revocemus ejectos: Nimiæ pietatis & summi amoris in patriam vicissim nos pœnas, si ita placet, sufferamus.* ABRAM.

Qui de sociis cum hostibus) Quam de

Digitized by Google

pactiones: qui hoc etiam se pluris esse, quam collegam, putet, quod ille vos tristitia, vultuque deceperit, ipse numquam se minus, quam erat, nequam esse simularit. Piso autem alio quodam modo gloriatur, se brevi tempore perfecisse, ne C. Gabinius unus omnium nequissimus existimaretur.

6. Hos vos de provinciis, si non aliquando deducendi essent, deripiendos non putaretis? et has duplices pestes sociorum, militum clades, publicanorum rui-

de sociis cum hostibus fecerit pactionem, non liquet, nec Orator ullam hujus rei fecerat mentionem: qui tamen ita concludit, ut id non objecisse solum, sed etiam probasse videatur: ubi veteratoriam Oratoris calliditatem advertes. Crediderim insimulari Gabinium, quod eo provinciam obtinente, latrones Syriam fuerint populati consentiente ipso Gabinio, & fortassis ex pactione: quod quamvis paulo post contigerit, cum is Alexandriam profectus est, tamen nescio quid jam hujusmodi prius factum fuisse innuit Dio lib. 49. Idem.

De civibus cum sociis) De publicanis, quos Syris, & Iudæis addixit. Idem.

Qui hoc etiam se pluris esse) Se Pisoni præfert Gabinius, quod Piso frontis severitate, supercilio, & virtutis simulatione homines deceperit, & adeptus fuerit tam consulatum, quam provinciam; ipse vero eosdem honores adeptus fuerit, quamvis aperte in omnem se libidinem & nequitiam effunderet. Ille enim vulpis instar, hic leonis oppressit rempublicam. Idem.

Piso autem) Adverte lepidam narrationem, cujus leporis fontem ostendit 2. de orat. *Si quando quid tanquam aliqua fabella narratur.* Et: *Perspicitis hoc genus quam sit facetum, quam oratorium, sive habeas vere quod narrare possis, quod tamen est mendaciunculis adspergendum: sive fingas,* &c. Quod ait de mendaciunculis, non suaserim Oratori Christiano, qui nunquam facetias sectabitur cum detrimento veritatis: fabulosas tamen narratiunculas parabolarum instar poterit adspergere. Idem.

Ne C. Gabinius) Emendavit sine admonitione Lallem. *ne A. Gabinius*: recte quidem, cum nemo ignoret, hujus Gabinii, quo de agitur, prænomen *Aulum*, non *Cajum* fuisse. Perperam Grut. Græv. Verb. Olivet. Ernest. prænomen C. hic toleraruut, ab Naug. male primum invectum, a Camer. & Gryph. retentum, a Lamb. suorum quoque codicum testimonio firmatum. Sed, Grutero, & Grævio tacentibus, non est verum prænomen adponendum, cum periculum sit, ne contra MSos agamus: sequi præstat ed. principem, ambas Venetas, Aldum, & P. Man. Car. Steph. MSum denique Barb. tresque Britann. quibus in libris omnibus inveni, *ne Gabinius*, sine prænomine, quod in hoc homine appellando sæpissime Tullius omittit. Garaton.

Deducendi) Vestris sententiis, & auctoritate revocandi. Abram.

Deripiendos) Vi, armis, exercitu, si contumaces essent, nec senatui vellent obtemperare, detrahendos & exturbandos e suis provinciis. Supra *detrahendos* dixit eadem vocis atrocitate. Idem.

Et has duplices pestes) Non putavi mihi fas esse omnium codicum veterum auctoritatem negligere, ac rejicere, qui sic habent, *duplices*, non *publicas*. Lamb. *Has duplices pestes &c.*) Lambinus asseverat hanc esse lectionem omnium scriptorum; sed fallitur. Pall.

ruinas, provinciarum vastitates, imperii maculas, teneretis? At iidem vos, anno superiore, hos eosdem revocabatis, cum in provincias jam pervenissent; quo tempore si liberum vestrum judicium fuisset, nec toties

Pall. omnes præter nonum retinent vulgatum *publicas*: verum eam ejeci, quod altera item exstaret in S. Victor. item Erfurdiensi. GAVT. *Et has duplices pestes*) Adverte vim orationis & energiam in nominibus abstractis & translatis. Pestifer fuit sociis Piso, qui Byzantium hostilem in modum vexavit, & alias sociorum civitates exhausit. Pestifer Gabinius, qui de sociis cum hostibus faciat pactiones. Militum clades Piso, cujus imperio *Milites populi Romani capti, necati, deserti, dissipati, incuria, fame, morbo, vastitate consumpti*. Item Gabinius: *Cujus adventus in Syriam primus equitatus habuit interitum: post concisæ sunt optimæ cohortes*. Publicanos uterque bonis evertit: supra cap. 4. & 5. Vterque provinciis intulit vastitatem: supra cap. 2. de Pisone. Gabinius Syriam latrociniis vexari permisit educens exercitum e provincia. Vterque imperio maculam & labem inussit. Piso cap. 3. Gabinius Threcis in modum conductus c. 4. E quibus vides hic esse recapitulationem dictorum paucis vocibus comprehensam. ABRAM. Habet sane cod. Barb. cum Palatinis, & omnibus Britann. meisque item omnibus ante Lamb. editis *publicas*, quæ proba lectio est: utramque vero conjungit non sine mendis Erfurt. in V. L. Sed rem definiunt Palatinus IX. S. Vict. Car. Steph. & Memmiani codices, omnes optimi, quibus tutius obtemperatur. Similiter in Pison. 18. *Tunc etiam* (Piso), *atque adeo vos*, (Piso, & Gabini), *geminæ voragines, scopulique reip.* Supra recte *deripiendos* cod. Barb. duo Brit. P. Man. Car. Steph. Lamb. & Grut. Ceteri male, *diripiendos*. GARATON.

Publicanorum ruinas) Commode etiam hic ruinæ nomen usurpat: siquidem publicani cum perdunt honestatem dicuntur bonis everti: supra: *Bonis cives Romanos everteret*: aut etiam *labi & corruere*: ut pro Rabirio postumo: *Equitem Romanum*, &c. *labentem excepit, corruere non sivit, fulsit & sustinuit, re, fortuna, fide*. Iam dixerat: *Ne quid ad eas ruinas, quibus hic oppressus est, addendum acerbitatis putet*, &c. ABRAM.

Imperii maculas) Inter cetera otiosæ dignitatis membra, ac fundamenta *laus imperii* numeratur pro Sextio: quia ut dicitur 3. officiorum Imperium *gloria debet fultum esse, & benevolentia Sociorum*. Et lib. 2. *Quamdiu Imperium populi Romani beneficiis tenebatur, non injuriis, bella aut pro Sociis, aut de Imperio gerebantur, exitus erant bellorum aut mites, aut necessarii, regum, populorum, nationum portus erat & refugium Senatus, nostri autem magistratus Imperatoresque ex una hac re maximam laudem capere studebant, si provincias, si socios æquitate & fide defendissent. Itaque illud patrocinium orbis terræ verius, quam imperium poterat nominari*. Pro lege Manilia: *Nunc Imperii nostri splendor illis gentibus lucet, nunc intelligunt non sine caussa majores suos tum, cum hac temperantia magistratus habeamus, servire populo Romano, quam imperare aliis maluisse*. Nunc contra magistratus intemperantes Imperii maculas appellat, quod suis sceleribus & flagitiis Imperio infamiæ labem adferrent. IDEM.

Hos eosdem revocabatis) Anno ab V. C. 696. P. Lentulo, & Qu. Metello Nepote Consulibus, Piso, & Gabinius acto Consulatu profecti sunt in provincias, quas non per Senatus auctoritatem obtinuerant lege Sempronia, sed lege Clodia per vim & seditionem occuparant. Senatus ut superioris anni vulneribus mederetur, primum omnium Ciceronem ab exilio revocavit, deinde deliberavit de universa republica. Censebant multi

 omnes

Digitized by Google

ties dilata res, nec ad extremum e manibus erepta esset, restituissetis: id quod cupiebatis, vestram auctoritatem, iis, per quos erat amissa, revocatis, et his ipsis præmiis extortis, quæ erant pro scelere, atque eversione patriæ consecuti. Quam pœnam si tum aliorum opibus, non suis, invitissimis vobis, evolarunt: at aliam multo majorem, gravioremque subierunt:

omnes leges Clodii per vim & contra auspicia latas esse abrogandas, atque inter ceteras eam, qua Pisoni Macedoniam, Gabinio Syriam decreverat: sed cum inter eas una esset maxime popularis, qua remissis semissibus & trientibus frumentum de publico plebi dabatur, Senatui liberum non fuit, quod cupiebat, decernere, cum præsertim eo tempore propter famem seditio timeretur, nec hujus legis abrogatione plebs exacerbanda videretur. IDEM.

E manibus erepta esset) Delendum est manifestum glossema *esset*, quod sæpissime auctoribus optimis adlitum fuit, quodque abest a MSis Erfurt. Car. Steph. & Barb. a quinque Britann. ab editionibus Rom. Venetis, & Aldi senioris. Supra solus Erfurt. *cum in provincias pervenissent*. GARAT.

Premiis) Provincias præmia vocat scelerum, quia Clodius eas decrevit Coss. quod Ciceronem, & patriam prodidissent. ABRAM.

Quam pœnam si tum aliorum) MSS. nostri omnes, *qua pœna*: nisi quod Pal. nonus, *quæ pœna*: & tamen *evolare pœnam*, nescio an non melius, quam *pœna*. GRUT. *Quam pœnam*) Etiamsi hanc Senatus ignominiam vitaverint, non gratia sua, & auctoritate, sed opibus, & gratia Pompeji, qui Gabinium defendebat, & Cæsaris, qui Pisonis gener fuit, graviorem tamen infamiam incurrerunt. Nota translatio ab avibus, quæ se extricant tendiculis, aut ex aucupum manibus elabuntur. In Verrem de Quæstura & Prætura Vrbana: *Hic sociorum ambustus incendio, tamen ex illa flamma, periculoque evolavit*: & alibi frequenter. Quidam legunt, *Qua ex pœna*, &c. *evolarunt*. Nihil muto. Arnobius lib. 7. sub finem; *Flammas evolavisse contagii*. ABRAM. Erfurtensis æque, ut Palatin. nonus, *quæ pœna*, nimirum *quæ* corrupte pro *qua*, aut potius legendum, *qua e pœna*. Ratio sane, & testimonia, quæ ipse Abrahamius affert, ostendunt tot codicum lectionem, *quæ pœna*, vi particulæ *e*, cum qua compositum est *volare*, non esse contemnendam. Sed tamen exemplo Arnobii, qui videtur hunc Ciceronis locum imitatus esse, & Francii libro, in quo scribitur, *quam pœnam*, motus sustinui non a vulgata recedere. GRÆVIUS. Arnobium ita esse locutum, ut heic apud Tullium habent libri jam inde ab Aldo seniore vulgati, nihil mehercule facit ad lectionem infirmissimam defendendam. Habent enim *qua pœna* non solum MSi omnes Grut. verum etiam Lambiniani ad marginem laudati, Barb. omnes Britann. editionesque Rom. ac Venetæ antiquæ. Vix tamen omissionem præpositionis adprobem, quamvis absurde non fiat, quia solet in talibus locutionibus adesse præpositio, & a Tullio in hac ipsa semper additur: etiam eo loco, qui Arnobiano simillimus est, I. in Verr. 32. *atque e flamma sociorum evolaris*. Melius ergo ederetur cum cel. Ernesto, *qua e pœna*, ut habent MSi optimi duo. Sed fieri potest, ut ille consensus multo magis, quam Arnobius, vulgatam adjuvet. Excidit enim sæpe in MSis extrema illa littera M. quod hic contigisse suadet præpositionis omissio. Non sine MSis Aldum, & Naug. *quam pœnam* dedisse, codex Francii satis ostendit. Hæc tamen tanti non sunt apud me ponderis, ut MSis

runt: quæ enim homini, in quo aliquis si non famæ pudor, at supplicii timor est, gravior pœna accidere potuit, quam non credi litteris iis, quæ rempublicam bene gestam in bello nuntiarent? Hoc statuit Senatus, cum

MSis plurimis, ac melioribus obsequi nollem, ut noluit Mencken. Obs. L. L. p. 334. GARAT.

Si non famæ pudor, at supplicii timor est) Eleganter Livius lib. 10. *Valeria lex cum eum, qui provocasset, virgis cædi, securique necari vetuisset; si quis adversus ea fecisset, nihil ultra, quam improbe factum, adjecit: id, qui tum pudor hominum erat, visum est, credo, vinculum satis validum legis: nunc vix servo ita minitetur quisquam.* Quia nimirum, ut ait Demosthenes 1. Olynth. *ἡ των πραγματων αισχυνη ουδεμιας ελαττων ζημιας τοις γε σωφροσι. Pudor e rebus gestis proveniens nullo damno levior est saltem hominibus moderatis.* Prudenter tamen Noster famæ pudorem cum supplicii timore conjungit. Siquidem, ut ait Plato 5. de Repub. *ικανω τω φυλακε κωλυοντε δεος τε και αιδως. Sufficientes sunt custodes ad prohibendum timor, & pudor.* Et 1. de legibus pudorem definire videtur, *φιλων φοβον αισχυνης περι κακης, amicorum timorem circa malam turpitudinem*, Stasimus antiquus Poeta apud Stobæum sermone 31. utrumque conjunxit:

— *ινα γαρ δεος, ενθα γαρ αιδως.*
— *ubi timor, est pudor illic.*

Cuju verba tacito nomine Plato in Euthyphrone, & Plutarchus *περι αοργησιας* referunt, & merito reprehendunt, maluntque dici, *ινα γαρ αιδως, ενθα και δεος. Ubi pudor, ibi & timor.* ABRAM.

Quæ rem bene gestam) Victor. & aliæ editiones ante Lambinianam, nec non MSS. *quæ remp. bene gestam*, ut statim iidem libri, *bene remp. geri*, quod non fuisse immutandum Iacobus quoque Gronovius monuit, addens hoc loquendi genus asseruisse contra interpolatores suum parentem in notis ad Liv. VIII., 31., quæ sunt videndæ. GRÆVIUS. *Quæ rem bene gestam*) Quis ita primus ediderit, aut quo jure, nemo est, qui palmam sibi illam directo vindicet, nec Lambino, nec Gothofredo in tam studiosa collectione talium quidquam mussante: quod tamen ab eorum primo, quem sequutus posterior, ut etiam Wechelius, factum conjicio. Nam editio Antonii Iuntæ habet, *quæ rempub. bene*, & Victorii Stephanica, *quæ remp. bene*, ut & mox utraque, *bene rempub. geri*. Hoc ab posterioribus illis statuo *αφαιρεσιν* pati nunc debuisse eodem fato, quo id ipsum passus est Livius ab ignaris hujus Latini moris in loquendo, quem doctissime restituit pater libro VIII. cap. 31. GRONOVIUS. *Rempublicam bene gestam*, & paullo post, *bene remp. geri.*) Ita codices nostri, & editi veteres. Primus mutavit Lambinus, deditque, *rem bene gestam*, & *bene rem geri*. LALLEM. Iam fit aperte injuria Lambino, quam ei peperit audaciæ fama, ex qua inops editionum Gronovius conjecturam faciebat. Dederant ante illum utroque loco *rem* princeps editio, ambæ Venetæ, senior Aldus, P. Manutius, Sebast. Gryphius, & Car. Stephanus: qui porro sic in suo cod. videtur invenisse, cum sileat, ut ego certe in Barb. inveni. Retinuit hanc lectionem Grut., suis & ipse MSis forte volentibus, etiam deinde post Grævium Verb. & Olivetus. Sed recte Græv. & Lallem. suis codicibus paruerunt, in hac varietate sollemni, Naugeriumque sunt secuti, qui solus probo ex MSo hujus emendationis auctor erat: ab illo enim Rob. Steph. & Camer. & si qui forte alii, sumsere *rempublicam*. Quin etiam Lamb. hoc priore loco tacens, inferiore tamen monuit, se in MSis reperisse, *bene rempublicam geri*. Denique *remp.* heic quatuor, infra tres habent Britannici codices. Vide, quæ notavimus ad III. in Catil. 6. Sed intercedit

cum frequens supplicationem Gabinio denegavit : primum, homini sceleribus, flagitiis contaminatissimo, nihil esse credendum : deinde, a proditore, atque eo quem præsentem hostem reipublicæ cognosset, bene rempublicam geri non potuisse : postremo, ne deos quidem immortales velle aperiri sua templa, et sibi supplicari hominis impurissimi, et sceleratissimi nomine. Itaque ille alter, aut ipse est homo doctus, et a suis Græcis subtilius eruditus, quibuscum jam in exostra helluatur, antea post siparium solebat, aut ami-

dit Ernestus propter adjunctum *in bello*, acuta sane, veraque de causa : erat enim bellum res ipsa publica, quæ gerebatur. Hoc tamen ei potius refellendo valet, qui necessario, *rem publicam* legendum diceret, quam qui probabilius. Livius III. 42. *nihilo militiæ, quam domi, melius respublica administrata est*. XLV. 39. *ad rempublicam bene gerendam domi, militiæque*. Jam inferiore loco non modo nihil adjicitur, verum etiam reipublicæ mentio ita præcedit, ut Naugerianam lectionem magnopere tueatur : *a proditore, atque eo, quem præsentem hostem reip. cognosset, bene remp. geri non potuisse*. GARAT.

Statuit senatus) Lib. 2. ad Quintum fratrem epist. 7. *Idibus Majis Senatus frequens divinus fuit in supplicatione Gabinio deneganda. Adjurat Procilius hoc nemini accidisse : foris valde plauditur, mihi cum sua sponte jucundum, tum jucundius quod me absente (est enim εἰλικρινὲς judicium) sine oppugnatione, sive gratia nostra*. Vide Pisonianam cap. 19. Philippicam decimam quartam cap. 8. ABRAM.

Supplicationem) Moris fuit, cum Imperatores publice litteras ad senatum de re bene gesta & cæsis hostibus dedissent, ut Senatus *supplicationes*, id est, gratiarum actiones diis decerneret, quæ magna pompa & celebritate pro templis omnibus victimis fiebant : itaque diebus illis feriari populus solebat. HOTTOM.

Aperiri sua templa) In Pisonem 6. : *Mihi togato Senatus, non ut multis bene gestæ, sed ut nemini conservatæ reipublicæ singulari genere supplicationis Deorum immortalium templa patefecit*. ABRAM.

Nomine) Frequens locutio 3. in Catil. *Supplicatio Diis immortalibus pro singulari eorum merito, meo nomine decreta est*. 4. *Meo nomine supplicationem decrevistis*. Philipp. decima. *Decerno igitur eorum trium nomine quinquaginta dierum supplicationes*. Livius libro decimo : *Supplicationes ob rem bene gestam consulis nomine decernunt* ; & alibi passim. IDEM.

A suis Græcis) Pisonem Græcos eruditos homines aliquot secum habuisse & litteris Græcis delectatum, aperte ex Pison. intelligitur. HOTTOM.

Quibuscum jam in orchestra) Turnebus *exostra* reposuit : id est, machina qua, quæ intus geruntur, rotis circumactis spectatoribus patefiunt. *Siparium* autem est velum, quod extrema parte scenæ tendebatur, postquam histriones interdum comissabantur. Ergo sensus est, qui prius velut cum histrionibus & mimis retro velum heluabatur, id jam propalam factitat. IDEM. *Quibuscum jam in exostra*) Sic legendum est, & ita est scriptum in codicibus antiquis : est autem *exostra*, pars scenæ, seu machina, qua, quæ intus geruntur, rotis circumactis, spectatoribus patefiunt : lege Julium Pollucem. Cum ita edidissem, & superiora illa sex abhinc annos scripsissem, P. Victorii prodierunt libri posteriores Var. lectionum : quorum XXX. cap. ult. scribit ille, duobus no-

amicos habet prudentiores, quam Gabinius; cujus nullæ litteræ perferuntur.

7. Hosce igitur imperatores habebimus? quorum alter non audet nos certiores facere, ne imperator appel-

nominibus eumdem scenæ locum fuisse appellatum, exostram, & orchestram: de exostra, Polybium; de orchestra, Ciceronem testem citat ex hoc loco. Sed fallitur. LAMBIN. *In exostra helluatur*) Sic etiam potissimi librorum nostrorum: de qua voce consulatur Turnebus libro xx. Advers. cap. 9. antea erat *orchestra*, a conjectura neotericorum; nam edd. vett. *in exedra*, GRUTERUS. Primus ex meis Aldus senior male dedit *orchestra*. Notius nomen fuit in MSis, ut arbitror, aliquibus minus trito substitutum ab emendatore importuno; fuit adscriptum etiam marginibus, aut superpositum. Hinc ex utraque lectione monstrum illud conflari potuit, quod in cod. Barb. conspicitur, *exosterchra*; cui simile aliud est in uno Britann. quorum alter, *extehra*, quatuor reliqui pene optime, *exhostra*. Turnebus l. c. in antiquissimis, ait, libris scriptum est, *in exostra helluatur*. Vide Gesneri Thesaurum. GARATONI.

Amicos habet prudentiores) Qui litteras e provinciis mittebant ad Senatum, eas prius ad amicos legendas examinandasque destinabant; ut eas vel exhiberent, vel retinerent. Decimus Brutus epist. ad Ciceronem lib. undecimo ad familiares 19. *Ad Senatum quas literas misi, velim prius perlegas: & si qua tibi videbuntur commutes*. Vide Pisonianam 17. *Amici tui tabellas abdiderint*. Ceterum ut amici de literis in Senatu, ita Senatus de iisdem in concione recitandis statuebat. Livius lib. 33: *Hæ literæ prius in Senatu a Sergio Prætore, deinde ex auctoritate patrum in concione sunt recitatæ*. ABRAM.

Hosce igitur imperatores) Quid igitur? an Pisonem & Gabinium diutius in provinciis remanere patiemur? quorum Piso etiamsi, propter relatam a Q. Marcio & Luc. Flacco legatis quadam prælio victoriam, imperatorem se appellari voluerat, non ausus est tamen de rebus a se gestis ad Senatum rescribere, ut hujus appellationis confirmationem judicio Senatus obtineret: Gabinius autem ausus litteras ad Senatum mittere ea Senatus ignominia notatus est, ut eum necesse sit suæ audaciæ pœnitere. Vide in Pisoniana cap. 19. de imperatoris nomine Senatus auctoritate tribui solito ad illa verba, *Me referente absens Imperator sit appellatus*. IDEM.

Ne imperator appelletur) Ironia, quasi jam philosophari & gloriam contemnere didicerit. Porro belli duces, qui rem bene gesserant, *Imperatores* vocabantur, primum in provincia militum adclamatione, deinde Romæ ex S. C. quemadmodum in initio comment. ad Instit. a nobis jampridem dictum est. Appellatum autem in provincia Pisonem Imperatorem locus hic in Pisoniana ipse declarat. *Appellatus est hic vulturius illius provinciæ, si diis placet, Imperator*. HOTTOM.

Quorum alter non audet nos certiores facere, ne Imperator appelletur) Cur Imperator Ant. Augustinus: sed, ut, reperitur in manuscriptis libris. F. URSINUS. Cur non vult imperator appellari? Imo utraque manu hunc honorem amplecteretur, si sibi persuadere posset, Senatum eo illum dignaturum esse. In Erfurtensi est; *Non audet nos certiores facere, imperatores appelletur*. Nullus dubito Ciceronem scripsisse: *Non audet nos certiores facere, imperatorne appelletur*. Ipsa sententia clamat sic legendum esse. Non audet nobis significare, num appellatus sit imperator ab exercitu, veritus, ne irrideatur a Senatu, & supplicatio ei negetur. Fallitur Manutius cum ait, hoc dici quasi Piso timeret imperator appellari, quia scelerum suorum sibi sit conscius. Non timebat imperator appellari Piso,

pelletur: alterum, si tabellarii non cessarint, necesse est paucis diebus pœniteat audere: cujus amici, siqui sunt, aut si belluæ tam immani, tamque tetræ pos-

sunt

ſed timebat ne Senatus ipſi hoc nomen abnueret, & in litteris ad eum datis id improbaret, ſignificans hoc ei non deberi. Græv. Victoria quadam per Legatos parta, Piſo imperator ab exercitu eſt appellatus, ut in ipſum c. 23. narratur. Hac de re litteras laureatas ad Senatum mittere non eſt auſus, cum clades longe plures ejus exercitus, & provincia tuliſſet: vide ibid. 16. & 17. Vix mihi ullum eſt dubium, quin ſententia hujus loci hæc eſſe debeat: non audet Piſo certiorem Senatum facere, quo prælio, qua victoria, quibus rebus geſtis imperator ſit appellatus. Omnes mei libri (etiam Britannici) vulgatam ſervant, exceptis Naug. & Cam. qui exhibent, *ut imperator appelletur*. Mendoſe omnes, ut mea fert opinio; quoniam neque *ne*, neque *ut* explicari ſatis apte videntur, & ferme *cum imperator appelletur* vellem liceret legere. At ne quidem ex Erfurt. ſatis commodam erui lectionem puto; niſi abire longius velis a corruptæ ſcripturæ veſtigiis. Ut minimum abeatur, erit ſaltem ita emendandum, *certiores facere, imperatorem ſe appellatum*. Nam Grævius quidem critice, periteque: facilis particulæ *ne* tranſpoſitio fuiſſet. Sed non eſt ejus tam liquida emendatio, ut Ciceronem omnino deceat. Nihil ego tentare auſim ſine meliore ope, luceque MSorum. Gar.

Tabellarii) Qui tabulas e provinciis ad Senatum cum laurea deferebant: in Piſonem 17. *Ne tum quidem, Paule noſter, tabulas Romam cum laurea mittere audebas*. Abram. Manutius exiſtimat, tabellarios intelligi, qui litteras ferant ad eum de negata ſupplicatione; rectius Abramius putat intelligi tabellarios, qui ab illo ferant litteras ad Senatum de victoria. Tum enim brevi harum litterarum miſſarum pœnitebit, cum ei reſcribetur, ſupplicationem ei denegatam eſſe. Grævius. Tabellarios cum laureatis litteris ad Senatum Gabinius miſit. Recitatæ in Senatu eæ fuerunt litteræ Idibus Majis, Marcellino, & Philippo Coſſ. quo die fuit ei ſupplicatio denegata, ut conſtat ex II. ad Q. Fratr. 8. Iidem tabellarii ad Gabinium in Syriam remiſſi, forte ex Iudaica in Ariſtobulum expeditione reverſum, de qua Plutarchus in Antonio cap. III. niſi lentiſſimi erunt, poſt paucos ab eo dies, quo hæc a Tullio dicuntur, ad Gabinium pervenient, notamque iſtam, & ignominiam denegatæ ſupplicationis perferent, quo pœniteat hominem temeritatis. Quantum igitur hujus habitæ orationis dies ab idibus Majis diſtare putabitur? menſe Iunio habita facile cognoſcitur. Cod. Barb. *non ceſſarunt*. Garaton.

Cujus amici, ſi qui ſunt) Subindicat, ut opinor, qui Gabinio favebant, ejuſque amici videbantur, re vera eos non Gabinii amicos eſſe, ſed Pompeji, cujus ille opibus, & gratia in Conſulari dignitatis gradu fuerat collocatus. Semper autem Pompeii ſumma erga Gabinium extitit benevolentia: ut per eum ne Ciceroni quidem licuerit recuſare, quin tandem cum homine inimiciſſimo rediret in gratiam, in quem tam multa, tamque acerba dixerat. Non probo Erneſti conjecturam, pro *utuntur* ſcribendum exiſtimantis *utentur*: neque item ironiam illam, quam hoc loco idem ſibi viſus eſt reperiſſe. Albucii exemplum ab iis prolatum arbitror, qui Procilium refutare vellent adfirmantem, id ante Gabinium nemini contigiſſe: quod ipſe pergit Cicero adfirmare in Piſon. 19. quem ad locum vide omnino, quæ attulit ex Perizonio Verburgius. Idem.

Belluæ tam immani tamque tetræ) Cic. Sextiana: *Hanc tetram immanemque belluam*. Piſonian. 1. *Iamne vides, bellua, jamne ſentis?* Abram.

Poſſunt

Digitized by Google

sunt ulli esse amici, hac consolatione utuntur, etiam T. Albucio supplicationem hunc ordinem denegasse. Quod est primum dissimile: res in Sardinia cum mastrucatis latrunculis a propraetore una cohorte auxiliaria gesta, et bellum cum maximis Syriae gentibus, tyrannis, consulari exercitu, imperioque confectum: dein-

Possunt ulli esse amici) Xenophon 2. memorabilium: Οι μεν γ πονηροι παντως, εμοι γε δοκεσιν αλληλοις εχθροι μαλλον, η φιλοι πεφυκεναι. *Mali omnino mihi magis inimici invicem esse videntur, quam amici* Pulchre Plato lib. primo de Rep. exeunte injustum esse ait: στασιαζοντα και εχ ὁμονοεντα αυτον αὑτῳ. επειτ' εχθρον και ἑαυτῳ, και τοις δικαιοις. *Dissidentem a se ipso, nec sibi consentientem, deinde & sibi, & justis esse inimicum.* Δικαιοι δε γ' εισιν, ὦ φιλε, και οἱ θεοι. και θεοις αρα εχθρος εςαι ὁ αδικος, ὁ δε δικαιος φιλος. *Justi sunt Dii, quare injustus Diis erit inimicus: justus autem amicus.* Vide Arrianum dissert. Epicteti lib. 2., cap. 22. fuse de hac malorum amicitia disserentem. IDEM.

T. Albucio) Hic Sardiniam provinciam propraetor obtinebat. HOTTOM.

Quod est primum dissimile &c.) Gembl. S. Victor. Pal. nonus., *quid*: unde distinguit Guilielmius: *Quid est? primum diss.* GRUTERUS. Melius interpungeretur: *Quid? est primum dissimile*: sed a vulgata, quam omnes mei libri confirmant, discedere, quamvis optimorum causa, non est necesse. GAR.

Mastrucatis latrunculis) *Mastruca* vilissimum vestis genus e villis quorumlibet animalium, quo Sardi montani utebantur. HOTTOM. *Cum mastrucatis latrunculis*) Interpretatio petenda a Turnebo d. cap. 9. GRUTER. *Mastrucatis*) Fabius 1. Instit. cap. 9. *Mastrucam, quod Sardum est, illudens Cicero ex industria dixit.* Erat mastruca Sardorum vestis: de qua fragmentis orationis pro Scauro: *Quem purpura regalis non commovit, eum Sardorum mastruca mutavit?* Vide Plautum Poenulo actus 5. sc. 5. Turnebus lib. 10. cap. 24. *Vestem scorteam, quae pessime olet, esse dicit, qua Sardi utebantur, & barbari septentrionales.* Prudentius libro posteriore in Symmachum:

—— Templa aurea flammis
Solvere, mastrucis proceres vestire togatos.

Idem Turnebus lib. 20. cap. 9. sic: *Montani autem in Sardinia quod agrum frumentarium non habebant, latrocinari solebant, & campos frumentarios populari. Ii pellibus musmonum vel musmonum se loricabant, proinde mastrucatos dixit scorteis munitos, & pellitos.* Laudat Strabonem libro 5. *Nascuntur pilum caprinum pro vellere gerentes arietes, qui musmones dicuntur: horum pellibus se loricant.* Vid. Aelianum lib. 16. de animalibus, cap. 34. Varro lib. 2. de re rustica exeunte: *Neque non quaedam nationes harum caprarum pellibus sunt vestitae, ut in Getulia, & Sardinia.* ABRAM.

Latrunculis) Gens Sardorum latrociniis assueta: citatur a Ludovico Dorleans Sallustius Sardorum faciens mentionem, *Genus militum statim a pueritia suetum latrociniis.* Vid. Tacitum sub finem 2. Annalium. IDEM.

A propraetore) Cod. Barb. Rom. & prior Ven. *a Praetore*, atque recte, atque ex Tulliana certe consuetudine. His, quos dixi, libris tres MSi Britannici accedunt. Infra legerim: *cum maximis Syriae gentibus, ac tyrannis*, quod a Lambino, qui unus tacite ita dederat, sumpsit Olivetus: quandoquidem in ed. Oxon. *ac* a duobus MSis abesse dicitur. ut proinde in quatuor aliis repertum oporteat. Quam recte autem adsit, omnes, ut opinor, intelligunt. A Barb. quidem ignoratur, sed fieri vix potest, ut in omnibus aliorum libris defuerit. GARATON.

Graecum

Digitized by Google

deinde Albucius, quod a Senatu petebat, ipse sibi in Sardinia ante decreverat: constabat enim, Græcum hominem, ac levem in ipsa provincia quasi triumphasse. Itaque hanc ejus temeritatem Senatus supplicatione denegata notavit. Sed fruatur sane hoc solatio: atque hanc insignem ignominiam, quoniam uni, præter se, inusta est, putet esse leviorem, dummodo, cujus exemplo se consolatur, ejus exitum exspectet: præsertim cum in Albucio nec Pisonis libidines, nec audacia Gabinii fuerit: hac tamen una plaga conciderit, ignominia Senatus. Atqui duas Gallias qui

Græcum hominem) Orator in Bruto: *Doctus etiam Græcis Tit. Albucius, vel potius pene Græcus*: & 1. de finib. bon. & mal. *Nisi qui se plane Græcum dici velit, ut a Scævola est Prætor salutatus Athenis Albucius: quem quidem locum cum multa venustate, & omni sale idem Lucilius: apud quem præclare Scævola,*

Græcum te, Albuci, quam Romanum atque Sabinum, &c.
Maluisti dici. Græce ergo Prætor Athenis
Id quod maluisti, te, cum ad me accedis, saluto:
Χαῖρε, inquam, Tite: lictores, turma omnis cohorsque
Χαῖρε: hinc hostis Muti Albucius hinc inimicus. Abram.

Et levem) Nota est Græcorum levitas: vide orationem pro Flacco, Livium passim, & in Pisonem, ac pro Milone, *Comites Græculi*. Merito autem hunc Sardiniensem triumphum tribuit levitati. Nam ut dicitur in Pisonem: *Levitatis est inanem aucupari rumorem, & omnes umbras etiam falsæ gloriæ consectari.* Idem.

In ipsa provincia) Contra morem. Triumphandi enim jus non erat nisi pacata provincia, & deportato exercitu. Romæ tantum triumphabatur, ut ex omnibus scriptoribus liquet: aut etiam in monte Albano, sed id rarius, & extra ordinem. Idem.

Hoc solatio) Etsi, ut ait Orator epistola ad Torquatum tertia, *Levior est consolatio ex miseriis aliorum*; tamen frequentissime consolatio ducitur a miseria ceterorum, & passim noster eam iniit rationem. Vide lib. 10. ad Attic. epist. 14. 15. Thucydides lib. 7. Ἰσομοιρίαν τῶν κακῶν μετὰ πολλῶν κούφησιν ἔσχε μεγίστην. *Æqualis malorum participatio cum multis maximum habet levamen.* Pedo Albinovanus consolat. ad Liviam allusit:

I nunc, & rebus tanta impendente ruina
In te solum oculos, & tua damna refer.

Vide Helenam apud Senecam actu 4. Troadis. Idem.

Uni præter se inusta) Nescio an vere: vid. Livium lib. 42. cap. 8. de Marco Popilio, qui in Ligures deditos sævierat. Vide quoque Livii lib. 35. cap. 6. de litteris L. Cornelii Merulæ, quas scripserat de secundo prœlio cum Boiis facto. Idem.

Exitum) Albutius ex Sardinia pecuniarum repetundarum damnatus in exsilium ejectus est. Tuscul. v. *Quid? T. Albutius nonne animo æquissimo Athenis exsul philosophabatur? cui tamen illud ipsum non accidisset, si in republica quiescens Epicuri legibus paruisset.* Hotrom.

Hac tamen una plaga) Codex optimus Erfurtensis in V. L. item Barberinus, duo Britan. & prior Veneta, *hac tamen, hac una plaga*: quæ non est contemnenda repetitio. Gar.

Ignominia Senatus) Id est, quam Se-

qui decernit Consulibus duobus, hos retinet ambo: qui

Senatus imposuit: quemadmodum Æneid. II. 436. *vulnus Vlyssis*, est, quod Vlysses inflixerat, ut Servius interpretatur. Videri potest Gellius IX. 12. DUCÆUS. Ita etiam recte hunc locum contra Manutium explicat Ferratius VI. Epist. 6. & Grævius ad c. 18. in Pison. quem vide quoque ad I. in Catil. 1. GAR.

Atqui duas Gallias qui decernit) Sic ex MSS. Victorius hunc locum constituit, consentiente Erfurtensi, & Pall. P. Manut. & alii: *At qui duas Gallias decernit*. In sequentibus, *Consulibus duobus*, in Erfurt. non legitur *duobus*: & potest abesse. GRÆVIUS. Rom. ambæ Ven. Ald. Hervag. & Car. Steph. cum P. Manutio consentiunt. Lamb. ordine illorum immutato, *At duas Gallias qui decernit*. Sed vera omnino est lectio Naugerii, quam Grut. restituit, quam cum optimis codicibus firmat Barberinus, quam denique cum Grævio recentiores prætulerunt. Unus Brit. Manutianam lectionem habet, tres Naugerianam, duo, *At duas Gallias decernit*. GAR.

Duas Gallias qui decernit) Præcesserant variæ, discrepantesque sententiæ. Quidam enim Senator, vel quod esset Cæsaris inimicus, ut Domitius, Marcellus, Bibulus, M. Cato, vel quod existimaret perniciosum esse exemplum, ut unus & idem duas provincias obtineret, censuerat utramque Galliam decernendam esse futuris consulibus, ut primo quoque tempore successor Iulio Cæsari mitteretur. Qua in sententia noster id reprehendit, quod hoc pacto retineretur Piso, & Gabinius in sua uterque provincia, & ita civium, præsertim autem publicanorum calamitas, sociorum ærumna, sceleratissimorum hominum impunitas propagaretur. Alii media quasi incedentes via, Cæsarem quidem censebant non esse omnino revocandum, sed altera ex duabus, quas obtinebat, provinciis esse privandum, ut alteri Consulum, qui designandi erant, proximis comitiis vel citerior, vel ulterior Gallia, alteri vero vel Syria, vel Macedonia obveniret. In qua posteriore sententia noster notat illud incommodi, quod in pari scelere Pisonis & Gabinii disparem faceret conditionem, dum revocaretur alter, alter in provincia remaneret. ABRAM. Dio Cassius XXXIX. 25. & seqq. Pompejum scribit hoc jam tempore invidere, atque obtrectare cœpisse Cæsari. Inter alia multa, quæ in eam rem colligit, hæc sunt, quæ ad hanc Tullii orationem pertinent. *Επεχειρησε μεν γαρ Υπατους αναπεισαι, μητε τας επιστολας αυτου ευθυς αναγιγνωσκειν, αλλα και επι πλειστον, μεχρισαν αυτοματος η δοξα των πραττομενων εκνικηση, συγκρυπτειν. και διαδοχον τινα αυτω και προ του καθηκοντος καιρου πεμψαι.* *Itaque* Pompejus *Consulibus persuadere conabatur, ne Cæsaris litteras statim recitarent, sed omnino tantisper occultas haberent, donec ipsa rerum gestarum fama eodem pertingeret: atque successorem Cæsari etiam ante constitutum tempus mitterent*. Sed falli Dionem, jamdudum est intellectum: cujus omnis illa narratio tum Suetonii, Appiani, Plutarchi testimonio, tum omnium gravissimo Ciceronis exploditur. Hæc autem, quæ retuli; sunt etiam inscita. Primum illud de litteris quam est a Pompeji gravitate, gloria, dignitate, suarumque fiducia rerum alienum. Summusne imperator, & civis, tamquam unus aliquis Græculus, ad tam levia, & inania descenderit? Deinde quibusnam Consulibus hæc suadebat? an Marcellino, quem ejus fuisse inimicissimum Dion ipse non diffitetur? an Philippo, qui erat conjunctissimus cum collega? vide II. ad Q. Fratr. 6. qua ex epistola discitur, etiam Cæsari Marcellinum vehementer restitisse: idemque in hac ipsa provinciarum caussa ille fecit, ut rerum connexio, viri animus, & locus infra c. 16. persuadent. Conjunctio Cæsaris, & Pompeji, vivo Crasso, numquam est est imminuta: quin etiam Pompejus anno post, quam Consul iterum cum Crasso fuit, legionem Cæsari commodavit, ut notum est ex VI. B. G. 1. VIII.

qui autem alteram Galliam, et aut Syriam, aut Macedoniam, tamen alterum retinet, et in utriusque pari scelere disparem conditionem facit. Faciam, inquit, illas prætorias, ut Pisoni, et Gabinio succedatur statim.

VIII. 54. & Cal. VIII. ad Div. 4. nam duas falso putat Plutarch. in Pomp. c. LII. & in Cæs. XXV. An hoc etiam invitus fecit, ne cœptis suis Cæsar obsisteret, quod de imperio Cæsari per eumdem prorogato somniat Dio? cum quidem prorogatio ab eorum potius concordia profecta fuerit, & pactione illa reip. simul tenendæ comprehensa, de qua Sveton. in Cæs. XXIX. Plutarch. in Cat. min. XLI. in Pomp. LI. LII. &c. Quid multa? de Pompeji erga Cæsarem voluntate dubitare non sinit Cicero: qui narrat infra c. 11. eum Cæsari majorem supplicationem superiore anno exeunte decrevisse, quam erat ipse consecutus: deinde hoc ipso anno se per Pompejum Cæsari reconciliatum fuisse testatur I. ad Div. 9. quæ litteræ cum aliis I. ad Div. 7. & VIII. ad Att. 3. abunde porro docent, Pompejum hoc tempore conjunctissimum fuisse Cæsari, rebusque omnibus satisfactum ei voluisse, atque adeo provincias eidem adimi noluisse. Præcipue notanda sunt verba d. epist. 9. *in hac sententia* (colendi Pompeji) *complectendus erat mihi Cæsar, ut vides, in conjuncta & causa, & dignitate*. Erat plane consentaneum, Cæsarem & ornari a Cicerone, Pompeji studiosissimo, & a Marcellino Pompeji inimicissimo oppugnari. Imo Consul non hominem, sed tyrannidem insectabatur, quæ Pompejo erat cum Cæsare, Crassoque communis: quam quidem haud minus oderat Tullius, sed prudens ex tempore, quod ipse luculenter exponit, consilium capiebat. Garatonius.

Hos retinet ambo) Ita Lambinus, fide exemplaris S. Victoris: cui respondet Pal. nonus: antique pro *ambos*, ut in vulgatis. Gruterus. Etiam cod. Barb. *ambo*, Britannicis, editisque ante Lamb. omnibus male repugnantibus. Gar.

Faciam, inquit, illas pretorias) Ut non Consules, sed Prætores, eas obtineant, ac proinde duo Prætores confestim in illas mittantur, itaque Piso & Gabinius revocentur. Hottomannus. *Faciam, inquit, illas pretorias*) Hic occurrunt non pauca notatu digna. 1. Non easdem semper fuisse consulares provincias, sed modo hanc, modo illam, & eamdem modo Consularem, modo Prætoriam fuisse, prout reipublicæ tempora, bellorumque aut pacis ratio exigebat. 2. Penes Senatum fuisse tam Consulares quam Prætorias quotannis decernere. 3. Antequam designarentur Consules, actum fuisse de futuris eorum provinciis. 4. Quamprimum missos fuisse Prætores in suas Provincias, Proconsules vero non nisi post annum gesti in urbe magistratus evolutum. 5. Denique eam fuisse vim legis Semproniæ, ut cum possent Tribuni plebis intercedere Senatusconsulto, quo decernebantur provinciæ Prætoriæ, ei tamen, quo fiebant provinciæ Consulares, intercedere non possent. Iam ad sensum. Proponit Orator rationem, quam inierat ille Senator, ut & Cæsarem vel revocaret omnino, vel saltem provinciæ diminutione multaret, & tam Pisonem, quam Gabinium e provincia revocaret. Faciam, inquit, Syriam & Macedoniam provincias Prætorias, in quo plus consequar, quam si decernerem esse Consulares. Si enim Prætoriæ fuerint, iis primo quoquo tempore, ut primum Prætores magistratum inierint, succedetur: At si Consulares essent, non nisi post annum Consul, gesto in urbe magistratu, successor mitteretur. Abram. Hoc falsum, missos fuisse Prætores in suas provincias quam primum. Illo tempore nunquam cum ordinario imperio mittebantur Prætores in provincias, simul ac Prætores creati erant Romæ, sed post gestam in urbe

tum. Si hic sinat. Tum enim Tribunus intercedere poterit, nunc non potest. Itaque ego idem, qui nunc Consulibus iis, qui designati erunt, Syriam, Macedoniamque decerno, decernam easdem prætorias, ut et

te præturam, æque ut Consules post consulatum. Unde dicti sunt Pro prætore regere provinciam, ut illi Pro consule. Verum Prætoribus illius anni, quo hæc oratio fuit habita, potuerunt mandari provinciæ Consulares Prætoribus, cum in prætorias mutatæ essent: quod non licuisset, si Consulares mansissent provinciæ. Multi enim tum erant Prætores. GRAEV.

Si hic sinat) Demonstrat Tribunum aliquem, qui Gabinio, & Pisoni favebat, seque illi decreto intercessurum minabatur: nam lege Sempronia decretis de prætoriis provinciis intercedi licebat. Locus est insignis ex quo intelligitur, mutatam fuisse pristinam consuetudinem, quam Valer. lib. II. his tradit verbis: *Tribunis pl. intrare curiam non licebat: ante valvas positis subselliis decreta patrum examinabant. Postea lex Atinia lata est, ut qui Tribunus pl. esset, idem vi ipsa tribunatus senatorii esset ordinis, dicundæque in senatu sententiæ jus haberet.* Agell. lib. XIV. cap. ult. Sueton. August. *In locum demortui Tribuni pl. candidatum se petitorem ostendit, quum quam patricius needum senator.* Et infra: *Comitiis tribunitiis si deessent candidati senatores, ex equitibus Rom. creavit, ita ut potestate transacta in utro vellent ordine manerent.* HOTTOM. *Si hic sinat*) Cum intercedebant Tribuni plebis, dicebant *se non passuros*, ut multis auctorum locis probat Barnabas Brissonius lib. 2. formularum. Quod etiam οὐκ ἐάσειν, ut idem advertit, ex Dionysio Græci reddiderunt. Commodius tamen Orator *si hic sinat.* Sinere enim dicitur, ut notabat Theodorus Marcilius, qui prohibere potest, ut Pontifex Maximus Flaminem: patitur etiam qui prohibere nequit. Unde illud Catilinaria prima. *Non feram* tanquam onus; *non patiar* tanquam injuriam: *Non sinam* tanquam Consul, non sinam ego qui Consul sum, & prohibere possum. ABRAM.

Cod. Barb. *si hic sinat Tribunus: tum enim intercedere poterit, nunc non potest.* Hæc varietas mihi suspicionem auxit, vocem *Tribunus* abesse debere, quam injecit merito Erfurtensis, in quo illa vox non exstat, ut quidem ex V. L. colligitur. Oratio est sine hac voce apertissima, & digitus jam erat Tribuno plebis indicando protentus. Plane glossam intueri me arbitror, meliusque legi posse: *si hic sinat: tum enim intercedere poterit, nunc non potest.* In Plauti Casina II. 6. 40. ST. *Hoc age sis, Olympio.* OL. *Si hic litteratus me sinat.* Similis locutio in Senecæ Thyeste v. 644. ubi choro dicenti, *Effare, & istud pande, quodcumque est, malum,* respondet Nuntius, *Si steterit animus, si metu corpus rigens Remittet artus.* Animadverti etiam, locum illum VII. ad Att. 5. quo Cæsar Jocos armis sublaturus extimescitur, huc non invitum referri posse. *Reliquum est jocari: si hic sinat.* GARATON.

Tribunus intercedere) Cicero de legibus III. *Plebes quos pro se contra vim auxilii ergo creassit, Tribuni ejus sunto: quodque il prohibessint, quodque plebem rogassint, ratum esto: sanctique sunto.* Intercedendi formula fuit vox *Veto.* Liv. lib. VI. *Faxo, ne juvet vox ista Veto, qua nunc concinentes collegas nostros auditis.* HOTTOM.

Qui designati erunt) Provinciæ consulares decernebantur a senatu, non jam consulatum gerentibus, sed iis qui proximis comitiis consules designarentur, ut eas post menses XVII. obtinerent, ut antea dictum est. Salust. Iugurth. Init.

Decernam easdem prætorias) Ostendit se utrique incommodo, quod ejus fieri poterit, obviam iturum. Nam & Consulares esse decernet, ut si non statim, saltem certo & sine intercessione succedatur: & postquam Consulares

et Prætores annuas provincias habeant, et eos quam primum videamus, quos animo æquo videre non possumus.

8. Sed, mihi credite, numquam succedetur illis, nisi cum ea lege referetur, qua intercedi de provinciis non licebit. Itaque, hoc tempore amisso, annus est integer vobis exspectandus: quo interjecto, civium calamitas, sociorum ærumna, sceleratissimorum hominum impunitas propagatur. Quod si essent illi optimi viri, tamen ego mea sententia C. Cæsari succedendum nondum putarem. Qua de re dicam, patres conscripti, quod sentio, atque illam interpellationem mei familiarissimi, qua paullo ante interrupta est oratio mea, non pertimescam. Negat me vir optimus inimi-

lares esse decreverit, easdem illius anni interstitio Pretorias esse censebit, ut Piso & Gabinius; si per Tribunum plebis licuerit, primo quoque tempore revocentur. Abram.

Sed, mihi credite) Id decernam amoris potius in rempublicam mei testandi, & rei tentandæ causa, quam spe impetrandi: quia prævideo fore, ut Tribunus plebis intercedat, nec patiatur Syriam & Macedoniam fieri Prætorias, neque successor Pisoni & Gabinio unquam mittetur, nisi cum referetur lege Sempronia, cujus ea vis est, ut intercedi Senatusconsulto de provinciis Consularibus minime patiatur. Idem.

Ea lege referetur) Sempronia nimirum, nam duæ fuerunt leges; Sempronia, ut prætoriarum decreto intercedi liceret, consularium non liceret; & Cornelia, ut qui provinciam ex S. C. obtineret, is imperium tamdiu haberet, quoad in urbem redisset. Hottom.

Itaque hoc tempore amisso) Si hoc tempus & occasionem intercessio tribunitia nobis eripuerit, non poterimus successorem mittere, antequam annus fuerit elapsus. Abram.

Civium calamitas) Quos Piso creditoribus suis addicit, & bonis evertit, Gabinius tradit Iudæis, & Syriam nationibus barbaris servituti. Abram.

Quod si essent illi optimi viri) Si Piso & Gabinius bene & ex imperii Romani dignitate regerent suas provincias, si civium, sociorumque commodis providerent, si hostium impetus propulsarent, aliam quamlibet provinciam decernerem potius quam Gallias, nec Iulio Cæsari, qui eas administrat, successorem mittendum esse censerem. Optimi dicti videntur fuisse proconsules & præsides provinciarum, unde & Paulus Festum & Felicem, homines omnibus sceleribus & flagitiis coopertos citra assentationem *Optimos* appellat, ut alibi ex Baronio notamus. Idem.

Qua de re dicam) Initio, cum Syriam Macedoniamque decerneret, eum quidam ex Cæsaris inimicis, Marcus Cato fortasse, vel Domitius Ænobarbus, interpellaverat, cum prope sederet, in aurem insusurrans, ut Gallias potius faceret consulares, quod non minus a Cæsare fuisset violatus, quam a Pisone & Gabinio: ad hanc igitur objectionem se præmunit Orator, antequam in laudem Cæsaris plura dicat. Idem.

Interpellationem) L. Philippi Cos. Hottom.

Omnem

Digitized by Google

miciorem Gabinio debere esse, quam Cæsari: omnem enim illam tempestatem, cui cesserim, Cæsare impulsore, atque adjutore esse excitatam. Cui si primum sic respondeam, me communis utilitatis habere rationem, non doloris mei; possimne probare, cum id me facere dicam, quod exemplo fortissimorum, et clarissimorum civium facere possim? An Ti. Gracchus, patrem dico, cujus utinam filii ne degenerassent

Omnem enim illam tempestatem) Exponitur ratio, quam is Senator adferebat, ut Tullium in Cæsarem concitaret: & *tempestatem* appellat seditionem Clodianam, qua Tullius ejectus est, cujus auctor videtur fuisse Cæsar, qui Clodium e Patriciis traduxit ad plebem, ut Tribunus plebis fieri posset, & Ciceronem expellere. Idem testatur Appianus 2. civilium: *Clodium Cæsar ad parandas insidias Ciceroni Tribunum plebis effecit, cum is jam oblique carperet trium virorum conspirationem ad invadendam rempublicam.* IDEM. Dio lib. 38. sed obscurius, & suo more malignius, omnia detorquens in invidiam Ciceronis: æquius Paterculus libro 2. *Non caruerunt suspicione oppressi Ciceronis Cæsar, & Pompejus*, &c. Quod ad *tempestatis* allegoriam spectat, frequens est Ciceroni de suis illis temporibus loquenti, ut in Pisonem 21. *Alios ego vidi ventos, alias prospexi animo procellas, aliis impendentibus tempestatibus non cessi, sed his unum me pro omnium salute obtuli.* Lib. 15. epist. ad Catonem: *Mitto quod invidiam, quod pericula, quod omnes meas tempestates & subieris, & multo etiam magis, si per me licuisset, subire paratissimus fueris.* Pro Sextio dicebat Cotta: *Declinasse me paululum, & spe reliqua tranquillitatis præsentes fluctus, tempestatesque fugisse.* ABRAM. Cod. Barb. omnesque Britann. item ante Naug. editi, quos habeo, exhibent, *omnem illam tempestatem*, sine particula *enim*, quam heic profecto, si absit, nemo desideret. GARAT.

Cæsare impulsore) Cæsar offensus dicto quodam Ciceronis in quadam oratione adjutor fuit P. Clodio, ut Tribunus pl. fieret. HOTTOM.

Exemplo fortissimorum virorum) Præter exempla, quæ proxime afferentur, lepidum est, quod refert Quintilianus lib. 12. cap. 1. *Certe Fabricius Cornelium Rufinum alioqui & malum civem & sibi inimicum, tamen quia utilem sciebat ducem, imminente bello, palam Consulem suffragio suo fecit, atque id mirantibus quibusdam respondit, a cive se spoliari malle, quam ab hoste venire.* Idem post Fabium Gellius, sed uterque post Ciceronem 2. de Oratore. ABRAM.

An non T. Gracchus, &c. tantam laudem) *Tantam*, quantam M. Lepidus: quidam legunt, *eamdem laudem*; quod idem valet: hoc autem ordine debent hæc verba legi, ut jam ostendemus. LAMBINUS. *An non Tiberius Gracchus*) Periodum hanc posteriores editiones distraxerant: revocavi hic in suum locum, volentibus omnibus mss. nostris, nec non edd. priscis, etiam Petri Victorii; ne id forte sibi arroget Lambinus, ut tamen facit. GRUTERUS. Omnes MSS. quos vidi, & omnes editi ante Lambinianam non agnoscunt et *non*, quod sine subsidio codicum inseruit Lambinus, quem hic perperam sequitur Gruterus, & omnes recentiores, qui Gruterum expresserunt. In sequente capite veram lectionem reposuit Gruterus, ubi quoque legebatur in recentioribus: *An non vero M. ille Lepidus*, quod mirum hic ab eo fuisse neglectum. Ordinem periodorum, quem restituerunt ex vett. MSS. & edd. Lambinus, & Gruterus confirmant etiam Erfurt. & Francii. GRÆV. *An Tib. Gracchus*) Hic Lamb.

Digitized by Google

sent a gravitate patria, tantam laudem est adeptus; quod

Lamb. & Grut. negantem particulam inseruerunt, quam ignorant Græviani, & nostri codices, & sensus respuit. Lallem. Retulerant negationem a Grævio ejectam Verb. & Oliv. non quidem contra sensum, ut putat Lallem. nec penitus contra libros, qui Lambino, & Grutero auctores non defuisse videntur, sed certe contra plerosque: cum etiam in Rom. in utraque Ven. in Aldina non inspectis a Grævio desit, item in cod. Barb. omnibusque Britannicis. Vide ad similem locum initio c. 9. Sed non male Gryphius, interrogatione sublata, dedit, *At Tib. Gracchus &c.* De ordine periodorum tenendum hoc est, omnes aliorum codices, & nostrum Barb. editionesque omnes hunc a Grutero restitutum agnoscere, duobus exceptis codicibus, & edd. Lambinianis, indeque descriptis. Nam Lamb. totam periodum, *At Tib. Gracchus &c. qui triumphasset*, hinc movit, & ad finem capitis collocavit ante illa, *An vero M. ille Lepidus &c.* idque se MSis duobus auctoribus fecisse testatur. Quibus quidem credendum non videtur: neque, si plures etiam adsentantur, meliorem factam illam causam putabo: nam ratio, quam pro illis Lamb. attulit, plane contra facit. Neque enim Tib. Gracchus inimicitias deposuit, ut certe fecit Lepidus; quippe qui in concione juraverit, *se in gratiam non rediisse*. Quid autem Cicero velit, ex ipsius verbis deduci debet, non ex eo, quod alii tradunt, ut mox refert Abramius, reconciliatum illo ipso die Gracchum fuisse Scipionibus. Quod etiamsi verum fuerit, nihil huc pertinebit: quum hoc fecisse Gracchum inimicitias adhuc palam profitentem narrent cum Tullio Livius XXXVII. 57. Valerius Max. IV. 1. 8. & Gellius VII. 19. Iam vero exemplorum aperta est differentia: primum ait Tullius, se remp. privato suo in Cæsarem odio anteferre debere, eamque ipsum ornare, quem oderit, ut boni Senatoris officio fungatur, idemque fecisse in Scipione Gracchum, in Mario Crassum, Scaurum, Metellos: deinde se reip. causa cum Cæsare in gratiam redire, ut cum Fulvio Lepidus, cum aliis alii redierunt. Garaton.

Ti. Gracchus) Non consentiunt scriptores in hac narratione. Livius lib. 38. exeunte varia refert ex variis scriptoribus. Majorem fidem habendam crediderim Aulo Gellio lib. 7. noct. Attic. cap. 19. tum quod magis adstipuletur Ciceroni, tum quod ipsa decreti Tribunitii verba referre se confirmet. Vide & decretum aliorum tribunorum, & quæ ibi subdit Gellius: quorum decretorum, si modo vera sunt, ignoratio Livium mire turbavit, & Valerium Maximum lib. 4. cap. 1. In eo tamen omnes consentiunt, quod juraverit se in gratiam non rediisse. Eodem tamen die in gratiam redierunt, traditque Livius ex quorumdam relatione: *Senatum eo forte die in Capitolio cœnantem consurrexisse, & petisse, ut inter epulas Graccho filiam Africanus desponderet. Quibus ita inter publicum solemne sponsalibus rite factis, cum se domum recepisset, Scipionem Æmiliæ uxori dixisse, filiam se minorem despondisse. Cum illa muliebriter indignabunda nihil de communi filia secum consultatum, adjecisset, non si Tiberio Graccho daret, expertem consilii debuisse matrem esse, Patrum Scipionem tam concordi judicio ipsi desponsam respondisse.* Abram.

Filii ne degenerassent) Satis notum est hujus duos fuisse filios, Tiberium & Cajum, homines populares, a senatu alienos, qui suis consiliis & legibus perniciosis rempublicam labefactarunt. Hott. *Filii ne degenerassent*) Tiberius & Cajus, qui cum a Senatu defecissent, & degenerassent a gravitate paterna facti populares agrariis & judiciariis legibus multas seditiones in republica concitarunt. Gracchis, ut ait Vellejus lib. 2. *Si civilem dignitatis concupissent modum, quidquid tumultuando adipisci gestierunt, quietis obtulisset respublica.* Abram.

A gravitate patria) Grut. & Græv. hoc e Lamb. silentes adsciverunt: ante Lamb. editi, & cod. Barb. *paterna*.

Digitized by Google

quod Tribunus plebis solus ex toto illo collegio L. Scipioni auxilio fuit, inimicissimus et ipsius, et fratris ejus, Africani, juravitque in concione, se in gratiam non rediisse; sed alienum sibi videri dignitate imperii, quo duces essent hostium, Scipione triumphante, ducti, eodem ipsum duci, qui triumphasset? Quis

ae. Sed erat *patria* in optimo cod. Car. Steph. & in aliis aliquibus inventum idem non dubito. Tamen accederem Oliveto, & Lallem. *paterna* restituentibus, Oxoniensium adprobante silentio; nisi ea vox interpretem redoleret, ac proinde tutior nequiret fieri multitudine suffragiorum. A vulgi consuetudine recedit, *gravitas patria*, tametsi Cicero ita sæpe loquatur, ut hoc loco aliis adjecto docet Pareus in Lex. Crit. p. 895. Adde pro Cæl. 16. duosque in primis Manilianæ locos c. 3. & 8. quos adfert Dukerus ad Livium XXXVIII. 1. ubi hæc eadem contigit permutatio. GAR.

Auxilio fuit) Livius libro 38. hanc ipsam historiam narrans: *Tum quoque si se appellet, auxilio ei futurum ne caussam dicat*. Recepta loquendi formula. Tribunorum enim, ut notat Brissonius libro 2. formul. exeunte, *propria erat auxilii potestas. Inde apud Liv. lib. 6. scriptum est, Imperium penes Consules, penes Tribunos auxilium tantum esse*. Vide ibi exempla non pauca. ABRAM.

Alienum sibi videri dignitate imperii) Ita omnes libri rectissime, ut infra c. 17. *non quo alienum mea dignitate arbitrarer*: item pro Quinct. 21. & 31. V. in Verr. 67. I. de Divin. 37. XIV. ad Att. 13. XI. ad Div. 27. aliisque pluribus locis. Erat non modo sententia, verum etiam hæc ipsa fere locutio in Gracchi verbis, quibus auxilium L. Scipioni tulit, a Gellio l. c. servatis: *alienum videri esse dignitate reip. in eum locum imperatorem populi Romani duci, in quem locum ab eo conjecti sunt duces hostium*. Notatur ibi quidem, codicem quemdam habere, *a dignitate reip.* & apud Valerium Max. l. c. ita eadem referuntur: *cum L. Cornelius Scipio die triumphi sui ante currum actos hostium duces in carcerem conjecerit, indignum, & alienum a majestate populi Romani videri, eodem ipsum duci*. Atque adeo in ambobus Gellii codicibus Barberinis illam præpositionem adesse vidi. Verum hic maxime Tullianorum codicum consensus ostendit, rectius, aut certe verius ceteros Gellianos præpositione carere, imo etiam nonnullos Valerii apud Torrenium, in quibus duo Barberini a Gudio collati numerari certe debent, eo loco ita exhibentes, *alienum majestate reipublicæ*; atque hoc quidem *reipublicæ* non per solitam notam, sed omnibus plane litteris. GARAT.

Quo duces essent hostium) Hæc Valer. lib. IV. cap. 1. *Ante triumphantis currum capti hostium duces vincti ducebantur. Imperator auratis quadrigis laurea coronatus dextra ramum lauri tenens vehebatur: cumque in capitolium adscendere inciperet, necare jubebat*. Cic. in Pison. *Differis de triumpho? quid tandem habet iste currus? quid vincti ante currum duces?* Idem Verr. VII.: *At etiam qui triumphant, eoque diutius hostium duces servant, ut his per triumphum ductis pulcherrimum spectaculum fructumque victoriæ populus Romanus percipere possit: tamen cum de foro in capitolium currum flectere incipiunt, illos duceve in carcerem jubent, idemque dies & victoribus imperii, & victis vitæ finem facit*. HOTTOM. *Quo duces essent hostium*) Eumenius panegyrico Constantini: *Captivi Reges cum a portis usque ad forum triumphantium honestassent currus, simul atque in Capitolium currum flectere cœperat Imperator, abrepti in carcerem necabantur*. ABRAM.

Qui triumphasset) Hic ordo sententiarum, & periodorum integrarum erat perturbatus: ego in ordinem re-

Digitized by Google

Quis plenior inimicorum fuit C. Mario? L. Crassus, M. Scaurus: aliine inimici? omnes Metelli. At hi non modo illum inimicum ex Gallia sententiis suis non detrahebant, sed et propter rationem Gallici belli,

redegi: hoc tantum: præter codicem autem duorum auctoritatem, qua fretus ordinem vulgatorum immutavi, adjuvit me ratio. Nam exemplum Ti. Gracchi, quemadmodum & M. Lepidi, pertinet ad consilium inimicitiarum reipublicæ causa ponendarum. Quare ea conjunctim legi debent, & locanda sunt post illa, *Quid si ipsas inimicitias*, &c. LAMBINUS.

Quis plenior inimicorum fuit C. Mario?) C. Marius obscuro loco, ex Arpinate municipio natus, Quintum Metellum Numidicum accusavit, ut dicitur Offic. *Cujus legatus erat, summum virum & civem cum ab eo Imperatore suo Romam missus esset, apud populum Romanum criminatus est bellum illud* contra Iugurtham *ducere, sed si se Consulem fecissent, brevi tempore aut vivum aut mortuum Iugurtham se in potestatem populi Romani redacturum. Itaque factus est ille quidem Consul, sed a fide justitiaque discessit, qui optimum & gravissimum civem, cujus legatus & à quo missus esset, in invidiam falso crimine adduxerit.* Quo scelere omnium in se Metellorum odium concitavit. Idem Consulatum adeptus atrocem habuit contra nobiles concionem, quam videbis apud Sallustium: hinc in eum universa prope nobilitas exarsit. ABRAM.

L. Crassus) Paucos è multis elegit, quorum Luc. Crassus eloquentia, M. Æmilius Scaurus auctoritate, Metelli familiæ amplitudine facile primas obtinerent. De Crassi eloquentia plenus est Brutus, pleni tres libri de Oratore. De hoc eodem & auctoritate Scauri Valerius lib. 8. cap. 5. Hæc refert quod, ut dicit Aurelius Victor, sive quis alius auctor libelli de viris illustribus, *Scaurus senex cum a Vario Tribuno plebis argueretur, quasi socios ad arma coegisset, ad populum ait: Varius Sucronensis Æmilium Scaurum ait socios ad arma coegisse: Scaurus negat. Utri potius credendum putatis? Tantum auctoritate potuit, ut hac una voce accusatori silentium indixerit.* De Metellorum familia notandum illud ex Vellejo: *Intra duodecim fere annos Consules fuere Metelli, aut Censores, aut triumpharunt amplius duodecim.* Iam Crassum Mario fuisse inimicum hinc colligere licet, quod Pub. Crassus ejusque filius insequentibus militibus Marianis mortem oppetierunt: id etiam M. Crasso periculum impendebat, nisi in spelunca latuisset. Scaurum amicum Mario fuisse insinuat auctor libelli de viris illustribus: *Tantumque auctoritate potuit, ut Opimium contra Gracchum, Marium contra Glauciam & Saturninum privato consilio armaret.* Sed cum Cæciliam Metelli Pontificis filiam uxorem habuerit, eaque post mortem Scauri Sullæ Dictatori nupserit, vix adducor ut credam Mario & Scauro inter se convenisse. Adde quod Marius in amicitiis varius fuit & mutabilis, & cum inimicis rediit in gratiam sexto Consulatu, cum Luc. Saturninum oppressit. De Metellorum inimicitiis res est clarior, quam ut dicenda videatur. IDEM.

Aliine inimici? Hoc suspicor esse adjectitium: ut Cicero dixerit, *L. Crassus, M. Scaurus, omnes Metelli*, additumque fuerit explicandi causa, *inimici*, deinde nota varietatis apposita factum *al. inimici*, totumque id receptum. Nunc Ernestum video *aliine* tantum delere. Sed idem sequens *inimicum* suspectum habere cogitur. GARATON.

Gallici) Hoc est Cimbrici. Gallicum dicitur, quia contra Cimbros, & Teutones in Gallia primo gestum est, quanquam postea flexerit in Italiam. GRÆV.

Ecine

li, provinciam extra ordinem decernebant. Bellum in Gallia maximum gestum est: domitæ sunt a Cæsare maximæ nationes, sed nondum legibus, nondum jure certo, nondum satis firma pace devinctæ: bellum affectum videmus, et, vere ut dicam, pæne confectum: sed ita, ut, si idem extrema persequitur, qui inchoavit, jam omnia perfecta videamus: si succeditur, periculum sit, ne instauratas maximi belli reliquias, ac renovatas audiamus. Ergo ego senator, inimicus, si ita vultis, homini; amicus esse, sicut semper fui, reipublicæ debeo. Quid, si ipsas inimicitias depono reipublicæ causa? quis me tandem jure reprehendat? præsertim cum ego omnium meorum consiliorum, atque factorum exempla semper ex summorum hominum factis mihi censuerim petenda.

9. An vero M. ille Lepidus, qui bis Consul, et Pon-

Extra ordinem) Quod ei nominatim mandatum fuerit bellum Cimbricum in Gallia gerendum, cum de more Consules alii provincias sortirentur, aut inter se compararent. ABRAM. Ante L. Sullæ Dictaturam nemini privato, si remp. nondum attigisset, provinciæ, atque exercitus committebantur. Hinc, ut alios mittam, continuatus in C. Mario Consulatus, ut cujus opera periculosissimis temporibus resp. egebat, eum Consulem, non privatum, legionibus præficeret. Sed & antea eidem primum Consuli data est lege populi extra sortem provincia Numidia. Sallust. Iug. LXXXIV. *postquam ei provinciam Numidiam populus jussit*. Eam per triennium obtinuit, invita nobilitate, imperio per populum prorogato. Sallust. ibid. c. ult. *Marius Consul absens factus est, & ei decreta provincia Gallia*. Ex Africa nondum reversus alterum Consulatum adeptus est, quem per annos quinque continuavit, & provinciam Galliam extra sortem ab Senatu accepit, eoque toto tempore retinuit. Cum tribus modis extraordinariam provinciam obtinere diceretur quispiam; si privatus esset, si ei prorogaretur imperium, si magistratus ipse in provinciam nominatim mitteretur; quæritur, quomodo Marius extra ordinem gesserit bellum adversus Gallos. An quod erat privatus? nequaquam; nam in singulos annos Consul reficiebatur. An prorogato imperio, seu per populum, seu per Senatum? multo minus: iis enim, qui jam magistratu abiissent, prorogabatur imperium; at Mario jure Consulatus quotannis provincia debebatur. Quid ergo dicendum est? decrevisse quotannis Senatum, uti C. Marius Cos. sine sorte, ac nominatim provinciam illam administraret, quoad eum Galliæ debellatum est. FERRATIUS.

Adfectum, confectum) *Bellum adfectum* est prope jam ad exitum perductum; *confectum*, hostibus domitis & subactis. Sallustius dicere solet, *patratum*. Sic infra; *Ipse Cæsar quid est quod in Gallia commorari velit, nisi ut ea, quæ per eum adfecta sunt, perfecta reipublicæ tradantur*. HOTTOM.

An vero M. ille Lepidus) Reduxi scripturam olim cusam, firmatamque Pall. post impressis, *an non M.* male. GRUT.

GRUT. Habet *an vero* etiam cod. Barb. sed negationem infra ponit, ubi legit, *laudatus non est*. Primus ex meis Aldus senior, *an non*, quem secuti sunt omnes usque ad Grut. Scribi solet in MSis *vo* pro *vero*, atque ita parum distat a *non*. Mihi non liquet, utrum præferam. An peccasse videntur Ald. & ceteri ad Lamb. usque, dum supra exhibent, *an Tib. Gracchus*, & hic, *an non M. ille Lepidus*, æque ac Grut. Verb. & Oliv. qui contra dederunt, *an non Tib. Gracchus*, & hic: *An vero M. ille Lepidus*: ut aut sit utrobique negatio cum Lambino apponenda, quem immerito reprehendi puto, aut utrobique cum Græv. & Lallem. delenda? An potius Cicero ipse variavit, cum loqui utroque modo liceret? Licuisse autem docent Pearcius ad I. de Orat. 58. & ad I. de Offic. 15. Langius ibid. &, quod mirere, ipse Lambinus. Ajunt enim recte, Latine (immo eleganter addit Langius, cujus plurimi judicium facio) per *an* interrogando adfirmari, exemplisque Tullianis id comprobant. Nam id quidem per *an non* optime fieri, quis negare audeat? Sed exortus est nuper, qui per *an* id posse fieri pernegaret, Ernestus ad illum de Officiis locum, ad II. de Leg. 2. ad hosce inprimis, de quibus agimus. Popularis plane, multisque grata sententia; qua præferendi, emendandique ratio certa præscribitur, dubitatio facile tollitur, removetur id, quod in omissione negationis videtur esse παράδοξον. Tamen postea, qui Tullianos Officiorum libros ultimus egregie recensuit, Heusingerus p. 123. nos ad illam veterem Langii sententiam revocandos putavit. Huic si denique adsentiare, non dubitabis, quin jam olim in MSos negationes istiusmodi ab iis pervenerint, qui cum Ernesto sentiebant. Quorum quidem tantum fuisse numerum necesse est, ut contra mirandum sit vehementer, si umquam fuerint negationes illæ detractæ, quas auctores ipsi posuerint. Hoc argumento, quod magnopere causam illam juvat, glossemata his, aliisque locis versata esse facile conficies, quorum justam profecto suspicionem intelligenti ea, quas intuemur, varietates injiciunt. GARATON.

M. ille Lepidus) De hac inimicorum reconciliatione Valer. Maxim. lib. IV. cap. II. HOTTOM. *M. ille Lepidus*) Ad emphasim, quod esset propter gestos honores notissimus: de quo vide epitomen Livianam 48. De hujus autem censura & reconciliatione, præter laudatum Livium lib. 40. Valerius Maximus libro quarto, cap. 2. Gellius lib. 12. cap. 8. Noct. Attic. consulantur. Hujus Marci Lepidi exstant etiamnum nobilia monumenta, nummi videlicet statuam equestrem habentes, cujus in manu insigne est tropæum: quorum alii hanc epigraphen habent: M. LEPIDVS. alii hanc: M. LEPIDVS. AN. XV. PR. H. O. C. S. Quod εὐτόχως interpretatur noster Stephanus Hudelotus lib. 4. Gymnadum miscellarum cap. 6. quem postumum reliquit, brevi ut speramus in lucem proditurum, sic inquam interpretatur: *Marc. Lepidus annorum XV. Prætextatus hostem occidit, civem servavit*. Valerius Maximus lib. 3. cap. 1. de indole: *Æmilius Lepidus puer etiam tum progressus in aciem hostem interemit, civem servavit: cujus tam memorabilis operis index in Capitolio statua bullata, & incincta prætexta S. C. posita. Iniquum enim putavit, eum honori nondum tempestivum videri, qui jam virtuti maturus fuisset*. Idem doctissimus Hudelotus notat alium ejusdem Lepidi nummum exstare, in quo comparet ipse hastam, cui insidet aquila, manu gestans. Hinc adstat vir quidam gravitate & corporis majestate spectandus, ejus capiti coronam imponens cum hoc epigrammate, M. LEPIDVS. PONT. MAX. TVTOR. REG. superne vero S.C. In altera parte muliebre caput murorum pinnis coronatum cum hac inscriptione, ALEXANDREA: de quo Valerius libro 6. cap. 6. *Cum Ptolemæus Rex tutorem populum Romanum filio reliquisset, Senatus M. Æmilium Lepidum Pont. Max. bis Consulem ad pueri tutelam gerendam Alexandriam misit: amplissimique & integerrimi viri sanctitatem reipublicæ usibus, & sacris operatam externæ procurationi vacare voluit*, &c. ABRAM.

Fon-

Pontifex maximus fuit, non solum memoriæ testimonio, sed etiam annalium litteris, et summi poetæ voce laudatus est, quod cum M. Fulvio collega, quo die Censor est factus, homine inimicissimo, in campo statim rediit in gratiam, ut commune officium censuræ communi animo, ac voluntate defenderent? Atque, ut vetera, quæ sunt innumerabilia, mittam; tuus

Pontifex Maximus) Pontifices hoc tempore fuere VIII. majores, VII. minores. Vnus fuit olim a Numa rege creatus Maximus, quod maximarum rerum, quæ ad sacra & religionem pertinebant, judex esset, & vindex privatorum & magistratuum, qui religionum leges non observabant. Dionys. lib. II. Cic. pro dom. HOTTOM. *Bis Consul. & Pontifex Maximus*) Consul fuit cum C. Flaminio, ut auctor est Livius anno ab urbe condita DLIV. ex quo consulatu Ligures domuit: anno DLXXIV. Pontifex Maximus, & sequente Censor, ac rursus anno DLXXVIII. Consul. ABRAM.

Non solum. memoriæ testimonio) Sic Pal. nonus, responderque platearius S. Victoris: vulgata, *memoria*, *& testimonio*. GRUTERUS. Adstipulatur illis codicibus Erfurtensis: hoc est judicio, quod de eo faciunt omnis memoriæ homines, qui post illum vixerunt. GRÆVIUS. Cod. Barb. quinque Britann. & veteres editi servant lectionem non absurdam, *memoria*, *& testimonio*. Primus Car. Steph. deinde Lamb. *memoriæ testimonio*, fidem optimorum, quos habebant, codicum secuti, ut consensus trium, qui postea consulti fuerunt, ostendit: quibus unus nunc Britann. est addendus. Suos non laudavit tamen Lamb. sive quod edita jam erat lectio, sive quod unius cod. Stephanici auctoritatem habebat, quem certe cum aliis optimis facere credendum est: quorum fidem hoc loco illa concinnitas comprobat, qua memoriæ testimonium opponitur annalium litteris, & voci summi poetæ, cum in vulgata hoc idem figura minus opportuna involutum exstaret. GARATON.

Summi poetæ voce) Quinti Ennii, qui hanc reconciliationem eo lubentius Annalium suorum monumentis consignatam posteritati mandavit, quod erat M. Fulvio Nobiliori familiaris. ABRAM.

Homine inimicissimo) Æmilius querebatur *bis a M. Fulvio se certo consulatu dejectum. Fulvius contra se ab eo semper lacessitum, & in probrum suum sponsionem factam: tamen ambo significare si alter vellet se in potestate tot principum civitatis futuros: omnibus instantibus qui aderant, dexteras fidemque dedere, mittere vere ac finire odium. Deinde collaudantibus cunctis deducti sunt in Capitolium*. Livius lib. 40. IDEM.

In campo) Livius lib. 40. *Comitiis confectis, ut traditum est antiquitus, Censores in campo ad aram Martis sellis curulibus consederunt: quo repente principes Senatorum cum agmine venerunt civitatis*; ubi oratione Qu. Cæcilii Metelli in gratiam redierunt. Quod autem ait, Censores in Capitolium fuisse deductos, eo primum omnium initi magistratus officium auspicaturi se conferebant. Plutarchus Quæstionibus Romanis 98. *Cur Censores initio magistratus nihil agunt prius quam anseribus sacris cibaria & Iovis simulacrum miniandum locaverint?* Sed tum de minio, tum de sacris anseribus Plinius lib. 10. cap. 33. consulatur. Satis sit huic loco Censores inito Magistratu primum omnium se in Capitolium contulisse. Porro *campus* absolute frequenter usurpatur pro *campo Martio*, ut in Pisonem, *Sit sane Domina campi*. Horatius:

—— Hic generosior
Descendat in campum petitor.

Gellius lib. 12. cap. 8. de hac ipsa re

tuus pater, Philippe, nonne uno tempore cum suis inimicissimis in gratiam rediit? quibus eum omnibus eadem respublica reconciliavit, quæ alienarat. Multa prætereo, quod intueor coram hæc lumina, atque ornamenta reipublicæ, P. Servilium, et M. Lucullum, utinam etiam L. Lucullus ille viveret. Quæ fuerunt inimicitiæ graviores in civitate, quam Lucullorum, atque Serviliorum? quas in viris fortissimis non solum extinxit respublica, dignitasque ipsorum; sed etiam ad

re differens: *Atque illi ubi voce præconis renuntiati sunt, ibidem in campo statim nondum dimissa concione ultro uterque & pari voluntate conjuncti complexique sunt*. IDEM.

Multa prætereo) Livii, Neronis, & aliorum multorum, qui ex inimicitiis in gratiam redierunt, exempla prætermitto. Subdit rationem, cur eos prætermiserat, quia præsens exemplum habebat. IDEM.

Utinam etiam L. Lucullus ille viveret) Lectionem hanc damnant editi libri antiquitus, item scripti nostri: illi præferunt *ille desiveret*; hi, *desineret*; nisi quod Pal. nonus & S. Victor. *desideret*: non libet aut licet inquirere in annum quo obiit: sed tamen ex his facile quis finxerit, *utinam etiam L. Lucullus ille se fineret*, scilicet *intueri*. Ahalæ liber præfert *veniret*, quod etiam habet quo se tueatur. GRUTERUS. In Erfurt. etiam est *desiderat*. GRÆV. Lambinus in suis MSis invenit, *desideret*, idque adscripsit margini cum hac sua conjecturâ, *hic sederet*. Melius esset, *adsideret*, siquidem L. Lucullum Philippo, & Marcellino Coss. adhuc vixisse constaret. Cod. Barb. *utinam etiam L. Lucullus fineret*. In priore Ven. *ille desiveret*, in altera Ven. est vulgatæ hujus initium, quam Aldus, omnesque postea retinuerunt. Editio princeps cum MSis Grut. plerisque, tribusque Britann. *ille desineret*, ut vulgata in tribus reliquis Brit. superesse videatur. GARAT.

L. Lucullus ille) Emphasis, quia fuerat ille summus Imperator, & civis clarissimus, qui Mithridatem, & Tigranem Reges potentissimos, hostes Romani nominis acerrimos superavit, qui hoc ipso anno videtur & diem obivisse, quippe cujus tanquam adhuc superstitis in Vatiniana facit mentionem. ABRAM.

In viris fortissimis) Inter quos inimicitiæ solent esse graviores: vide Cælianam: *Faciunt quod fortissimi viri solent, læsi dolent, irati efferuntur*: ubi docuimus, id plerumque non tam ex fortitudine, quam ex infirmitate animi provenire. Notum tamen illud Satyrici:

Hectora Priamiden, animosum atque inter Achillem
Ira fuit capitalis, ut ultima divideret mors,
Non aliam ob causam, nisi quod virtus in utroque
Summa fuit.

Vide Pisonianam: *Hoc ita fit, ut viri fortes inter se cominus decertarint, tamen illud contentionis odium simul cum ipsa pugna armisque ponant*. Euripides Medea:

Μεγαλοσπλαγχνος δυσκαταπαυστος
Ψυχη δηχθεισα κακοισι.

Vix compesci potest excelsus animus male acceptus. IDEM.

Non solum extinxit reip. dignitas & ipsorum) Franc. *Non solum extinxit reipubl. dignitas, sed etiam quoque ipsorum ad amicitiam*. Erfurt. *Non solum extinxit r. p. dignitasque ipsorum, sed etiam*. Nemo, qui hæc accuratius expendet, dubitare poterit, Ciceronem scripsisse, ut est in Erfurtensi: *Non solum extinxit respublica, dignitasque ipso-*

Digitized by Google

ad amicitiam, consuetudinemque traduxit. Quid? Q. Metellus Nepos, nonne Consul in templo Iovis optimi maximi, permotus cum auctoritate vestra, tum illius P. Servilii incredibili gravitate dicendi, absens mecum summo suo beneficio rediit in gratiam? An ego possum huic esse inimicus, cujus literis, fama, nuntiis, celebrantur aures quotidie meæ novis nominibus gentium, nationum, locorum? Ardeo, mihi credite, patres conscripti, id quod vosmet de me existimatis, et facitis ipsi, incredibili quodam amore pa-

ipsorum. Reip. dignitas non extinxit inimicitias, sed ipsa respub. ut paullo ante: *quibus eum omnibus eadem respublica reconciliavit, quæ alienarat*. Cap. 10. *Cur eadem resp. quæ me in amicos inflammare potuit, inimicis placare non possit*. Sic sæpissime alias & in hac oratione, & alibi loquitur Cicero. Reip. accessit ad gratiæ reconciliationem facilius inveniendam dignitas virorum nobilissimorum, quæ non ferebat, ut reip. detrimento diutius simultates foverent. GRAEV. *Extinxit respublica, dignitasque ipsorum*) Ita Grævius e codice Erfurtensi, cui accedit unus e nostris, pro vulgato, *extinxit reip. dignitas, & ipsorum*. LALLEM. Cod. Barb. *non solum extinxit reip. dignitas, sed etiam quandoque ipsorum in amicitiam, &c.* Prior Veneta in ceteris cum vulgata consentiens, quam sustulit Grævius, inserit tamen illud *quandoque* post vocem *etiam*, quod exstat in Lexico Rob. Stephani quoque v. *Traduco*. Importune profecto illud illatum: sed haud minus abesse debere vocem *ipsorum* licet ex vestigiis codicis Barberini conjicere, aut mutandam in *ipsos*, ut fuerit, *quos in v. f. non solum extinxit reip. dignitas, sed etiam* (*ipsos*) *ad amicitiam, consuetudinemque traduxit*. Malo tamen Erfurtensis lectioni adquiescere. GARAT.

Quid? Q. Metellus Nepos) Extremum exemplum est Metelli Nepotis, de quo fuse oratione pro Sextio cap. 62. post reditum in Senatu cap. 9. & 10. pro domo sua & alibi. Addere potuisset exemplum Crassi & Pompeji, qui primo consulatu variis occasionibus dissenserant, postea tamen antequam ejurarent magistratum in gratiam redierunt, Iovis ipsius monitu, ut auctor est Plutarchus in Crasso: sed eos fortasse præteriit, quod Senatui non interessent. Petebat enim uterque tum temporis consulatum, & probabile est, candidatos in Senatum non venisse cum de provinciis consularibus ageretur, ut liberiores essent Patrum sententiæ. Adde quod jam tum Cato coalitam inter Crassum, Pompejum, & Cæsarem amicitiam in odium vocabat apud Cæsaris inimicos, ex eaque reipublicæ cladem eruptoram esse dicebat, quare prudenter id prætermisit Orator, cujus mentio causæ Cæsaris nocuisset. ABRAM.

Ardeo) Iure amoris in patriam sui facit mentionem. Nam, ut ait Aristoteles 2. Rhet. cap. 1. *Multum enim interest ad fidem maxime quidem in consiliis, deinde vero etiam in judiciis tum si hoc vel illo modo affectus orator esse videatur, tum si auditores aliquo modo ipsum erga se affectum existiment: tum vero si ipsi etiam affecti sint quodammodo*. Pergit: *Utilius est igitur ad consilia, ut orator hoc vel illo modo affectus appareat*. IDEM.

Facitis ipsi) Ne superbum sit amorem reipublicæ sibi præ ceteris arrogare, eam laudem Senatoribus impertit, ut & eorum sibi gratiam conciliet, & invidiam a se deprecetur.

Digitized by Google

patriæ: qui me amor et subvenire olim impendentibus periculis maximis cum dimicatione capitis, et rursum, cum omnia tela undique esse intenta in patriam viderem, subire coegit, atque excipere unum pro universis. Hic me meus in rempublicam animus pristinus, ac perennis, cum C. Cæsare reducit, reconciliat, restituit in gratiam. Quod volent denique ho-

Adde quod eam laudem homines libentius alteri concedunt, cujus se participes fore intelligunt. Idem.

Olim) In meo Consulatu, impendente conjuratione Catilinæ, quo tempore mihi magna fuit dimicatio subeunda, cum Cethegus negotium sibi depoposcit, ut januam meam obsideret, & me in lectulo meo confoderet. Idem.

Et rursum) Pisone & Gabinio Consulibus, cum exire de civitate malui, quam committere, ut boni cum improbis dimicarent. Idem.

Omnia tela undique esse intenta) Pro Sextio: *Fuerat ille annus in republica magno metu, & multorum timore tanquam intentus arcus in me unum, sicut vulgo ignari rerum loquebantur, re quidem vera in universam rempublicam*. De re ipsa vide pro Domo, pro Plancio, pro Sextio, in Pisonem. Idem.

Vnum pro universis) Passim hoc idem Cicero prædicat se cum Clodianorum factionem videret ad arma & cædes paratam, sponte cessisse, atque in exsulium abiisse. Hottom. Sic Auctor Rhet. ad Herenn. IV. 44. *qui patriæ pericula suo periculo excipiunt*, ut optime Græv. ex cod. Duisb. restituit, & hoc ipso loco adducto firmavit. Neque enim ceterorum lectionem *expetunt* ibi facile præferam, quamvis ab ea non sint Oudend. & Ernestus alieni. Meo simile Drakenborchii, aliorumque judicium in Livio XXX. 18. Sic se autem ille habet locus, huc maxime adferendus. *At, qui patriæ pericula suo periculo excipiunt, hi sapientes putandi sunt, cum & eum, quem debent, honorem reip. reddunt, & pro multis perire malunt, quam cum multis*. Garaton.

Perennis) Perpetuus, non intermissus, instar fluvii perenniter fluentis. Abram.

Quod volent denique homines existiment) Arguat me, qui volet, levitatis & inconstantiæ, quasi mutaverim mentem, & jam eos amem, quibus ante fueram inimicus, meus in patriam amor non patitur, ut eos oderim, qui amant rempublicam, & fines imperii propagant. Ad summa tendenti contemnendos esse sermones hominum non cothurnati solum, sed etiam soccati, aut planipedes crediderunt: ut ille Callicles Plautinus Trinummo:

> *Ne admittam culpam ego meo sum-*
> *promus pectori.*
> *Suspicio est in pectore alieno sita.*

Et alia multa in hanc sententiam, ut minus mirari debeamus, aut philosophos, aut Patres, qui eadem frequenter inculcant. Vt Seneca epist. 76. *Æquo animo audienda sunt imperitorum convitia, & ad honesta vadenti contemnendus est iste contemptus*. Et epist. 91. *Quid autem stultius homine verba metuente? eleganter Demetrius noster*, &c. Cetera subnecterem, nisi mihi Stoica loquendi spurcitia displiceret. Subdit: *Quanta dementia est vereri, ne infameris ab infamibus?* Clemens Alexandrinus 5. stromatum:

Ἡ Κλεανθης δε ὁ Στωϊκος ποιητικως ὡδε πως γραφει·

> Μη προς δοξαν ὁρα εθελων σοφος
> αιψα γενεσθαι
> Μηδε φοβου πολλων ακριτον και
> αναιδεα δοξαν.
> Ου γαρ πληθος εχει συνετην κρι-
> σιν, ουτε δικαιαν,
> Ουτε καλην, ολιγοις δε παρ' αν-
> δρασι τουτο κεν ευροις.

Συν-

Digitized by Google

homines, existiment: NEMINI. EGO. POSSUM. ESSE. BENE. DE. REPUBLICA. MERENTI. NON. AMICUS.

10. Etenim si iis, qui hæc omnia flamma, ac ferro delere voluerunt, non inimicitias solum, sed etiam bellum indixi, atque intuli, cum partim mihi illorum familiares, partim etiam, me defendente, capitis

Γνωμικωτερον δε ὁ Κωμικος εν βραχει.

Αισχρον το κρινειν τα καλα τῃ πολλῃ ψηφῳ.

In Cleanthis Stoici poesi scriptum ita reperitur:

Esse cupis sapiens? tibi ne sit opinio curæ
Nullo judicio vulgus, nulloque pudore est,
Qui neque prudenter nec juste judicat unquam
Nec bene: apud paucos homines reperire valebis.

Pressius & sententiosius ille Comicus:

Male judicantur vocibus vulgi bona.

Pythagoras apud Stobæum sermone 44. *Omnis honestæ rei malus judex est vulgus: quorum igitur laudes contemptui haberes, eorundem vituperia quoque spernas*. Plato in Critone: *Qui exercetur, & in hoc unum incumbit utrum cujuslibet hominis laudi, vituperationi, & opinioni animum advertit, an unius hominis qui medicus est, & lanista? Non igitur, amice, nobis omnino curandum est, quid dicturi sint de nobis homines, sed quid ille, qui justa & injusta, quæ nos gerimus, auditque & videt, qui unus est & ipse veritas?* Et alia pulcherrima in hanc sententiam, quæ Chrysostomus homilia 17. in epist. ad Romanos in morali, si non verbis, saltem sensu penitus expressit. Vide & Nazianzenum orat. habita Constantinopoli, & orat. ad eos, qui dicebant, ipsum expetere sedem Constantinopolitanam. IDEM.

Nemini ego possum esse bene de rep. merenti non amicus) Cod. Barb. *Nemini ego possum esse homini bene merito de rep. non amicus*: ab eoque nihil variat prior Ven. nisi quod habet, *merenti*. Altera Ven. Ald. & P. Manut. & Car. Steph. & ante omnes Romana. *Nemini ego esse possum bene de rep. merenti non amicus*. Naug. *Nemini ego possum esse bene merenti de rep. &c.* neque aliter in V. L. Erfurtensis. Receperunt autem Grut. & Græv. id, quod antea diserte dederat Hervag. & Lamb. e suis, quos citat, MSis, cum repetitores Lambiniani retulerint Aldinam lectionem, seu potius ordinem. GARATON.

Cum partim mihi illorum familiares) Nota syntaxim: *Cum partim illorum mihi familiares*, pro *cum illi mihi partim familiares*: quod ad rem attinet, pro Cœlio ita loquitur de ipso Catilina: *Me ipsum, me, inquam, quondam pene ille decepit, cum & civis mihi bonus, & optimi cujusque cupidus, & firmus amicus, & fidelis videretur*, &c. ABRAM. Cic. II. de orat. *Sed eorum partim in pompa, partim in acie illustres esse voluerunt*. *Partim* dixerunt veteres, ut *restim*, *puppim*, pro partem. In hac autem constructione intelligitur *ad* vel *quod ad*. G. Voss. in Aristarch. in libro de constructione cap. 64.; ubi vide plura: vide & Gell. Noct. Attic. X. 13. GRÆVIUS. Atqui Gellius pro adverbio habet hoc *partim* in hujusmodi locutionibus. Est autem *partim* verus accusativus, haud secus, ac *partem*, & subauditur κατα, non modo cum absolute dicimus *partim*, verum etiam cum similiter, *magnam partem*. Ante Vossium Sanctius in Min. IV. 13. p. m. 845. Perizonio etiam probante, nominibus hanc vocem adscribendam semper existimavit. Hoc ignorasse Gellium, haud facile dixerim: potius est, ut supposuerit, cum ait, PARTIM *hoc in loco adverbium est*: notat enim exceptionem, usumque vocabuli singularem. In his autem locutionibus, *partim hominum venerunt*, *partim eorum voluerunt*, quas alii ex aliis, nos ex Tullio collegimus ad c. 7.

Digitized by Google

pitis judiciis essent liberati: cur eadem respublica, quæ me in amicos inflammare potuit, inimicis placare non possit? Quod mihi odium cum P. Clodio fuit, nisi quod perniciosum patriæ civem fore putabam, qui turpissima libidine incensus duas res sanctissimas, religionem, et pudicitiam, uno scelere violasset? Num est igitur dubium ex iis rebus, quas is egit, agitque quotidie, quin ego, in illo oppugnando reipublicæ plus,

9. pro L. Man. adverbium esse putavit, ut cum dicitur, *adfatim pecuniæ est*, & sic porro alia, quæ dabit Drak. ad Liv. XXXII. 16. & similia permulta. Genitivus enim facit, ut vox illa *partim* adverbii speciem induat, qua deceptus est Gellius: cum tamen in hujusmodi locutionibus nihil magis adverbium sit, quam in illa Tulliana I. de Offic. 7. *Maximam autem partem ad injuriam faciendam aggrediuntur, ut adipiscantur ea, quæ concupiverunt*: ubi vide Pearcium. Quin etiam, si attendas, alterum locorum genus est, in quibus *partim* non alia ratione ponitur, quam *partem*, & communes accusativi: cui tamen generi, de quo diximus ad c. 9. pro L. Man. viri docti permulti adfingunt solutionem istam per κατα prorsus inaniter, aut certe vulgare illud genus, terminatione decepti, cum hoc nostro singulari confundunt. GARATON.

Me defendente) Fenestella putavit ipsum Catilinam a Cicerone fuisse defensum: sed hanc opinionem refutat multis Asconius commentariis orationis contra C. Antonium, & Luc. Catilinam in toga candida. Fortasse Cornelium Lentulum Suram defenderat, frequenter enim causam capitis dixit: ut auctor est Plutarchus in Cicerone. ABRAM.

In amicos inflammare) Notum est iram frequenter ignem nominari: ut 2. Æn.

Exarsere ignes animo, subit ira, cadentem
Ulcisci patriam. ——

Merito, siquidem ira definitur ζεσις αἱματος, tum ab Aristotele, tum a Theocrito & aliis, quod sanguis iratis circa cor ebulliat: ceteros omitto, pulchre Basilius Magnus homilia contra iracundos: Ὀργιζομενοις, inquit, της αντιλυπησεως περιζει μεν τη καρδια το αἱμα, ὡσπερ βια πυρος κινουμενον και παφλαζον. *Expetentibus iis dolorem referre sanguis circa cor ebullit, quasi quadam ignis violentia turbatus & effervescens*. Paulo post: Οφθαλμοι μεν γαρ εκεινοις οἱ οικειοι τε και συνηθεις αγνοουνται, παραφορον το ομμα, και πυρ ηδη βλεπει, και παραθηγει τον οδοντα κατα τους των συων τους ὁμοσε χωρουντας. *Oculi ipsorum soliti non videntur, vagus, & truculentus aspectus, & ignem jam intuentur: dentes acuunt instar aprorum, qui cominus congrediuntur*. Arnobius adversus Gentes lib. 1. *Et quid sequitur necessario, nisi ut ex eorum luminibus scintillæ emicent, flammæ æstuent, anhelans pectus spiritum jaciat ex ore, & ex verbis ardentibus labiorum siccitas inalbescat?* IDEM.

Libidine) Amore Pompejæ Cæsaris uxoris. IDEM.

Religionem & pudicitiam) Notissima est historia de P. Clodio in sacrum Bonæ Deæ noctu ingresso. HOTTOM.

Religionem) Sacrificium Bonæ Deæ: quod tam caste, sancteque celebratur a Virginibus Vestalibus, & matronis, ut etiam masculorum animalium effigies, & simulacra velentur. Pudicitiam itaque violavit conatus cum Pompeja adulterium committere. Religionem ingressus habitu tibicinæ sacrarium sive opertum Bonæ Deæ, quo nefas erat viros accedere, cum in ædibus Cæsaris eidem Deæ sacra fiebant. ABRAM.

Ego

plus, quam otio meo: nonnulli in eodem defendendo suo plus otio, quam communi, prospexerint? Ego me a C. Cæsare in republica dissensisse fateor, et sensisse vobiscum: sed nunc iisdem vobis assentior, cum quibus antea sentiebam. Vos enim, ad quos litteras L. Piso de suis rebus non audet mittere: qui Gabinii litteras insigni quadam nota, atque ignominia nova condemnastis, C. Cæsari supplicationes decrevistis, numero, ut nemini uno ex bello, honore, ut omni-

Ego me) Nota jucundam πλοκὴν verborum *dissensisse*, *sensisse*, *assentior*, *sentiebam*: cujus aliquot exempla proferemus in Pisonem 2. *Ædilis ei factus. Piso est a populo Romano factus, non iste Piso*. Tales sunt II. versus Enniani, *uno multifariam verbo concinniter implicati*, apud Gellium cap. 2., lib. 18. Noct. Attic.

Nam qui lepide postulat alterum frustrari.
Quem frustratur, frustra cum dicit frustra esse.
Nam qui sese frustrari quem frustra sentit.
Qui frustratur, is frustra est, si non ille est frustra. IDEM.

Ignominia nova) Denegatione supplicationis, nova & inusitata, quippe quæ vel nemini omnino, vel soli post homines natos T. Albutio inusta fuerat. Ignominia nova est ad hominum memoriam insignior: supra: *Hanc insignem ignominiam, quoniam uni præter se inusta est, putet esse leviorem*. Ignominiosum est enim vel maxime, maximumque pudorem incutit, ut ait Philosophus cap. 6. lib. 2. Rhet. *rerum honestarum, quarum omnes participes sunt, aut similes omnes, aut plurimi, non esse participem*. In Pisonem: *Idne ego optarem, ut inimicus meus, ea qua nemo unquam ignominia notaretur*. IDEM.

Numero, ut nemini ullo ex bello) Cæsar in fin. lib. II. *Ob easque res ex litteris Cæsaris dies xv. supplicatio decreta est, quod ante id tempus acciderat nulli*. Idem Plut. in ipsius vita & Sueton. tradunt. HOTTOM. *Ut nemini ullo ex bello*) Libri veteres habent, *uno ex bello*: quod probo: LAMB. *Ut nemini uno ex bello*) Invitus delevi lectionem receptam, sed coegit me Pall. consensus minime discors, neque aliter S. Victoris, prius erat *ullo*. GRUT. Sic & Erfurt. & Franc. *uno*, GRÆV. Optima lectio est, *uno ex bello*, quam firmat codex Barb. firmant quinque Britann. editionesque Rom. MCDLXXI. & Ven. MCDLXXXIII. quam etiam necessariam faciunt sequentia, *honore, ut omnino nemini*. Est enim, & esse debet exceptio quædam, quæ numerum eumdem dierum alios quoque habuisse significet, eaque in vulgata, *ullo ex bello*, reperiri nulla potest. At, cum dicit, *uno ex bello*, indicat alios, qui plura bella gesserunt, & hunc honorem idcirco pluries consecuti sunt, potuisse, diebus omnibus, quos diverso tempore decretis supplicationibus tulerunt, in unam summam collatis, supplicationem hanc Cæsaris æquare, aut etiam superare. Sed uno ex bello ne ipse quidem Pompejus, ut infra dicitur, tot simul habuerat: & si qui antea, dum unum, & longum bellum gererent, pluries hunc honorem adepti fuerint, hi etiam disjunctim dies XV. non expleverant. Est autem non solida, aut de Cæsaris præmio detrahens exceptio, cujus nullam Cæsar de se scribens rationem merito habuit, aut ipse Cicero pro Balbo 27. & in Pison. 19. quibus locis novi hujus numeri mentionem facit: sed accurate loquentis est, calumniamque præcaventis, ejusque temporis, atque causæ, in qua Tullius ver-

Digitized by Google

omnino nemini. Cur igitur exspectem hominem aliquem, qui me cum illo in gratiam reducat? reduxit ordo amplissimus, et ordo is, qui est et publici consilii, et meorum omnium consiliorum auctor, et princeps. Vos sequor, patres conscripti, vobis obtempero, vobis assentior: qui, quamdiu C. Cæsaris consilia in republica non maxime diligebatis, me quoque cum illo minus conjunctum videbatis: posteaquam rebus gestis mentes vestras, voluntatesque mutastis, me non solum comitem esse sententiæ vestræ, sed etiam laudatorem vidistis.

11. Sed quid est, quod in hac causa maxime homi-

versabatur. Plutarchus in Cæs. XXI. his diebus supplicationis commemoratis, subdit, *ὅσας ἐπ' οὐδεμιᾷ νίκῃ πρότερον*, *quot ob nullam ante victoriam*. GARAT.

Ut nemini) Non solum, ut ait Satyricus,

—— Voluptates commendat rarior usus,

sed etiam honores & beneficia, si nulli vel paucis delata fuerint, ut quod Camillus alter Romulus, Marius item tertius Romæ conditor, Cicero primus omnium pater patriæ fuit appellatus: soli Cossus & Marcellus opima spolia retulerunt. Soli post urbem conditam M. Varro, & Agrippa corona navali donati fuerunt: soli vel pene soli M. Catoni milites vestimenta substraverunt. Solus Pompejus necdum Senator triumphavit. Sed Alexander & Hercules sive Corinthiorum, sive Megarensium civitate donati. Seneca lib. 1. de beneficiis cap. 14. *Beneficium quod quibuslibet datur, nulli gratum est: nemo se stabularii aut cauponis hospitem indicat, nec convivam dantis epulum*. Vide Pisonianam: *Mihique, quod ante me nemini, pecunia publica ædificandam domum censuerunt*. ABRAM.

Honore) Non solum refert quid, sed etiam quo verborum honore decernatur, nisi si quis non contumeliosum putat illud Spartanorum decretum: *Ἐπεὶ Ἀλέξανδρος θεὸς εἶναι βούλεται, θεὸς ἔστω*. *Quandoquidem Alexander Deus esse vult, Deus esto*. Licet enim decerneret quod is expetebat, verbis tamen gravius sacrilegam ejus ambitionem traducebat, quam si omnino negavisset. Noster infra: *Aliis tempus differebant, aliis sine ullis verborum ornamentis dabant*. Philipp. 14. *Decerno igitur eorum trium nomine, quinquaginta dierum supplicationes, quas ut honorificentissimis verbis consequi potero, complectar ipsa sententia*. Et Africanus apud Livium lib. 20. cum Masanissam, *aurea corona, aurea patera, sella curuli, scipione eburneo, toga picta, & tunica palmata*, addit verbis honorem, &c. Vide Pisonianam: *Iisque verbis ea de me Senatus auctoritas declarata est, ut nemini sit triumphus honorificentius, quam mihi salus restitutioque perscripta*. Et: *Novis honoribus afficiat, & numero dierum, & genere verborum*. IDEM.

Voluntatesque mutastis) Sic recte cod. Barb. & quatuor Britann. prior Ven. & suis ex MSis Lamb. quem secutus est Grut. cum illius repetitores ad antea vulgatam redissent, quam vidi in Rom. altera Ven. Ald. &c. *voluntatemque*. Recte quoque unus Brit. omittit *esse* in sequentibus, ut sit, *me non solum comitem sententiæ vestræ, sed etiam laudatorem vidistis*. Tum infra Lamb. ex iisdem suis libris, *multa decrerim*, obsequentibus Grut. Græv. Verb. & Ernesto: retulerunt autem *decreverim* Oliv. & Lallem. quod erat in ceteris omnibus editis, & a MSis

Et-

Digitized by Google

mines admirentur, et reprehendant meum consilium, cum ego idem antea multa decrerim, quæ magis ad hominis dignitatem, quam ad reipublicæ necessitatem pertinerent? Supplicationem quindecim dierum decrevi sententia mea. Reipublicæ satis erat tot dierum, quot C. Mario. Diis immortalibus non erat exigua eadem gratulatio, quæ ex maximis bellis. Ergo ille cumulus dierum hominis est dignitati tributus. In quo ego, quo Consule referente, primum decem dierum supplicatio decreta Cn. Pompejo, Mithridate interfecto, con-

Erfurt. ac Barb. Britannicisque per Oxoniensium silentium comprobetur. GARATON.

Supplicationem) Duplex genus supplicationis fuit: nam vel ante bellum ad poscendam Deorum pacem, vel ob victoriam ad gratiam Diis referendam, fuit indicta. Livius lib. 81. *Supplicatio inde a Consulibus in triduum ex S. C. indicta est, obsecratique circa omnia pulvinaria Dii, quod bellum cum Philippo populus jussisset, id bene ac feliciter eveniret.* Vide paulo post, & lib. 36. ante bella cum Antiocho & Perse suscepta supplicatio indicta describitur. De supplicationibus post victoriam indictis pleni sunt auctores. De iis vide Valtrinum lib. 7. de re militari Romanorum. Videtur autem populus Romanus coronatus, atque in veste candida supplicasse. Cato lib. de re militari, ut citat Festus, & Gellius lib. 7. cap. 4. Noct. Attic. *Ut populus sua opera potius ob rem bene gestam coronatus supplicatum eat, quam re male gesta coronatus veneat.* De veste candida Livius lib. 45. *Cum primo in veste candida visi essent, quod & gratulantes decebat.* ABRAM.

Quindecim dierum) Emendo *decem*, cum dixerit duplicatum ordinarium numerum fuisse. HOTTOM.

Reipublicæ satis erat) Sufficiens reipublicæ supplicationem quinque, vel ad summum sex dierum nomine Cæsaris decernere: quemadmodum Mario devictis Cimbris decreta est, quo tempore, ut ait Plutarchus, populus Romanus C. Marium tertium Romæ conditorem appellavit, post Romulum scilicet, & Camillum: eique singuli inter epulas privatas cœnæ primitias, perinde ac Diis libaverunt. ABRAM.

C. Mario) Sex aut septem dierum. HOTTOM.

Non erat exigua) Mei ante Naug. editi, *non erat exigua eadem diis immortalibus gratulatio, quæ &c.* Unus Brit. in ordine vulgato caret perperam duabus vocibus, *non erat*: sed alius, isque eorum præstantior, non male, *imm. non exigua &c.* GAR.

Ille cumulus dierum) Auctarium & additamentum dierum, quod ad supplicationem ordinariam accessit, tributum est Cæsaris dignitati, non reipublicæ, aut Deorum immortalium honori. Cumulus est id, quod ad mensuram apponitur. Græcis ἐπίμετρον, Latinis auctarium, corollarium, mantissa, si Festo Pompejo fidem habemus. Invenitur & in Glossis veteribus, *admodera*, item, *abituarium*, vel *abetuarium*, ἐπίμετρον. Sed viderint Grammatici: nobis satis sit supplicationem tot dierum, quot C. Mario decreta est, plenam habuisse mensuram, quæ Cæsari decreta, eam tot dies pro cumulo habuisse, quot diebus supplicationem Marii superavit. ABRAM.

In quo ego) Locus hic omnino probat, neque ad Cic. Cos. dies non plures quinis fuisse tributos supplicationibus. Duplicavit numerum Cicero Cos. in gratiam Pompeji, triplicavit in gratiam Cæsaris, qui paullo post quadruplicatam dierum XX. supplicatio-

Digitized by Google

confectoque Mithridatico bello, cujus sententia primum duplicata est supplicatio consularis: mihi enim estis assensi, cum, ejusdem Pompeji litteris recitatis, confectis omnibus maritimis, terrestribusque bellis, supplicationem dierum duodecim decrevistis: sum Cn. Pom-

rationem habuit, ut ipse narrat de B. G. lib. IV. c. ult. Ducaeus. Vide infra.

Et cujus sententia primum duplicata est supplicatio consularis) Vox, *consularis*, videtur inanis, & adeo delenda. Lamb. Non est otiosa vox, quam recte infra explicat Abram. & in omnibus libris exstare comperimus. Illud nescio, cur Grut. omnesque postea omiserint copulam *&*, quam restituendam censeo: nam omnes ante Grut. editi, quos habeo, & cod. Barb. exhibent, *& cujus sententia*, idemque firmat optimus Erfurt. in V. L. licet mendose, atque usitata ex permutatione habeat, *& cui*. Unus Brit. *ex cujus*, reliqui, *& cujus*. Supra cod. Barb. & quinque Britann. meique ante P. Man. editi, *primum decem dierum est supplicatio decreta Cn. P.* Gar.

Supplicationem dierum duodecim) Duplex tempus supplicationis decretae significatur, quam proinde duplicem existimamus: alteram decem dierum, istam in Ciceronis consulatu, alteram duodecim dierum post consulatum. Quod satis aperte declarant verba: cum in priore dicat, *quo Consule referente*; in posteriore non referente, sed sententiam dicente: *Et cujus sententia*. In priore etiam causa ponatur tantum: *Mithridate interfecto, confectoque Mithridatico bello*. In posteriore multo amplior: *Confectis omnibus maritimis terrestribusque bellis*. Victis scilicet ac domitis tum aliis Asiae populis, tum Iudaeis adhuc intactis, atque adeo urbe pacata, ut ex Dione intelligitur. Unum hic habet dubitationem, quod ex Livio constare videtur, supplicationem dierum quinque ordinariam fuisse, ac proinde cum ait Cicero supplicationem Consularem duplicatam, decem dierum non plus videtur posse intelligi. Est quidem haec ratio Manutii, & aliorum, quibus *decem dierum* etiam posteriore loco pro *duodecim* videtur legendum. Verum nihil obstat, quin quae superioribus fuisset temporibus ordinaria quinque dierum, Ciceronis & Pompeji aevo sex fuerit, initio a C. Marii supplicatione sumpto. Quid si etiam Consulibus id honoris habitum dicamus, ut cum omnibus promiscue, sive qui pro Consule, sive qui pro Praetore bella gessissent, supplicatio quinque dierum tribueretur, deinde ut esset discrimen inter utrosque; Propraetoribus quinque dierum ordinaria esset supplicatio, at Proconsulibus sex dierum, quae diceretur supplicatio Consularis. Abram. In Erfurtensi est: *supplicationem dierum* xv. Rationes Abramii, quibus studet vulgarem tueri, non sunt ponderosae, nec ullius veteris scriptoris testimonio nituntur. Assentior iis, qui censent legendum *decem dierum*, quod ex praecedentibus verbis clare patet, *duplicata est supplicatio*. Graevius. Ita olim Manut. cui plane adsentitur Fronto Ducaeus. Olivet. *Decem dierum*) Ita ex praecedentibus reponendum esse duximus cum Graevio. Vulgata lectio *dierum duodecim*, aut XV. ut habent codices nostri, stare non potest. Lallem. Sit sane probabilis emendatio: haud tamen temere recipienda. Prior Ven. XII. cod. Barb. cum reliquis editis, *duodecim*, litteris omnibus. Eodem conspirant libri, qui absurde dant XV. nam V. & II. passim commutantur, ut notat Drak. ad Liv. XXXVII. 22. Deinde recte vidit Abramius, duas Pompejo decerni supplicationes potuisse, quas videtur ipse Cicero distinguere: neque huic opinioni refragatur historia. Quod si unam tantummodo statuamus, ut Ma-

Digitized by Google

Pompeji virtutem, et animi magnitudinem admiratus, quod, cum ipse ceteris omnibus esset omni honore antelatus, ampliorem honorem alteri tribuebat, quam ipse erat consecutus. Ergo in illa supplicatione, quam ego decrevi, res ipsa tributa est diis immortalibus, et majorum institutis, et utilitati reipublicæ: sed dignitas verborum, honos, et novitas, et numerus dierum,

Manut. fecit, & Freinshem. Suppl. Liv. CII. 47. tum certe idem utrobique numerus esse debebit. Verum est aliquid, quod pro Abramio vehementer facere arbitror. Si enim una supplicatio fuit, unusque propterea dierum numerus, repetitio ejusdem numeri est plane supervacua, nimiumque verborum una in parenthesi ad unam rem significandam posuisse Cicero videatur. Contra, si duæ supplicationes commemorantur, redundantia tollitur, manet orationis ornatus; atque ita non solum poterit MSorum lectio defendi, verum etiam fiet necessaria. Neque enim utramque supplicationem licebit eodem dierum numero definire. In priore dicitur, *primum decem dierum supplicatio decreta Cn. Pompejo*; in altera ejusdem gratia *primum duplicata supplicatio Consularis*. Si ergo decem dierum hæc quoque fuisset, duplicatio illa pertineret ad superiorem. Est plane necesse, ut pluribus diebus constet secunda, quam prima; isque dierum numerus major sit, quam X. minor, quam XV. qualis est ille XII. a MSis exhibitus. Sic ante Tullii Consulatum non quinque dierum, ut viri docti putant, Consularis supplicatio fuisset, sed omnino sex. Auctores hujus rei postulat Grævius. Cicero est auctor idoneus, si ejus MSos audire volumus: quorum fidem contrariis testibus, aut solidis argumentis ille potius convellere debuisset. Sed nihil est in re hac incredibile: & Livii testimonia ad tempora nimis antiqua pertinent. GARATON.

Animi magnitudinem) Bene animi magnitudinem virtuti subnectit: nam et auctor est Aristoteles 4. Ethic. Nicom. Εοικε μεγαλοψυχια οἷον κοσμος τις ειναι των αρετων. *Videtur animi magnitudo veluti quidam ornatus esse virtutum*. Subdit: ᾗ και ἡ τιμη μικρον εστι τουτῳ και τ' αλλα, *cui honor parvus res est, et sunt & cetera*. E quibus intelligis, cur ampliorem honorem alteri tribuere, quam ipse fueris consecutus, animi magnitudini tribuatur. Ea enim virtus non solum in ceterarum rerum humanarum, sed etiam in honoris ipsius despicientia versatur. Idem libello de Virtutibus: Μεγαλοψυχια δ' εστιν αρετη ψυχης καθ' ἣν δυνανται φερειν ευτυχιαν η δυστυχιαν, και τιμην και ατιμιαν. *Magnanimitas virtus est per quam utraque fortuna, honorque, & ignominia feruntur*. Pulchre Chrysostomus orat. 42. in epistolam ad Roman. Ετερον μεγαλοφροσυνη, και ἑτερον απονοια. και τουτο δηλον εκειθεν. Ει γαρ τις τον πηλον πηλον ἡγοιτο, και καταφρονοι, ἑτερος δε τον πηλον, ὡς χρυσον θαυμαζοι, και μεγα αγοι (malim ἡγοι) Τις αρα εστιν ὁ ὑψηλος; ουχι τον πηλον μη θαυμαζων; τις δε ταπεινος και ευτελης; ουχι ὁ θαυμαζων αυτον, &c. *Aliud est animi magnitudo, aliud animi elatio. Et hoc inde manifeste ostenditur. Si enim quis lutum lutum existimet & contemnat; alius lutum ut aurum admiretur, & rem magnam esse ducat. Uter eorum erit excelsi animi? Nonne is qui lutum non miratur? Uter vilis & abjectus? nonne is qui ipsum admiratur*. Et alia plura quibus ostendit, quæ sit inter magnitudinem & elationem animi distinctio. Vide etiam præclara apud Nazianzenum oratione de suo in urbem reditu, ex quibus vera animi magnitudo elucet. ABRAM. Glo-

rum, Cæsaris ipsius laudi, gloriæque concessus est. Relatum est ad nos nuper de stipendio exercitus: non decre-

Gloriæque concessus est) Ita Naug. & duis ex MSis Lamb. sequente Grutero & recentioribus. Vnus Brit. *concessu est*; omnes, *gloriæque*. Cod. Barb. cum ceteris editis, *& gloriæ*. Cod. Car. Steph. *gloriæque concessus*. *Et relatum &c.* Forte delendum est. GARAT.

Relatum est ad nos nuper de stipendio) Locus hic declarat jus fuisse senatui & stipendium, & legatorum numerum, & supplicationem sine populi suffragio decernendi. Cic. pro Balbo: *C. Cæsarem senatus & genere supplicationis amplissimo ornavit, & numero dierum novo. Idem in angustiis ærarii victorem exercitum stipendio adfecit. Imperatori decem legatos decrevit: lege Sempronia succedendum non censuit: harum ego sententiarum & auctor, & princeps fui.* HOTTOM. *Relatum est ad nos nuper de stipendio*) Actum est nuper in Senatu, utrum Cæsari attribuenda esset pecunia ex ærario, ut ejus exercitui stipendium solveretur. ABRAM. Iterum res hic nobis est cum Dione, qui XXXIX. 25. Pompejum mordebat, inquit, ο δημος τα τε κατειργασμενα αυτω θαυμαζων, ωστε και εκ της βουλης ανδρας, ως και επι δεδουλωμενοις παντελως τοις Γαλαταις, αποστειλαι, και προς τας επ' αυτου ελπιδας επαιρομενος, ωστε και χρηματα οἱ πολλα ψηφισασθαι, *populus res gestas Cæsaris sic admirans, ut jam Senatores, tamquam prorsus in servitutem redactis Gallis, mitteret, in tantasque de eo spes impulsus, ut ei magnam pecuniæ vim decerneret.* Hæc omnia volente Pompejo facta ostendimus ad c. 7. Sed neque a populo impetrata fuerunt, verum a Senatu, ut docet hic Tullius: quem hoc anno, de quo uno loquitur Dio, benignum, liberalemque Cæsar expertus est, non satis liberum scilicet, partim etiam sibi officiis, largitionibusque devinctum. Apud populum & hæc, & majora de Cæsare promulgantibus Tribunis egregie restitit Marcellinus Consul, eosque plane fregit, qui, ut ait Cicero II. ad Q. Fratr. 6. *de Cæsare monstra promulgarunt, quibus intercederet nemo.* Sed tamen in Senatu metus quoque, ne Cæsar eadem per vim a populo sua, collegarumque potentia extorqueret, valuit, ut opinor, plurimum. Itaque tria hæc Senatus in Cæsarem beneficia conjungit Cicero, & prædicat pro Balbo 27. quem locum adfert Hottom. eademque conjungit, & libere detestatur, ac dolet I. ad Div. 7. loco a Man. prolato: cujus rei ratio a Plutarcho illustratur loco mox adferendo. Interea notanda sunt contra Dionem, quæ d. ep. 7. dicuntur, *perpaucis adversantibus, omnia, quæ ne per populum quidem sine seditione se adsequi posse arbitrabantur, per Senatum consecuti sunt*: hæc nimirum tria, quæ ibi subdit; quorum duo, stipendium, & Legatos, recens decreta hic commemorat: tertium, ne succedatur, tota oratione cogitur suadere Tullius: obtinuerat a Senatu Cæsar, & propter tyrannidis societatem Pompejus etiam, & Crassus *consecuti* dicuntur. Neque aliam pecuniam obtinuit hoc anno Cæsar: sed in pactione ille cum sociis aliam in sequentem annum sibi depactus est, ut quidem narrat Plutarchus in ejus vita c.XXI. qua de re statim hæc animadvertit: ὃ και παραλογωτατον εφαινετο τοις νουν εχουσιν. οἱ γαρ τοσαυτα χρηματα παρα Καισαρος λαμβανοντες, ως ουκ εχοντι διδοναι την βουλην επειθον, μαλλον δ' ηναγκαζον, επιστενουσαν οἷς εψηφιζοντο. *quod sanis hominibus visum est perabsurdum: qui enim tantum argenti capiebant a Cæsare, hi Senatui, ut quasi egenti darent, consulebant, imo vero compellebant suis ingemiscentem decretis.* Sed falli arbitror Plutarchum in tempore, ejusque dicta ad hoc SCum, de quo Cicero, facile refero. Nam lex Trebonia, qua sequenti anno fuit imperium Cæsari prorogatum, hoc etiam complecti debuit, ut pecunia in stipendium adtribueretur. Neque sit mirum, si Plutarchus ordine temporis perturbato rem incredibilem narret: qui statim subjicit, hæc acta, Catone nondum ex Cypro reverso, fuisse: quod

Digitized by Google

decrevi solum, sed etiam, ut vos decerneretis, laboravi, multa dissentientibus respondi: scribendo affui: tum quoque homini plus tribui, quam nescio cui necessitati: illum enim arbitrabar etiam sine hoc subsidio pecuniæ retinere exercitum præda ante parta, et bellum conficere posse: sed decus illud, et ornamentum triumphi minuendum nostra parsimonia non putavi. Actum est de decem Legatis, quos alii omnino non

quod tam falsum est, ut eum initio Consulatus Marcellini jam Romæ fuisse ipse Plutarchus docuerit in ejus vita c. XXXIX. & XL. eoque anno Præturam petiisse Catonem nemo nesciat. Hoc excusari nullo modo potest: cum tamen de stipendio sic existimare possimus, hoc ipsum SCum, de quo Tullius, ab illa occulta pactione profectum intelligi a Plutarcho, cum ea præcedere sane potuerit ex I. ad Div. 9. Quod si post legem Treboniam fuit tamen ab Senatu hæc pecunia decreta, multo magis hoc anno, contra quam Dio tradit, ab eodem Senatu decerni debuit. Mox dicam de Legatis. GARATONIUS.

Scribendo affui) Summæ benevolentiæ argumentum hoc erat, cum senator S. C. de alicujus honore scribendo quasi testis adesset. Cic. ad Catonem ep. VI. lib. XV. *Fuisse jucundum quod scribendo adfuisses: hæc enim S. C. non ignoro ab amicissimis ejus, cujus de honore agitur, scribi solere*. HOTTOM. De hoc loquendi genere vide Brisson. 21. de formulis GRÆV.

Tum quoque homini plus tribui, quam nescio cui necessitati) Cum id feci, majorem dignitatis Cæsaris, quam publicæ necessitatis habui rationem; quod illum sine subsidio pecuniæ ex ærario nostro ad stipendium attributæ videbam posse bellum inchoatum ad exitum perducere, ac proinde necesse non esse pecuniam erogari, sed illud satagebam, ut prædam, & manubias integras conservaret, quibus in urbem illatis speciosiorem triumphi pompam exhiberet. ABRAM.

Præda ante parta) Quæ parta victoria hostibus eripiebantur, ea plerumque Quæstori committebantur, ut Romam ad ærarium & Quæstores ærarii referret. Interdum tamen ubi milites bene rem gesserant, ea Imperatores illis præmii loco concedebant. Raro igitur, ubi præda Quæstoribus adtributa erat, stipendium a senatu mittebatur. HOTTOMANNUS. De præda, quæ militibus relinquebatur; & quæ Quæstoribus dabatur, nemo accuratius, & doctius scripsit, quam Hermannus Rhabodus Schelius, Vir & splendore natalium, & virtute mirifica, & singulari eruditione nulli secundus, in dissertationibus suis, quas subjecit Hygino Gromatico, & Polybio de Castris Romanorum. GRÆV.

Nostra parsimonia) Senatus, ad quem dispensatio ærarii pertinebat, vide Vatinianam cap. 3. ABRAM.

Actum est de decem legatis) Cæsar decem habuit in Gallia legiones. His singulis singuli præfecti erant legati, ut ex Cæsaris commentariis intelligitur. HOTT. *Actum est de decem legatis*) Deliberatum est in Senatu, utrum illi tamquam bello confecto redactisque in provinciam Galliis, ad constituendas novæ provinciæ rationes decem legati mitterentur, quod factum honoris & gratulationis caussa tradit Dio, commemorans, decem legatos decrevisse Senatum, quasi bellum jam confecisset. *ὥςε ἐκ τῆς βυλῆς ἄνδρας, ὡς καὶ περὶ δεδυλωμένοις παντελῶς τοῖς Γαλάταις, ἀποςεῖλαι*. *Adeo ut e Senatu viros, tanquam Galliis jam penitus in servitutem redactis, legaverint*. In qua legatione nonnulli exempla merito requirebant, quod hactenus nemini nisi confecto penitus bello decreta fuisset decem virorum le-

non dabant, alii exempla quærebant, alii tempus differebant, alii sine ullis verborum ornamentis dabant: in ea quoque re sic sum locutus, ut omnis intelligerent,

legatio. Nisi malis intelligere de legatis qui eum in administratione belli juvarent, ejusque vices obirent, quam de legatis, qui post victoriam provinciæ rationes componerent. Ann. Lex Gabinia, quæ bellum piraticum Pompejo mandavit, Legatos ei XV. adtribuit, quos peti a Senatu, & SCo muniri singulos, qui peterentur, nominatim oportebat, ut vidimus ad c. 19. pro L. Manilia. Lex Vatinia, qua Cæsar provincias in quinquennium accepit (Sveton. in Cæs. XXII. Plutarch. XIV.), ut postea lex Clodia Gabinio, & Pisoni Legatos item adscripsit, in quibus tamen Senatus auctoritas violata est, sive ipsa lege, sive facto Proconsulum. Vide pro Sext. 14. & in Vatin. 15. Qui autem numerus lege Vatinia præfinitus fuerit, ignoratur. Cæsar, ut ipse ait I. B. G. 52. *singulis legionibus singulos Legatos, & Quæstorem præfecit*, anno primo belli, quo sex legiones habebat ex I. 8. & 10. ergo quinque hi Legati fuerunt. Sed postero anno, cum VIII legiones haberet ex II. 19. adhuc ait ibid. 20. *ab opere, singulisque legionibus singulos Legatos Cæsar discedere, nisi munitis castris, vetuerat*. An igitur auctus erat numerus Legatorum? quidquid sit, octo potuit Cæsar ea lege sumere, etiam fortasse plures. Neque ferendus est Hottomanni error, sive potius Manutii: qui ad I. Epist. ad Div. 7. fuse conatur ostendere, hos X. Legatos belli gerendi causa pro numero legionum postulatos fuisse. Nonne enim ex dictis aut nulli hac de causa, aut duo erant petendi? imo vero nulli: nam hoc tertio anno, qui erat DCXCVII. Cæsar dilectum nullum habuit: qui demum biennio post habitus dicitur VI. 1. ibique primum c. 32. & 33. decem legiones numerantur, ut, cum X. Legatos obtinuit, octo illas tantummodo legiones habuerit. Neque solum in ratione temporis errat Manutius, sed in eo quoque, quod ad numerum legionum Legatos exigit. Erat enim liberum imperatori, cui vellet rei, exercitusque parti eos præficere, aliasque eidem Legato alio tempore curationes dare, modo unam legionem, modo plures, modo equitatum, modo castra, munitionesque tribuere. Hæc plane fecit Cæsar, quem vide I. B. G. 10. 54. II. 2. III. 11. IV. 38. V. 8. &c. Vere itaque causam, ob quam hi fuissent Legati dandi, exposuit Dio; eique recte adsentitur Franciscus Fabricius in vita Cic. ad an. DCXCVII. quod etiam numerus eorum confirmat, qui in ejusmodi legationibus ad provincias constituendas perpetuo servabatur, ut constat ex Livio, & ex ipso Tullio II. in Verr. 16. XIII. ad Att. 30. 32. &c. Cum autem bellum confectum nondum esse constaret, quod ipsa quoque indicabat stipendii petitio, neque Galliæ Cæsari eripi facile posse viderentur ante annum DCXCIX. quo legis Vatiniæ quinquennium finiebatur, palam erat, Cæsarem, numero Legatorum prope ad XX. aucto, summos sibi viros complures velle adjungere, duces optimos deligere, sumtus denique ex ærario in Legatos faciendos ad suam gratiam, potentiamque convertere. Hinc ærarii patroni, legum custodes, tyrannidis osores hoc non probabant. In eo tantum fallitur Dio, quod hos etiam Legatos a populo putat Cæsarem obtinuisse, cum contra stet Cicero, ut diximus, & hic, & I. ad Div. 7. & pro Baldo 27. fueritque de isto genere Legatorum, quantum adfirmare possumus, perpetua, & numquam erepta apud Senatum potestas. Garatonius.

Ut omnis intelligerent) Ita solus Grævius ex Erfurtensi, quem citat in V. L. & ita unus quoque Britann. Similia receperunt alibi viri docti, velut

rent, me id, quod reipublicæ causa sentirem, facere uberius propter ipsius Cæsaris dignitatem.

12. At ego idem nunc in provinciis decernendis, qui illas omnes res egi silentio, interpellor: cum superioribus causis hominis ornamenta fuerint, in hac me nihil aliud, nisi ratio belli, nisi summa utilitas reipublicæ moveat. Nam ipse Cæsar, quid est, cur in provincia commorari velit, nisi ut ea, quæ per eum affecta sunt, perfecta reipublicæ tradantur? Amœni-

velut Gronovius in Plauti Milite III. 1. 84. *liberæ sunt ædis*. Sed mihi suspecta hæc est in nominativo terminatio, neque moveor Erfurtensis MSi præstantia, qui etiam c. 18. pro Cæl. similiter peccavit, ut vidimus. Præfero itaque cum aliis omnibus libris *omnes*: & infra potius, si cui lubet, reponi posse moneo, *qui illas omnis res egi silentio*, cum ita in cod. Bard. in edd, Rom. sec. Ven. & Aldina sit. IDEM.

At ego) Ego, qui sine cujusquam interpellatione Cæsari ante supplicationem, stipendium, legatos decrevi, ut ipsi Cæsari gratificarer, nunc sane non sum interpellandus, cum eidem prorogationem imperii decerno, solius utilitatis publicæ caussa. ABR.

Cum superioribus causis) Lamb. *cum in sup. c*, optime: videturque profecto præcedens littera de more præpositionem absorbuisse; quamvis nullo librorum testimonio hæc perspicue vera emendatio firmetur. Mox Rom. ambæ Ven. & cod. Barb. *movent*, Ald. *moveant*, pro vulgato, quod sanum reor, *moveat*. GARATON.

Affecta sunt) Gellius lib. 3. Noct. Attic. cap. 16. *Phevorinus mihi ait περιμλαομενυ ενιαυτυ non confecto esse anno, sed affecto. In qua re usus est verbo non vulgaris significationis. Affecta enim (sicuti M. Cicero, & veterum elegantissimi locuti sunt) ea proprie dicebantur, quæ non ad finem ipsum, sed proxime finem progressa, deductave erant.* Supra 20. *Bellum affectum videmus, & vere ut dicam, pene confectum*. Idem Gellius lib. 15. cap. 5. duobus his locis addit tertium ex Œconomico Ciceronis: *Cum vero affecta jam prope æstate uvas a sole mitescere tempus est*. ABRAM.

Perfecta reipublicæ tradat?) Sic habent omnes libri veteres: & concinnior est hæc lectio, quam vulgata. *tradantur?* LAMBINUS. Vulgatam Gruteri silentio satis firmari non arbitror. Ego certe Lambino adsentior, quia *tradat* inveni non modo in cod. Barb. in Rom. & utraque Ven. verum etiam apud Gellium XV. 5. & apud Nonium p. 160. ed. Merc. hunc locum adferentes. Idem video in quinque Britann. MSis repertum fuisse. Mendum Erfurtensis ambiguum *tradatur* pro tutiori lectione facere censeo. Nulla est autem in Gellianis aliorum, & Barberinis MSis varietas: neque in hac voce solum, sed ne in eo quidem, quod exhibet, Nonio item comite, *cur in ea provincia*. Videant alii, num forte quod pronomen hic additur, ita sit recipiendum, ut idem deleas in sequentibus, & omnium consensu contemtu legas, *nisi ut quæ per eum adfecta sunt*; quod, si liceat, valde probem. GARATON.

Amœnitas) Non magnam fuisse antiquæ Galliæ amœnitatem, narrat Scropha apud Varronem lib. 1. de re rustica cap. 7. *In Gallia Transalpina intus ad Rhenum, cum exercitum ducerem aliquot regiones accessi, ubi nec vitis, nec olea, nec poma nascerentur, ubi agros stercorarent candida fossitia creta: ubi salem nec fossitium, nec maritimum haberent: sed ex quibusdam lignis combu-*

nitas eum, credo, locorum, urbium pulchritudo, hominum, nationumque illarum humanitas, et lepos, victoriæ cupiditas, finium imperii nostri propagatio retinet. Quid illis terris asperius? quid incultius oppidis? quid nationibus immanius? quid porro tot victoriis præstabilius? quid Oceano longius inveniri potest?

bustis, carbonibus salsis pro eo uterentur. Sed id opinor potius defectu culturæ quam soli. Strabo libro 4. *Nihil ipsis est otiosum, nisi quod paludibus, aut quercetis impeditur. Idque habitatur magis hominum frequentia, quam cultura. Nam mulieres & fœcundæ sunt, & aptæ ad nutriendum. Viri magis bellatores sunt, quam agricolæ. Nunc autem coguntur terram colere positis armis*. Scribebat sub Augusto. Mela Galliam vocat *amœnam lucis immanibus*. Abram. Omnes Britannici MSi, *amœnitas enim credo*. Mihi antea nullo hæc erat ex libro cognita varietas. Potuit *enim* hoc in ironia usurpari, ut in Bruto 84. Permutatio vulgaris est: vide Drak. ad Liv. XXVII. 17. Gar.

Credo) Verbum ironiæ subserviens, ut apud Lucretium lib. 5. de natura rerum:

> *An, credo, in tenebris vita, ac mœrore jacebat,*
> *Donec diluxit rerum genitalis origo?*

Vbi libentius legerim: *At credo*, sine nota interrogationis. Plinius Iunior Panegyrico Trajani: *Permitteret, credo, famam vitamque ejus carpi, qui mortem ulciscebatur*. Abram.

Nationumque illarum) Nationum nomen frequentius in malam partem sumitur, ut fuse docuit optimus Bernardus Martinius Var. lect. cap. 13. lib. 1. Pro Fontejo 20. *An vero istas nationes religione jurisjurandi ac metu Deorum immortalium in testimoniis dicendis commoveri arbitramini?* &c. *Hæ sunt nationes: quæ quondam tam longe ab suis sedibus, Delphos usque ad Apollinem Pythium, atque ad oraculum orbis terræ vexandum ac spoliandum profectæ sunt*. Hac ipsa oratione: *Semper illas nationes nostri imperatores refutandas potius bello, quam lacessendas putaverunt*. Abram. Ex omnibus exemplis, quæ allata sunt aut a Martinio, aut ab Abramio, non video *natio*, aut *nationes* in malam accipi partem, sed *natio* sæpe notat populum, quemvis sine laude & vituperio, sæpe vero certum genus, seu sectam hominum, sive illa probetur, sive improbetur: quod alibi docebitur. Græv.

Humanitas, & lepos) Veteres Galli describuntur ab Ammiano: *Luminum torvitate terribiles, avidi jurgiorum, & sublatius insolescentes. Nec enim eorum quemquam adhibita uxore rixantem multo fortiore & glauca peregrinorum ferre poterit globus*, &c. *Metuendæ voces complurium, & minaces placatorum juxta & irascentium, tersi tamen pari diligentia cuncti, & mundi*, &c. Eosdem describit Orator pro Fontejo 23. *Cum quibusdam minis, & barbaro atque immani terrore verborum*. Diodorus Siculus rerum antiquarum libro 6 *Aspectu sunt terribiles, voce gravi atque aspera, sermone utuntur brevi, ac subobscuro, multaque ex animo dubia loquuntur: plurima ad jactantiam in suam laudem dicunt, & ad ceterorum contemptum: minaces sunt, opinioneque inflati, acuti ingenio, & a doctrina minime alieni*. Neque vero solum voce fuerunt terribiles, sed etiam (ut ait idem Diodorus) *vestes ad terrorem intensas, ac coloris varii ferebant, quas illi vocabant braccas*. Manlius apud Liv. lib. 38. *Procera corpora, promissæ & rutilatæ comæ, vasta scuta, prælongi gladii, ad hoc cantus ineuntium prælium, & ululatus, & tripudia, & quatientium scuta in patrium quemdam morem horrendus armorum crepitus, omnia de industria composita ad terrorem*. Abram.

Ai

est? An reditus in patriam habet aliquam offensionem? utrum apud populum, a quo missus: an apud Senatum, a quo ornatus est? an dies auget ejus desiderium? an magis oblivionem, ac laurea illa magnis periculis parta amittit longo intervallo viriditatem? Quare, si qui hominem non diligunt, nihil est, quod eum de provincia devocent: ad gloriam devocant, ad trium-

An reditus in patriam) Postquam ostendit nullam esse causam, cur velit Cæsar diutius in provincia commorari, nunc ex abundanti demonstrat, multas caussas esse, cur reditus Cæsari fuerit expetendus, nisi ipsum communis utilitas in Gallia retineret. IDEM.

A quo missus est) Lege Vatinia & populi Romani suffragiis, quibus Galliam Citeriorem Italiæ adjacentem cum Illyrico obtinuit in quinquennium. IDEM. Cod. Barb. quatuor Britann. & omnes ante Grut. editi, *a quo missus est*, uno, quod sciam, excepto Naugerio, quem *est* omittentem tuentur Lambini codices ad marginem laudati, & suis, ut puto, volentibus Gruterus est secatus, cui adstipulor, neque veterem lectionem recte prælatam fuisse ab Abramio censeo. GAR.

A quo ornatus est) Multorum dierum supplicationibus, stipendio, decem legatis. ABRAM.

An dies) Diuturnitas absentiæ. IDEM.

Ac laurea illa, &c. amittit viriditatem) Dux belli justa victoria potius laureatas litteras ad senatum per tabellarios victoriæ nuncios mittebat: simul laurea lictorum fasces exornabat. Videtur insuper hic locus indicare corona laurea donatum a militibus, ut eam in capite gestaret. In triumpho quidem laurea insigni exornari solitos paulo posterius intelligitur. HOTTOM. *Laurea illa*) Gloria, quam tot insignibus victoriis consecutus est, ipsa temporis longinquitate consenescit, obsolescit, & in oblivionem sensim adducitur. ABRAM. Male prior Veneta, & repetitores Lamb. *an Laurea*: vulgatam ceteri editi, codices Lambini, & Barb. optime servant. GAR.

Quare, si qui hominem non diligunt) Adverte vim Oratoris, & exuberantem rationum copiam. Interpellatus fuerat & incusatus, quod Cæsarem e provincia non revocaret, a quo tamen omnis in Ciceronem tempestas fuerat excitata: quam objectionem variis modis diluit. Primo concedendo se adhuc esse Cæsaris inimicum. 2. Dicendo se inimicitias reipublicæ caussa deponere: quod factum defendit exemplo clarorum virorum, Cæsaris meritis, & Senatus auctoritate: tum quod jam ante ad dignitatem Cæsaris multa sine cujusquam interpellatione decreverit. Nunc quoniam perfecti demum est oratoris, ea quæ contra facere videntur, in usum causæ suæ convertere, &, ut dicitur, adversarium suo gladio jugulare, assumit ipsam interpellatoris rationem. Qui Cæsarem non diligit, is eum debet e provincia revocare. Sed Cicero non diligit (aut saltem diligere non debet Cæsarem.) Ergo Cicero Cæsarem debet e provincia revocare. Hanc, inquam, Orator arripit rationem, & vibratum in se telum reciproco velut impetu retorquet e contrario. Qui Cæsarem non diligit, is eum debet in provincia retinere. Sed adversarius Cæsarem non diligit. Ergo debet eum in provincia retinere. ABRAM.

De provincia devocent: ad gloriam devocant) Iohannes Arntzenius ad Plin. Paneg. cap. IX. legendum putat, *de provincia revocent: ad gloriam revocant*. Sic sane de ipso Cæsare infra c. 14. ut ille observat. Adde pro

triumphum, ad gratulationem, ad summum honore[m] Senatus, equestris ordinis gratiam, populi caritatem. Sed, si ille hac tam eximia fortuna propter utilitate[m] reipublicæ frui non properat, ut omnia illa conficiat, quid ego senator facere debeo, quem, etiam si ill[e] aliud vellet, reipublicæ consulere oporteret? Ego vero sic intelligo, patres conscripti, nos hoc tempor[e] in provinciis decernendis, perpetuæ pacis habere oportere rationem: nam quis hoc non sentit, omnia ali[a] esse nobis vacua ab omni periculo, atque etiam a[b] omni suspicione belli? Iamdiu mare videmus illud immensum, cujus fervore non solum maritimi cursus, sed urbes etiam, et viæ militares jam tenebantur, virtute Cn. Pompeji sic a populo Romano, ab Oceano usque ad ultimum Pontum, tanquam unum aliquem portum, tutum, et clausum teneri: nationes eas,

L. Man. 3. *ab eo bello Sullam in Italiam respublica, Murenam Sulla revocavit*. Commutantur hæc passim: sed hic una est omnium librorum lectio, neque improbanda. Garat.

Nam quis hoc non sentit) Sic editio Victorii, neque aliter Pall. recentius cusi, *hoc tempore non sentit*: inepte. Grut. Vocem *tempore*, quam inepto ab interprete in aliquos MSos intrusam exhibuerant editiones MCDLXXI. MCDLXXXIII. Aldi, Hervagii, P. Manutii, Seb. Gryphii, & Car. Stephani, jam deleverat suorum codicum auctoritate Lambinus, quibus fidem inique denegarunt ejus repetitores, jus autem testimonii Gruterus. Præter Naugerium omittit eam prior Veneta cum libris melioribus. Gar.

Ab omni suspicione belli) Non est contemnenda lectio cod. Barb. & optimi Erfurt. *omnia alia esse nobis vacua ab omni periculo, atque etiam suspicione belli*. Sic adeo quatuor etiam Britannici. Idem.

Iamdiu mare videmus) Quidam codices mss. illud *jamdiu* adplicant interrogationi priori: quidam habent *Iadrium mare* nonnulli *jamdudum mare*: haud tamen putem subesse occultius ulcus. Grut. *Iamdiu*) Ab anno V. C. DCXC. quo Pompejus Mithridaticum bellum confecit, totumque orientem sua victoria pacavit, Consulibus Cicerone, & Antonio. Abram.

Mare illud immensum) Mediterraneum, quod inter Oceanum Gaditanum ad Pontum Euxinum per varios sinus & anfractus extenditur. Idem.

Cujus fervore) Quod mare ita piratarum latrociniis infestum erat, ut non solum maritimi cursus occuparentur, sed etiam piratæ quasi fervore quodam redundantes in terram se effunderent, urbes caperent, vias publicas militum opera stratas obsiderent. Si quidem, ut auctor est Plutarchus in Pompejo, mare mille navibus infestabant, omnia propemodum littora turribus & propugnaculis munierant, Prætores duos Sextilium, & Belinum, item filiam Antonii viri triumphalis captivam abduxerant, & jam urbes quadringentas obtinebant. Abram.

Tutum, & clausum teneri) Cod. Car. Steph. *tutum, & clausum tueri*, quod ab-

Digitized by Google

eas, quæ numero hominum, ac multitudine ipsa poterant in provincias nostras redundare, ita ab eodem esse partim recisas, partim repressas, ut Asia, quæ imperium antea nostrum terminabat, nunc tribus novis provinciis ipsa cingatur. Possum de omni regione, de omni hostium genere dicere: nulla gens est, quæ non aut ita subacta sit, ut vix exstet: aut ita domita, ut quiescat: aut ita pacata, ut victoria nostra, imperioque lætetur.

13. Bellum Gallicum, patres conscripti, C. Cæsare imperatore, gestum est: antea tantummodo repulsum: sem-

abjectum ab iis videretur, qui passivam deponentium significationem ignorabant, nisi præstaret omnino tamen ceterorum omnium lectio librorum. Neque melius infra idem cod. *nunc tribus novis provinciis ipsa jungatur*. GARAT.

Nationes) Ponticos, Cilicas, Cappadocas, Paphlagonas, Syros, Armenos, Iudæos, Albanos, Iberos, & alias hujusmodi: quarum aliæ in fidem æquo fœdere receptæ sunt, aliæ vectigales & stipendiariæ factæ, aliæ redactæ in provinciam. Pro Sextio: *Externa bella Regum, gentium, nationum jampridem ita extincta sunt, ut præclare cum iis agamus, quos pacatos esse patiamur*. ABRAM.

Nunc tribus novis provinciis ipsa cingatur) Bithynia, Ponto, Syria, quas Pompejus bello Mithridatico subjugarat. HOTTOM. *Nunc tribus novis provinciis*) Vid. epitomen Livii lib. 101. & 102. De rebus gestis victoriisque Pompeji vide Manilianam cap. 11, ad 12. & Plinium lib. 7. cap. 26. ubi Cn. Pompejus non solum cum Alexandro Magno, sed etiam cum Hercule & Libero Patre comparatur; nec non præfationem tertii triumphi, qua subactarum gentium nomina referuntur. Dissentit in quibusdam Plutarchus. Confer, si otium, item cum Appiano. Pulchre Plinius ibidem: *Summa summarum in illo gloriæ fuit, ut ipse in concione dixit, cum de rebus suis dissereret, Asiam ultimam provinciam accepisse, eamdemque mediam patriæ reddidisse*. ABRAM.

Quæ non aut ita subacta sit) Non displicet, quod reperi in Pal. nono, & Gemblacensi, *sublata sit*: gens enim subacta non etiam una abolita est. GRUT. In Erfurt. quoque legitur *sublata*. GRÆV. Tres hos codices solos comperi a vulgata discedere: sed ii tales sunt, ut plurimis præferri facile possint: *ita sublata, ut vix exstet*, valet, pæne sublata. Non audeo tamen immutare quidquam, cum videri possit vulgata præstantior, cui Cortius adquiescebat ad Sallust. Catil. X. 1. ubi vide, & adde pro Font. 1. de Gallis, *modo ab nostris imperatoribus subacti, modo bello domiti*. Neque dubitationem mihi Ernestus eximit; quamquam recipienti *sublata* non repugnem, atque ita in his *tollere* usurpari censeam, ut *delere*, & apud Græcos ἐξαιρεῖν. GARAT.

Bellum Gallicum) Non eadem est ratio Gallorum, & gentium ceterarum. Nam ceteras gentes bello lacessiverunt Romani, & virtute domuerunt; at ante Cæsarem nemo Romanorum imperatorum ausus est bello provocare Gallos, sed bene se & præclare rem gessisse putaverunt superiores Imperatores, si lacessiti restitissent, & vim vi repulissent; solus post urbem conditam Cæsar tanta virtute fuit, ut ultro bellum intulerit quiescentibus, & ad eorum urbes penetrarit. ABRAM.

Digitized by Google

semper illas nationes nostri imperatores refutandas potius bello, quas lacessendas putaverunt. Ipse ille C. Marius, cujus divina, atque eximia virtus magnis populi Romani luctibus, funeribusque subvenit, influentes in Italiam Gallorum maximas copias repressit, non ipse ad eorum urbes, sedesque penetravit. Modò ille meorum laborum, periculorum, consiliorum socius, C. Pontinius, fortissimus vir, ortum repente bel-

Semper illas nationes) Salluſtius ſub finem belli Iugurthini: *Ad noſtram memoriam Romani ſic habuere, alia omnia virtuti ſuæ prona eſſe: cum Gallis pro ſalute, non de gloria certari.* Appianus 2 civilium exeunte. *Quadragies ipſe ſolus collatis ſignis in Galliis conflixit, quadringentas eorum gentes accepit in ditionem, quæ tantum populo Romano nominis ſui terrorem incuſſerant, ut lege de vacatione militiæ ſenum & ſacerdotum exceptum fuerit, ſi Gallicus tumultus ingrueret, tunc enim & ſenes & ſacerdotes juſſi militare.* Eadem apud Plutarchum in Camillo ſub finem. Abram.

Refutandas) Verbum tenue & modicæ ſignificationis uſurpat de induſtria. Feſtus, ut a Paulo truncatus eſt: *Futare arguere eſt, unde & confutare. Sed Cato hoc pro ſæpius fuiſſe poſuit'.* Gloſſæ *futat*, ἐλέγχει. Idem. *Refutare*, ut & *confutare* eſt reprimere, rejicere. Cic. 11. Tuſculana: *Inprimiſque refutetur ac rejiciatur Philoctetis ille clamor.* Cato apud Gell. 7., 3. *Ne quid in conſulendo adverſi eveniat, quo noſtras ſecundas res confutet.* Græv. *Refutare* nativa, & propria ſignificatione, quam ex Feſti, & aliorum fragmentis expreſſit Ioſ. Scaliger, eſt ollam, cum fervens paullo plus exuberat, injecta aqua compeſcere. Hæc metaphora quam ſit ad rem idonea, intelligit, qui non ignorat, quæ ingenia forent gentis Gallicæ. An ſint nunc eadem, nihil ad Tullium. Ducæus. Vide ad c.16. pro Rab. Poſt. Gar.

Ipſe ille C. Marius) Emphaſis: fortiſſimus ille omnium Imperatorum, qui heroica quadam & pene divina virtute fuit ornatus; qui *magnis populi Romani luctibus funeribuſque ſubvenit*, poſtquam, ut dicitur in epitome Liviana lib. 77. *M. Aurelius Scaurus legatus Conſulis a Cimbris fuſo exercitu captus eſt*: & paulo poſt: *C. Manlius Conſul & Q. Servilius Cæpio Proconſul victi prælio caſtris quoque binis exuti ſunt, octoginta millia militum occiſa, calonum & lixarum quadraginta.* E quibus funeribus magni luctus ſunt conſecuti. Abram.

Influentes in Italiam) Torrentis aut rapidi cujuſdam fluvii inſtar ex Alpibus ſe in Italiam effundentes. Idem.

Gallorum copias) Cæſ. lib. 1. *Cimbros & Teutonas* appellat: ſed probabile eſt, eos a Gallis conductos, & in Italiæ fauces perductos fuiſſe. Hottom. *Gallorum*) Cimbrorum, Teutonum, Ambronum, Tigurinorum, qui communi Gallorum nomine continentur. Superius oſtendimus Germanos nonnunquam communi Gallorum nomine contineri. Florus lib. 3. cap. 3. *Cimbri, Teutoni, atque Tigurini ab extremis Galliæ profugi, cum eorum terras inundaſſet Oceanus, novas ſedes toto orbe quærebant.* Certe, ut notat Maginus lib. 2. in Ptolemæi Geographiam, *Germanorum vocabulum recens ait Tacitus: Diodorus lib. 6. eos omnes ſub Galatarum nomine comprehendit.* Abram.

Maximas copias) E trecentis armatorum millibus conflatas, præter mulieres & impuberes, ut ait Plutarchus in Marii vita. Idem.

C. Pontinius) Prætor hic erat Cicerone Conſulatum gerente, qui optimam opprimenda Catilinæ conjuratione operam navavit. Cic. Catil.

III.

bellum Allobrogum, atque hac scelerata conjuratione excitatum, prœliis fregit, eosque domuit, qui lacessierant: et ea victoria contentus, republica metu liberata, quievit. C. Cæsaris longe aliam video fuisse rationem: non enim sibi solum cum iis, quos jam armatos contra populum Romanum videbat, bellandum esse duxit, sed totam Galliam in nostram ditionem esse redigendam. Itaque cum acerrimis nationibus, et maximis Germanorum, et Helvetiorum prœliis felicissime decertavit: ceteras contrivit, domuit, compulit,

III. HOTTOM. *C. Pontinius*) Non multis ante annis C. Pontinius, qui fidelem mihi in extinguenda conjuratione Catilinæ Prætor operam navavit, & litteras conjuratorum in ponte Milvio deprehendit, deinde provinciam Galliam ex Pretura sortitus, Allobrogas sive Sabaudos, qui a conjuratis sollicitati repente bellum excitarant, bello domuit, eosque refutavit: sed non ultra progressus est, quam ut excitato bello finem imponeret. ABR. Recte in Fastis, & antiquis titulis scribitur *Pontinius*, male ex Dione alii *Pomtinius*, alii *Pomptinius*. GRÆV. Prior Ven. P. Man. S. Gryph. & C. Steph. tresque MSi Britann. *Pontinius*, ut Græv. Verb. & Olivet. voluerunt: Lamb. *Pontinius*, ejus repet. atque Grut. *Pomtinius*: cod. Barb. alii tres Brit. & reliqui editi, *Pontinus*. Nisi quod nuper Lallem. maluit, *Pomptinus*, atque ita sane in codice Car. Steph. legebatur. Vide, quos citavimus ad III. in Catil. 2. In lapidibus Capitolinis, ut eduntur a Piranesio, non exstat hoc nomen. Supra cod. Barb. & unus Britann. ed. Rom. & ambæ Ven. *influentis in Italiam*. GAR.

C. Cæsaris longe aliam video) Cæsarem ait non bellum repulisse, ut Marius & Pontinius, sed intulisse, ut totas Gallias in ditionem populi Romani redigeret, & ita pacem æternis vinculis stabiliret. ABRAM.

Acerrimis) Acerrimi fuerunt Germani, quibuscum Cæsar in Gallia dimicavit, de quibus Rex Ariovistus ita gloriatur apud Cæsarem I. Commentar. de bello Gallico: *Cum vellet, congrederetur, intellecturum, quid invicti Germani, exercitatissimi in armis, qui intra annos quatuordecim tectum non subissent, virtute possent.* Et Appianus in Celticis etiam fabulose: *Mortis contemptores ob spem resurrectionis, & frigus perinde ferebant ac calorem, & ipsi herbis pro cibo, equi lignis vescebantur, cum egestate premerentur.* Acerrimi Helvetii. Cæsar ipso commentariorum initio: *Helvetii quoque reliquos Gallos virtute præcedunt, qui fere quotidianis præliis cum Germanis contendunt.* IDEM.

Præliis felicissime) H. e. præliis felicissimis, ex notissimo adverbiorum usu, quem Cortius inter alios illustravit ad Sallust. Iug. XIV. 11. & alibi. Ernestus non vidit acerrimas, & maximas Germanorum, & Helvetiorum nationes dici: quocirca per trajectionem *maximis præliis* emendabat. Nemo tam fuit magnus in litteris, cui non istiusmodi caligo pro conditione mortalium offundi aliquando potuerit. GARATON.

Contrivit, contudit, domuit) Libri veteres habent, *conterruit*, pro, *contrivit*: *contudit* autem, edendum curavi, pro *compulit*, quod in veteribus libris duobus scriptum, *contulit* reperi. LAMBINVS. *Ceteras contrivit*) *Conterruit*, liber manuscriptus. F. VRSINVS. *Ceteras contrivit, domuit, compulit, &c.*) Ita collocat Pal. nonus; qui tamen habet *conteruit* præterito antiquo, cui proxime accedunt Gembl. ac Victor. in quibus, con-

lit, imperio populi Romani parere assuefecit, et, quas regiones, quasque gentes nullæ nobis antea litteræ, nulla vox, nulla fama notas fecerat, has noster imperator, nosterque exercitus, et populi Romani arma per-

conterruit. Lambinus ultimum illud mutavit in *contudit*. Gaut. Erfurt. non abit a vulgatis, Franc. ut alii multi, *contrivit*, *compulit*, *domuit*: sed alia manus adscripserat *conterruit* capiti vocis *contrivit*. GræVIVS. Quæ hic nationes intelligantur, docebit ipse Cæsar, qui saltem usque ad III. B. G. 7. ea narrat, quæ ante hanc orationem a Tullio habitam gesserat in Galliis, eoque loco ita concludit: *His rebus gestis, quum omnibus de causis Cæsar pacatam Galliam existimaret, superatis Belgis, expulsis Germanis, victis in Alpibus Sedunis, &c.* Sed loci varietates examen postulant. Omnes, quos habeo, ante Grut. editi, servant, *contrivit*, *compulit*, *domuit*: atque hunc verborum ordinem ne Lamb. quidem immutavit, qui tantum *contudit* medio loco recepit, aut quispiam codex, præter Pal. IX. & Erfurt. Nam cod. Barb. cum Memmianis, Gembl. S. Victor. & MSo Ursini, iisque, quos Man. sequitur in notis, si ab aliis omnibus diversi sunt, exhibet, *conterruit*, *compulit*, *domuit*, quemadmodum jam anno MDLIV. se in suo cod. legisse Car. Steph. testatus est, & ex alio certe MSo in Franciano quoque Grævius emendatum invenit. Jam vero in voce *contrivit* turbæ librorum unus ex optimis adstipulatur Erfurtensis: quæ si retineri vox debet, nullum est dubium, quin præstet etiam ordo verborum Gruterianus, ut accurate decrescat oratio. Possunt aliquæ res gestæ Cæsaris huc trahi, veluti quod dicitur II. B. G. 28. *hoc prælio facto, & prope ad internecionem gente, ac nomine Nerviorum redacto*, quodque, cum ante supplicationem illam XV. dierum contigerit, de qua Cæsar ibid. 33. & hic Cicero c. 11. publicis a Cæsare missis ad Senatum litteris continebatur. Non quæro, quam Tullianum sit, *nationes conterrere*: neque enim id improbo. Sed mihi liceat, velim, cum iis codicibus, quos omnium præstantissimos novimus, uno eorum solo dissentiente, præferre *conterruit*. Criticæ huic rationi melior accedit collocatio verborum, quam porro libri tantum non omnes tuentur: multo enim præstant hi gradus adsurgentis orationis, *conterruit*, *compulit*, *domuit*, ut Manut. perite censebat. Neque dubitari potest, quin C. Cæsar hoc tempore nationes jam complures terrore constrinxerit, qui II. B. G. 35. ita loquitur: *His rebus gestis, omni Gallia pacata, tanta hujus belli ad barbaros opinio perlata est, uti ab iis nationibus, quæ trans Rhenum incolerent, mitterentur legati ad Cæsarem, quæ se obsides daturas, imperata facturas, pollicerentur*. De ipso verbo *conterrere* vide Drak. ad Liv. XXIV. 12. Gar.

Compulit) Compellere, inquit Servius, in Eclog. II. 2. proprie est, in unum locum diversa animalia cogere. Quæ metaphora apprime facit ad scopum oratoris. Significat enim id esse Gallis Cæsarem, quod est homo pecudibus, quas in unum vel gregem, vel armentum cogit. Duceavs. Vide Lex. Crit. Parei p. 236. 237. Livius XLIV. 45. *turba, quæ ex acie fugæ in unum compulsa erat*. At cel. Ernestus *compulit* deleri vult, tamquam glossema verbi *adsuefecit*. Mihi vero non satis videtur esse causæ, cur ad acriorem hanc medicinam deveniamus. *Compulit* ab illa ipsa varietate firmatur, quam Lamb. invenit, *contulit*, cum huic eodem verbo contigerit apud Liv. V. 28. Quam porro sit aptum, dissolvendo facile intelligamus: est enim *pepulit*, & *con* additur, ut in *conterruit*, sane quam recte, cum Cæsar nationes plures copiis ingentibus in fugam converterit, pepuleritque, unde voluit, & quo voluit. Composita vim simpli-

peragrarunt. Semitam tantum Galliæ tenebamus antea, patres conscripti: ceteræ partes a gentibus aut inimicis huic imperio, aut infidis, aut incognitis, aut certe immanibus, et barbaris, et bellicosis tenebantur, quas nationes nemo umquam fuit, qui non frangi, domarique cuperet: nemo sapienter de republica nostra cogitavit jam inde a principio hujus imperii, quin Galliam maxime timendam huic imperio putaret: sed propter vim, ac multitudinem gentium illarum, numquam est antea cum omnibus dimicatum: restitimus semper lacessiti: nunc denique est perfectum, ut imperii nostri, terrarumque illarum idem esset extremum.

14. Alpibus Italiam munierat ante natura, non sine

plicium continere, quis neget? GAR.

Semitam tantum Galliæ) Angustam quamdam partem Galliarum. Galliam Narbonensem intelligit, quæ jampridem Domitii Ænobarbi, Fabii Maximi Allobrogis, & aliorum armis in populi Romani ditionem concesserat. Semitam Galliæ vocat, quod ea provincia esset velut aditus quidam patefactus ad ceteras Galliæ regiones. ABRAM. Gallia comparatur amplæ, lateque viæ, cujus esset in margine, ut solebat, angusta semita constituta. Patet hoc ex iis, quæ adnotavimus ad II. in Verr. 23. GARAT.

Qui non frangi) Eleganter Naugerius, & postea suis e MSis Lamb. *quin frangi*, ut infra, *quin Galliam*. Vix credo, MSos Gruteri omnes cum vulgata facere, quamvis ea sit in Barb. Solent meliores illius codices adstipulari Memmianis. Nunc etiam in duobus Britann. *quin* esse video. IDEM.

Jam inde a principio) Nota dicendi modum elegantem: *Jam*, *vel jam inde a pueritia*, *a cunabulis*, *ab initio*, *a principio*, *ab adolescentia*, *a teneris*, &c. *vel jam inde usque a pueritia*: singulorum exempla suggeret Hadrianus. ABRAM.

Galliam timendam) Appian. civil. II. HOTTOM. *Maxime timendam huic imperio putaret*) Liber S. Victor. Abalæ, Pal. nonus, *deputaret*, & vix improbem. GRUTERUS. Vide locum paullo ante in Abramio ad hæc verba: *semper illas nationes*. Sic & Erfurtensis Can. GRÆV. Omnes editi, & cod. Barb. *putaret*, quod nullo modo damnari potest. Sed, cum libri meliores, in quibus etiam sunt Lambiniani ad marginem citati, & cod. Car. Stephani, exhibeant, *deputaret*, his obsequendum videtur, quibuscum faciunt plures Plauti, & Terentii loci. Adde Accium in Bruto apud ipsum Ciceronem I. de Divin. 22. Quin etiam verbo se Terentiano delectari Tullius ostendit III. Tuscul. 27. cum, versu illo ex Heautont. recitato, *Malo quidem me quovis dignum deputem*, explanando subjecit, *malo se dignum deputat*, *nisi miser sit*. Antiquo, & egregio, sed minus frequenti verbo substitutum vulgare fuit, & æque rectum: nam contra factum existimare, ratio non sinit. GAR.

Alpibus Italiam munierat) Cum divina providentia vellet imperii sedem in Italia collocare, Alpium altitudinem contra Gallorum irruptionem objecit, & his montibus Italiam quasi muro quodam munivit. Rutilius Numantianus Itinerarii libro 2. etiam

Digitized by Google

ne aliquo divino numine: nam, si ille aditus Gallorum immanitati, multitudinique patuisset, numquam hæc urbs summo imperio domicilium, ac sedem præbuisset: quæ jam licet considant: nihil est enim ultra illam altitudinem montium usque ad Oceanum, quod sit Italiæ pertimescendum. Sed tamen una, atque altera æstas, vel metu, vel spe, vel pœna, vel præ-

etiam in Italia Alpium vallo sepienda divinam providentiam agnoscit:

Invidiam timuit natura, parumque putavit
Arctois Alpes opposuisse minis.
Sicut vallavit multis vitalia membris,
Nec semel inclusit, quæ preciosa tulit.
Iam tum multiplici meruit munimine cingi,
Sollicitosque habuit Roma futura Deos.

Et Herodianus lib. 2. *Maximi sunt illi montes, cujusmodi nullos in terra nobis cognita reperire posses, qui murorum vice Italiæ circumjacent, & objecti sunt: id natura super ceteram felicitatem Italiæ instar inexpugnabilis cujusdam munitionis exhibente*. Ideoque Poeta *aggeres Alpinos* appellat 6. Æneidos, quod, ut ait Servius, *Italiæ murorum exhibent vicem*: & ut idem notat in librum decimum: *Secundum Catonem, & Livium muri vice tuentur Italiam*. Vid. Plinium lib. 12. cap. 1. ABRAM.

Non sine aliquo divino numine) Ernestus putat a Tullio fuisse *munere*. Vsitata quidem in his est permutatio. Sed, si fuit *munere*, quorsum *aliquo*? immo & certo, & magno. Nullum ego sane video emendandi locum. Providentiam intelligit, consiliumque divinum, quo fatorum ordo nectitur. Sic Virgilius II. Æn. 777. *non hæc sine numine divum Eveniunt*: vide reliqua. *Alpium vallum* dixit in Pis. 33. *murum* V. Phil. 13. GAR.

Immanitati, multitudinique) Pro Marcello: *Domuisti gentes immanitate barbaras, multitudine innumerabiles*. Floro certe lib. 3. cap. 10. *Immanissimi gentium Galli, atque Germani*, dicuntur. ABRAM.

Quæ jam licet considant) Quæ Alpes etiamsi plano æquarentur, id tamen deinceps curæ non esset. Neque enim jam Alpium altitudo, sed Cæsaris victoriæ securos reddunt. In Pisonem: *Perfecit ille, ut si montes resedissent, amnes exaruissent, non naturæ præsidio, sed victoria sua rebusque gestis Italiam munitam haberemus*. IDEM. Erfurt. *quæ jam licet considerunt*: forte, *considerent*. Grævius. Vide ad c. 33. in Pis. GARAT.

Vna, atque altera æstas) P. Manut. Car. Steph. & repetitores Lamb. nescio quo auctore, dederunt, *aut altera*. Grut. restituit silens *atque*, quod antea Lamb. receperat, suorumque codicum testimonio muniverat, exstatque in reliquis meis editis, & non modo in Barb. sed etiam in ipsius Car. Stephani codice. Non videtur hæc lectio cum Manutianæ infirmitate mutanda, sed tamen & varietas ex frequenti permutatione orta, & res ipsa examen postulat, locusque indiget explanatione, quam ei denegarunt interpretes. Formula vulgata duas æstates significat, & sic apud Catull. LXVII. 82. *una, atque altera hiems*: Manutiana dubitationem habet de secunda: utramque illustravit, etiam ex Tullio, doctissimus Schwartius ad Paneg. Plinii cap. XLV. Iam vero quid in re sit, paullo altius est repetendum. Cæsari erat, ut diximus ad c. 11. lege Vatinia imperium quinquennale, scilicet usque ad Kal. Mart. anni DCXCIX. ut probat locus infra c. 15. quod fuit ei quidem anno DCXCVIII. non sine vi prorogatum lege Trebonia, sed nunc optimates ini-

Digitized by Google

præmiis, vel armis, vel legibus potest totam Galliam sempiternis vinculis adstringere; impolitæ vero res, et acerbæ si erunt relictæ, quamquam sunt accisæ, ta-

inimici Cæsaris anno DCXCVII. id agebant, ut, quantum fieri posset, imperium hominis coarctarent, quod reip. tuendæ ratio certe flagitabat. In hac sententia tutum non erat, Gallias Prætorias facere: nam Cæsar paratos intercessores habuisset: erant ei lege Sempronia, cui non poterat intercedi, adimendæ provinciæ. Confer c. 7. & 8. & hæc intelliges me verissime adfirmare. Qui ergo legem Vatiniam non jure latam putabant, duas Gallias futuris Consulibus decernebant: in quo ea lex, quod ad jus attinet, haud minus lædebatur, quam si Prætorias facerent. Nam Consules ipso magistratus initio provincias habere liberas oportebat, more majorum, in easque proficisci confestim poterant: quod multorum exemplis notissimum est, & ipse testatur hic Cicero c. 15. At in consuetudine istius temporis multum intererat, quo in provincias nonnisi exacto Consulatu exire solebant Consules: idque ita invaluerat, ut Cicero in Syriam, & Macedoniam, quas Consulibus anni DCXCVIII. decernit, eo ipso anno Prætores mittendos censeat c. 7 ne Piso, & Gabinius annum lucrentur. Itaque Cæsar ab inimicis ita revocabatur, ut dubium esse vix posset, quin legis Vatiniæ tempus expleret: non modo enim totus Consulatus Romæ gerebatur, sed ne solebat quidem ante Kal. Martias anni sequentis in provincias perveniri. Quin etiam totum illud legis tempus accurate tuebatur altera Tullianæ propior sententia d. c. 15. Cicero autem quid censebat? hoc certe, ne Galliæ Consulibus anni DCXCVIII. decernerentur: qua in re non id spectabat, quod generatim liberæ civitati expediret, sed quod præsens reip. status, tempusque vellet. Ita fiebat, ut firma Cæsari maneret æstas anni DCXCVIII. vix autem dubia sequens relinqueretur, siquidem Galliæ Consulibus anni DCXCIX. adtribuerentur, quod prorsus erat hoc tempore supponendum. Imo secunda æstas ob id ipsum dubia erat, quod nihil a Tullio de illa nunc cavebatur, & in rerum futurarum incerto eventu erat posita: omnes tamen intelligebant, prima Cæsari per Senatum firmata, non facile secundam eripi posse. Hæc est vis illius formulæ, *una, aut altera æstas*, Tullii sententiæ optime conveniens, quam optime prætulit Manutius. Est tamen aliqua vulgatæ defensio: si Cicero, succedendi jure seposito, consuetudinem, quam diximus, tantum attenderit, eamque servatam fore pro certo habuerit. Mihi vero non valde hoc placet. An ergo potius æstas illa est numeranda, cujus fere initio, ut ostendimus ad c. 7. hæc agebantur? Sed illa omnino erat extra controversiam, & hic de iis agitur, quæ adimi poterant. Si Tullius æstatem anni DCXCVIII. Cæsari putat ab adversariis certam relinqui, frustra pugnat, nisi ut alteram non dubiam adjiciat: si non plane certam, jam non potest eam constabilire sine alterius adjectione, de qua dicendum est aliquid, sed verecunde, tum prudentiæ causa, tum etiam juris Consularis, tum denique, ne nihil agere videatur in priore firmanda. Cum enim eadem sit ratio anni DCXCVIII. in adversariorum sententia, quæ anni DCXCIX. in Tulliana, non potest alter annus certus existimari, alter incertus. GARATONIUS.

Impolitæ vero res, & acerbæ) Imperfectæ, & inchoatæ, translatio ducitur ab arboribus, quæ tonsæ repullulant, & revirescunt. Eodem genere translationis usus est Plautus Pœnulo, actu 1. sc. 1.

Agorastocles. *Placet consilium.*
Milphio. *Immo etiam ubi expolivero,*
Magis hoc tum demum dices, nunc etiam

Digitized by Google

tamen efferent se aliquando, et ad renovandum bellum revirescent. Quare sit in ejus tutela Gallia, cujus

etiam rude est.
Et paullo durius Asinaria, actu 2. sc. 2.

Iam hoc opus est exasciatum. Inrm. *Acerbum* poni pro rudi, imperfecto, inchoato nullum præter hoc exemplum in scriptis antiquorum occurrit. Si sic Cicero scripsit, ut omnes codices præ se ferunt, transtulit hanc vocem *acerbus* a pomis immaturis, quæ quasi rudia sunt & nondum perfecta, ad res inchoatas: sicut & *acerba virgo* est immatura, quæ nondum pervenit ad illam perfectionem, ut apta sit conjugali fœderi. Graevius.

Quanquam sunt abscissæ) Manutius, *accisæ*: nihil muto: nam translatio est ab arboribus, quarum rami, & propagines abscinduntur, sed postea nihilominus revirescunt. Hottom. *Quanquam sunt abscissæ*, *&c.*) Turing. & Pal. nonus, *accisæ*, meo animo melius. Gavt. *Abscissæ*) Lyricus:

Duris ut ilex tonsa bipennibus
Nigræ feraci frondis in Algido
Per damna, per cædes ab ipso
Ducit opes animumque ferro. Arn.

Cum duo MSS. præ se ferant *accisæ*, id amplexus sum. Nam *abscissæ res*, si quis unquam sic locutus est, sunt resectæ, non ad exitum perductæ, quod hic locum non habet; nam de his in præcedentibus verbis dixit, *impolitæ vero res, & acerbæ si erunt relictæ*, quid enim hoc esset, si iis subjiceretur, *quanquam sunt abscissæ*, hoc est, *relictæ*; sed *res accisæ* sunt fractæ, debilitatæ, imminutæ, quod unice huic loco convenit. Liv. vi. cap. 5. *Tum primum post accisas a Camillo Volscorum res, possessionis haud ambiguæ*. Sed exempla cur congeram in re trita? Graevius. Cod. Barb. prior Ven. Car. Steph. Lamb. *abscissæ*: Rom. altera Ven. Ald. Naug. Cam. & P. Man. *abscisæ*, atque ita quatuor Britann. unus, *ascisæ*, quod magis accedit ad veram lectionem, *accisæ*. Permutantur passim hæc tria. Consule Oudend. ad Cæs. VII. B. G. 73. Drak. ad Liv. XXXI. 34. & ad Sil. XV. 473. & de nostra lectione viros doctos ad Liv. III. 10. quam in hujusmodi permutatione, & sententia semper offerunt libri meliores. Garat.

Ad renovandum bellum revirescent) Nihil hac scriptura incorruptius, nihil integrius: non celabo lectorem tamen, in libris manuscr. scriptum esse, *revidescent*; unde quidam suspicantur legendum, *reviridescent*: cujus verbi usus mihi est incognitus, atque adeo inauditus. Lambinus. *Ad renovandum bellum revirescent*) Pal. pr sec. tert. *reviridescent*. S. Victor. *revirdescent*. Gavt. Barb. *reviriescent*, quatuor Britann. *revirildescent*. Garat.

Sit in ejus tutela Gallia) De urbium & provinciarum patronis jam dictum in Sextiana cap. 4. Nunc obiter illud notandum, victores ut plurimum devictarum a se gentium fuisse patronos. Noster Officiorum lib. 1. *Tantopere apud nostros justitia culta est, ut hi, qui civitates, aut nationes devictas bello in fidem cepissent, eorum patroni essent more majorum*. Ita Sicilia in Marcellorum tutelam concessit: ut noster Verrina de signis docuit c. 41. Sic Allobroges a Q. Fabio Maximo devicti in clientelam Fabiorum venerunt. Appianus 2. civilium: *Allobroges vero dubitantes rem cum Fabio Sanga Allobrogum patrono communicarunt, quemadmodum omnibus civitatibus aliquis est in urbe patronus*. Tamdiu igitur retinendum Cæsarem ait in provincia, dum Gallos penitus debellet, iique devicti victoris patrocinium & clientelam implorent. Hunc autem tutelæ honorem mulieribus etiam delatum invenimus, in quodam Pulvenatium decreto, quod refert Brissonius lib. 2. formularum: quem vide. Sed hæc opinor posteriora sunt ævo Ciceronis, moribus ad assentationem devolutis. Abram.

Cujus

jus virtuti, fidei, felicitati commendata est. Etenim si fortunæ muneribus amplissimis ornatus sæpius ejus deæ periculum facere nollet: si in patriam, si ad deos penates, si ad eam dignitatem, quam in civitate sibi propositam videt, si ad jucundissimos liberos, si ad cla-

Cujus virtuti, fidei) Codd. Lamb. & Erfurt. *cujus fidei, virtuti*: quod placet. Mox idem Erfurt. *Quia si fortunæ &c.* ubi cod. Barb. omnes Britann. editique ante Aldum mei præbent, *Et si fortunæ &c.* Ego aut retinendum *etenim* censeo, aut ante *si* particulam aliam nullam fuisse positam existimandum. GARATON.

Sæpius ejus deæ periculum facere nollet) Ernestus in ed. Waldarferiana reperit *ejusdem deæ*, quod ex ea retinuisse video priorem meam Venetam; iisque codicis Barberini accedit auctoritas. Accipit ille vero *ejusdem*, ejicit *deæ*, tamquam ortum ex syllaba *dem*, cum nihil stultius dici posse censeat, quam *periculum deæ facere*. Divinandum reliquit, quodnam stultitiæ genus intelligat. An enim ad vera dogmata ex miseris illis errorum tenebris nunc est nobis Cicero revocandus? Cur fortunam non appellet deam? cur ejus, tamquam deæ, vim esse in bellis maximam non adfirmet? cur, quoties fortuna belli tentatur, periculum fieri non dicat, cui victoriam illa velit dea largiri? Huc adprime facit Ennianus locus p. 62. Hessel. *Vosne velit, an me regnare hera, quidve ferat, Fors, Virtute experiamur*. Allatus ab Abramio jam fuit, quem vide inter adnot. Manut. sed præcipue I. M. Heusingerum ad I. de Offic. 12. ubi Tullius Enniana illa servavit, & Columnam in commentario d. p. 62. Postremo Cæsar *fortunæ muneribus amplissimis ornatus dicitur*; quod in deam convenit, non in casum, neque in eam, quæ munus ipsa divinum est, felicitatem: de qua multo antea disserens Cicero pro L. Man. 14. *fuit*, inquit, *profecto quibusdam summis viris* (fuit utique Cæsari) *quædam —— ad res magnas bene gerendas divinitus adjuncta fortuna*. Quo autem diuturna magis fortunæ munera, & ampla fuerant, eo majore periculo ei se committere Cæsar videri poterat. Confer Livium in eximia oratione Hannibalis pro pace ad Scipionem, XXX. 30. ex qua infra excerpsit aliquid Abram. unde illud repeto: *ne tot annorum felicitatem in unius horæ dederis discrimine —— vim fortunæ, Martemque belli communem propone animo*. Contra Euripides in Electra v. 402. ἐλθοῦσα γὰρ ἂν Μόλις προβαίνουσ' ἡ τύχη, ἕστηκε καλῶς, fortunam lento pede, ac sero advenientem mansuram constantius auguratur. Auctor Octaviæ Trag. v. 452. *Crede obsequenti* (fortunæ) *parcius: levis est dea*. GARAT.

Si in patriam) Inter causas, quas habebat Cæsar reditus expetendi, primo loco patria nominatur. Sic ut ex Homero notat Orator Ulysses Ithacam suam, tanquam nidulum scopulis affixum, tamen immortalitati præferebat. Nono Odysseæ Ulysses:

> Ὡς οὐδὲν γλύκιον ἧς πατρίδος, οὐδὲ τοκήων
> Γίνεται.
> *Usque adeo nihil est patria vultuque parentum*
> *Dulcius*.

Item:

> Οὔτι ἔγωγε ἧς γαίης δύναμαι γλυκερώτερον ἄλλο
> Ἰδέσθαι.
> *Nec quicquam patria possum jucundius ipsa*
> *Cernere*.

Siquidem ut dicitur primo Officiorum: *Omnes omnium caritates patria una complexa est*. ABRAM.

Liberos) Liberos magnam esse reditus illecebram, notius est, quam ut probandum esse videatur. Liberos habuit unam Iuliam nuptam Cn. Pompejo,

clarissimum generum redire properaret: si in Capitolium invehi victor cum illa insigni laurea gestiret: si denique timeret casum aliquem, qui illi tantum addere jam non potest, quantum auferre, vos tamen opor-

pejo, tamen numero multitudinis dixit: ut & Verrina de prætura urbana: *Ille quod pudicitiam liberorum, hic quod vitam patris, famamque sororis defenderat*. Sempronius Asellio laudatus apud Gellium lib. 2. cap. 13. Noct. Attic. *Liberosque suos, eum quem virilis sexus tum in eo tempore habebat, produci jussit, populoque commendavit*. Vide Sextianam cap. 24. Cajus D. de verb. signific. *Non est sine liberis, cui vel unus filius, unave filia est*, &c. IDEM.

In Capitolium invehi) Moris fuit, ut paullo ante dixi, triumphantibus curru aurato, quadrigis albis, corona in capite laurea, lauro in manu dextera, os minio oblitis vehi, ibique cæsis victimis gratias diis agere. Zonaras lib. 11. Plin. de minio testatur: opinor, quasi os sanguine hostium tinctum adhuc & madidum haberent: nam sanguinolentis ex acie redeuntibus adclamari solebat, *Macte virtute esto*, ut Seneca memoriæ prodidit. HOTTOM. *In Capitolium invehi*) Maro 6. Æneidos:

> *Ille triumphata Capitolia ad alta Corintha*
> *Victor aget currum.* ——

Sidonius Apollinaris Paneg. Majoriani:

> —— *Cum victor scandere currum*
> *Incipies, crinemque sacrum tibi more priorum*
> *Nectet muralis, vallaris, civica laurus,*
> *Et Regum aspicient Capitolia fulva catenas.*

Albinus rerum Romanarum 1. citatus a Prisciano lib. 7.

> *Ille cui ternis Capitolia celsa triumphis*
> *Sponte Deum patuere, cui freta nulla repostas*
> *Abscondere sinus, non tutæ manibus urbes.* ABRAM.

Cum illa insigni laurea) MSS. nostri, item S. Victor. olimque impressi *insigni laude*. GRUT. *Laurea*) Triumphantes laurum in Capitolium deferebant: nihil vulgarius. Lucanus 1. Pharsal.

> *Nunc neque te longi remeantem pompa triumphi*
> *Excipit, aut sacras poscunt Capitolia lauros.*

Has autem laureas, ut in Pisonem dicemus, solebant in gremio Iovis Capitolini deponere. Latinus Pacatus Panegyr. Theodosii: *Depositis in gremio Iovis Capitolini laureis triumphales viri rusticabantur*. Sueton. in Nerone cap. 13. Silius libro 15.

> —— *Laurumque superbam*
> *In gremio Iovis excisis deponere Pœnis.*

ABRAM. Male habent *laude* Rom. ambæ Ven. quinque Britann. & Barb. sed tamen prior Ven. utrumque ponit, *laurea laude*, adscriptumque video *lauream* in margine codicis Barb. In Pis. 25. *Macedonica laurea* est triumphus ex Macedonia, & ita passim. Immo ibid. 30. *laus* opponitur *laureæ*, optimis MSis exhibentibus, *concedat laurea laudi*. GRÆ.

Tantum addere jam non potest) Annibal Livianus lib. 30. ad Scipionem: *In bonis tuis rebus, nostris dubiis, tibi ampla ac speciosa danti est pax: nobis petentibus magis necessaria, quam honesta, melior tutiorque est certa pax, quam sperata victoria. Hæc in tua, illa in Deorum manu est. Ne tot annorum felicitatem in unius horæ dederis discrimen. Cum tuas vires, tum vim fortunæ, Martemque belli communem propone animo. Utrimque ferrum, corpora humana erunt. Nusquam minus, quam in bello, eventus respondent. Non tantum ad id quod data pace jam habere potes, si prælio vincas, gloriæ adjeceris; quantum ademeris, si quid adversi eveniat, simul parta ac sperata decora unius horæ fortuna evertere potest.* ABRAM.

A quo

oporteret ab eodem illa omnia, a quo profligata sunt, confici velle. Cum vero ille suæ gloriæ jampridem, reipublicæ nondum satisfecerit, et malit tamen tardius ad suorum laborum fructus pervenire, quam non explere susceptum reipublicæ munus: nec imperatorem incensum ad rempublicam bene gerendam revocare, nec totam Gallici belli rationem, prope jam explicatam perturbare, atque impedire debemus.

15. Nam illæ sententiæ virorum clarissimorum minime probandæ sunt, quorum alter ulteriorem Galliam decernit cum Syria, alter citeriorem: qui ulteriorem, omnia

A quo profligata ſunt) Tuſculana 5. *Profligata jam hæc, & pene ad exitum deducta quæſtio eſt*. Contra Gellius, quem vide lib. 15. cap. 5. Noct. Attic. Non ſolum Tullius, ſed & alii profligatum dixerunt pro abſoluto. Liv. lib. 35. *Vt is qui profligatum bellum haberet, ad comitia Romam rediret*. Lentulus Spinter epiſtola ad Ciceronem; ea eſt 14. lib. 12. ad familiares: *Quæ res, ſi a Rhodiis non eſſem interpellatus, fortaſſe tota ſublata eſſet, tamen magna ex parte profligata eſt*. Auſonius Moſella:

Hæc profligati venit modo laurea belli.

IDEM.

Gloriæ ſuæ) Hunc locum fuſe tractat pro Marcello, ubi & oſtendit Cæſarem gloriæ nondum ſatisfeciſſe, quamvis confectis non Gallicis ſolum bellis, ſed etiam civilibus: *Quid ſi iſtud ne gloriæ quidem tuæ ſatis eſt?* &c. IDEM.

Prope jam explicatam) Plautus Pœnulo, actu 3. ſc. 5.

Is explicavi meam rem poſt illa lucro.

Valerius lib. 2. *Equeſtris quoque ordinis bona magnaque pars quadringentis juvenes cenſoriam notam patiente animo ſuſtinuerunt, quos M. Valerius & L. Sempronius, quia in Sicilia ad munitionum opus explicandum ire juſſi, facere id neglexerant, equis publicis ſpoliatos in numerum ærariorum retulerunt*. IDEM.

Nam illæ ſententiæ) Lege Vatinia C. Cæſari Citerior ſive Ciſalpina Gallia, quæ Rubicone fluvio & Alpibus continetur, una cum Illyrico in quinquennium data fuerat populi Romani ſuffragiis. Vlteriorem autem, ſive, ut vocabant, Tranſalpinam, quæ etiamnum provinciæ nomen retinet, a Senatu habebat lege Sempronia. In hoc autem provinciarum Conſularium negotio, dicta fuerat ante Ciceronem duplex de Galliis ſententia. Nam alii utramque decernebant, alii alteram tantum una cum Syria. Qui rurſus duplices fuere, aut enim Citeriorem decernebant, verum ita ut futuri Conſules non ante inirent, quam eſſet quinquennium Cæſaris expletum, id eſt Kalendis Martiis, atque ita eos oporteret Ianuario & Februario menſe ſine provincia manere, quod incommodum urget Cicero: aut ulteriorem Galliam decernebant. In quo hæc erant incommoda, quod rationem belli Gallici perturbarent, & legem Vatiniam, quam Senatus contra ſuam auctoritatem latam nunquam legis nomine dignatus eſſet, ſciſcere viderentur, & ſuis ſententiis approbare. In utraque autem ſententia illud præterea notat abſurdi, quod Piſo Macedoniam eſſet retenturus, & contumelia Cæſari inferretur, ſi parte provinciæ mulctaretur a Senatu, quod ejus animum ab ordine ampliſſimo poſſet abalienare. IDEM.

Qui ulteriorem) Oſtendit quatuor incommoda, quæ conſequebantur ex illius

omnia illa, de quibus disserui paullo ante, perturbat: simul ostendit, eam se sciscere legem, quam esse legem neget: et, quæ pars provinciæ sit, cui non possit intercedi, hanc se avellere: quæ defensorem habeat, non tangere: simul et illud facit, ut, quod illi

illius senatoris sententia, qui Cæsarem censebat e Transalpina Gallia revocandum. 1. Quod totam belli Gallici rationem perturbaret atque impediret. 2. Quod, ut jam diximus, legem Vatiniam, quam Senatus nunquam legis nomine dignatus fuerat, sua sententia approbaret. 3. Quod ea pars provinciæ, quam Cæsari se relinquere dicebat, posset a quolibet Tribuno plebis auferri, ac proinde non magis Cæsaris dignitati consuleret, quam si utramque Galliam decrevisset. 4. Quod populi magis, quam Senatus beneficium in Cæsarem collatum tueretur, & ita Cæsarem populo conciliaret, alienaret a Senatu. Quæ ut liquidius intelligas; recordare eam vim fuisse legis Semproniæ, *Vt necesse esset quotannis constitui per Senatum consulares provincias*, ut dicitur pro Domo, & ut Tribuno plebis intercedere non liceret iis provinciis quas Senatus Consulares esse decreverat: ut supra monuimus. Cæsaris autem provincia duas partes continebat. Alteram Vlteriorem Galliam a Senatu decretam consularem, cui proinde intercedi non potuit lege Sempronia; alteram Citeriorem Galliam cum Illyrico, quam non Senatus, sed populus lege Vatinia Cæsari decreverat, quæ proinde defensorem habebat, id est Tribunum plebis, qui posset impedire, & prohibere, quo minus Cæsar hanc partem provinciæ retineret. Avellebat itaque ille Senator Vlteriorem Galliam, quæ non erat Tribunitiis intercessionibus obnoxia: Citeriorem, cui intercedi potuit, intactam relinquebat. Idem.

Perturbat) Mox dixit: *Nec totam Gallici belli rationem prope jam explicatam perturbare, atque impedire debemus.* Pro Sextio: *Implicationem rei familiaris*: ubi diximus *perturbare* & *conturbare* eos dici, qui cum solvendo se non esse animadverterint, perturbant dati & accepti rationes, sicut contra qui ære alieno liberantur dicuntur expedire & extricare rationes. Idem.

Eam legem sciscere) Id est, legem Vatiniam probare. Vatinius tribunus pl. tulerat, ut Cæsari cisalpina Gallia cum Illyrico, & tribus legionibus mandaretur, ei denique legendorum sibi legatorum potestatem dederat. Hanc legem multi contra auspicia latam contendebant: quia Bibulus Cos. de cœlo tum servarat, cum Vatinius tribunus pl. leges suas ferebat. Vlteriorem Galliam senatus Cæsari mandaverat. Hotom. *Eam legem sciscere*) Plebis autem est legem sciscere, populi universi jubere. Pro L. Flacco 15. *Nullam illi nostri sapientissimi & sanctissimi viri vim concionis esse voluerunt. Quæ scisceret plebs, aut quæ populus juberet, summota concione, distributis partibus, tributim & centuriatim descriptis ordinibus, classibus, ætatibus, auditis auctoribus, re multos dies promulgata & cognita, juberi vetarique voluerunt.* Hinc, ut ait Festus: *Scita plebei appellantur ea, quæ plebs suo suffragio, sine Patribus jussit, plebejo magistratu rogante.* Abram.

Cui non possit intercedi, &c.) Locus suspectus: quem quidam sic legi volunt, *quam esse legem neget, & cui possit intercedi: quæ pars provinciæ sit, & cui non possit intercedi, hanc se avellere*, &c. præterea in libris manuscr. non est, *diffidere*, neque aliud pro eo verbum. Lambinus. Male: vide Abram. ad præcedentia proxime verba. Græv.

Quæ defensorem habeat) Id est, quæ Tribunum habeat, qui eam in Cæsaris potestate retineat; significat citeriorem Galliam, quæ a populo mandata fuerat. Hotom. *Defensorem*) Op-

illi a populo datum sit, id non violet: quod Senatus dederit, id senator properét auferre. Alter belli Gallici

Opponuntur provincia, cui non possit intercedi, & provincia, quæ defensorem habeat. Igitur *defendere*, est *intercedere*, sive *prohibere*. Vide quæ diximus in Cœliana ad c. 10. Gellius lib. 7. cap. 19. *Petebatque, ut virum consularem, triumphalemque a collega vi defenderent*. Subditur edictum Gracchi: *Luc. Cornelium Scipionem Asiaticum a collega vi prohibeo*. ABRAM. Rectius hæc Hottomannus exponit, quam Abram. GRAV. Cod. Barb. *defensionem*. Non est dubium, quin intercessio significetur, quam paratam semper habuit Cæsar. Ita Cœlius IV. Non. Septemb. anni DCCII. scribit VIII. ad Div. 9. *non expeditur successio, cum Galliæ, quæ habent intercessorem, in eamdem conditionem, quam cæteræ provinciæ, vocantur*. Erat autem imperium Cæsari lege Trebonia usque ad Kal. Mart. anni DCCIII. cumque eo tempore elapso, de provinciis relatum esset, adhuc ausus est Curio intercedere, ibid. ep. 13. Quod attinet ad hujus orationis tempus, est observandum, ulteriorem Galliam, in qua bellum gerebatur, magis cordi fuisse Cæsari, quam citeriorem: idcirco quavis iniqua ratione illam sibi Cæsarem prorogaturum. Ei porro dicit Tullius intercedi non posse, quia nulla prætendi causa intercessionis poterat, fuissetque de more ad populum seditiose confugiendum. At de citeriore quoque non admodum æqua fuisset intercessio. Primum enim Senatus dejicere poterat legis Vatiniæ præsidium, quam non jure latam facile probasset: deinde, ut alia mittam, vix erat dubium, quin Cæsar in utraque provincia his omnibus sententiis mansurus esset usque ad legis Vatiniæ terminum, ut diximus ad c. 14. Sed cum iis, qui rerum potiebantur, nulla erat æqua contentio: infirmum quodvis eorum gratia juris optimi pondus locumque obtinebat. Est pretium operæ, quid altero Treboniæ legis quinquennio evenerit, considerare. Hæc pro Cæsare querela est VIII. B. G. 53. *Marcellus proximo anno* (DCCII.) *quum impugnaret Cæsaris dignitatem, contra legem Pompeji, & Crassi* (Treboniam, iis promulgantibus latam, quorum lex erat, nomen Trebonii) *retulerat ante tempus ad Senatum de Cæsaris provinciis*. At quidnam volebat Marcellus? VIII. ad Att. 3. de Pompejo: *Marcoque Marcello Consuli finienti provincias Gallias Kal. Martiis restitit*. Simile hoc Marcelli est diem succedendi Kal. Martias anni DCCIII. præfinienti, non illi graviori, quæ nunc est dicta, sententiæ, verum ei, quæ in citeriore Gallia legis Vatiniæ terminum Consuli ad succedendum Cæsari statuebat, ut mox narratur. Tamen Senatus, ut l. c. B. G. dicitur, *discessionem faciente Marcello, frequens in alia omnia transiit*, idque ibi tamquam *testimonium Senatus* pro Cæsare habetur, cum verius a Tullio Pompeji resistentis potentiæ tribuatur, qui dixit, ut Cœlius narrat VIII. ad Div. 7. *se ante Kal. Martias non posse sine injuria de provinciis Cæsaris statuere*. Jam vero, ut demus, minus hoc tempore ausurum fuisse Cæsarem, certe non esset passus. Consulem succedendi jus habere in Gallia citeriore, de quo jure vide ad c. 14. cum unus ex L. Vatinia superesset annus. Quid jam iste Pompejo conjunctus, Crassoque posset, Senatores hi duo spectabant, qui legem Vatiniam, quam legem non putabant, violare tamen non audebant: cum severiores optimates nullam earum rerum rationem haberent, quæ fieri possent contra jus, & libertatem Senatus. Hinc elucet maxime Tullii prudentia: qui de Gallia citeriore non dixit, *cui possit intercedi*, quod contra Senatoriam dignitatem accipi poterat, & adversis Senatui partibus nimis amicum videri: sed dixit, *quæ defensorem habeat*, quæ sine dubio a Tribuno defenderetur, infirma quidem de causa, sed tamen aliqua, quæ nulla erat in ulteriore. GARATON.

Digitized by Google

lici rationem habet : fungitur officio boni senatoris : legem, quam non putat, eam quoque servat; præfinit enim successori diem : qui mihi nihil videtur minus a dignitate, disciplinaque majorum dissidere, quam ut, qui Consul Kalendis Ianuariis habere provinciam de-

Belli Gallici rationem habet) Relinquit ulteriorem Galliam, in qua sola Cæsar bellum gerit. Hottom.

Præfinit enim) Intra quam in provinciam exeat, nempe Kalend. Martiis. Idem.

Atqui mihi nihil videtur magis, &c.) In libris manuscr. sæpenumero hoc observatum est, *minus*, pro *magis*, & contra, *magis*, pro *minus*, a librariis esse positum. Ergo hic item, *minus*, pro *magis*, fuerat scriptum. Lamb. *Qui mihi nihil videtur minus a dignitate disciplinaque majorum diffidere*) Ita Pall. omnes præter nonum, in quo non visitur, *disciplinaque majorum diffidere*, habetque *que*, non *qui*; quod & in S Victor. qui item destituitur illo *diffidere*: tentat hic P.Manutius, ac Lambinus, aliter atque aliter, sed quibus nondum possum accedere. Grut. In Erfurt. desiderantur quoque verba, quæ Gruterus in aliis MSS. desiderari notavit. In eodem legitur *quæ* pro *qui*. Locus sane est contaminatus. Mihi videtur legendum, *diffidere*, *quum*, *qui Consul Kal. Ianuariis*, &c. Is qui censuit, ulteriorem Galliam Cæsari relinquendam, non minus a majorum institutis discrepat, cum diem præfinit, qua Cæsari debeat succedere Consul, qui illam provinciam sortitus est, nimirum Kal. Martias, qua lege is Consul per duos menses carebit sua provincia, illamque habebit magis desponsam, quam decretam per illud tempus. Græv. Sensus constabit, si cum Grævio legeris : nihil variant codices nostri. Lallem. At mihi nullus idoneus sensus ex Græviana emendatione exoriri videtur. Optima est emendatio Lambini, tam verbis, quam sententia : eamque merito probavit Ferratius. Invenit autem in suis MSis Lamb. *atque*, unde ex usitata commutatione fecit *atqui*; idque egregie. Barb. cum Pal. IX. S. Vict. & cod. a Man. inspecto, *que*, prior Ven. cum Erfurt. *quæ*. Idem Lamb. verissime observavit, confundi invicem *magis*, & *minus* : vide quos citat Drak. ad Liv. XLV. 25. & Oudend. ad Cæs. B. G. VII. 53. Cur ergo rejicitur ejus plane flagitatum ab sententia judicium? Quod si *minus* retineri debeat, cum verbum *diffidere* absit a MSis Lamb. S. Vict. Pal. IX. & Erfurt. satis critice legi poterit : *atqui mihi nihil videtur minus e dignitate, disciplinaque majorum, quam ut &c.* Ita sententiæ consulitur : sed meæ ipsius emendationi Lambinianam præfero. Ernestus alio modo : ipsum vide, cui adsentiri non possum. Absurde ad superiora referendum relinquit *nihil minus*, ut Grævius : male addit *Consulis* post *dignitate*. Garat.

Qui Consul Kal. Ian. habere provinciam debet) Colligit ex hoc loco Manutius, Consules, qui de provinciis retulerant, futuris anni DCXCVIII. Consulibus, ut in ipso magistratu in provinciam irent, præscripsisse, ut saltem dimidia ex parte Cæsari succederetur. Hæc partis dimidiæ mentio, quæ sane ad relationem Consulum nihil pertinet, fecit, ut in refutando Manutio inutilem operam poneret Ferratius VI. Epist. 9. qui totus est in re apertissima demonstranda, hujus Senatoris sententia futurum Consulem in Galliam citeriorem iturum Kal. Martiis anni DCXCIX. quod ipse Manut. mox agnovit : tantum abest, ut contra senserit. Neque tamen causam habuit ullam, cur de Marcellini, & Philippi Consulum voluntate illam ex hoc loco conjecturam faceret : quo nihil aliud adferitur, nisi jus Consulare, institutumque majorum, de quo diximus ad

Digitized by Google

debet, is ut eam desponsam, non decretam habere videatur. Fuerit toto in consulatu sine provincia, cui fuerit, antequam designatus esset, provincia decreta.

Sor-

ad c. 14. Idque planissime. Sed Cicero pugnat ipse secum, qui absurdum hic esse dicit, Consuli sui Consulatus initio provinciam non esse liberum, cum hanc eodem tempore sententiam suam Senatoriam proferat, quæ habetur supra c. 7. *Itaque ergo idem, qui Consulibus, qui designati erunt, Syriam, Macedoniamque decerno, decernam easdem Prætorias, ut & Prætores annuas provincias* (toto anno DCXCVIII. quo Consulatum gerent ii, quibus eas provincias decernit) *habeant, & eos quamprimum videamus, quos animo æquo videre non possumus*. Sunt ista plane contra morem majorum: quæ leniri poterant in auctoritate perscribenda, si adderetur, tum denique Consulares provincias Prætorias futuras, si Consules, cum erunt designati, nolent in ipso magistratu Pisoni, & Gabinio succedere, suoque jure se non usuros profitebuntur. Sed penitus illum morem a Senatu servatum arbitror. Macedoniam fecit Prætoriam, Syriam non item, ex c. 36. in Pison. Ergo non videtur Macedoniam Consulibus decrevisse, Syriam vero fortasse decrevit. Quamquam enim hanc lege Trebonia M. Crassus accepit, potuit tamen ante ab Senatu esse decreta, cum lex multa extra ordinem addiderit. Quidquid sit, Crassum jure succedendi usum in Consulatu fuisse cognoscitur ex Dione, qui XXXIX. 60. Gabinium, ait, *και εκεινο δεινως επεισεν, οτι προπεμφθεντα τινα ὑπο του Κρασσου ὑποστρατηγον επι τη της αρχης αυτου διαδοχη, ουκ εδεξατο, αλλ' ὡσπερ αθανατον την ἡγεμονιαν ειληφως, κατειχεν αυτην, & hoc in summam invidiam adduxit, quod Legatum sibi a Crasso, qui succederet, missum non receperat, sed imperium, quasi perpetuum accepisset, retinuerat*. Ipse autem Crassus in Syriam profectus est prope finem Consulatus circa Kal. Decembr. ut constat ex IV. ad Att. 13. A Plutarcho in Pomp. c. LII. profectus dicitur *απαλλαγεις της ὑπατειας*, quod Xylander ex historia se vertisse dicit, *omisso Consulatu*: verius erat, *exeunte*: sed functum magistratu, cui mensis unus deerat, dixit Plutarchus. IDEM.

Kal. Ian.) Cos. & Prat. Kal. Ian. magistratus ineunt. HOTTOM.

Desponsam) Alludit ad sponsalia quæ nuptias in diem differunt, easque incertas reddunt: quia persæpe levibus ex causis repudia mittuntur. IDEM. Scite Manut. ita promissam, inquit, ut eam tamen interim non attingat. Sed non sine causa cel. Ernestus hærebat, cum *desponsa* nihil videatur a *decreta* differre. Gesn. in Th. L. L. hæc ut diversa, notat: in quo differant, non exponit. I. ad. Att. 16. de M. Pisone Consule, *desponsam homini jam Syriam ademi*, cum aliam certe haberet provinciam ex lege Sempronia decretam, quæ adimi non potuisset. Provinciæ Consulares non hominibus decernebantur, sed magistratui: quem ubi primum iniissent, eas Consules habere oportebat, tamquam partem Consulatus. Si ergo provinciæ decernantur post Consulatum denique habendæ, non hæ Consulibus *decretæ* videbuntur, a Consulatu eorum avulsæ, verum *desponsæ*, ut habeant, cum jam Consules esse desierint. Sic ego: donec alii meliora. GAR.

Fuerit) Hoc significat fore absurdissimum. Nam Kal. Ian. designati proconsules, & proprætores provincias inter se aut sortiebantur, aut comparabant, id est, conveniebant, in quam proficisci mallent. Liv. de bell. Pun. *Decreverunt patres, ut Consules compararent, sortirenturve provincias*. Item de bello Maced. *Decreverunt patres, ut provincias Macedoniam, atque Italiam Consules compararent inter se, sortirenturve*. HOTTOM.

Digitized by Google

Sortietur, an non? nam et non sortiri absurdum est; et quod sortitus sis, non habere. Proficiscetur paludatus? quo? quo pervenire ante certam diem non licebit. Ianuario, Februario, provinciam non habebit. Kalendis ei denique Martiis nascetur repente provincia. Attamen his sententiis Piso in provincia permanebit. Quæ cum gravia sunt, tum nihil gravius illo, quod mutari imperatorem deminutione provinciæ contumeliosum est: neque solum summo in viro, sed etiam

Proficiscetur paludatus) *Paludamentum* vestis propria ducum ad rem militarem proficiscentium. Coccinei coloris erat, opinor quod is color sanguinis similis est. Itaque Plin. lib. XXVII. Imperatoris paludamentis dicatum coccum testatur. Silius Italicus de Scipione:

At contra ardenti radiabat Scipio cocco.

Moris igitur fuit, ut qui in provincias exituri erant, prius in Capitolium adscenderent, ibique certa Deo alicui vota nuncuparent, se, si victores redirent, aram verbi gratia honori & virtuti dicaturos. Liv. de bell. Pers. *Consul proficiscens praeterea paludatis lictoribus in provinciam & ad bellum vota in Capitolio nuncupat*. Item lib. XLI. 1. *Cum is more majorum secundum vota in Capitolio nuncupata lictoribus paludatis profectus esset ab urbe*. Idem.

Kalendis ei denique Martiis) Hic est sine ulla dubitatione terminus legis Vatiniæ, cum præcesserit, *legem quam non putat, eam quoque servat*, Vatiniam scilicet: *præfinit enim successori diem*, h. e. Kal. Martias anni DCXCIX. ad eam legem servandam. Vidit hoc Ferratius in Epist. Tomo II. harum orat. subjecta, ubi etiam recte disserit de altero quinquennio legis Treboniæ. Quinquennium dico, frustra repugnante Dione, qui XXXIX. 33 triennium fuisse contendit. Cui quidem non Svetonium, Plutarchum, Appianum opponam, quorum dissensum I. A. Fabricius adnotavit: ne Dio se accuratius rem investigasse respondeat, qui ὥσγε, inquit, τ' ἀληθὲς εὑρίσκεται, *ita enim revera invenitur*. Sed Ciceronem dico VII. ad Att. 6. nobiscum aperte facere. Hinc, ut modo vidimus, Marcellinus Cæsari succedi volebat post Kal. Mart. anni DCCIII. ut servaretur lex Trebonia incipiens iisdem Kalendis anni DCXCVIII. Quid æquius? injuriosum tamen est visum. In quo iterum falsus est Dio, XL. 59. narrans Cæsari Marcellum voluisse ante tempus succedi: atque hoc adeo mendacium cum altero pugnat de triennio legis Treboniæ, quod, Marcello Consule, jam fuisset elapsum. Sed injuria putabatur, ante quinquennium de iis provinciis referre, licet non ante auferrentur. Itaque nunc veretur Cicero, ne Cæsarem a Senatu abalienet eadem ista sententia: causamque per se quidem levem, sed potenti, ac turbulento viro facile arripiendam conquiri in dispari provinciarum conditione, quasi, una relicta, quam Senatus dederat, altera male parta, tempore perniciosæ legis exacto, contumeliose auferatur. Garat.

Attamen his sententiis) Quarum altera Citeriorem, altera Ulteriorem Galliam cum Syria decernit, nulla facta Macedoniæ mentione. Piso in Macedonia remanebit. Abram. Lamb. *At tamen*, sine testimonio librorum: sed ita denique in quatuor Britann. repertum fuit: quorum alius, *Et tamen*, quomodo idem Lamb. olim dedisse alios notat, quos ignoro. Garat.

Mutari imperatorem deminutione provin-

Digitized by Google

etiam mediocri in homine ne accidat, providendum.

16. Ego vos intelligo, P. C. multos decrevisse honores eximios C. Cæsari, et prope singulares; quod ita meritus erat, gratis; sin etiam, ut quam conjunctis-

vinciæ) S. Victor. *deminutione*, quod arrisit Guilielmio. GRUT. *Deminutione*) Circumscribere magistratum dicebatur Senatus, cum partem vel exercitus, vel provinciæ, vel potestatis adimebat. Vide Milonianam 89. *Senatus, credo, Prætorem eum circumscripsisset*. Id autem fere contumeliosam, ut cum Fabio dictatori potestas est diminuta, & imperium cum magistro equitum æquatum: *Omnes eam rogationem, quique Romæ, quique in exercitu erant, æque atque iniqui, præter ipsum Dictatorem, in contumeliam ejus latam acceperunt*. Verba sunt Livii lib. 22. ABRAM.

Singulares, quod ita meritus erat gratis; sin etiam, ut &c. esset? sapientes ac divini fuistis) Hanc lectionem ante triginta annos produxit Guilielmius in Quæstionibus Plautinis, Mercatoris cap. v. ex membranis Gembl. ac Turing. quorum auctoritatem firmat item Pal. nonus: habuit ipse Ianus locum pro integrato: at mihi adhuc syllaba deesse videtur, absorpta a voce præcedenti, scribendum littera una minus: *singulareis; si quod ita meritus erat, grati; sin etiam ut quam conjunctissimus huic ordini esset; sapientes ac divini fuistis*; sensu bono & apertissimo, hoc est mere Ciceroniano: antea legebatur; *singulareis, quod ita meritus erat; gratis etiam ut &c. esset. Sapientes ac divini fuistis*. GRUT. *Honores eximios C. Cæsari, & prope singulares; quod ita meritus erat, &c.*) Ianus Guilielmus in Mercat. Plauti cap. 5. locum a se emendatum sic explicat: *Sensus valde bonus est. Affectum C. Cæsarem a Senatu maximis honoribus, & id gratis; nulla mercede exspectata, sed ab sola illius in rempublicam merita: sed tamen, si idem Senatus eam mercedem a Cæsare exspectarit, ut in posterum isti ordini esset amicior, non errasse ait Cicero, sed sapientia sua rem dignam fecisse*. ABR.

Gratis) Merito non solum honores, quos meritus erat, Cæsari tributos a Senatu, sed etiam quosdam gratis datos fuisse testatur, ut Cæsar Senatui quam conjunctissimus esset: minus enim alliciunt honores, quos putamus virtuti nostræ deberi, juxta illam hortationem, quæ est apud Plutarchum opusculo de malo pudore, *qua Hercules apud Antisthenem filios hortabatur, ut nemini se laudanti gratiam haberent. Hoc vero nihil aliud erat, quam hortari, ut ne subrustico quodam pudore afficerentur, nec vicissim suis laudatoribus assentarentur. Sufficit enim illud Pindari ad illum, qui dicebat, ipsum suis laudationibus ubique celebrari. Et ego, inquit, tibi gratiam cumulare refero. Facio enim te dicere veritatem*. Sicut contra, ut notat Xenophon Agesilai encomio: *Qui gratis beneficium acceperunt, ut libenter benefactori serviunt, tum quod beneficium acceperint, tum quod prius digni habiti sint, quibus servandum depositum gratiæ crederetur*. ABRAM. Quid sit *decernere alicui honores gratis, quod ita meritus est*, ego sane non intelligo. Qui sunt illi honores, qui gratis dantur? Num qui dantur iis, qui illos non sunt meriti? Nugæ; legendum sine hæsitatione cum Grutero, *grati*. Si Cæsari tribuitis honores, quos meritus est bene gesta republica, grati estis erga illum, qui ejus merita in rempublicam agnoscitis; sin etiam propter hanc caussam ei honores eximios decrevistis, ut tantum virum adjungeretis ordini senatorio, a quo fuerat aversus, sapientes fuistis, ac divini: hoc est, nihil potuistis facere sapientius & divinius, quia hoc consilium maxime faciebat Ciceronis sententia ad stabiliendam & firmandam rempublicam contra machinationes improborum. GRÆV. Optime; sed Gruterus tamen *grati*, non admisit in contextum. OLIVET. *Quod ita meritus*

F 4 *erat*,

ctissimus huic ordini esset; sapientes, ac divini fuistis: neminem umquam est hic ordo complexus honoribus, et beneficiis suis, qui ullam dignitatem præstabiliorem ea, quam per vos esset adeptus, putarit: nemo umquam hic potuit esse princeps, qui maluerit esse popularis. Sed homines aut propter dignitatem suam

erat, grati) Ita cum Grut. & Grævio dedimus: vulgati nullo sensu, *gratis*. Lallem. Nemo ante Lallem. vocem *grati* recipere ausus est, quod ea nullo in libro esset inventa. Gulielm. in Quæst. Plaut. ad Mercat. c. V. nihil emendavit, sed hanc ex optimis membranis, quas Grut. nominat, lectionem protulit: *ac prope singulares* (Rom. & sec. Ven. *singularis*) *quod erat meritus, gratis; sin etiam, ut &c.* Sed Gruteri conjectura *grati*, qua nihil præstantius, veriusque vidi, recipi jam sine ulla dubitatione potest; ita enim diserte legi testor in editione Romana principe anni MCDLXXI. Ceteri mei libri a vulgata non recedunt, quæ in V. L. accurate refertur. Adjectio litteræ S verbo *grati*, adesse debere *sin* profecto indicat. Hæc vero particula *sin* facile Gruterum admonuit, alteram, quæ sibi respondeat, præcessisse. Recte igitur emendavit, *si quod*: atque ita dedit Ernestus, *grati* etiam recipiens ex ed. Waldarferiana, cui Romanam esse jungendam, ille non vidit. Alioqui nescio, an præstet cum illa editione principe ita legere, atque interpungere: *Ego vos intelligo, P. C. multos decrevisse honores eximios C. Cæsari, & prope singularis. Quod ita meritus erat: grati: etiam ut quam conjunctissimus huic ordini esset: sapientes, ac divini fuistis.* Huic editioni video nunc unum Britann. codicem penitus adstipulari: quod tertium est pro v. *grati* suffragium: cum quidem a Brit. omnibus *sin* absit, in quatuor sit etiam *singularis*, unus denique omittat *prope*. Garat.

Sapientes, ac divini) Bene *sapientes, ac divini*: Sapientia enim est *divina virtus*. Vide pro Marcello cap. 1. lib. 2. ad fratrem epist. 7. *Senatus frequens divinus fuit in supplicatione Gabinio deneganda*. Abram.

Nemo unquam hic potuit esse princeps) Præclare: nam *ut ajunt in Græcis artificibus eos aulœdos esse, qui citharœdi fieri non potuerint*: Sic in republica populares fiunt, qui in Senatu principes esse non possunt: ut huc Bionis philosophi similitudo quadrare possit: *Quemadmodum proci, cum ad Penelopem non possent accedere, ancillarum ejus conditiones colligebant*: ita qui Senatui placere non possunt, plebis gratiam aucupantur. Idem.

Popularis) *Populares* dicebantur qui populi partibus favebant: *Optimates*, qui Senatui. Multa Cicer. pro Sext. Hottom.

Sed homines aut propter dignitatem) Possunt tria popularium genera numerari. Primum eorum, qui propter insitum animi furorem discordia civium & seditione pascuntur. Alterum eorum, qui expetunt quidem honores & dignitatem, sed mediocritatis suæ conscii diffidunt ipsi sibi, advertuntque, se in Senatu nomen obtinere non posse, ideoque fiunt populares, ut ibi saltem ad aliquam nominis claritatem emergant. Tertium genus est eorum, qui cum in Senatu florere possint, & summam auctoritatem obtinere, ab eo tamen discedunt, & fiunt populares non sponte sua, sed inimicorum obtrectationibus impulsi. Primi generis populares sine dubio repellendi sunt a Senatu, ideoque nullam Orator facit eorum mentionem. Secundi, si redire velint ad Senatum, repellendi non sunt: tertii, qualis fuit Cæsar, vir summus, etiam expetendi, & præmiis atque honoribus invitandi. Sapiens igitur & divinus fuit Senatus, qui eum honoribus illexit. Stultus igitur esset Senatus, si con-

suam diffisi ipsi sibi, aut propter reliquorum obtrectationem ab hujus ordinis conjunctione depulsi, sæpe ex hoc portu se in illos fluctus prope necessario contulerunt: qui si ex illa jactatione, cursuque populari, bene gesta republica, referunt adspectum in curiam, atque huic amplissimæ dignitati commendati esse volunt: non modo non repellendi sunt, verum etiam expetendi. Monemur a fortissimo viro, atque optimo post hominum memoriam Consule, ut provideamus, ne citerior Gallia nobis invitis alicui decernatur, post eos Consules, qui nunc erunt designati: per-

contumeliis eum alienaret. ABRAM. Diffidere sibi propter dignitatem suam, videtur esse idem, ac diffidere dignitati suæ, ut cepit Abramius. Hoc iis accidisse, quibus nobilitas, opes, aliaque ad potentiam in Senatu comparandam deerant, quamvis ingenii, animique satis haberent, est verisimile: sic tamen, ut non eos omnes diffidisse sibi credamus. Sunt in utramque partem exempla: immo etiam nobilium, quibus alia deerant dignitatis instrumenta, ut in Senatu principes esse possent. Hæc autem omnia non tam ex re, quam ex ipsorum opinione, metienda. GAR.

Monemur) Proponit rationem, quam Cn. Cornelius Lentulus Consul, cum de provinciis Consularibus referret, ponderandam esse & examinandam monuerat, antequam de provinciis decerneretur: videtur enim in usu fuisse, ut cum magistratus rem Senatui discutiendam proponeret, rationes etiam dubitandi in utramque partem breviter afferret. Præmonuerat igitur Lentulus periculum esse, ne si Senatores præsentem occasionem e manibus elabi paterentur, non possent deinde Citeriorem Galliam in suam potestatem vindicare, quod populus eam fortasse daturus esset alicui populari: quemadmodum rogatione Vatinia eam Cæsari decreverunt. ABR.

A fortissimo viro) L. Philippo COS. HOTTOM. *A fortissimo viro*) Senatui Marcius Philippus Consul interfuit a supra: *Tuus pater Philippe*: quibus eum præsentem compellat: ut tamen de Lentulo altero Consule interpretarer, induxit me tum epistola 6. lib. 2. ad Quintum Fratrem: *Consul est egregius Lentulus, non impediente collega: sic, inquam, bonus, ut meliorem non viderim*; tum quod Philippus erat Cæsari conjunctior, quam ut eum palam oppugnaret. Iuliam enim Cæsaris sororis filiam, Augusti matrem habebat uxorem, ut Vellejus, Appianus, & ut ceteros omittam, ipse Cicero tradiderunt. ABRAM. De ambobus hisce Consulibus Marcellino, & Philippo, plane similiter de Har. Resp. 8. *o post hominum memoriam fortissimi, atque optimi Consules*. Sed neque Philippum solum sic a Tullio laudatum iri crediderim, neque alium, quam Marcellinum, intelligere hic possum, ut recte Abramius. GAR.

Nobis invitis) Ergo & a populo sc. alicui populari. Sueton. Iulio: *Galliam Cisalpinam Illyrico adjecto lege Vatinia accepit: mox per Senatum Comatam quoque, veritis patribus, ne si ipsi negassent, populus & hanc daret*. HOTT.

Qui nunc erunt designati) Iam ante monuimus, decretas fuisse provincias Consulares, antequam Consules, qui eas obtinerent, essent designati, ut in iis decernendis nihil vel factioni, vel gratiæ tribueretur. Designati fuerunt Pompejus, & Crassus. ABR.

Quem

perpetuoque posthac ab iis, qui hunc ordinem oppugnent, populari, ac turbulenta ratione teneatur. Quam ego plagam etsi non contemno, P. C. præsertim monitus a sapientissimo Consule, et diligentissimo custode pacis, et otii; tamen vehementius arbitror pertimescendum, si hominum clarissimorum, ac potentissimorum aut honorem minuero, aut studium erga hunc ordinem repudiaro: nam ut C. Iulius omnibus a Senatu eximiis, aut novis rebus ornatus, per manus hanc provinciam tradat ei, cui minime vos veli-

Quam ego) Adverte oratoris prudentiam; non potuit refellere Marcellini rationem: nec opus fuit: non contemnendam esse concedit: laudat ejus auctorem, tum a sapientia, tum a diligentia studioque servandæ pacis: rationem rationi, metui metum justiorem opponit: ne alienetur a Senatu Cæsar qui potentissimus erat, & militum populique Romani benevolentia fretus pacem turbare poterat, & reipublicæ statum funditus convellere; postea tamen suas affert rationes, quibus ille Marcellini timor leniatur, gratitudine Cæsaris & æquitate, qui nullo modo traditurus est provinciam alteri, quam ei, quem Senatus decreverit. IDEM.

Quam ego plagam etsi non contemno, &c.) Videtur attendisse Guilielmius scripturæ Gemblacensi, in quo *palem*, quod & inveni in Pal. nono: sed quid hic *pala* ista velit: nondum adsequor: subesse ei figuratum quippiam video, verum quale, non video. GRUT. Erfurtensis etiam *palam*, sed is præterea pro vulgato *etsi non contemno*, scribit *etsi omne contemto*. Franc. *Quam ego plagam etsi non contimuo*. GRAV.

Pertimescendum) Sic ante Grævium P. Manutius, Lamb. & Grut. Mendose prior Ven. *pertimescenda*. Sed Rom. altera Ven. Ald. senior, Naug. Camer. Gryph. Car. Steph. cod. Barb. & unus Britann. *pertimescendam*, nimirum eamdem plagam: non absurde. GARAT.

Si hominum clarissimorum) Rom. sec. Ven. Ald. Hervag. P. Man. Gryph. & repet. Lamb. *præclarissimorum*; sed, ut nunc legitur, dederat Naug. & suis ex MSis Car. Steph. Lambinusque restituerant: neque aliter cod. Barb. & prior Ven. nisi quod in his pro *ac* sequitur *atque*. Sic porro infra, *ne quis vir clarus*, *aut potens*: ubi similiter legendum videtur *ac potens* ex ea permutatione, quæ passim contigit, & hic proxime in iis, *omnibus a Senatu eximiis*, *aut novis rebus ornatus*; ibique haud rejecerim, quod omnes libri, duobus exceptis, aut fortasse tribus, exhibent, *ac novis rebus*, quodque adeo non immerito a cel. Ernesto restitutum video. IDEM.

Novis rebus ornatus) Legendum fortasse est, *novis honoribus ornatus*. LAMB.

Eximiis aut novis rebus) Ita S. Victor. & Pal. nonus, non *ac*, ut retro cusi, nec est, quod Lambinus oggerat nobis *honoribus*: intelligit enim res aut præstantia, aut novitate insignes. GRUT.

Per manus) Hoc videtur proverbium redolere, ut epistola quadam ad Cæsarem lib. 7. ad familiares: *Totum denique hominem tibi trado, de manu, ut ajunt, in manum tuam istam & victoria, & fide præstantem*. ABRAM. *Per manus tradere* idem valere, ac *de manu in manum*, ostendit locus Cæsaris I. B. C. 68. *Saxa multis locis prærupta iter impediebant; ut arma per manus necessario traderentur, militesque inermi &c.* Sed aliud quidpiam spectari suspicor. *Manus* refertur interdum ad factum ipsum, arbitriumque, cui resisti

Digitized by Google

litis; per quem ordinem ipse amplissimam sit gloriam consecutus, ei ne libertatem quidem relinquat, adduci ad suspicandum nullo modo possum. Postremo, quo quisque animo futurus sit, nescio: quid sperem, video: præstare hoc senator debeo, quantum possum, ne quis vir clarus, aut potens huic ordini jure irasci posse videatur. Atque hoc, si inimicissimus essem C. Cæsari, sentirem tamen reipublicæ causa.

17. Sed non alienum esse arbitror, quo minus sæpe aut interpeller a nonnullis, aut tacitorum existimatione reprehendar, explicare breviter, quæ mihi sit

ſtiti non poteſt, ac juri opponitur certo, firmo, conſtabilito. Vide Bynkershoekium ad Pompon. de O. I. §. 1. p. 234. Vhlii. Galliam citeriorem acceperat per populum Cæſar contra jus, moremque majorum: idque quandocumque evenit, populari evenit temeritate, ac turbulenta ratione. Si ergo quo modo eam provinciam Cæſar acceperat, eodem alteri tradiderit, Senatu contemto, & oppreſſo, *per manus* eam tradidiſſe dicetur, cui per jus, perque inſtituta reipublicæ non debuerit. Erat autem certum, invito Cæſare, id evenire non poſſe. GARAT.

Adduci ad ſuſpicandum) Erfurt. *adduci ad ſuſpicationem*. GRÆV.

Quo quiſque animo futurus ſit) Prudenter conſilia negat eventis ponderanda. Vide quæ pro Rabirio Poſthumo cap. 1. & in Piſonem c. 41. diſſeremus. Quod autem hic ait, id videtur e Stoicorum philoſophia manaſſe, ut apud Epictetum & Arrianum, qui frequenter non alieni facti, ſed noſtri ipſorum conſilii inculcant reddendam eſſe rationem. Vide inter cetera lib. 1. diſſert. cap. 12. ABRAM.

Potens) Vitanda potentium offenſio. In Vatiniana: *Ne tu mihi homo potens iraſcare*: pro Milone: *Ego inimicitias potentium pro te appetivi*. IDEM.

Aut tacitorum exiſtimatione) Eſt lectio plerorumque Pall. dicerem omnium; ſi nonnulli non præferrent *extimationem*: habentque & Gembl. & S. Victor. Vulgata, *tacita æſtimatio*; quod ne quidem in edd. primis. Palatinus novus ſolum habet, *aut exiſtimatione*; quod forſan genuinum eſt. GRVTER. *Tacita exiſtimatione*) Bene *tacita*, quia nonnunquam etiam in verbis *exiſtimatio* reperitur. Vide Sext. cap. 40. & ſecundam Philippicam cap. 4. *Omne autem crimen tuum eſt, quod de te in tuis litteris non male exiſtimem*. Sicut contra Græci verba, φωνεῖν, & φράζειν, quæ primatio locutionem ſignificant, pro tacita animi cogitatione frequenter uſurpant. Odyſſ. π.

Ἦλθες, Τηλέμαχε, γλυκερὸν φάος. οὔ σε τ' ἔγωγε
Ὄψεσθαι ἐφάμην.
Telemache accedis mea lux dulciſſima, nec te
Viſurum ducebam animo. ——

Item:

Καὶ φράσαι εἴ κεν νῶιν Ἀθήνη σὺν Διὶ πατρὶ
Ἀρκέσει, ἦε τιν' ἄλλον ἀμύντορα μερμηρίξω.
Tu quoque nunc expende animo, nobiſque Minerva
Cum Iove ſufficiat? Defenſoremne requiram
Præterea? ——

ABRAM. *Tacitorum* eſt etiam in Erfurt. & Francii cod. GRÆV. Codex Barb. cum melioribus, *tacitorum exiſtimatione*. Sic etiam Britann. niſi quod unus, *extimatione*. Cod. Car. Steph. Rom.

sit ratio, et causa cum Cæsare. Ac primum illud tempus familiaritatis, et consuetudinis, quæ mihi cum illo, quæ fratri meo, quæ C. Varroni, consobrino nostro, ab omnium nostrum adolescentia fuit, prætermitto. Posteaquam sum penitus in rempublicam ingressus, ita dissensi ab illo, ut in disjunctione sententiæ, conjuncti tamen amicitia maneremus. Consul ille egit eas res, quarum me participem esse voluit: qui-

Rom. & ambæ Ven. *tacitorum æstimatione*. Ald. Naug. Cam. Gryph. & Lamb. *tacita existimatione*. Iam vides *tacitorum* a plurimis, & optimis libris esse, ut hac una de causa satis commendetur: præferendum vero esse *existimatione*, quod item tutissimum est, docebit summus Ernestus in Ind. p. 514. & Drak. ad Liv. IV. 20. Adde quæ notamus ad c. 5. pro Marc. Quod ergo habent P. Man. C. Steph. & repet. Lamb. *tacita existimatione*, ab utroque parte deterius existimo. Garat.

Fratri meo) Quinto Ciceroni, qui unus e legatis Cæsaris erat in Gallia. Hottom.

C. Varroni) De claris oratoribus ejus meminit, quem locum vide apud Manutium. Hujus etiam meminit in Verrem. Sed non ut doctrina & ingenio, ita moribus fuit probatus. Si quidem, ut narrat Valerius lib. 8. cap. 2. libidinis habuit commercium cum Octacilia Laterensi: *Is cum post curulem ædilitatem judex quæstionis esset, mortuus est*, inquit Orator, & eam ob caussam neque frequens hujus mentio apud Ciceronem, neque pro ingenii sui claritate ad nominis celebritatem emersit: Abram.

Adolescentia) Bene ab adolescentia familiaritatem repetit: hæc enim ætas ad amicitias conciliandas proclivior. Aristoteles Rhetoric. cap. 11. *Et studiosi amicorum, & studiosi sodalium magis quam aliæ ætates, quia gaudent convictu*. &c. *Nam & amant nimis, & nimis odio habent, & alia omnia similiter*. Et sane celebres omnes amicitiæ a prima adolescentia coaluerunt, ut Thesei & Pyrithoi, Achillis & Patrocli, Damonis & Pythiæ, Armodii & Aristogitonis, Gregorii Nazianzeni & Basilii Magni, Augustini & Alypii, ut eos prætermittam, de quibus Lucianus in Toxari pulcherrima. Idem.

Postea quam sum penitus in rempublicam ingressus) Nescio, cur Lambinus ejecerit libris suis *penitus*: hoc scio, exstare in edd. aliis & nostris mss. Grut. *Posteaquam sum penitus in remp. ingressus*) Ante Ciceronis Consulatum nulla reperitur Cæsaris & Ciceronis disjunctio: immo dissentientibus ceteris optimatibus uterque contendit, ut ferretur lex Manilia, & Pompejus L. Luculli successor contra Mithridatem in Asiam mitteretur, ut Dio narrat lib. 36. Prima igitur ista sententiarum disjunctio videtur fuisse, cum Cicerone Consule ad Senatum referente suasit Cato, ut conjurati neci dederentur, Cæsar dissuasit, Cicero Catonis sententiam amplexus est, eamque quarta Catilinaria fusius probavit: conjuncti tamen amicitia manserunt: si quidem, cum Cæsar in conjurationis suspicionem vocatus esset, & adolescentes nobiles Ciceronis custodes strictis in eum gladiis impetum fecissent, eum Cicero a periculo mortis exemit, ut auctor est Plutarchus in Cæsare. Abram.

Conjuncti tamen amicitia maneremus) Nihil hoc loco videtur esse integrius: vetusti tamen codices habent, *conjuncti tamen amicitiam amaremus*: quos non sequor. Verum putaverim legendum, *conjuncti tamen in amicitia maneremus*. Lamb.

Consul ille egit eas res) Cæsar Consul publicanos tertia vectigalium parte

quibus ego si minus assentiebar, tamen illius mihi judicium gratum esse debebat· me ille, ut quinqueviratum acciperem, rogavit: me in tribus sibi conjun-

te relevavit, Regna, tetrarchias, immanes pecunias paucis dedit, Ptolemæum Alexandriæ Regem socium nominavit, legem tulit de agro Campano dividundo, & alia quædam fecit, quæ furioso magis Tribuno plebis, quam amanti patriam Consuli convenirent. ABR.

Quarum me participem) Me in rerum, quas Consul faciebat, voluit societatem arcessere, easque mecum communicare: quod etsi repudiarim, gratum mihi tamen esse debuit, quod me rerum suarum communicatione dignum esse judicabat. IDEM. Hunc verborum ordinem invexit ex suis MSis Lambinus, adscivitque Grut. cum ejus repertores alium reduxerint omnium antea editorum, *participem me esse voluit*, & ita cod. etiam Barb. qui porro, cum hæc in eo extrema nunc sit oratio, desinit in sequentibus, *quibus ego si minus*, ceteris exinde abscissis. Eodem autem ex fonte infra est, *propulsare possem*, cum ante Lamb. editi ordinem exhibeant. Quo loco Rom. secunda Ven. Ald. & Naug. habent etiam, *popularis impetus*. GAR.

Me ille, ut quinqueviratum acciperem) Cæsar Cos. legem tulit, ut ager Campanus iis, qui tres pluresve liberos haberent, divideretur: simul curatores, qui agros dividerent vigintiviros constituit: ad hanc curationem Cicero a Cæsare invitatus eam repudiavit: quare necesse est xx. ad æstimandum, v. ad dividendum comparatos fuisse. Sunt tamen quibus placeret scribi *vigintiviratum*: quorum judicium, modo libri veteris auctoritas accederet, magnopere probarem. HOTTOM. *Me ille, ut quinqueviratum acciperem rogavit*) Ant. Augustinus *vigintiviratum* emendat ex historia, cujus meminit Dio lib. XXXVIII. Suetonius in Augusto, & Cicero ipse epist. II. lib. II. ad Atticum, cum de Cæsare inquit, *Repudiari se totum magis etiam, quam olim in xx. viratu putabit: ac solet, cum se purgat, in me conferre omnem illorum temporum culpam: ita me sibi fuisse inimicum, ut ne honorem quidem a se acciperem*. Plane in primo Cæsaris consulatu creati fuere xx. viri, agro Campano æstimando; sed videndum est, num *quinqueviri* quoque creati fuerint agro æstimato dividendo, atque de iis, non de illis rogarit Tullium Cæsar. F. VASINUS. *Me ille, ut quinqueviratum acciperem*) Vide nostrum ad Atticum lib. 9. epist. 2. Vellejus lib. 2. *Non caruerunt suspicione oppressi Ciceronis Cæsar & Pompejus: hoc sibi contraxisse videbatur, quod inter vigintiviros dividendo agro Campano esse noluisset*. E quibus, aliisque scriptoribus Manutius, Antonius Augustinus, & alii hunc locum emendant. Alii non solum vigintiviros, sed etiam quinqueviros a Cæsare fuisse creatos contendunt: alteros ut agrum Campanum æstimarent, alteros ut æstimatum dividerent. Quod si ita est, potuit Cæsar Tullio & vigintiviratum, & quinqueviratum detulisse. Utrorumque certe Tullius lib. 2. ad Atticum ep. 7. facit mentionem: *Subcontumeliose tractatur noster Publius: primum, quia cum in domo Cæsaris quondam unus vir fuerit, nunc ne in viginti quidem esse potuerit*. Et paulo post: *Sed illud quid sit, scire cupio quod jacis obscure jam etiam de quinqueviris loqui quosdam*. Immo Pompejum & Pisonem Duumviros creatos fuisse, qui coloniam in agrum divisum & singulis attributum deducerent, constat e Pisoniana & Sextiana. ABRAM. Duumviratum illum longe alium fuisse constat. Rem hanc docte, copioseque tractavit cel. Mazochius Amphith. Campan. c. I. p. 16. 17. & emendationem comprobat P. Man. & A. Augustini, *vigintiviratum*, quod facit etiam Ernestus. Ea profecto necessaria videtur. GAR.

Me

Digitized by Google

junctissimis consularibus esse voluit: mihi legationem, quam vellem, quanto cum honore vellem, detulit: quæ ego omnia non ingrato animo, sed obstinatione quadam sententiæ repudiavi: quam sapienter, non disputo: multis enim non probabo: constanter quidem, et fortiter certe: qui cum me firmissimis opibus contra scelus inimicorum munire, et populares impetus populari præsidio propulsare possem, quamvis excipere

Me in tribus consularibus) Pompejo suo genero, & Pisone suo socero. HOTTOM. *Me in tribus*) Cæsare *Consulatus candidato, & captante rempublicam invadere, conspiratio inter tres principes civitatis facta est, Cn. Pompejum, M. Crassum, C. Cæsarem*: verba sunt epitomes Livianæ. Cæsar qui ceteris duobus Consularibus auctor conspirationis fuerat, conatus est Ciceronem tertium Consularem ad suam factionem adducere. ABRAM. Rectius Hottomannus, & Manutius, quem vide. GRÆV. Siccine Pisó Consularis dicitur, qui tantum anno sequenti Consul fuit? Velleius II. 44. *Cæsare igitur Consule, inter eum, & Cn. Pompejum, & M. Crassum inita potentiæ societas*: en duo Cæsari conjunctissimi Consulares, Pompejus, & Crassus: cum Ciceronem tertium esse cuperet, ut hic ab optimatibus descisceret, nulla non adhibita industria, obtinere non potuit. FERRATIUS. Mirificus error in summis viris, Hottom. Manutio, Grævio, & Ernesto. Utique verius Abram. & Ferratius hoc explicarunt. GARAT.

Mihi legationem, quam vellem) Quam Marcus recusavit hanc Quinctus frater accepit. Porro legationum non una forma erat: sed major interdum aut minor legatis potestas a præsidibus mandabatur. HOTTOM. *Mihi legationem*) Lib. 2. ad Atticum epist. 18. *A Cæsare valde liberaliter invitor in legationem illam, sibi ut sim legatus*. Fuisse autem inter legationes discrimen aliquod hinc intelligis, & alias aliis legationes plus habuisse dignitatis, vel ex hoc loco compertum est, & innuitur Pison. *Præpositus legatorum tuorum turpissimus*. Qui videlicet ceteris legatis præfectus esset, & absente Imperatore ceteris omnibus imperaret: qualis, ut ibi dicemus ex Dione, videtur fuisse T. Labienus. Epitome Liviana lib. 73. *Cum P. Rutilius Consul parum prospere contra Marsos pugnasset, & in prælio cecidisset, C. Marius, legatus ejus meliore eventu cum hostibus conflixit.*, &c. *Qu. Cæpio legatus Rutilii, cum obsessus prospere in hostes erupisset, & ob eum successum æquatum ei cum Mario esset imperium, temerarius factus, & circumventus insidiis fuso exercitu cecidit*. E quibus advertis inter legationes aliquod fuisse discrimen. Neque enim nisi prius primam legationem Marius habuisset, cum eo Cæpioni propter victoriam æquatum fuisse imperium diceretur. ABRAM.

Quæ ergo omnia) Quinqueviratum, legationem, societatem consiliorum omnium rejeci, non quod ingratus essem, aut illorum beneficiorum magnitudinem non cognoscerem, sed quod obstinaveram animo a Senatu nunquam discedere. IDEM.

Quam sapienter) Multis ait non probatum iri, se fecisse, sapienter, quia plerique, ut dicetur in Pisonem oportere putant, *eventis & factis fortunam cujusque ponderari*: & pro Rabirio Posthumo 1. *Hoc plerumque facimus, ut consilia eventis ponderemus, &, cui bene quid processerit, multum illum providisse, cui secus nihil sensisse dicamus*. IDEM.

Populari præsidio) Qui aberant reipublicæ caussa, non poterant in judicium vocari: ac proinde Cicero accepta Cæsaris legatione, se contra Clo-

Digitized by Google

Clodii conatus munire potuit, & judicium, quod intendebat Clodius, declinare, si quamdiu ille fuit in magistratu, noster reipublicæ caussa suam illam legationem obiisset. Præsidium etiam illud fuisset populare, cum Cæsar, qui legationem dabat, apud populum esset gratiosus, & Citeriorem, ut vocabant, Galliam lege Vatinia & beneficio plebis obtineret. Præsidium appellat, quia qui legatione fungebantur, cogi non poterant, & ad judicium revocari: in Vatinium cap. 14. Contra tamen rei nonnunquam videntur a legationibus ad caussam dicendam Prætoris edicto fuisse revocati: lib. 4. ad Atticum epist. 14. *Messius defendebatur a nobis e legatione revocatus. Nam eum Cæsari legarat Appius. Servilius edixit, ut adesset.* Quare fortasse dicendum hanc Messii legationem non publicam illam & militarem fuisse, sed privatarum rerum & declinandi periculi caussa susceptam, cujusmodi legationes liberas vocabant, & a quibus poterant Prætoris edicto revocari, cum ab illa publica non possent. Noster 2. ad Attic. epist. 18. *A Cæsare valde liberaliter invitor in legationem illam sibi ut sim legatus: atque etiam libera legatio voti caussa datur, sed hæc & præsidii apud furorem Pulchelli non habet satis: & a fratris adventu me ablegat: illa & munitior est, & non impedit, quo minus adsim cum velim: hanc ego teneo, sed usurum me non puto.* Jam dixerat epistola 4. ejusdem libri: *Accommodatius nobis est ad liberam legationem tempus illud, cum & Quintus noster, jam, ut speramus, in otio consederit.* Has autem, ut dixi, liberas legationes vel privatarum rerum caussa, vel honestæ fugæ prætextu, vel ad vota exsolvenda suscipiebant, & ut Senatores majorem in provinciis, tanquam magistratus populi Romani, auctoritatem obtinerent. Rerum privatarum, prima Agraria cap. 3. *Hereditatum obeundarum caussa, quibus vos legationes dedistis, qui & privati, & privatum ad negotium exierunt, non maximis opibus, neque summa auctoritate præditi, tamen auditis profecto, quam graves eorum adventus sociis vestris esse soleant.* Quia videlicet publicis sumptibus & hospitiis excipiebantur, vid. & Agraria 2. cap. 17. Pro Flacco cap. 34. Honestæ fugæ, &c. vid. Bruti ep. ad Cic. quæ est prima libri undecimi ad Famil: & Plutarchum in Gracchis. Aliquando voti & religionis exsolvendæ caussa dabatur, ut vidimus ex epist. 18. lib. 2. ad Atticum. Adde epist. 11. lib. 15. ad Attic. & Plutarchum in Mario. Hanc etiam legationem petebant, ut plus auctoritatis obtinerent, & publicis civitatum sumptibus invitarentur, tanquam magistratus populi Romani, quem morem in magistratibus Luc. Posthumius Consul primus induxit, vide Livium lib. 42. Quod non magistratus solum, sed etiam Senatores qui jus liberæ legationis habebant, faciebant, eoque gravius fuit eorum imperium, quod a privata, non reipublicæ causa legabantur, & libera fuit eorum legatio, id est, nullo tempore limitata, & quamdiu commodum esset, in ea manere poterant, unde, ut ex orat. de lege Agraria, & pro Flacco vidimus, multæ fuerunt querelæ sociorum, donec tandem Iulius Cæsar sumptum & legationis tempus definiit. De sumptibus lege Iulia limitatis vid. lib. 5. ad Attic. ep. 10. & rursum ep. 21. Ad hanc Iuliam legem refero verba Horatii lib. 1. Sat. 5. de Mæcenate, & Cocejo legatis:

> *Proxima Campano ponti quæ villula tectum*
> *Præbuit, & parochi, quæ debent, ligna, salemque.*

E quibus vides, cum magistratus & legati socios sumptibus exhaurirent, lege Iulia compressam fuisse licentiam, & constitutum, ut parochi fœnum jumentis, ligna coquendis cibis, vestes sternendis lectis, salem ferculis condiendis, & alia quædam minuta præberent, ab aliis oneribus & sumptibus essent immunes. Certum etiam tempus liberis legationibus constitutum fuisse, ne arbitratu suo diutius quam par esset, id jus obtinerent, liquet ex ep. 11. lib. 15. ad Attic. Quod autem id tempus fuerit, ibidem insinuat: *Bella est autem hujus juris quinquennii licentia. Quanquam quid de quinquennio cogitem?* &c. Orator legationem a Cæsare delatam accipiens munire se potuit contra Clodium, & intentos ab eodem judicii laqueos decli-

re fortunam, subire vim, atque injuriam malui; quam aut a vestris sanctissimis mentibus dissidere, aut de meo statu declinare. Sed non is solum gratus debet esse, qui accepit beneficium, verum etiam is, cui potestas accipiendi fuit. Ego illa ornamenta, quibus ille me ornabat, decere me, et convenire iis rebus, quas gesseram, non putabam. Illum quidem amico animo me habere eodem loco, quo principem civium, suum generum, sentiebam. Traduxit ad plebem

clinare, legis Memmiæ beneficio, quæ, ut ait Valerius Maximus lib. 3. cap. 7. *Eorum, qui reipublicæ causa abessent, recipi nomina vetabat*. Quam securitatem libera legatio haudquaquam præstitisset. Ulpianus D. de legation. *Qui libera legatione abest, non videtur reipublicæ caussa abesse: hic enim non publici commodi caussa, sed sui abest*. Ac proinde neque leges Memmiæ beneficio continetur. Quod spectat ad liberas legationes rerum privatarum caussa impetratas, vide inprimis 3. de legibus cap. 8. ABRAM.

Subire vim) Per summam injuriam ex urbe pelli. IDEM.

De meo statu declinare) Laberius mimorum Scriptor apud Macrobium in Saturnalibus:

> *Quem nulla ambitio, nulla unquam largitio,*
> *Nullus timor, vis nulla, nulla auctoritas*
> *Movere potuit in juventa de statu,*
> *Ecce in senecta ut facile labefecit loco!*

Lib. 4. ad Attic. epist. 16. *Nec tamen ego de meo statu demigro*. IDEM.

Sed non is solum) Sententia moralis: qua ostendit se Cæsari obligatum, etiamsi beneficium non acceperit, quia per Cæsarem non stetit, quo minus acciperet. IDEM.

Ego illa ornamenta) Reddit rationem, cur Cæsaris beneficiis usus non fuerit: quia ipse qui semper optimatum & ordinis amplissimi sectam secutus fuerat, convenire non putabat vitæ anteactæ, ut cum Pompejo, Crasso, & Cæsare societatem coiret contra optimates: & cum tantæ auctoritatis, & innocentiæ esset, nolebat judicium prætextu legationis declinare. ABRAM.

Decere me non putabam) Mox tamen dicet, non alienum a sua dignitate visum esse. HOTTOM.

Quo principem civem, suum generum) Libri manuscr. habent, *quo principem civium*, &c. ego nihil muto. LAMBINUS. Cum & in Erfurt. & Franc. MSS. & prim. editione hæc scriptura, quam in suis reperit Lambinus, sit, cur eam repudiemus, caussæ nihil video. GRÆVIUS. Habent etiam binæ Ven. Rom. senior. Aldus atque adeo Hervag. *civium*: habent quatuor MSi Britann. quem consensum ab optimis Memm. & Erfurt. munitum hercule non contemno. Si nihil aliud significet Cicero, quam *principem civitatis*, ut Pompejum appellat post red. in Sen. 3. pro Sext. 39. quod cum aliis poterat illi esse commune, tum præferendum videatur, *principem civem*, ut Naug. non sine libris maluit, & Cic. ipse VII. Phil. 7. Nam eo sensu magis Tullianum illud fuerit. Quod si principem omnium civium dicere voluerit, quod est multo probabilius, tunc profecto aptior erit Græviana lectio. Mitto, *principem orbis terræ virum* appellari alibi a Tullio Pompejum, aliaque ejusmodi amplissima, ut post red. ad Quir. 7. *Cn. Pompejus, vir omnium, qui sunt, fuerunt, erunt, princeps virtute, sapientia, gloria*: in Sen. 3. *virtute, gloria, rebus gestis Cn. Pompejus omnium gentium, omnium seculorum, omnis memoriæ facile princeps*.

Hæc

Digitized by Google

bem inimicum meum: sive iratus mihi, quod me secum ne beneficiis quidem videbat posse conjungi: sive

Hæc sunt illo sensu, quem diximus, a Tullio prolata. I. ad Div. 9. *Cum in rep. Cn. Pompejus princeps esset &c.* pro Domo 25. *Cn. Pompejum, quem omnium judicio longe principem esse civitatis videbas.* pro Planc. 39. *quem omnes in republica principem esse concedunt:* verum nihil hactenus pro certo, exploratoque constituo. GAR.

Generum) Pompejum. ABRAM.

Traduxerit ad plebem) Tradunt omnes Clodium ad plebem transisse. Tamen epitome Liviana, & Dio Cassius videtur ad aliud tempus referre. Illa lib. 103. *Pub. Clodius ad plebem transiit: C. Cæsar Lusitanos subegit.* Hic lib. 37. *Την τ' συγγενειαν εξωμοσατο, και προς τα τυ πληθυς δικαιωματα εις αυτον τον συλλογον εισελθων, μετεςη. και ητησε μεν ευθυς την δημαρχιαν, ουκ απεδειχθη δε, εναντιωθεντος οἱ τυ Μετελλυ. P. Clodius patricios abjuravit, & ad plebejorum jura, in eorum cœtum ingressus, transivit. Statimque petiit Tribunatum: non obtinuit tamen, obsistente Q. Metello.* Metellum Celerem, qui tum Consul erat, intelligit. Sed fas non est de rei veritate dubitare, cum Tullium ipsum, ad quem res spectabat, oculatum testem habeamus. Ne tamen facile graves auctores deseramus, videtur P. Clodius primum a C. Herennio Tribuno plebis ad plebem fuisse traductus, Q. Metello Celere, Luc. Afranio Consulibus. Sed cum ea traductio legitima legitimisque comitiis facta non esset, rursus auctore Cæsare ad plebem comitiis legitimis transiisse. Lib. 1. ad Attic. 15. *Est autem C. Herennius quidam Tribunus plebis, &c. Is ad plebem P. Clodium traducit, idemque fert, ut universus populus in Campo Martio suffragium de re Clodii ferat. Hunc ego accepi in Senatu ut soleo: sed nihil est illo homine lentius. Metellus est Consul egregius, &c.* Item epist. 16. *Herennium quemdam Tribunum plebis tribulem tuum, sane hominem nequam atque egentem sæpe jam de P. Clodio ad plebem traducendo agere cœpisse: huic frequenter interceditur.* Clare Dio: *Προφασιν δ' εποιειτο, ὅτι μη κατα τα πατρια ἡ εκποιησις εγεγονει, εν γαρ τῃ εισφορᾳ τυ ςρατιωτικυ νομυ μονως εξην γενεσθαι.* Q. Metellus cum Tribunatum Clodii prohiberet, *id prætexebat, quod non more majorum fuisset adoptatus, id enim fieri tantum potuisset lege curiata.* Ita verti *ςρατιωτικυ νομυ, lege curiata*, tum ductus auctoritate Ciceronis, qui pro Sextio 16. Clodium *vinctum auspiciis, alligatum more majorum*, tradit solutum fuisse *lege curiata*, ut legit Turnebus; tum quod, ut idem testatur secunda agraria 30. *Consuli, si legem curiatam non habet, attingere rem militarem non licet.* Unde lex curiata merito dicitur militaris. Sed hæc est arena Grucchii, & Sigonii velitationibus notissima: vide utrumque. IDEM. Dionem Cicero falsi convincit iis locis, quos indicavimus ad c. 24. pro Cœl. & quos ipse adfert Abramius. GAR.

Sive iratus mihi) Factum Cæsaris excusat, quod vel iratus fuerit, vel a Clodio exoratus; aliam autem, ut vidisti pro domo cap. 16. causam adfert, cur Cæsar exarserit. Nunc ad rem præsentem apposite eam ipsam caussam adfert, quam Cæsar se excusans adferebat. Vide Notas in Sextianam cap. 7. *Vel ut ego arbitror, exoratus, vel, ut non nemo putaret, mihi iratus, ignarus quidem certe, &c.* Hinc illa excusatio Lyrici palinodiam recantantis Ode 16. lib. 1. Carm.

—— Me quoque pectoris
Tentavit in dulci juventa
Fervor, & in celeres iambos
Misit furentem, &c.

Vide pulcherrima. Sic excusatur Agamemnon, 9. Iliados. quod

—— Φρεσι λευγαλεῃσι πιθησας.

&,

—— μεγαλητορι θυμῳ
Εἰξας

Achillem contumeliose tractaverit. Ita etiam Xerxes apud Herodotum lib. 7. se excusat, quod & juvenis, & iratus Artabanum durius appellarit: *Confestim juventus efferbuit*, ut verba

sive exoratus. Ne hæc quidem fuit injuria: nam postea me, ut sibi essem Legatus, non solum suasit, verum etiam rogavit. Ne id quidem accepi, non quo alienum mea dignitate arbitrarer, sed quod tantum reipublicæ sceleris impendere a Consulibus proximis non suspicabar.

18. Ergo adhuc magis est mihi verendum, ne mea superbia in illius liberalitate, quam ne illius injuria in nostra amicitia reprehendatur. Ecce illa tempestas,

ba in virum grandem natu effunderem petulantiora, quam debui. Demosthenes adversus Midiam: *Polyzelus iracundia, & subito impulsu animi, se eum percusserit, deliberandi spatium non habuisse dixit: nec enim inimicus fuerat, neque contumeliæ caussa fecerat.* Et paulo post: *Quis enim prætextus? quæ humana saltem & mediocris excusatio facinorum illius proferetur? iracundia nimirum: nam hoc fortasse dicet.* ABRAM.

Exoratus) Vide pro Sextio c. 7. IDEM.

Ne hæc quidem fuit injuria) Probat injuriam sibi a Cæsare factam non fuisse, etiamsi ille Clodium ad plebem traduxerit. Quia etiam si Cæsar Clodio Ciceronis inimico ad plebem traducto viam ad Tribunatum plebis aperuerat, aliunde caverat incolumitati Ciceronis, legationem ei deferendo, cujus ille præsidio se contra Clodii vim & accusationem tueretur. Sed hanc legationem non admisit Cicero, vel quod dissuaderet Pompejus, operamque suam contra Clodium prolixe promitteret, ut auctor est Dio, & e lib. 2. ad Atticum colligi potest: vel quia Tullius tantum sceleris impendere non suspicabatur a Pisone & Gabinio futuris anno proxime sequenti Consulibus, ut ipsum desererent, & a Clodio pelli paterentur. IDEM. Rectius ac Latinius Erfurtensis, & edit. prima: *ne hæc quidem fuit injuria*. GRÆV. Omnes recentiores Grævio cupide paruerunt: jampridem Lambinus quoque suis ex MSis *hæc* prætulerat, imo etiam Car. Stephanus, meis ante editis repugnantibus; quod Gruterus contemsit, certe sine sua fraude, etiamsi maxime verum esset. Nam per synthesim rectum, ac Latinum, neque Tullio indignum est, *ne hoc quidem fuit injuria*; quod porro quinque confirmant MSi Britannici. Vide, quæso, Cortium ad IV. Ep. ad Div. 2. & Burman. ad Ovid. II. Her. 56. GARAT.

Non quo alienum mea dignitate arbitrarer) Notat hanc sententiam Hottom. ut illi alteri repugnantem: *ego illa ornamenta, quibus ille me ornabat, decere me, & convenire iis rebus, quas gesseram, non putabam*. Hottomanno responderet Cicero: nihil in iis pugnæ est. Ego Consularis poteram Legatus esse Cæsaris, neque id alienum mea dignitate arbitrabar: sed neque illa legatio, neque ornamenta duo alia, quibus ornare me volebat, quinqueviratus, & consiliorum societas, me decebant, aut conveniebant iis rebus, quas gesseram. Me enim qui semper in optimatium partibus fuissem, non decebat transire ad populares. OLIVETUS. Solus, & perperam Lamb. *non quod alienum*. GAR.

Ergo adhuc magis) Tantum abest, ut hactenus fuerim a Cæsare violatus, ut potius mihi verendum sit, ne ego accuser, quasi contumacia quadam & superbia ipsius beneficia & honores ab illo mihi delatos rejecerim. ABRAM.

Ecce illa tempestas) Pisonis & Gabinii consulatum Clodiique seditiones exponit oratione translata a tempestate, tenebris, ruina, incendio. ID.

P.

Digitized by Google

stas, caligo bonorum, et subita, atque improvisa formido, tenebræ reipublicæ, ruina, atque incendium civitatis: terror injectus Cæsari de ejus actis, metus cæ-

P. Manut. *Ecce illa, illa tempestas*, qui etiam ita citat ad I. ad Div. 9. meni unum paruisse video Car. Stephanum, cum tamen suum pronominis iterationi codicem refragari testetur. Nunc eadem iteratio ex duobus MSis Britannicis adnotatur. GAR.

Tempestas, caligo) Frequens & noctis, & caliginis in tempestate mentio. Pacuvius 3. de Oratore laudatus:

—— Inhorrescit mare,
Tenebræ conduplicantur, noctisque & nimbum occæcat nigror.
Flamma inter nubes coruscat. cælum tonitru contremit; &c.

Homerus:

—— ὀρώρει δ' οὐρανόθεν νύξ.

Maro:

—— Imber
Noctem hyememque ferens, & inhorruit unda tenebris.

Naso 11. Metam.

Cæcaque nox premitur tenebris hyemisque, suisque.

Item:

—— Inducta piceis e nubibus umbra
Omne latet cælum duplicataque noctis imago est.

Noster pro domo sua: *Illis reipublicæ tenebris cæcisque nubibus & procellis cum Senatum a gubernaculis dejecisses, populum e navi exturbasses, ipse archipirata cum grege impurissimo plenissimis velis navigares*. &c. ABRAM.

Subita, atque improvisa formido) Improvisa formido gravior. Horat. lib. 1. ep. 6.

Improvisa simul species exterret utrumque.

Ambrosius 1. de officiis cap. 38. *Nisi explorentur adversa, cito occupant. Ut in bello improvisus hostis vix sustinetur, si & imparatos inveniat facile opprimit: ita animum mala inexplorata plus frangunt*. Et libro de obitu Fratris: *His igitur tantis, ac talibus bonis in excessum quemdam fateor mentis elatus, superfluum me timere desieram, quod nullum vita crederem digniorem, & ideo excepi plagam, quam ferre non possum. Tolerabiliora enim tanti doloris præmeditata, quam inexplorata vulnera*. Publius Syrus apud Macrobium:

Gravius nocet quodcunque inexpertum accidit.

Eleganter Heliodorus 2. Æthiop. *Parcarum quidem indeclinabilia decreta prævideri possunt, sed evitari non possunt. Hujusmodi tamen prævisio lucro deputanda est, quæ mali vehementiam, & quasi pruritum obtundit. Ea enim calamitas, quæ improvisa accidit, intolerabilis est, tolerabilior autem, quæ prævidetur: illam enim animus metu occupatus reformidat, hanc consuetudo ratiocinatione dispensat*. Quod Achilles Tatius lib. 1. de amoribus Clitophontis, & Leucippes si non iisdem verbis, sensu penitus expressit. IDEM.

Ruina) Pro Sextio de eadem re: *In gravissimis temporibus civitatis, atque in ruinis eversæ atque afflictæ reipublicæ, P. Sextii tribunatus est a fortuna ipsa collocatus*. 2. Philipp. *Labentem & prope cadentem rempublicam fulcire cuperetis*. IDEM.

Terror injectus Cæsari) Timuit Cæsar, ne, quæ anno superiore gesserat, a prætoribus infirmarentur. Idcirco P. Clodium, audacem hominem, & tribunum pl. sua opera factum, sibi adjunxerat, qui prætoribus obsisteret. Cicero in Pison. *Adducta res in certamen te consule videbatur, utrum quæ superiore anno ille gessisset, manerent an rescinderentur*. Et pro domo: *Tua denique omnis actio posterioribus mensibus fuit, omnia quæ C. Cæsar egisset, quæ contra auspicia essent acta, per senatum rescindi oporteret*, HOTTOM. *Terror injectus Cæsari*) Cæsaris inimici Bibulus, Domitius, Marcellus ejus acta omnia in Consulatu vehementer improbabant, & Iulias leges, id est, ab ipso Iulio Cæsare, & ceteras ab aliis illo Consule latas jure latas negabant, ob eam causam, quod contra jus & fas auspiciorum latæ essent, id est, eo die, que

Digitized by Google

cædis bonis omnibus, Consulum scelus, cupiditas, egestas, audacia. Si non sum adjutus, non debuit: si desertus, sibi fortasse providit: si etiam oppugnatus, ut quidam aut putant, aut volunt, violata amicitia est: accepi injuriam, inimicus esse debui, non nego: sed si idem ille tum me salvum esse voluit, cum vos me, ut carissimum filium, desiderabatis: et si vos iidem pertinere ad causam illam putabatis, voluntatem C. Cæsaris a salute mea non abhorrere: et, si illius voluntatis generum ejus habeo testem, qui idem Italiam in municipiis, populum Romanum in

quo de cælo servatum esset, atque obnunciatum auspiciis Iovem declarare legem ferri sibi non placere. ABRAM.

Metus cædis bonis omnibus) Cum Pub. Clodius servos ex ergastulis eductos ad cædem, rapinas, incendia concitaret, cum revulsis gradibus templum Castoris armatis hominibus occuparet, *cui templum illud fuit arx civium perditorum, receptaculum veterum Catilinæ militum, castellum forensis latrocinii*: ut dicitur in Pisonem. IDEM.

Si non sum adjutus, non debui) Vulgata *debuit*; sed contra Pall. Abalæque librum, item S. Victoris. GAVTER. Erfurtensis tamen, *si non sum adjutus, non debuit*, vere. *Non debuit* me juvare Cæsar, quia ejus beneficia contemsi; & quia in ejus Consulatu ab illo dissensi, & multa improbavi. Pertinet *debuit* ad Cæsarem, æque, ut in sequentibus illa verba, *sibi fortasse providit*. GRAVIVS. Rom. ambæ Ven. & Ald. *si non sum adjutus, non debui; si desertus, sibi providit*. Etiam in quinque Britann. deest *forsasse*. Sextus eorum, qui habet, isque sæpe melior, confirmat *debui*, quod Lamb. quoque restituerat, suis MSis auctoribus. Videtur tamen melius profecto *debuit*, & Naugerii fidem, a quo primum est id, opinor, invectum, defendit abunde unus Erfurt. defenduntque nuper cogniti quinque Britannici, Sed alteram lectionem non paucis a libris, quorum aliqui etiam optimi, comprobatam damnare non ausim. Vtrum malis, ad sententiam quidem nihil interest. GARAT.

Sibi fortasse providit) In Pisonem c. 32. *Adducta res in certamen putabatur, utrum quæ superiore anno ille gessisset, manerent, an rescinderentur. Quid loquar plura? Si tantum in me ille esse roboris & virtutis putavit, ut ea quæ ipse gesserat, conciderent, si ipse restitissem, cur ei non ignoscam, si anteposuit suam salutem meæ?* ABRAM.

Vt quidam aut putant) Bibulus, Domitius, Marcellus, qui cum essent Cæsaris inimici, vel revera putabant, vel cupiditate quadam potius, quam judicio inducti sibi persuadere cupiebant Ciceronem a Cæsare fuisse violatum. IDEM.

Inimicus esse debui, non nego) Erfurt. *inimicus esse debui, non negabo*. GRAV. Præferendum mihi sane videtur, *non negabo*, quamvis in illo uno codice optimo repertum credere me hactenus oporteat. GAR.

Sed si) Hactenus de injuria: nunc ad Cæsaris beneficia transit. ABRAM.

Tum me salvum esse voluit) Redire in patriam, incolumem esse, & restitui pristinæ dignitati. IDEM.

Vos me) Senatores P. Sextium Tribunum plebis ad Cæsarem legavistis, ut eum ad meam causam vobiscum suscipiendam induceret. IDEM.

Italiam in municipiis) Vide orat. post

in concione, vos, mei semper cupidissimos, in Capitolio ad meam salutem incitavit: si denique Cn. Pompejus idem mihi testis de voluntate Cæsaris, et sponsor est illi de mea: nonne vobis videor et ultimi temporis recordatione, et proximi memoria, medium illud tristissimum tempus debere, si ex rerum natura non possum evellere, ex animo quidem certe excidere? Ego vero, si mihi non licet per aliquos ita gloriari: me dolorem, atque inimicitias meas reipublicæ concessisse, quod magni cujusdam hominis, et

post reditum in Senatu cap. 11. De Pompeji sententia in Senatu cap. 34. Sextianæ. IDEM.

In Capitolio) Vbi tum Senatus semper habitus est. HOTTOM.

Si denique Cn. Pompejus) Lib. 1. epist. ad famil. 9. reddens rationem, cur in gratiam cum Cæsare redierit: *Gravissime autem*, inquit, *me in hanc mentem impulit & Pompeji fides, quam de me Cæsari dederat, & fratris mei quam Pompejo*. ABRAM.

Vltimi temporis) Quo mihi necessitudo fuit cum Cæsare jam inde ab adolescentia. Eadem epistola: *Hic multum valuit, cum vetus amicitia, quam tu non ignoras mihi & Qu. Fratri cum Cæsare fuisse, tum humanitas ejus ac liberalitas brevi tempore, & litteris, & officiis perspecta nobis, & cognita*. IDEM. Huc loco *ultimum* tempus est primum: illud nimirum relegenti vestigia, &, ut ait Horat. I. Sat. 6. 94. *certis annis ævum remetire peractum* satagenti ultimum occurreret. Sic Virgilius VII. Aen. 49. *tu sanguinis ultimus auctor*, id est, *primus*, inquit Servius. Catullus IV. 15. *ultima ex origine*, quod Virgilio est, *prima ab origine*. Porro designat Cicero tempus adolescentiæ, familiaritatisque, & consuetudinis suæ cum Cæsare. DUCÆUS.

Proximi memoria) Quod secutum est meam fugam sive discessum. ABR.

Non possem evellere) Perspicue verum est, quod prior Veneta exhibet, & suis ex MSis Car. Steph. Lambinusque restituerant, nemine ante cel. Ernestum audiente, *non possum evellere*. Ita etiam duo Britannici; duo alii, *non possim*. GAR.

Excidere) Eradere, & resecare. ABRAM.

Ego vero) Cæsaris inimici negabant reipublicæ rationibus conducere, ut Cicero cum Cæsare in gratiam rediret: Esto, inquit Cicero, non possim gloriari me in gratiam rediisse, quod reipublicæ expediret: at certe gratum animum profitebor. IDEM.

Inimicitias meas reipublicæ concessisse) Magni & sapientis est viri inimicitias reipublicæ causa deponere. Inquit Lycurgus orator contra Leocratem: *Boni civis est non propter inimicitias privatas eos, qui reipublicæ nullam injuriam fecerunt, in publicum judicium vocare, sed eos qui rempublicam violarint proprios inimicos arbitrari, & publicas injurias publicas habere causas simultatis*. Andocides de mysteriis: *Simultates mutuas honeste deponere. hoc merito videtur bonorum & moderatorum virorum opus esse. Quandoquidem igitur apud omnes in confesso est eam vobis inesse virtutem, & sive quis vobis amicus est sive inimicus, nolite mutare sententiam, neque velitis ista gloria civitatem privare, aut videri hæc casu potius, quam certa animi inductione probavisse*. ABRAM.

Quod magni cujusdam) Cod. Car. Steph. *si hoc magni ejusdem hominis &c.* Vnus etiam Britann. *si hoc magni*, duo alii corruptius, *hoc magis*. Non male posset legi, *si hoc magni cujusdam hominis, & persapientis videtur*, nisi sequeretur, *utar hoc*. Simplex autem hujus loci videtur esse, atque aper-

et persapientis videtur: utar hoc, quod non tam ad laudem adipiscendam, quam ad vitandam vituperationem valet, hominem me esse gratum, et non modo tantis beneficiis, sed etiam mediocri hominum benivolentia commoveri.

19. A viris fortissimis, et de me optime meritis quibusdam peto, ut, si ego illos meorum laborum, et

aperta sententia; tantam sibi ab aliquibus non concedi sapientiam. Tamen subtilius exponitur a Manutio, quem vide. Is huc trahit illud, quod in Sextii judicio paucis ante mensibus de se Vatinium dixisse narrat Cicero l. ad Div. 9. *me fortuna, & felicitate C. Cæsaris commotum, illi amicum esse cœpisse*. Sed ibidem causæ reditus cum C. Cæsare in gratiam luculenter enumerantur. Illa præcipue in hanc rem notanda: *Itaque tota jam sapientium civium, qualem me & esse, & numerari volo, & sententia, & voluntas mutata esse debet —— Sed tamen lætatus sum, quod mihi liceret in eadem causa & mihi utilia, & cuivis bono recta defendere*. Omnino Tullium providere ipsum sibi, odioque in Gabinium, & Pisonem suo satisfacere, potentibus gratificari, eorum perniciosas reip. opes confirmare, atque augere, aliaque hujusmodi multi dixerint, quibus non probasset, se reip. causa Cæsarem ornare. Tamen hanc honestissimam sententiam optimis rationibus tueri poterat. Tam erat anceps, quod quisque sequeretur, in rep. perturbata judicium. GARAT.

Hominem me esse gratum) Præcipiunt rhetores oratori, morum amabilium ubique specimen exhibendum esse grati animi præsertim, quæ mire auditorum benevolentiam aucupantur. Id præceptum si quis alius non voce solum, sed perpetua vitæ ratione servavit Orator. Unus ex Planciana locus suffecerit: objecerat Laterensis Ciceronem nimium esse gratum. Respondet: *Etenim judices, cum omnibus virtutibus me affectum esse cupiam, tamen nihil est quod malim, quam me & gratum esse & videri. Hæc est enim una virtus non solum maxima, sed etiam mater virtutum omnium reliquarum. Quid est pietas, nisi voluntas grata in parentes? Qui sunt boni cives? qui domi, qui belli de patria bene merentes, nisi qui patriæ beneficia meminerunt? Qui sancti? qui religionem colentes, nisi qui meritam Diis immortalibus gratiam justis honoribus & memori mente persolvunt? Quæ potest esse jucunditas vitæ sublatis amicitiis? Quæ porro amicitia potest esse inter ingratos?* & alia multa in hanc sententiam. Pulchre Dio Chrysostomus Rhodiaca: *Quid enim est honore & Gratiis sacratius? an nescitis, Gratias a multis hominum in Deorum numero censeri? Quod si quis eorum statuas mutilarit, aut aras everterit, eum putatis sacrilegii se alligare: Quod si quis rem ipsam, a qua Deæ vocantur, violarit, & corruperit, non ut par est gratiam referens, sed animo nec generoso, nec liberali, nec grato benefactoribus utens, eum sapere censebimus?* &c. ABRAM.

Tantis beneficiis) Quantis affectus sum a Cæsare, cum mihi legationem, cum vigintiviratum detulit, cum sibi gratum esse significavit, ut in patriam revocarer. IDEM.

A viris fortissimis) Domitio, Marcello, Catone, ceteris Cæsaris inimicis. Quoniam autem erga Cæsarem animum beneficiorum memorem ostenderat, prudenter & commode satisfacit iis, qui reconciliatum ipsum Cæsari haudquaquam boni consulebant, ne, dum erga Cæsarem vult esse gratus, erga ceteros ingratus esse videatur. IDEM.

Ut, si ego illos, &c.) Ut si malui ex urbe cedere, & solus quamvis excipere fortunam, quam committere, ut mei tuendi caussa boni cives cum im-

Digitized by Google

et incommodorum participes esse nolui, ne illi me suarum inimicitiarum socium velint esse; præsertim cum mihi iidem illi concesserint, ut etiam acta illa Cæsaris, quæ neque oppugnavi antea, neque defendi, meo jam jure possim defendere. Nam summi civitatis viri, quorum ego consilio rempublicam conservavi,

improbis dimicarent, amicosque meos mei periculi facere participes: ne ipsi me suarum, quas cum Cæsare exercent, inimicitiarum esse consortem. Iorm.

Præsertim cum mihi) Addit rationem cur possit non solum Cæsaris amicus esse, sed etiam ejus acta quæ ab amicis impugnabantur, defendere: quæ ratio liquidior fiet ex sequentibus. Iorm. *Præsertim cum mihi iidem illi concesserint*, idest, cum fecerint ipsi, *ut jure meo possim nunc Cæsaris acta defendere*. Cur enim quod in Clodio faciunt, ego in Cæsare non faciam? Catonem hæc petunt. Is pro Prætore missus in Cyprum fuerat ad res componendas: miserat populus, rogationem tulerat P. Clodius Tribunus plebis. Reversus Cato cœpit Clodiani Tribunatus acta defendere, quæ Cicero contendebat esse rescindenda; non enim fieri id poterat, quod Cicero volebat, quin irrita fierent ea omnia, quæ in Cypro gesserat Cato. Nam, si irrita erat lex, quæ Catoni dederat potestatem Prætoriam, irrita erant quæcumque fecerat potestate Prætoria, quam habebat nullam. De Catonis conjunctione cum Clodio vide, quid scripserit Tullius ad Lentulum I. Epist. 7. & 9. Dvcævs.

Quæ neque oppugnavi antea) Imo hoc ipso anno oppugnaverat etiam in Senatu epistola nona ad Lentulum: *Marcellino & Philippo Consulibus nonis Aprilibus mihi est Senatus assensus, ut de agro Campano frequenti Senatu Idibus Majis referretur. Non potui magis in arcem illius causæ invadere, aut magis oblivisci temporum meorum, & meminisse actionum*: quare vel hæc verba, *neque oppugnavi antea*, sic interpretor, ut non oppugnaverit acta Cæsaris antequam pulsus est seditione Clodiana, vel mihi suspectus est, ne os Lentuli fuco & mendacio subleverit, ut se diu constanterque adversatum Cæsari fuisse demonstraret: quemadmodum epistola 7. Senatusconsulta de stipendio & decem legatis significaverat sibi non placere: *Perpaucis adversantibus omnia, quæ ne per populum quidem sine seditione se assequi posse arbitrabantur, per Senatum consecuti sunt: nam & stipendium Cæsari decretum est, & decem legati, & ne lege Sempronia succederetur, facile perfectum est. Quod eo ad te brevius scribo, quia me status hic reipublicæ non delectat*. Quæ si conferas cum hoc loco, & dictis superius cap. 11. videbis eum vel Lentulo esse mentitum, vel parum sincere cum Cæsare in gratiam rediisse, &, ut objecit ei Vatinius, felicitate Cæsaris commotum tempori serviisse. Abram.

Nam summi civitatis viri) Lex Cæsaris Curiata de adoptione Clodii, & traductione ad plebem, lata fuerat contra auspicia, cum & de cœlo servatum, & obnuntiatum esset a M. Bibulo Cæsaris collega; ex quo fit ut si ceteræ Cæsaris leges rescindendæ sunt tanquam contra auspicia latæ, rescindenda sit etiam Clodii ad plebem traductio: ea si rescinditur, Clodius non fuit vere plebejus: si non fuit jure factus plebejus, patritius adhuc fuerit necesse est: si patritius, Tribunus plebis creari non potuit, quia legibus sacratis id prohibetur: Si non ille Tribunus plebis, nulla igitur lex quam ejus magistratus nomine de proscriptione Ciceronis tulit, quamvis quo die tulit de cœlo servatum non esset, aut obnunciatum. Ex his igitur facile est hunc locum explicare. Nam ex inimicis Cæsaris qui ejus acta improbabant,

Digitized by Google

vavi, et quorum auctoritate illam conjunctionem Cæsaris defugi, Iulias leges, et ceteras illo Consule rogatas, jure latas negant: iidem illam proscriptionem capitis mei, contra salutem reipublicæ, sed salvis auspiciis rogatam esse dicebant. Itaque vir summa auctoritate, summa eloquentia, dixit graviter, casum illum

tamen multi legem a Clodio latam de proscriptione Ciceronis, injustam illam quidem, sed tamen jure, id est salvis auspiciis, servato more majorum, & legitima potestate latam esse dicebant, seque ipsos suo, ut ajunt, gladio jugulabant, obliti legem, qua plebejus factus esset Clodius, contra religiones, & auspicia latam esse. ID.

Summi civitatis viri) M. Catonem præcipue intelligit, qui & Ciceroni præclaram operam navavit in opprimenda conjuratione Catilinæ, & ei, ut suspicari libet, auctor fuit, ne se Pompejo, Crasso, Cæsari conjungeret, & Cæsaris leges jure latas negabat, & tamen præ ceteris Clodium vere Tribunum plebis fuisse, & quascunque leges tulisset, quantumvis injustas, jure latas fuisse contendebat: quia videlicet si tribunatus Clodii rescinderetur, rescissa fuisset etiam illa Clodii rogatio, qua rogatione Cato Prætoris nomine missus est in Insulam Cyprum ad asportandas pecunias Regis Ptolemæi, & faciendam bonorum ejus auctionem. IDEM.

Iure latas negant) Ernestus de conjectura dedit *negabant*, quia sequitur *dicebant*. Sed quæstio de privilegio Clodiano jam conticuerat, eaque res agitabatur a nemine. Contra vetustior illa de actis Cæsaris tam extincta non erat, ut l. ad Div. 9. SCum dicatur hoc ipso anno in Ciceronis sententiam factum Nonis Aprilibus, quo de agro Campano Idibus Maiis proximis referri placuerat. *Num potui magis*, inquit, *in arcem illius causæ invadere?* erat enim vel præcipua inter Iulias lex de illo agro dividundo, de qua in Ind. Ern. p. 24. Nunc Cicero, post duos menses, mutata sententia, mavult Cæsaris acta defendere ratione illa, quam indicaverat anno superiore pro Domo 15. 16. GARATON.

Proscriptionem capitis mei) Pro Domo sua: *Proscriptionis miserrimum nomen illud, & omnis acerbitas Sullani temporis quid habet, quod maxime sit insigne ad memoriam crudelitatis? Opinor, pœnam in cives Romanos nominatim sine judicio constitutam*, &c. vide fuse. ABRAM.

Itaque vir summa auctoritate) Quis iste fuerit, mihi non liquet. Cato certe non fuit, qui tum aberat, cum ageretur de reditu Ciceronis. Bibulum, Luc. Domitium, duos Lentulos non indisertos fuisse prædicat, lib. de claris Oratoribus, sed M. Marcellum eloquentia longe ceteris anteponit; qui & Prætor erat cum agebatur de reditu Ciceronis, & conabatur acta Cæsaris rescindere: ut ex Suetonio constat. IDEM. Apud Plutarch. in Cat. min. XL. & Cic. XXXIV. objurgatus in Senatu Cicero, quod tabulas publicas, in quibus res gestæ P. Clodii erant scriptæ, vi refixisset, ac perfregisset, negavit Clodium fuisse Tribunum, quoniam plebejum magistratum homini patricio habere per leges non licebat: quæ sententia Catoni displicuit. Ille enim perniciosum quidem Tribunum, sed Tribunum tamen fuisse censebat, h. e. legem a Clodio latam de Cicerone *funus* quidem *reip. sed funus justum, & indictum* fuisse, ut hic refertur. Manutius negat hoc accipi de Catone debere nondum Prætorio, cum vir iste ante Ciceronem sententiam rogatus, & propterea Consularis fuerit: neque advertit, diversa tempora duobus locis hujus orationis designari. Nam supra quidem c. 8. interpellatum se dicit a quodam, qui antea sententiam de re-

Digitized by Google

illum meum funus esse reipublicæ, sed funus justum, et indictum. Mihi ipsi omnino perhonorificum, discessum meum funus dici reipublicæ: reliqua non reprehendo: sed mihi ad id, quod sentio, assumo: nam, si illud jure rogatum dicere ausi sunt, quod nullo exem-

vocando Cæſare dixiſſe videtur: nunc autem de Tribunatu Clodii, qui nihil ad hanc cauſam pertinebat, ea refert, quæ non hoc die in Conſularium ſententiis dicta fuerant, ſed jam antea ſæpe ab iis, qui acta Cæſaris irrita, Clodii rata putabant. FERRATIVS.

Funus juſtum & indictum) Idem ſcribit in ea pro dom. quibus ex locis ſuſpicari licet jure pontificio conſtitutum fuiſſe, ut ea demum juſta funera putarentur, quæ a familia indicta atque promulgata fuiſſent. HOTTOM. Eadem eſt ſententia pro Domo 16. Porro *funus indictum*, ſive *indictivum*, ut ſcribit Feſtus, erat id, ad quod per præconem populus evocabatur. Quis autem hic vir fuerit, auctoritate, & eloquentia commendabilis, qui hanc protulit ſententiam, quærunt interpretes: an Cato, Bibulus, Domitius, Marcellus? At quis hoc mortalium ſcire poteſt? Catonem excludunt, quoniam tum aberat, nondum e Cypro reveſtus, cum ageretur de reditu Ciceronis. Cur autem id Cato non dixerit in Senatu, cum Cicerone altercans de Tribunatu, & actis Clodii? Certe, quisquis hoc dixit, id, credo, voluit intelligi: quemadmodum in funeribus juſtis, & indictis ſervantur præſcripti ritus, ſic in ea rogatione nihil factum eſſe contra auſpicia. DVCÆVS. Facit huc quoque, quod obſervavit Noriſius Cenot. Piſan. III. 1. in funere indictivo nullam fieri veſtium publicam mutationem. Vetuerant autem Conſules in Ciceronis calamitate veſtes mutari. Vide pro Sext. 14. OLIVETVS. Eloquentiæ mentio me monet, ut de Q. Hortenſio cogitem. Celeberrima illius eſt cum Catone amicitia. Catonis autem intererat, ne Tribunatus Clodii convelleretur, quia ſimul Cypria illius acta concidiſſent. Itaque Catonis gratia nonnulli optimates ea de Tribunatu illo dicebant, quæ ipſorum de Iuliis legibus ſententiis repugnabant. GARATON.

Iuſtum) Iuſta ſepultura, juſtum ſepulchrum, juſta flamma. Marcianus D. de religioſis & ſumptibus funerum l. 39. *Divi fratres edicto admonuerunt, ne juſte ſepulturæ traditum, id eſt terra conditum corpus inquietetur.* Papinianus eod., lege 43. *Nam ſi intulerit, non faciet juſtum ſepulchrum.* Lucanus initio lib. 9. de funere Pompeji:

> *Oſtenditque regum non juſti flamma*
> *ſepulchri.*

Eodem libro:

> *Mors erat in tutum: juſtas ſibi noſtra ſenectus*
> *Proſpiciat flammas e bellum civile ſepulchra*
> *Vix ducibus ſervare poteſt.* ——

Rurſum eodem exeunte:

> —— *juſto date thura ſepulchro,*
> *Et placate caput, cineresque in littore fuſos*
> *Colligite, atque unam ſparſis date manibus umbram.*

Hinc *juſta facere* 2. de legibus, & pro L. Flacco. *Iuſta ſolvere*, pro Roſcio Amerino. Feſtus V. *humanum*. ABRAM.

Indictum) Vide Feſtum in *ſimpludiaria ſacra*, & Kirchmannum de funeribus lib. 1. cap. 4 GRÆV.

Mihi ipſi omnino) Herv. P.Man. C. Steph. & repet. Lamb. *& mihi*: quod Lambino favet exhibenti, *eſt mihi*: ſed is nullum attulit teſtimonium expreſſum codicum, & cum Grævio faciunt reliqui mei editi, atque ipſius Stephani codex: item omnes Britann. a quorum tamen tribus abeſt vox *omnino*. GAR.

Nam ſi illud jure rogatum) Locus ob-

exemplo fieri potuit, nulla lege licuit, quia nemo de cælo servarat: oblitine erant, tum, cum ille, qui id egerat, plebejus est lege curiata factus, dici de cælo esse servatum? qui si plebejus omnino esse non potuit, qui tribunus plebis potuit esse? et, cujus tribunatus si ratus est, nihil est, quod irritum ex actis Cæ-

obscurior ob amphibologiam: perspicuus esset paucorum trajectione verborum: *Si jure rogatum, quod nullo exemplo fieri potuit, nulla lege licuit, dicere ausi sunt, quia nemo de cælo servarat.* Abram. Locum hunc obscurat aliquantisper trajectio vocum, quæ sic ordinandæ sunt: *si ausi sunt dicere, illud, quod nullo exemplo fieri potuit, nulla lege licuit, jure rogatum* (esse), *quia* (cum rogaretur) *nemo de cælo servarat*. Hoc dicebat Cato de rogatione Clodii adversus Ciceronem. Ducæus. Nemo tamen hic hæserat. Gar.

Oblitine erant) Vide pro Domo 15. In his argumentatur Cicero ad hominem, ut ajunt, & ex concessis. Ducæus. Ex eo loco patet, ipsum Clodium intellexisse, professumque esse, si acta Cæsaris, quæ tunc ille infirmare volebat, nulla essent propter auspicia neglecta, suum quoque omnem Tribunatum radicitus evelli. Ceterum hic locus in Rom. utraque Ven. & Aldina mutilus est, aberratione librariorum manifesta, cum hic *de cælo* ponatur, a priore ad posterius. Sic enim in iis editur: *nulla lege licuit, quia nemo de cælo esse servatum dixit* (Rom. non addit hoc *dixit*): *qui* (Ald. *quid?*) *ei plebejus &c.* Integra omnia vidi primum in Naugeriana. Britannici quinque cum ed. Romana consentiunt. Garat.

Lege curiata) Hac de re aliis locis abunde dictum est. P. Clodius patricius a C. Fontejo plebejo homine adoptatus est. Adoptiones autem pro collegio Pontificum in comitiis curiatis fiebant propter sacrorum commutationem. Hott.

Cujus tribunatus si ratus est) Emendo, *si ratus non est*, libris omnibus invitis non tantum: verum etiam in verbis proximis ita legendum censeo, ut Lambinus animadvertit: *Nihil est quod ratum ex actis Cæsaris possit esse*. Et hoc amplius, pro illis verbis: *auspiciorum religione conservata*, scribendum arbitror, *Non servata*. (in pari causa, inquit, paria jura statuenda sunt.) Si Cæsaris acta idcirco irrita esse debent, quia tum de cœlo servatum est, neque auspiciorum religio servata est (ut Bibulus contendebat) etiam adoptio, & tribunatus P. Clodii irritus fuisse judicandus est, cum eodem die de cœlo servatum sit, nec in illa traductione auspiciorum religio servata sit. Hottom.

Nihil est, quod non irritum) Vel sic legendum, vel, *nihil est, quod ratum*, &c. nam lectio vulgata, *nihil est, quod irritum*, ferri non potest. Lamb. *Nihil est, quod irritum ex Cæsaris, &c.*) Lambinus addita negatione, *quod non irritum*, &c. sed invitis libris. Gruterus. Lambini emendatio ferri non potest. Nam sensus apertus est. Si rata est Cæsaris lex curiata, qua lege Clodius ad plebem traductus est, ratæ esse debent etiam ceteræ leges, cum omnium sit eadem ratio, neque leges de agro dividendo, de publicanis tertia vectigalium parte relevandis magis contra religionem & auspicia latæ fuerint, quam ista de adoptione Clodii. Abram. Certe locum immerito sollicitarunt Hottomannus olim, atque Lambinus, qui adeo *non irritum* ex MSis hausisse dicitur in margine: sed etiam nuper cel. Ernestus, qui *& cujus* in hac orationis structura stare negat posse, non attendens, id ad sequens *ejus* optime referri, & quod ipse substituit, *& ejus*, nexum orationis omnem plane dissolvere. Idem tamen

Digitized by Google

Cæsaris possit esse: ejus non solum tribunatus, sed etiam perniciosissimæ res, auspiciorum religione conservata, jure latæ videbuntur? Quare aut vobis statuendum est, legem Æliam manere, legem Fusiam non esse abrogatam, non omnibus fastis legem ferri licere: cum lex feratur, de cælo servari, obnuntiari, intercedi licere: censorium judicium, ac notionem

men infra causam habuit aliquam unius addendæ vocis, ut esset, *ejus non solum tribunatus ratus, sed etiam perniciosissimæ res, auspiciorum religione conservata, jure latæ videbuntur?* Hæc sane, in quibus antea nemo hæserat, difficultate non carent. Neque tamen *ratus* contra libros adjicere necesse est. Constat enim, id quod repetere sæpe cogimur, sub unius verbi regimine poni aliquando, quæ ita discrepent, tumque aliud verbum subaudiri solere, quod parti congruat discrepanti. Ne dicam, per vocem *tribunatus* intelligi posse curiatam legem adoptionis Clodianæ, a qua ille pendebat. Illa vero, *auspiciorum religione conservata*, utrum adfirmant, an negant? nam & adfirmare possunt, cum leges suas Clodius salvis auspiciis tulerit, unde supra, *quia nemo de cælo servarat*: & contra negare possunt, auspiciorum vitio ab adoptione Clodiana repetito. Ego sensum negantem probo, quem sic expono. Quomodo acta Cæsaris propter auspicia neglecta infirmanti P. Clodius videri potest non solum jure per auspicia Tribunus fuisse, verum etiam perniciosissimas leges in Tribunatu jure tulisse, quasi auspiciorum in iis legibus religio servata sit, quas Tribunus tulit cum magistratum contra jus auspiciorum adeptus? nam si leges tulisset hic nullas, aut bonas, non illi quidem sibi constarent, qui hoc unum ex actis Cæsaris in pari auspiciorum contemptu ratum haberent; sed tamen sententiæ inconstantiam suæ ad nullam perniciem reip. accommodarent. GARATON.

Legem Æliam) Ut quo die de cælo servatum esset, agere cum populo non liceret. HOTTOM. *Legem Æliam*) Vide orat. pro Sext. cap. 14. & cap. 26. & de Harusp. resp. cap. 27. & in Pison. cap. 4. ABRAM.

Legem Fusiam) Ne omnibus fastis diebus legem ferri liceret, nam Clodius legem tulerat contrariam, ut omnes dies fasti comitiales essent, cum antea comitialibus omnibus legem ferri liceret, non omnes autem fasti utique comitiales essent. Qui autem dies fasti sint, & nefasti, vide in com. verb. jur. HOTTOM. *Legem Fusiam*) Fuit & ipsa de comitiis, quam tulit P. Furius sive Fusius consul anno DCXVII. ut certis diebus qui tamen fasti essent, agi cum populo non liceret. Quæ duæ leges sapienter a consulibus excogitatæ sunt, ne seditiosi Tribuni plebis legum multitudine turbas in republica concitarent. Eas autem Clodius abrogavit: Æliam ea lege, qua prohibuit de cælo servari, aut obnuntiari eo die, quo cum populo ageretur: Fusiam ea, quam tulit, ut omnibus diebus fastis agere cum populo liceret. ABRAM.

Obnunciari) Magistratus, qui de cælo servabat, obnunciare poterat: Augur solam spectationem, jus obnunciandi non habebat: qua de re in observat. nostris cap. de Augur. & ausp. HOTTOM.

Intercedi) Ab aliquo tribuno plebis. Duo legitima impedimenti genera conjunxit, *obnunciationem*, & *intercessionem*. IDEM.

Censorium judicium ac notionem) Clodius legem tulerat, ne quis ab uno censorum jure damnari posset. Utriusque notionem & judicium requirebat. Cic. in Pison. *ab eodem homine vetus illa*

nem, et illud morum severissimum magisterium, non esse nefariis legibus de civitate sublatum: si patricius tribunus plebis fuerit, contra leges sacratas, si plebejus, contra auspicia fuisse: aut mihi concedant homines oportet (aut) in rebus bonis non exquirere jura ea, quæ ipsi in perditis non exquirunt: præsertim cum ab illis aliquoties conditio C. Cæsari lata sit, ut easdem res alio modo ferret; qua conditione auspicia requirebant, leges comprobabant; in Clodio au-

illa magistra pudoris & modestiæ censoria severitas sublata est, quo loco videndus Ascon. Hott. *Censorium judicium ac notionem*) Quidam legi volunt, *ac notationem*, & ita sæpe appellatur animadversio censoria, potius quam *notio*: quamquam utrumque reperitur usurpatum, cum de censorum animadversione verba fiunt. Lambinus. *Notionem*) Vox sæpe adhibita non tantum ubi de Censoribus sermo, quomodo sæpe apud Tullium, sed etiam ubi de aliis magistratibus. Eam Livio restituit vir summus I. F. Gronovius XXVII. 25. *ad Censores, non ad Senatum, notionem de eo pertinere*. Hinc merito filius ejus Iacobus ridet Oiselii stupiditatem ad Gell. XVII. 18. pro *notiones Censorias* restituentis *notas*, vel *notationes*. Tantum sane interest inter *notas*, & *notiones*, quantum inter causæ cognitionem, & rei condemnationem. Verburgius.

Et illud morum severissimum magisterium) Restat & istud in Pal. nono & Turing. item S. Victor. expressitque Petrus Victorius. Vulgata, *& illum morem severissimum magistratuum*. Gaut. Hanc optimam lectionem a Naugerio prolatam receperant ante Gruterum P. Manutius, Lambinus, & Car. Stephanus. Gar.

Contra leges sacratas) Cic. pro Corn. *Tanta igitur in illis virtus fuit, ut anno XII. post reges exactos propter nimiam dominationem potentium secederent, leges sacratas ipsi sibi restituerent* (lego *instituerent*) *duos tribunos crearent, montem illum trans Anienem, qui hodie mons sacer nominatur, in quo armati consederant, æternæ memoriæ causa consecrarent. Itaque auspicio postero an. x. tribuni pl. comitiis civitatis creati sunt* Hotton.

Contra auspicia) Cum lex a Cæsare in civitatis comitiis ferebatur, ut P. Clodio transire ad plebem liceret, eo die Lentulus de cælo servaret. Idem.

Aut in rebus bonis) Placet Manutii judicium, ut particula *aut* hoc ex loco tollatur. *Res* autem *bonas* modo significat acta Cæsaris, hoc sensu: Si negligunt legum severitatem in actis Clodii, negligamus etiam in actis Cæsaris. Idem. Immo plane deleverunt hanc voculam Lamb. Olivet. Lallem. & Ernest. quamvis nullo a MSo abesse illam compertum sit ante nuperrimam ed. Oxon. in qua notatur *aut* ex duobus MSis, ut in quatuor reliquis non exstare credamus. Erfurt. *aut rebus bonis*, retento *aut*, quod est absurdum, omisso *in*, quod oportet adesse. Idem tamen bene habet, *quæ ipsi in perditis non exquirunt*: quod non vidit Ernestus, cujus ex præceptis est ille subjunctivus; quem ego, ut invitis libris non infero, ita oblatum ab optimis non repudio. Vocem *aut*, quæ in hac omnium lectione certe adjectitia est, uncis inclusi. Ex ea ortam dicerem, si liceret aliam vocem immutare, atque ita legere; *ut in rebus bonis non exquiram &c.* Garat.

In Clodio) Præsertim cum, inquit, in eadem auspiciorum ratione leges Cæsaris bonas esse ipsi judicarint, Clodii leges pessimas esse negare non pos-

Digitized by Google

auspiciórum ratio sit eadem, leges omnes sint eversæ, ac perditæ civitatis.

10. Extremum illud est: ego, si essent inimicitiæ mihi cum C. Cæsare, tamen hoc tempore reipublicæ consulere, inimicitias in aliud tempus reservare deberem: possem etiam summorum virorum exemplo inimicitias reipublicæ causa deponere. Sed, cum inimicitiæ fuerint numquam, opinio injuriæ beneficio sit extincta: sententia mea, P. C. si dignitas agitur C. Cæsa-

possint. Turbat locum explicatio, & lectio Manutii, *aut in Clodio*, quam tamen in sola ed. Aldi nepotis inveni. Si *aut* in bonis codicibus exstaret, quod ne ab uno quidem aliquo videtur esse, emendarem, *ut in Clodio*. IDEM.

Auspiciorum ratio sit eadem) Duas res notat *auspicia & leges*. In auspiciis negligendis par Clodii, & Cæsaris ratio fuit, in legibus autem dissimilis: nam illius leges sunt eversæ & perditæ civitatis: hujus vero etiam ab inimicis comprobatæ sunt. HOTT.

Extremum illud) Præcipiunt Rhetores enumerationem dictorumque *ανακεφαλαίωσιν* adhibendam, qua quæ sparsim & diffuse dicta fuerant, unum in acervum colliguntur. Porro enumerationum aliæ directæ sunt, aliæ figuratæ. Directæ exemplum est pro Quintio a cap. 28. ad finem: & pro Milone cap. 19. & 20. figuratæ vel per insectationem, ut secunda Agraria cap. 35. & 36. prætermissione oratoria, ut pro Cluentio: *Mitto illam primam libidinis injuriam: mitto nefarias generi nuptias: mitto cupiditate matris expulsam ex matrimonio filiam*, &c. Personarum ficta inductione, ut Verrina de suppliciis: *Hic tu etiam dicere audebis, Est in judicibus ille familiaris meus, est patruus amicus ille?* &c. *Paternus amicus est? Ipse pater si judicaret, per Deos immortales! quid facere posset, cum tibi hæc diceret: Tu in provincia populi Romani, prætor*: & cetera, quibus omnia scelera Verris superius fuse narrata tamquam in cumulum concervat, & subdit: *Hæc si tuus tibi parens diceret, posses ab eo veniam petere? posses, ut tibi ignosceret, postulare?* Invocatione, ut eadem Verrina, ubi Verris omnia sacrilegia conglobantur: *Nunc te Iupiter Opt. Max. cujus ille donum*, &c. *Teque Iuno Regina, cujus duo fana*, &c. *Teque Minerva*, &c. Vide Quintilianum lib. 6. institut. orat. cap. 1. & Ciceronem 2. de Inventione, & ejus commentatorem M. Fabium Victorinum. ABRAM.

Ego, si essent) Cod. Car. Steph. *cum ego*: ex quo facile intelligas hanc hujus conclusionis constitutionem ab eo præstanti codice comprobari, quam in veteribus meis ante Aldum editis inveni, & Oxonienses ex quinque codicibus adnotarunt: *Cum ego, si essent inimicitiæ mihi cum C. Cæsare, tamen hoc tempore reip. consulere, inimicitias in aliud tempus reservare deberem; possem etiam summorum virorum exemplo inimicitias reip. causa deponere; & cum inimicitiæ fuerint numquam, opinio injuriæ beneficio sit extincta: sententia mea, Patres Conscripti, &c.* Non talis est varietas, ut silentio præteriri debuerit. GARATON.

Si essent) Supra cap. 8. & 9. ABR.

Possem etiam) Cap. 9. & 10. exemplo M. Lepidi, Servilii, Metelli Nepotis, aliorum. IDEM.

Cum inimicitiæ) Cap. 17. IDEM.

Opinio injuriæ) Superius cap. 17. & 18. IDEM.

Si dignitas) Si in dubium vocaretur, utrum dignus, an indignus sit Cæsar, qui tantam provinciam & tantis fini-

Digitized by Google

Cæsaris, homini tribuam; si honos quidam, Senatus concordiæ consulam; si auctoritas decretorum vestrorum, constantiam ordinis in eodem ornando imperatore servabo; si perpetua ratio Gallici belli, reipublicæ providebo; si aliquod meum privatum officium, me non ingratum esse præstabo. Atque hoc velim probare omnibus, patres conscripti: sed levissime feram, si forte aut iis minus probaro, qui meum inimicum, repugnante vestra auctoritate, texerunt, aut iis,

stibus obtineat, non feram illius dignitatem imminui. HOTTOM. Superius cap. 11. ABRAM.

Si honos) Si quæratur, an etiam honoribus novis sit augendus, prospiciam, ne huic ordini infensus ab eo alienetur. HOTTOM.

Si auctoritas) Cap. 10. ABRAM.

Si perpetua ratio) Cap. 12. 13. 14. 15. IDEM.

Si privatum aliquod officium) Cap. 18. IDEM.

Velim probare) Prior Ven. *vellem*. Ernest. conjicit *probari*, sed relinquit in membro sequenti; *aut iis minus probaro*, quod eadem plane ratione positum est. Melius fuerat in planissimo, certissimoque loco verbis omnino abstinere. GAR.

Texerunt) Nam cum Milo P. Clodium accusaturus esset, complures primarii senatores obstiterunt. HOTTOM. *Texerunt*) Epist. 9. ad Lentulum: *Inimicum meum, meum autem? imo vero legum, judiciorum, otii patriæ, bonorum omnium, sic amplexabantur, sic in manibus habebant, sic fovebant, sic me præsente osculabantur, non illi quidem ut mihi stomachum facerent, quem ego funditus perdidi, sed certe ut facere se arbitrarentur*. Item: *Cum nobiles homines & de me optime meriti nimis amarent inimicum meum, meque inspectante sæpe eum in Senatu modo severe seducerent, modo familiariter atque hilare amplexarentur*. Et pro Sextio cap. 44. Miloni dicit Clodium accusare per Senatus auctoritatem non licuisse, atque hæc est causa cur non sine stomacho orationem hanc suam terminarit. ABRAM. Hæc potius pertinent ad sequentia, *cum ipsi &c.* Nunc de iis agitur, qui Clodium judicio eripuerant, Ædilemque in hunc annum fieri voluerant. De H. R. 24. *Reliqua jam præcipitantis tribunatus* (Clodiani), *etiam post tribunatum obtrectatores eorum* (Crassi, Pompeji, & Cæsaris) *atque adversarii defenderunt: ne a republica reip. pestis removeretur, restiterunt: etiam, ne causam diceret: etiam, ne privatus esset*. Confer Dionem XXXIX. 7. 18. aliosque Tullii locos pro Sext. 41. IV. ad Att. 3. II. ad Q. Fratr. 1. ex quibus hunc oportet conciliare cum iis, quos adfert Manutius, ex eadem Sextiana 44. & ex I. ad Div. 9. Conciliavit autem Manutius, tum in adnot. ad h. l. tum ad illam ep. 9. verum ibi longe probabilius, & melius. Nimirum non sine magna contentione, neque adeo sine aliqua vi per factionem Clodius obtinuit, ne causam diceret, atque ut Ædilis tandem crearetur, adnitentibus maxime duobus illius fratribus, altero patruele, Q. Metello Consule, altero germano, Appio Clodio Prætore. Eo magistratu statim inito, hoc toto anno non solum tectus erat ipse, verum aliis etiam insultare poterat. In iis rebus obstiterant Clodio boni plerique; præcipue hujus anni Consul Marcellinus, qui tum erat designatus, consentiente collega. Ergo ad Consules maxime pertinent, *repugnante vestra auctoritate*, atque ad optimam Senatus partem, quæ Marcellini sententiæ adhæserat: quæ profecto vicisset, nisi

Digitized by Google

iis, qui meum cum inimico suo reditum in gratiam vituperabunt, cum ipsi et cum meo, et cum suo inimico in gratiam non dubitarint redire.

nisi libertatem Senatus factio, paucorumque potentia fregisset. Quod pro Sext. 44. Milo dicitur Clodium accusare *per Senatus auctoritatem* nequisse, extorta in magno dissensu significatur auctoritas. Pro *vestra* mendose *mea* est in Rom. & in uno Brit. ne autem in priore Veneta. GAR.

Aut iis, si qui meum cum inimico suo reditum in gratiam) Si auctoritate Erfurtensis codicis delevi. GARV. Heic uni codici parendum nemo censuit recentiorum, cum *si* optime adsit, quod negari certe non potest. GARAT.

EVENTUS.

Piso quidem, & Gabinius revocati, retentus Cæsar in sua provincia. Submissus in locum Gabinii M Crassus, qui proximis comitiis designatus est Consul cum Cn. Pompejo, in locum Pisonis Q. Ancharius. Et Prætoria quidem Macedonia, Syria vero facta Consularis. Atque ita Pisoni primo quoque tempore successum est, Gabinio non nisi post annum, id est post Crassi, & Pompeji consulatum: unde & intelligas illud in Pisonem: *Quid? debilitatio atque abjectio animi tui, Macedonia Prætoria nuntiata, cum tu non solum quod tibi succederetur, sed quod Gabinio non succederetur, exanguis & mortuus concidisti?* Et: *Cum tibi spe falsa, quod Q. Ancharium non esse successurum putares, animos rumor inflesset, quo te modo ad tuam intemperantiam, scelerate, innovasti.* Non constat tamen utrum hoc etiam S. C. an duntaxat lege Trebonia Syria facta fuerit Consularis: de qua lege Plutarchus, Appianus, Dio, epitome Liviana lib. 105. Cato *cum legem impediret, qua provinciæ Consulibus in quinquennium, Pompejo Hispania, Crasso Syria & Parthicum bellum, Cæsari Gallia & Germania dabantur, a C. Trebonio Tribuno plebis legis auctore in vincula ductus est.* ABRAM. Manutius ad I. Epist. ad Div. 7. nullas hoc anno putat futuris Consulibus decretas ab Senatu fuisse provincias: rationesque colligit, propter quas Pompejus, & Crassus Consules anni sequentis a populo potius, quam a Senatu, provincias petere voluerint. Non animadvertit vir maximus, Senatum quotannis, antequam Consules in annum proximum designarentur, provincias iis decernere lege Sempronia debuisse. Proinde qui antea Consules a populo provinciam acceperant, aliam SCo sibi adtributam habuerant, quod irritum SCum fuit. Ita Marius Numidiam, quam Senatus, dum alias consulibus futuris daret, Metello prorogaverat, per populum Consul factus obtinuit: vide Sallust. Iug. LXII. 10. LXXIII. 7. idem in Cæsare Cos. evenit, ut constat ex Svetonio Cæs. XIX XXII. De Pisone, & Gabinio luculentissimus testis est Cicero pro Domo 9. *Tu provincias Consulares, quas C. Gracchus ... ut necesse esset quotannis constitui per Senatum, lege sanxit, eas lege Sempronia per Senatum decretas rescidisti; extra ordinem, sine sorte, nominatim dedisti, non Consulibus, sed reip. pestibus.* In eo moderatior videtur lex Trebonia, quam Clodia, quod non nominatim provincias dederit, ut subindicat Epitome Liviana CV. verum sortiri, aut comparare jusserit inter se Consules, ut diserte tradit Plutarchus in Crasso c. XV. quæ optio legitima erat, atque sollemnis. Cum ea lex circa Kal. Martias lata fuerit, ut vidimus ad c. 15. Cicero IV. ad Att. 9. quarto Kal. Majas Pompejum scribit *Syriam spernere, Hispaniam jactare*, ut quidem *loquebatur*: quod non erat sane scribendum, si Pompejus Hispaniam ipse sibi nominatim per Trebonium rogasset. Licet igitur, quas provincias Consulibus Senatus decreverit, ignoremus; duas fuisse decretas existimare debemus, quæ, nisi Syria, & Hispania fuerint, lex Tre-

Digitized by Google

Trebonia rescidit. Hoc tantum constat, Gallias non fuisse decretas. Cujus rei testis est, non hercules lex Trebonia, qua potuissent Senatus acta rescindi, verum ipse Cicero illa Epist. 7. & pro Balbo 27. Quod ego testimonium a Manut. ibid. & a Sigonio alio referri, ac pessime explicari miror. Quod Cicero utroque loco dicit, a Senatu tributum Cæsari, ne lege Sempronia succederetur, id referunt ad annum DCXCVIII. quo propterea illam epistolam conscriptam volunt, compluresque citant Historicos, ipsum etiam Tullium VIII. ad Att. 3. qui omnes de imperio Cæsari tum prorogato loquuntur. Summos viros magnus occupavit error; putarunt de imperii prorogatione duobus iis locis agi: quod est longe secus. Ea nimirum prorogatio pertinet utique ad annum DCXCVIII. quo facta per populum fuit lege Trebonia, repugnante Senatu, optimarumque partium duce Catone: id narrant Historici, ea de re illa est ad Att. epistola intelligenda. Rem aliam locis, de quibus agimus, Cicero aperte significat, per Senatum tributam, non per populum, qua nihil novi datum est Cæsari: non ei prorogatum imperium, quod habebat lege Vatinia, neque aliud quidquam provisum, nisi ne Galliæ Consulibus decernerentur. Hoc sibi volunt illa, *ne lege Sempronia succederetur*; quod, Tullio hac oratione suadente, anno DCXCVII. in medio effectum est. Iam quid urget Manutius, in hac orat. c. 11. mentionem fieri stipendii Cæsari ab Senatu decreti, & X. Legatorum, nullam autem prorogatæ provinciæ, cum hæc tria duobus iis locis conjungantur? verum est scilicet, quod ad c. 11. jam diximus, hoc tempore Tullium eniti, ut eam ipsam rem obtineat, de qua jam impetrata postea loquitur. Acta sunt hæc tria brevi plane intervallo, quæ Tullius post sex menses demum non scripsisset ad Lentulum. *Relatum est ad nos nuper de stipendio*, & statim, *actum est de X. Legatis*, ait d. c. 11. eodemque ordine iisdem de rebus, & de provinciis, quod postremum fuit, certiorem Lentulum facit: ergo hoc ipso anno DCXCVII. Erant initio sequentis anni de rebus triumvirorum longe majora, quæ scriberet: atque ista, quæ tantum de rep. scribit, Lentulo videntur nota esse vix potuisse. Quod est in eadem epistola de Racilio Tribuno pl. & de *suspiciosissimo tempore Caniniano*, pertinet ad primos menses anni DCXCVII. ut patet ex Tullii litteris præcedentibus, & ex II. ad Q. Fratr. 2. 3. &c. Hinc de rebus ante aliquot ejusdem anni menses actis dicitur, *illis temporibus*, quod Manutius ad annum antecedentem referebat. Quod gratulationi Lentuli de Tullia Crassipedi desponsata respondet Cicero, ea res acta fuerat pridie Non. April. anni DCXCVII. ut Sigonius agnoscit ex II. ad Q. Fratr. 5. Hoc vero indicat, nedum intra illum annum, sed fortasse intra mensem illius anni Sextilem scriptam epistolam Lentulo fuisse. GAR.

M.T

Digitized by Google

M. T. CICERONIS
PRO
L. CORNELIO BALBO (1)

ORATIO TRICESIMA SEXTA.

ARGUMENTUM P. MANUTII.

L. Gellius, Cn. Cornelius Consules legem ex Senatus sententia tulerunt, uti cives Romani essent ii, quos Cn. Pompejus imperator, magnis in Hispania rebus gestis, de consilii sententia singillatim civitate donasset: ex ea lege Pompejus L. Cornelium Balbum, cujus virtutem ac fidem in eo bello cognoverat, civitatis jure donavit: id accusator irritum esse dicebat: quoniam ex fœderato populo nemo posset, nisi is populus fundus factus esset, in civitatem Romanam venire: Gaditanum populum, cum Balbus civitate donaretur, fundum factum non esse: ergo donationem illam ratam esse non posse. Tota caussa pendet a fœdere, id est, ab interpretatione eorum verborum, ut populus fundus fieret; aliter enim accusator (2), aliter ea Cicero interpretabatur: accusator sic, fun-

(1) *Pro L. Cornelio Balbo*) Erfurt. *Pro L. Cornelio Balbo, & Pompejo*, Graev.

(2) Negabat accusator, ex fœderato populo, cujusmodi erat Gaditanus, quemquam fieri civem Romanum potuisse, *nisi is populus fundus factus esset*, h. e. auctor ejus rei, sive, quod attinet ad Balbum, legis Gelliæ Corneliæ. Respondet Cicero c. 8. beneficium populi Rom. esse, non jus aliorum populorum, ut fundi fieri illi possint, easque leges recipere, quas velint: permissum esse a populo Rom. sociis ejus, ac fœderatis, cum lex Furia testamentaria, aliæque ejusmodi latæ essent, ut fundi fierent, ut ipsi auctores possent esse, num vellent iisdem legibus uti, nec ne: tum, utrum fundi facti sint, an non, esse quærendum, cum de legibus illis agitur ad jus civile spectantibus. Iis utitur quicumque populus fundus factus sit, & accipere ultro eas voluerit: non utitur quicumque fundus non sit factus, & eas repudiaverit: *De nostra vero rep.* inquit, *de nostro imperio, de nostris bel-lis,*

fundum fieri populum, cum auctor esset ejus rei, quam alienaret: Cicero, *cum acciperet unam, pluresve leges Romae latas, ut iis legibus in posterum, aeque ac populus Romanus, uteretur, et in populo foederato, tamquam in aliquo fundo, leges eae residerent*: *quam sententiam Gellius lib.* XVI. *cap.* 13. *commotus, opinor, auctoritate Ciceronis comprobavit*: *quamquam idem lib.* XIX. *cap.* 8. *a Ci-*

lis, de victoria, de salute fundos populos fieri (majores nostri) *noluerunt*. Ubi quidpiam hujus generis latum fuisset, non illud tum demum ratum erat, cum accepissent socii, & foederati, factique in id fundi fuissent: sed, sive vellent, sive nollent accipere, statim, ac semper valebat. Itaque, ut lex Gellia Cornelia valeret, ut Pompejus ex ea lege posset quosdam ex foederatis donare civitate Romana, cum id ad remp. pertineret, non erat quaerendum, utrum populi fundi facti essent, an non, utrum scilicet illam legem adscivissent, nec ne. Ex his omnibus patet, non illud in controversiam venire, quid vox illa *fundus* significet, ut vult Manutius, sed quibus in rebus populus fundus fiat. Uterque fatetur, tam accusator, quam Cicero, *fundum fieri populum*, cum auctor est sui juris abjiciendi, cum Romanis legibus uti sponte constituit. Hoc autem erat inter utrumque discriminis, quod ille ad omnia id esse referendum putat, & nihil excipit; Cicero excipit ea omnia, quibus reip. salus, & majestas imperii continetur. Adde, quod Cicero c. 23. 24. cum suam confirmat causam testimonio judicum, populi, & Senatus, argumentatur a pari, numquam hujus rei habitam fuisse rationem docens, an populi, unde in civitatem Rom. homines venerant, fundi facti essent, ut accusator requirebat. Neque sibi A. Gellius ipse contradicit, ut Man. opinatur: nam XIX. 8. generatim *fundum* pro *auctore* sumit, & XVI. 13. id populo municipii adplicat, cum leges Romanas accipit: quam ad rem etiam adluserat altero illo loco, cum dixerit, *legis fundus*. Ferratius. Cum Manutio sentiebat olim Sigonius, & alii, quos refutavit etiam Bulialdus in Epist. de pop. fund. Tom. II. Ant. Rom. Graev. sed hic rem omnem novis erroribus perturbavit. At vir summus H. Valesius ita postea in hac quaestione versatus est, ut Gellii constantiam cum Buliardo, quae apertissima est, tacendo agnoverit, Tullium vero a Baldi accusatore in verbi significatione non dissentire, d. T. II. p. 1944. ante Ferratium luculenter ostenderit. Verum celeb. Mazochius ad Tabul. Heracl. p. 470. 472. Valesio deserto, nescio qua de causa, ad veterem illam opinionem ferme rediit. Vidit ille quidem, Tullium, Gelliumque reprehendi non posse; at hoc statuit, duas in jure antiquo *fundi* notiones fuisse; alteram a Festo proditam, a Plauto, & Gellio XIX. 8. adhibitam, qua maxime nitebatur Balbi accusator, cum diceret, eripi non potuisse civem Gaditanis; nisi *fundi* ejus rei illi fierent, quam alienarent, ratum id esse non posse: cum enim ea civitas suos cives per foedus proprie, ac libere teneret, & quodammodo possideret, minui a Romanis eos non posse; minuebantur autem, civitate Rom. eorum cuipiam data, quae cum alia nulla civitate consistere poterat; sed alienari ab ipsis Gaditanis debuisse, quos propterea, ut in alienationum contractibus, *fundos* h. e. auctores fieri oportebat. Haud aliter accusator uti potuit ea fundi significatione, quam illi Mazoch. adtribuit. Altera est notio, quam Cicero ad causam Balbi unice pertinere contendit, cum tamen fundum

a Cicerone, et a seipso dissentiens, fundum accipit pro eo, qui auctor est, et qui approbat. Hæc ego, *inquit*, dixi: non ut hujus sententiæ, legisque fundus subscriptorque fierem: sed ut ne Cæsaris, viri docti, opinionem απαραμυθητον destituerem. *Mihi omnino Festus Pompejus, et Plautus veriorem esse accusatoris interpretationem, Ciceronem autem, servientem caussæ, sensum*

sum dum pro auctore sumi accusatori concedat: sed male id ad causam trahi putat. Cum de populis fœderatis dicitur, eos *fundos fieri*, non alium id sensum habet, quam *leges adsciscere*, atque ita juxta Tullium *fundi* notio altera est, quæ pertinet ad leges tantum recipiendas, vel non. Hoc tamen vir doctissimus p. 476 ad alienationem e converso revocat, quod etiam Buliardo in mentem venerat, ut demum statuat, eodem redire utramque notionem. Atque hoc sensu, ne pugnet ipse secum, ab eo dictum arbitror p. 468. *fundum* tam apud Ciceronem, quam apud Festum, & Gellium esse auctorem, sponsorem, adsensorem. At hæc notio communis, *auctor*, quæ duas illas genuerit, potuit etiam ab illo intelligi. Ego vero, quoniam Gravium quoque video ad ea verba c. 8. *quid enim potuit dici imperitius*, pauca, & non satis aperta his de rebus adnotasse, quid mihi videatur, exponam. Quæ c. 8. leguntur, *negat ex fœderato populo &c. qui hanc pœnam fœderibus adscribat &c.* Manutio persuaserunt, accusatorem Balbi omnem vim exceptionis, *nisi is populus fundus esset factus*, in fœdere collocasse. Si enim fœdus removeas, jam nullum erit vinculum, quo populus Romanus adstringatur, ne jus suorum civium retinendorum alteri populo imminutum velit, quod totum jus consistit in fœdere, eoque non *iniquo*, sed prorsus *æquo*. Hinc explicatur, cur accusator fœderatos tantum dixerit fundos fieri oportere, non etiam alios omnes liberos; quod imperite dictum Cicero existimat. Putavit ergo vir summus, hoc ad alienationem, tamquam ad caput, fontemque referri, cujus fundum fieri populum Festus tradit. Non inficior, rem excogitatam esse subtiliter. Sed primum ajo, Festi definitionem ad rem nostram nihil pertinere. Ipse Mazochius sua vineta cædit, dum p. 476. vocem *populus* a Festo insertam se nolle, rectissime profitetur. *Fundus dicitur populus esse rei, quam alienat, h. e. auctor*. Quis non videt, obligationem illam intelligi, qua non solum populus, sed quivis venditor emptori cavet? Nonne nugas maximas egerit, qui evictionem velit in mutatione civitatis, & in propriis legibus antiquandis, novisque adsciscendis requirere? Mitto, quod apud ICtos, a quibus petitum hoc est, *rerum* nomine non cives, neque leges veniunt; neque porro licet vocabulum ampliare. Hoc urgeo, Festum de alienatione nominatim agere, & populum dicere *fundum rei*, quæ alienatur, non quæ geritur: neutrum autem recte convenit in civem, qui mutat civitatem: præcipue absurdum est, alienationem in hac formula semper intelligere. Varios usus τῶ *Fundus* fortasse Verrius Flaccus accurate docuerat: certe per Festum, & Paulum damnum hic passus est: vox *populus* aut ex omissis hue male translata fuit, aut recte tum aderat, cum alia, quæ nunc abierunt, adessent. A fundorum hypothecis tractum est, ut homo ipse, qui bona sua generatim obligarit, *fundus* diceretur: tum ad alias auctoritates, eas etiam, quæ adsensione sola interponebantur, extensa metaphora est. Rerum omnium, quarum homines fundi fierent, partem ea constituunt, quæ alienantur. Vitium

 est

sum pervertisse, facile persuadent: quid enim apertius iis verbis Festi? Fundus dicitur populus esse rei, quam alienat, hoc est auctor. *Nec obscurum illud Plauti in Trin.* Numquid mihi propere conveniendus est: ut, quæ cum ejus filio egi, ei rei fundus pater sit potior eo.

est autem, quod unius partis est proprium, ad genus universum traducere, ut inde postea ad partem unamquamque promanet. Itaque si fecisset id accusator, a Tullio reprehenderetur, apud quem nullum exstat hac de re verbum, quæ tota commentitia est. Gaditanorum auctoritas, quæ postulabatur, alienationis colore non indigebat. Postremo, quod [illegible] illud plane convellit, duo sunt accusatoris argumenta. Primo contendit, nullam P. R. legem apud fœderatos valere, in quam fundi facti non sint: altero fœdus urget, quasi sacrosanctum, & civis direptione violatum. Vidit hoc jampridem Bulialdus, & merito probarunt Valesius, Ferratius, & Ernestus in argum. Firmat enim Tullius c. 23. *Nemo umquam est de civitate accusatus, quod aut populus fundus factus non esset, aut quod fœdere civitatis mutandæ jus impediretur*. Utrumque dixerat novo exemplo accusator, utrumque separatim Cicero refutaverat. In primo argumento fuit hoc rei caput a Tullio positum, in quo sibi cum adversario conveniebat. *Nascitur, judices, causa Cornelii ex ea lege, quam L. Gellius, Cn. Cornelius &c.* c. 8. Civitas dari non poterat, nisi SCto, aut lege, sive nominatim daretur, sive imperatori facultas ejus donandæ impertiretur: quod si ab imperatoribus data fuerit, id jure publico non erat firmum, licet sæpe ratum haberetur. Constat hoc tum aliis ex locis, tum ex hac orat. c. 21. ad 24. & observatum fuit a Spanhemio Orb. Rom. I. 16. Ergo erat accusatori lex declinanda: quod facit quidem fœdere opposito, sed postquam ostendere conatus esset, legem ad fœderatos non pertinere, qui fundi in eam facti non essent. Si dixisset, ex vi fœderis opus fuisse, ut fundi Gaditani fierent, quod est consequens, ante id poneretur, unde consequitur: inepte autem Cicero docuisset, quibus in legibus quærendum sit, an populi fundi essent facti: neque enim tractanda fuisset legum natura, sed fœderis. Quis de oratorum principe tam male sentiat, ut eum velit extra causam inania jactare, cum posset aptissime, facillimeque deducere, an Gaditani fundi facti essent in hanc civitatis mutationem, nec ne, nihil attinere, postquam ostendisset, id quod luculenter facit, eo fœdere jus civitatis mutandæ non impediri? Si etenim in solo fœdere causa erat, cur Gaditanorum auctoritas postularetur, qua illi de suo jure sponte decesserint; causa remota, omnis de auctoritate quæstio cessabat. Ait autem Cicero c. 12. *ut jam ad fœdus veniam, quod ad causam nihil pertinet: de civitatis enim jure, non de fœderibus disceptamus*. Luce igitur clarius est, accusatorem Balbi duo argumenta proponere, primumque ab eo juris principio sumere, quo constabat, fœderatos legibus Romæ latis non teneri, nisi eas adsciverint. qua re *fundi fieri* dicebantur, locutione translata de fundis, quibus res inhærebant, vel quibus passim obligationes interponebantur. Ita doctissimorum hominum controversia dirimitur, & simul hoc statuitur, non de unoquoque cive, sed singulis legibus, qualis est Gellia, ut fundi populi fierent, accusatorem voluisse. Neque enim spectare debemus effectum, qui utroque modo idem est, sed rationem juris, in quo disputatio versatur. Hac observatione pluribus ex locis hujus orationis depelletur obscuritas. GARATONIUS.

Digitized by Google

eo. *Acta caussa est Marcellino et Philippo Coss. ut ex ipsa colligitur oratione: quod suo loco ostendam. L. Cornelius Balbus appellatur, quia licet a Pompejo sit civitate donatus, beneficium tamen illud L. Cornelii Lentuli gratia consecutus est: a quo et prænomen, et nomen de more sumpsit, atque is Lentulus videtur esse, qui belli civilis anno primo consul fuit: quod quidem ex epistola Balbi licet intelligere, quæ inter eas ad Attic. lib.* IX. *legitur. Idem Balbus, cum adoptatus esset a Theophane Mytilenæo, Pompeji liberto* (3), *Theophanis cognomen accepit: id apud Capitolinum in Balbino scriptum est his verbis:* Familiæ vetustissimæ, ut ipse dicebat, a Balbo Cornelio Theophane originem ducens, qui per Cn. Pompejum civitatem meruerat, cum esset suæ patriæ nobilissimus, idemque historiæ scriptor (4). *Et in hac oratione:* Adoptio Theophanis agitata est. *Est autem hic Balbus major procurator Cæsaris, qui apud eum gratia plurimum valuit, et consulatum Augusto imperante gessit: ejus fratris filius, Balbus minor de Garamantibus triumphavit, auctore Plinio lib.* V. *cap.* 5. *lib.* VII. *cap.* 37. *Strabone lib.* III. *Solino cap.* 42. *cum quibus fasti Capitolini consentiunt.*

Si

(3) Confer Ind. Hist. Ernesti p. 272. IDEM.

(4) Nonne videtur Capitolinus hic in Max. & Balb. 7. L. Cornelium Balbum cum eo confudisse, a quo adoptatus fuit, Cn. Pompejo Theophane Mitylenæo? Nam certe historiam Theophanis novimus ex c. 10. pro Arch. &c. de Balbo autem nihil ejusmodi. Sic etiam duo Balbi confusi: de quibus eximia est adnotatio cel. Ruhnkenii ad Vellej. II. 51. 3. IDEM.

Digitized by Google

SI auctoritates patronorum in judiciis valerent, ab amplissimis viris L. Cornelii causa defensa est: si usus, a peritissimis: si ingenia, ab eloquentissimis: si studia, ab amicissimis, et cum beneficiis cum L. Cornelio, tum maxima familiaritate conjunctis. Quæ sunt igitur meæ partes? auctoritatis tantæ, quantam vos in me esse voluistis, usus mediocris, ingenii minime voluntati paris. Nam ce-

SI *auctoritates patronorum*) Quatuor hoc loco patroni virtutes enumerat Orator, auctoritatem, usum, ingenium, studium, & fidem. Necessaria est auctoritas, quia ut ait Fabius lib. 12. cap. 1. si patroni minus bonæ fuerint existimationis, *frequenter accidit ut his etiam vera dicentibus fides desit, videaturque talis advocatus malæ caussæ argumentum*. Vnde illud Menandri apud Plutarchum in Præceptis politicis:

> *Τροπος εσθ' ὁ πειθων τȣ λεγοντος, ȣ λογος.*
>
> *Suadet loquentis vita, non oratio.*

Hinc est, ut pauperes quia minus auctoritatis habent, etiam iniquioribus animis audiantur, unde illud Ennianum:

> *Hæc tu etsi perverse dices facile Achivos flexeris,*
> *Nam cum opulenti loquuntur pariter atque ignobiles,*
> *Eadem dicta, atque eadem oratio, æqua non æque valet.*

Post Euripidem Hecuba:

> *Το δ' αξιωμα καν κακως λεγῃ το σον,*
> *Πεισει, λογος γαρ εκ τ' αδοξȣντων ιων,*
> *Καν των δοκȣντων αυτος ȣτ' αυτον σθενει.*

De usu & exercitatione dicendi Fabius lib. 12. cap. 5. *Plusque, si separes, usus sine doctrina, quam citra usum doctrina valet*. Ingenium & fidem hic est ipsa eloquentia, quam Oratori necessariam inficietur nemo: de ingenio & fide elegans illud Plutarchi in Cicerone: *Cum M. Appius in ejusdam caussæ proœmio dixisset, ab amico se rogatum, ut curam, ingenium, & fidem præberet: adeone, inquit, ferreus fuisti, ut e tam multis, quæ amicus a te petierat, ne unum quidem exhiberes?* ABRAM.

Valerent) Verissima est cel Ernesti emendatio *valent*, quam neminem antea fecisse demiror, cum legentis animum cito, ac sponte subeat. Est profecto in cod. Barb. ut in illius Guelf. *valent*, signo compendii superposito, ne a vulgata discedere videantur. Sed in re manifesta indicio vel tenuissimo uti licet. Illud autem compendii signum huic voci corrumpendæ potuit non una de causa subrepere. GARAT.

Ab amplissimis viris) Lamb. in marg. adnotavit, deesse *viris* in codicibus MSis: quam vocem nemo certe requirat, cum præcesserit *patronorum*: præsertim quæ soleat ipsa subaudiri, ut infra c. 25. *Intelligo, judices, in causa aperta, minimeque dubia, multa & plura, & a pluribus peritissimis esse dicta, quam res postularet*. Concisum est hoc admodum, atque adstrictum exordium: quo scilicet, causa jam luculentissime perorata, judicibus Cicero brevitatem promittere, nihilque sibi, quod explanationem postulet, relictum testari videatur. Qui lacunas excogitant, frustra id faciunt: satis enim ex iis, quæ dicuntur, quid sibi orator velit, apparet. Glossarum est longe justior suspicio: ut hic *viris* additum fuerit, quomodo etiam post *peritissimis* additum in Ven. priore conspicio. IDEM.

Nam

ceteris, a quibus est defensus, hunc debere plurimum video: ego quantum ei debeam, alio loco: principio orationis hoc oppono, me omnibus, qui amici fuerint saluti, et dignitati meæ, si minus referenda gratia satisfacere potuerim, at prædicanda, et habenda certe satis esse facturum. Quæ fuerit hesterno die Cn. Pompeji gravitas in dicendo, judices, quæ facultas, quæ copia, non opinione tacita vestrorum animorum, sed perspicua admiratione declarari videbatur: nihil enim umquam audivi, quod mihi de jure subtilius dici videretur, nihil de memoria, de more, de exemplis

Nam ceteris, &c.) Hottomannus libro 11. Observat. cap. 30. lacunam hic aliquam putat: & certe oratio non cohæret. GRUT.

Ego quantum ei debeam alio loco) In vulgatis sequebatur, *ostendam*, sed id verbi ejeci, quod non compareret in Pal. pr. sec. quart. nono, item exemplari S. Victoris. IDEM. At Lallem. ex optimo suo MSo restituit, *ostendam alio loco*, & perperam omissum in aliis id verbum putat. Ego ellipsin & opportunam, & solemnem magis etiam probo, cum illam in verbo collocando varietatem invenio. Cod. Barb. in margine habet *ostendam*, quod plane deest in Rom. & secunda Ven. Quod ait, *alio loco*, is est infra locus c. 26. & opponitur sequentibus, *principio orationis*, ubi cum nova vulgo incipiat periodus, continuari hanc malui, ut in cod. Barb. ex quo etiam supra *Nam* extuli majore prima littera, quod firmant veteres editi. Hottom. non intellexit, rationem a Tullio hic adferri, cur plus debeat Balbi causa laborare, quam ceteri. GAR.

Principio orationis hoc oppono) *Pono* Ant. Augustinus. F. URSINUS. Lamb. recepit, *hoc pono*, quod est egregium. Cod. Guelf. *principio orationis hujus propono*, quod Ernesto placet. Sed *oppono* defendi potest, si vallo quodam grati erga Balbum animi haud necessariam defensionem suam tegere, ac munire Tullium velle intelligamus. Ante Naug. ita sequebatur, ut etiam in Cod. Barb. *me omnibus, qui amici fuerint saluti meæ* (hoc etiam P. Manut. Gryph. & C. Steph.) *& dignitati, si minus ad ferendam* (Ald. *referendam*) *gratiam satisfacere potuerim* (cod. Barb. & prior. Ven. *potuerimus*) *ad predicandam, & habendam &c.* GARAT.

Cn. Pompeji gravitas in dicendo) De claris Oratoribus: *Meus autem æqualis Cn. Pompejus, vir ad omnia summa natus, majorem dicendi gloriam habuisset, nisi eum majoris gloriæ cupiditas ad bellicas laudes abstraxisset. Erat oratione satis amplus, rem prudenter videbat; actio vero ejus habebat & in voce magnum splendorem, & in motu summam dignitatem.* ABRAM.

Nihil de more majorum) Vulgati sic habent, *nihil de memoria, nihil de more*: manuscr. sic, *nihil de memoria, nihil de majore*: ego sic restituo, *nihil de more majorum*: quo modo sine dubio est legendum. LAMBINUS.

Nihil de memoria, de more, de exemplis acutius) Locus hic varie legitur in libris manuscriptis: sed in meo, & si non omnino emendate, minus tamen mendose, sic; *Nihil majore memoria: de exemplis acutius*: ut inde verior aliqua lectio elici possit. F. URSINUS.

Nihil de memoria, de more, de exemplis) Nihil variant Pall. præter nonum, in quo, *nihil de memoria majore exemplis*. Lambinus emendavit, *nihil de more majorum, de exemplis*; non

plis acutius, nihil peritius de fœderibus, nihil illustriore auctoritate de bellis, nihil de republica gravius, nihil de ipso modestius, nihil de causa, et crimine ornatius: ut mihi jam verum videatur illud esse, quod nonnulli litteris, ac studiis doctrinæ deditī quasi

non male, si conjecturæ recipiendæ in contextum: quid enim si contendam Tullium scripsisse, *de memoria majorum*, &c. quid si alius aliter? Gavt. *Nihil de memoria*) Multi subesse mendum arbitrantur: nihil tamen muto: *Nihil de memoria*, id est de antiquitate rebusque propagatis ad memoriam posterorum. Certe testatur Gruterus nihil variare Palatinos, excepto nono. Abram. Erfurtensis etiam Lambini conjecturam firmat, in quo itidem legitur, *nihil de memoria*, *de majore*. Plane assentior Manutio, *de memoria* non esse a Ciceronis manu, sed natum ex lectione, *de more majorum*, quam librarii corruperant. Id quod ostendit varietas lectionis, cum in nonnullis legatur, *nihil de memoria majore*, in aliis, *nihil de memoria, de majore*, in aliis, *nihil de memoria, de more*. Cum *more* in membranis quibusdam *majore* negligentia scribæ, aut alio casu excidisset, & vocabulum desiderari cognosceretur, persuasit sibi alius, cum pro *de more* inveniret, in aliis *de majore*, Ciceronem reliquisse, *de memoria*, *de more*. Graevius. Quæ hactenus initæ sunt hujus loci sanandi viæ, satis eas rectas esse non arbitror. Sive cum Lamb. legas, *nihil de more majorum, de exemplis acutius*, quod ab Ernesto etiam receptum video; sive cum Manutio, *nihil de more*, *de exemplis acutius*, quod ante Græv. probavit Pareus in Maut. Lex. Crit. p. 43. tum vox *memoria*, quæ nullo in libro deest, excluditur, tum nihilo melior sententia relinquitur. Quærenti enim, cur in more majorum, exemplisque pro Balbo adferendis tam insignis acumini tribuatur locus, difficile profecto erit satisfacere. Hæc emendandi causa vel præcipua ne postea quidem est intellecta, quam præclara illuxit fax optimi codicis Erfurtensis, in quo non exstat *acutius*. Contempsit hoc Grævius, quasi ab incuria librarii profectum, & in V. L. rejecit, cum tamen inde locus optime restitui possit. Mihi certe vox *acutius* ad præcedentem *subtilius* exponendam videtur adscripta: qua ejecta, satis patet idem reliquis accidisse, quod sequentibus *nihil illustriore &c.* in cod. Barb. in quatuor Britann. (sunt autem in hac orat. quinque) meisque ante Aldum editis, qui mendose habent, *nihil de illustriore auctoritate de bellis*: ut locus tandem ab adjectitiis purgatus ita legatur, *nihil memoria majore de exemplis*, *nihil &c.* quod plane illis est simile, *nihil illustriore auctoritate de bellis*. Præstant hoc MSi quique meliores, in quibus est *majore*: præcipue autem Pal. IX, & cod. Car. Stephani, & Guelferbytanus Ernesti, exhibentes, *nihil de memoria majore*: quin etiam diserte cod. Ursini, *nihil majore memoria de exemplis acutius*, ubi recepti primum glossematis *acutius* una depravatio conspicitur. Gar.

De ipso modestius) Repetitis superioribus, ita explicandum videtur: nihil umquam audivi, quod mihi dici videretur de ipso, qui diceret, modestius. Sed haud scio, an minus durum fuerit, *de se ipso*, ut subaudiatur, a quoquam. Confer Gesn. Thes. v. *Ipse*. Idem.

Litteris, ac studiis doctrinæ) Haud aliter Erfurt. & accedit fere Pal. nonus ac S. Victor. Vulgata, *litteris ac studiis doctrinisque*. Gruterus. Primus jam antea Car. Stephanus egregie, suo certe codice auctore, *litteris, ac studiis doctrinæ* receperat, eumque secutus Lambinus, MSorum re-

quasi quiddam incredibile dicere putabantur; eum, qui omnes animo virtutes penitus comprehendisset, omnia, quæ faceret, facillime tractare. Quæ enim in L. Crasso potuit, homine nato ad dicendi singularem quan-

testimonium in margine addiderat, quibus etiam tres Britann. videntur accedere. GAR.

Eum, qui omnes animo virtutes, &c.) Paradoxum Stoicorum: qui sapientem dicebant nullum esse, qui non esset omnium virtutum numeris & partibus absolutus atque perfectus: item virtutes ita inter se esse connexas, ut altera non posset ab altera separari, ac proinde eum qui unam virtutem habeat, nihil vitii habere admixtum, & omnia quæ facere velit facillime tractare: in quos lepide Horat. lib. I. sat. 3.

—— si dives qui sapiens est,
Et sutor bonus, & solus formosus, & est Rex,
Cur optas, quod habes? Non nosti quid pater, inquit,
Chrysippus dicat, sapiens crepidas sibi nunquam
Nec soleas fecit, sutor tamen est sapiens. Quo?
Ut quamvis tacet Hermogenes, cantor tamen, atque
Optimus est modulator: ut Alfenus vafer, omni
Abjecto instrumento artis, clausaque taberna
Sutor erat; Sapiens operis sic optimus omnis
Est opifex: sic Rex solus, &c.

Vide & Posidonius Stoicus omnium mechanicarum artium inventionem sapienti, qui nusquam fortasse inventus est, tribuebat. Vide Senecam epist. xc. de his fuse disserentem. Verum ante Stoicos inventi omnium artium homines, ut Hippias ille. De quo fuse Apulejus initio libri secundi Floridorum, Fabius ultimo cap. institutionum, & alii. Vide Platonem in Hippia minore, & de Catone Censorio Livium lib. 39. ABRAM.

Omnia quæ facere velles) Docti quidam verbum, *facere*, delendum putant. LAMB. *Velles* non legitur in Erfurt. nec sequens vox, quæ tamen retinenda. Hæc enim ejus libri scriptura: *omnia quæ faceret, tractare*. Hunc sequor, nisi quod retinuerim ex aliis *facillime*. GRÆV. Longe præstat, meo quidem judicio, illa, quæ a Lamb. commemoratur, emendatio, expungens verbum *facere*, quod meritissime suspectum est. Prior Ven. *omnia, quæ velles facere, facillime tractare*: ceteri ante Græv. editi, *facere velles*. Solent nimirum ex glossa non unum in locum ab omnibus verba recipi. Cod. Barb. *omnia, quæ velles facere, tractare*. Aberat *facillime*, ut ab Erfurt. quod recentior manus, & non ea, quæ solet eum codicem ex alio emendare, adjecit sententiæ caussa. Sed videtur propter initii similitudinem vox *facere* alteram ejecisse. Quod cum loci detrimento contigerit, & *facillime* adsit oporteat, ut etiam Græv. agnovit; facile explicatur mendum Erfurtensis, atque ita cod. Barb. emendationis optimæ auctor sit, *omnia, quæ velles, facillime tractare*. Aliam proponit, immo edit Ernestus, *omnia quam facillime tractare*. Bona est; sed mihi adhuc illa melior. Nam *quæ velles* aptissimum, *facillime* satis esse puto, nec multum tribuo codicis Guelf. compendiis, *q̄ facl tractare*, in quibus vidit ipse *quam facere* latere posse, quod nihil obstat, sed *quam* firmius esse oporteret, quo constabilito, nullum certe de viri summi lectione posset dubium superesse. GAR.

L. Crasso) De hoc Cicero tum alibi passim, tum maxime in Bruto, ubi & illa: *Equidem quanquam Antonio tantum tribuo, quantum supra dixi, tamen Crasso nihil statuo fieri posse perfectius: erat summa gravitas, erat cum gravitate junctus facetiarum & urbanitatis oratorius, non scurrilis lepos: La-*

tine

quandam facultatem, si hanc causam ageret, major esse ubertas, varietas, copia, quam fuit in eo, qui tantum potuit impertire huic studio temporis, quantum ipse a pueritia usque ad hanc ætatem a continuis bellis, et victoriis conquievit? Quo mihi difficilior est hic extremus perorandi locus: etenim ei succedo orationi, quæ non prætervecta sit aures vestras, sed in animis omnium penitus insederit: ut plus voluptatis ex recordatione illius orationis, quam non modo ex mea, sed cujusquam oratione capere possitis.

2. Sed mos est gerendus non modo Cornelio, cujus ego voluntati in ejus periculis nullo modo deesse possum: sed etiam Cn. Pompejo, qui sui facti, sui judicii, sui beneficii voluit me esse, ut apud eosdem vos, judices, nuper in alia causa fuerim, et prædicatorem, et auctorem. Ac mihi quidem hoc dignum reo

sine loquendi accurata, & sine molestia diligens elegantia: in disserendo mira explicatio, &c. ABRAM.

Non prætervecta sit) Prætervehi dicuntur navigantes, ut

Vivo prætervehor ostia saxo.

Oratio autem frequenter cum navigio comparatur: vide Notas nostras ad illa verba Cœlianæ: *Sed quoniam emersisse jam e vadis, & scopulos prætervecta videtur oratio mea, perfacilis mihi reliquus cursus ostenditur*. IDEM.

Sed cujusquam) Cod. Car. Steph. *sed quam ex cujusquam*. Erfurt. *quam non modo in mea, quam cujusquam*. Barb. & unus Britann. *quam non modo in mea, sed ex cujusquam*. Omnes mei ante Grut. editi, *sed ex cujusquam*. Repetitionem præpositionis ille tacitus sustulit: at suffragatur Erfurt. Probo, si legas, *quam non modo in mea* (scilicet audienda) *sed cujusquam*. Alioquin duo *ex* & firma sunt, & egregia. GAR.

Et prædicatorem, & actorem) Sic habent libri veteres omnes, & ita legendum: nam vulgati habent, *& auctorem*: non recte. LAMBINUS. *Et prædicatorem & actorem*) Ita quoque præter Lambinianos Pal. nonus: antea editi, *auctorem*. GRUTERUS. Sed, quæso vos, quid est *actor facti, judicii, beneficii?* quamvis id retineat Erfurtensis. Sed Franc. & edit. prima, & aliæ recte *auctorem*, hoc est, ut bene Manutius, approbatorem. Sic *auctor legis* apud Suet. & Cic. qui legem ferendam approbat & suadet populo. Liv. VI. *S. C. factum est, ut duos viros ædiles ex patribus dictator populum rogaret, patres auctores omnibus ejus anni comitiis fierent*: h. e. approbarent, quicquid illius anni comitiis populus constituerit jubere. GRÆV. Recte *auctorem* cum Romana, Venetis, Ald. Naug. &c. codex quoque Barberinus. Supra cod. Barb. *sed mos est gerundus &c.* GAR.

Ac mihi quidem hoc dignum reo videtur) Erfurt. *dignum rei*, quod non temere factum. De arusp. responsis cap. 24. *Unum esse in hac civitate dignum hujus imperii*, ubi vide, quæ notavi. GRÆV. Reperi ego quoque in cod. Barb. & in edd. Rom. & Venetis, *dignum rei*, neque aliter in quatuor Britann. Aldus senior, *dignum eo*. Sed vereor vehementer, ne probæ locutionis *dignum rei* tam dubium sit heic exemplum,

quam

Digitized by Google

reo videtur, hoc deberi hujus excellentis viri præstantissimæ gloriæ, hoc proprium esse vestri officii, hoc satis esse causæ, ut, quod fecisse Cn. Pompejum constet, id omnes et licuisse concedant. Nam verius nihil est, quam quod hesterno die dixit ipse, ita L. Cornelium de fortunis omnibus dimicare, ut nullius in delicti crimen vocaretur. Non enim furatus esse civitatem, non genus suum ementitus, non in ali-

quam similis *dignum hujus imperii* l. c. esse demonstravi. Eodem quidem sensu *reo* legitur jam inde a Naug. verum iste sensus, qui ad Balbi merita, & amplitudinem pertinet, mihi non admodum placet: præsertim cum Balbi laus ante Pompeji laudem ita ponatur; quod vix alibi, in hoc autem aditu causæ plane non decere videtur. Imo vero quis ferat, tali reo, qualis est Balbus, dignam rem dici, ut Pompejo, quod fecerit, licuisse credatur? Explicari posset, *dignum rei*, qua de agitur, civitatis nempe ab imperatore donatæ. Sed hoc arbitror esse vulgato sensu deterius. Itaque suspicor, tam *rei*, quam *reo*, manasse ab alia scriptura, *rep.* Certe præstaret, meo judicio, *Ac mihi quidem hoc dignum republica*, sive *reipublicæ*, *videtur*. In edendo autem optimum Erfurt. tuto sequi nos posse, omnes nunc intelligunt: quem sequitur etiam Oudend. ad Sveton. Othon. c. 14. GARAT.

Id omnes & licuisse concedant) Recte Car. Steph. & Lamb. *ei licuisse*, quod, si ab alio nullo, certe a præstanti codice Stephani manaverat, & confirmatur egregio Erfurtensis testimonio in V. L. Grævii. Omnes mei libri, & qui ad ipsius Lamb. marginem citantur, vulgatam servant: sed facilis est permutatio. Infra c. 4. *licuerit ne ei facere, quod fecit*; ubi eod. Barb. Rom. ambæ Ven. & Ald. *licueritne id facere*. IDEM.

De fortunis omnibus dimicare) Pro Milone: *Dimicatio capitis*. ABRAM.

Furatus esse civitatem) Variæ in eo genere fraudes. Vide Livium lib. 41. c. 8. C. Claudio Pulchro, Tib. Sempronio Graccho Consulibus *moverunt Senatum & legationes sociûm Latini nominis*, &c. IDEM. Non se pro cive gessisse, cum civis non esset, atque ita jus civitatis, quasi furto, inscio, atque injussu P. R. sibi adsumsisse, quod fieri potuerat tribus sequentibus, quos Cicero statim enumerat, modis, & quo nomine alibi Ligur quidam exagitatur, qui se in nomen, & familiam Æliorum adoptaverat. Manutius sensum hujus loci probe percepit: non item doctissimus Passeratius, qui in Præl. ad Propert. huc trahit illud Gellii e præfat. *furatus otium*. VERBURG.

Genus suum ementitus) Eorum qui genus suum ementiti in censum & civitatem obrepserunt, multa sunt exempla, ut Quintii illius sive Equitii, quem Noster pro Sextio, *insitivum Gracchum* appellat. Herophili Equarii, qui se Marii filium esse fingebat: illius qui se Q. Sertorii filium dicebat; item illius, *qui Cornelio Sulla republica potiente in domum Cn. Assidionis irrupit*: de quibus, aliisque vide Valerium lib. 9. exeunte. ABR. Quod sequitur, *in mendacio delituisse*, illustratum habes in Observ. LL. Cl. Menckenii p. 237. quem tamen hoc non offendit, *genus suum ementitus*, ut neque Gesnerum. At *suum* delendum putat Ernestus, quod alienum, non suum genus homines ementiantur. Ego vero, si *ementiri* est falsa proferre pro veris, non video, cur qui falso aliquod sibi genus adscribit, dici nequeat *genus suum ementiri*. GAR.

Irre-

Digitized by Google

aliquo impudenti mendacio delituisse, non irrepsisse in censum dicitur: unum objicitur, natum esse Gadibus: quod negat nemo: cetera accusator fatetur; hunc in Hispania, durissimo bello, cum Qu. Metello, cum C. Memmio et in classe, et in exercitu fuisse; et ut Pompejus in Hispaniam venerit, Memmiumque habere Quæstorem cœperit, numquam a Memmio discessisse; Karthaginem esse profectum; acerrimis illis prœ-

Irrepsisse in censum) Pro Archia: *Aliquo modo in eorum municipiorum tabulas irrepserint*. Irrepere autem, sive obrepere, ut exponit Budæus in Pandectas, *latenter progredi & fallaciter adire: παρερπύσαι, ut serpentes humi repentes solent: unde fit, ut quicquid sensum fallat, id obrepere dicatur*. Profert exemplum Iuvenalis Sat. 9.

—— *Obrepit non intellecta senectus*.

Ciceronis in Catone: *Qui enim citius adolescentiæ senectus, quam pueritiæ adolescentia obrepit*. Lib. 6. ad Attic. epist. 4. & 6. III. Offic. *Itaque si vir bonus habeat hanc vim, ut si digitis concrepuerit, possit in locupletum testamenta nomen ejus irrepere, hac vi non utatur*. Irrepere pro fallaci quodam commento & obtentu iniquo inter heredes adscribi. Sic *obrepere ad honores*, ut dicitur in Pisonem. ABRAM.

In censum) Quid sit proprie census, videri potest ex Annæo Floro lib. 1. c. 6. & ex Dionys. lib. 4. antiq. Qui autem censi fuerant, etiamsi servi fuissent, prius jus civitatis obtinebant, dicebanturque censu liberati, ut pro Milone differemus cap. 22. Pro Aul. Cæcina: *Iam populus, cum eum vendit, qui miles factus non est, non adimit ei libertatem: sed indicat non esse eum liberum, qui ut liber sit, adire periculum noluit. Cum autem incensum vendit, hoc indicat: cum is, qui in servitute justa fuerit, censu liberetur, eum, qui cum liber esset, censeri noluerit, ipsum sibi libertatem abjudicasse*. E quibus vides, eum merito dici furatum esse civitatem, qui in censum obrepserit. IDEM.

Ceterum accusator fatetur, &c.) Palatinus *cetera*, ut & alias exemplar S. Victoris. GRUT. In Erfurt. est quoque *cetera*. Cur id rejecerunt? GRÆV. *Cetera*) Ita Gruteri, & Grævii codices, & unus e nostris, idque præstat vulgato *ceterum*. LALLEM. Iampridem *cetera* dedit Hervagius: qui etiam infra solus, *diutissimo bello*, sed hoc male. Optime autem bellum Sertorianum *durissimum* dicitur: ita *durum bellum* est apud Ovid. XIII. Metam. 296. & alios. Valet autem heic grave, asperum, difficile. GAR.

Durissimo bello) Bello Sertoriano quod Q. Sertorius e partibus Marianis profugus in Hispania concitavit: de quo, ut Appianum 1. civilium, Plutarchum, & alios omittam, vide Florum libro 3. cap. 22. Cui bello cum Qu. Metellus Pius non sufficeret, missus est Cn. Pompejus adhuc eques Romanus cum imperio proconsulari: de quo noster oratione pro lege Manilia cap. 21. ABRAM.

Quæstorem) Vide not. in 2. Philipp. c. 15. & in Pison. c. 1. IDEM.

Karthaginem esse profectum) Quid, quæso, profectio ista significat? quod meritum Balbi continet? Veram pæne lectionem in uno reperi codice optimo Car. Stephani, quam nemo commemorat, *Karthaginem esse possessurum*: pæne, inquam; una enim per usitatum errorem ibi redundat syllaba, cum debeat ex Latinorum more legi *possessum*. Balbus in Hispania bello Sertoriano Karthaginem novam missus fuit, aut certe cum ipso Memmio in auxiliis non sine aliqua præfectura est profectus, ut occupatam illam urbem teneret, essetque in præsidio, ne pateret hostibus. Hoc enim est *possidere*, ut pro Domo 42.

cum

prœliis, et maximis, Sucronensi, et Duriensi interfuis-

cum forum armatis catervis perditorum hominum possideres, ubi Græviana emendatione nihil est opus. Similia sunt alia: & egregiam omnino hujus verbi definitionem vide apud Pareum in lex. Crit. p. 954. Neque vero urbis occupatio intelligi ex vulgata potest, quam de illa tamen Manutius explicat. Nam *proficisci* γενικον est: neque solum occupandi causa, verum etiam obsidendi, opitulandi, aliisque de causis ad urbes copiæ mittuntur. Nunc denique lectionem, quam ex illis variarum Stephani lectionum tenebris erueram, suffragio boni codicis Guelf. confirmari cognosco, & gaudeo, in quo est, *Kartaginem possessum isse*, quod verum esse intellexit, adscivitque summus Ernestus. Unus ex Britann. *esse possessum*, alius, *esse possum*. GARAT.

Sucronensi, & Duriensi) De his duobus præliis ipse Pompejus ita scripsit ad Senatum: *Castra hostium apud Sucronem capta, & prælium apud flumen Durium, & dux hostium C. Herennius, cum urbe Valentia, & exercitus deleti satis clara vobis sunt*. Ad Sucronem quidem, ut scribit Plutarchus, castra Sertorii capta sunt ab Afranio Pompeji legato; sed cum magna suorum clade repulsus Afranius a Sertorio: *Et Pompejus propemodum occisus & vulneratus præter spem evasit. Nam Libyes Sertoriani, cum ejus equum cepissent, auro & pretiosis & phaleris ornatum, dividentes inter se & rixantes a persequendo destiterunt*. Nec minus durum fuit prælium Duriense, quod Plutarchus περι Τυττιαν, corrupte opinor pro περι Δυριαν, videtur nominare. Durias autem fluvius non longe a Sagunto, ubi & Metellus πληγεις δορατι, hasta vulneratur: *Et Memmius omnium Pompeji legatorum dux optimus, in pugna, quæ maxime saeviebat, cecidit*. Dicta Sucronense & Duriense a Sucrone & Duria fluviis Hispaniæ. ABRAM.

Duriensi) Durius est fluvius Lusitaniæ notissimus, qui huc non pertinet, sed *Turis* & *Turias*, & *Turia* est fluvius, qui Valentiam præterfluit, & nunc *Guadalayar* appellatur. Altus est in illo tractu fluvius, qui *Turius* dicitur, & *Tyrius* & *Tyris*, qui in Sucronem incidit, & eodem ostio in mare effunditur quo Sucro: hodie vulgo dicitur *de Carlette*, ut pulchre docuit vir & amicus, cum in vivis esset, maximus Isaacus Vossius, in eruditissimis notis ad Pomponii Melæ II. 6. ubi etiam perperam, & errore librariorum hic legi ostendit *Duriensi* pro *Turiensi*, sicut & apud Claudianum *Duria* pro *Turia*. Quam sententiam Vossii verissimam esse docet Plutarchus, qui dicit prælium istud commissum esse περι Τυττιαν, cum scribendum sit περι Τυριαν, non Δυριαν, ut vult Abramius. Male quoque idem docet Duriam non longe a Sagunto esse, cum is Turis sit, qui corrupte Turulis apud Ptolemæum appellatur, & male traditur vulgo idem esse, qui *Sætabis*, qui nunc *Xative* dicitur, quod eidem Vossio debemus. GRÆV.

Perspicuum est, legendum esse *Turiensi*, & in epistola Pompeji apud Sallust. III. Hist. 6. *flumen Turiam*, ubi vide Cortium. Miror Burmannum Sec. emendationem Claudiani ignorasse, qui *Turiam*, & *Duriam* pro eodem habet in Addend. ad Claud. p. 1023. Allegat autem ille de Turia loquentes Vibium Sequestr. & Avienum: quibus adde aliud Sallustii fragmentum a Vossio, & Cortio laudatum; qui omnes loci incorrupti manserunt; ipsum denique Melam II. 6. apud quem *Turiam* restitutum jam fuit, quod erat in veteribus editionibus, ut Abr. Gronovius testatur. Proxime ad veram lectionem accedit Plinius, qui III. H. N. 3. habet *Turium*, sic tamen, ut D. multi codices inferant. Sed Tarvisina editio, cod. Barb. & alter Chifflet. cujus collationem habeo, servant illud Harduini *Turium*: & jampridem in Plinio *Turiam* emendabat Hermolaus Barbarus, qui princeps rem a Vossio postea demonstratam protulit. Etiam Leonardus Aretinus recte olim in Plutarchi Sertorio cap. XIX. vertit *Turiam*, sive meliore usus codice, sive sui notitia adju-

fuisse; cum Pompejo ad extremum belli tempus fuisse. Hæc sunt prœlia Cornelii: talis in rempublicam nostram labor, assiduitas, dimicatio: virtus digna summo imperatore: spes pro periculis præmiorum: præmia quidem ipsa non sunt in ejus facto, qui adeptus est, sed in ejus, qui dedit.

3. Donatus igitur est ob eas causas à Cn. Pompejo civitate: id accusator non negat, sed reprehendit, ut in Cornelio causa ipsius probetur, pœna quæratur, in Pompejo causa lædatur, pœna sit nulla. Sic famam, sic innocentissimi hominis fortunas, præstantissimi imperatoris factum condemnari volunt. Ergo in judicium caput Cornelii, factum Pompeji vocatur: hunc enim in ea civitate, in qua sit natus, honestissimo loco natum esse concedis, et ab ineunte ætate, relictis rebus suis omnibus, in nostris bellis, nostris cum imperatoribus esse versatum: nullius laboris, nullius obsessionis, nullius prœlii expertem fuisse: hæc sunt omnia cum plena laudis, tum propria

adjutus. Soli pœne Salluſt. in ea Epiſt. & heic Tullius alieno loco *Durium* offerunt; adde, ſi vis, Claudianum, quem nihil moror, apud quem nulla eſt æque varietas. Sed in Salluſtii fragmento varietatem deeſſe, mirum non ſit: tantam vero in tot Ciceronis MSis, & edd conſtantiam mirari aliquis poſſit. Tamen puto, non modo Salluſtium altero ipſius loco emendari, verum etiam Tullium: quandoquidem ita hiſtoria poſtulat, & vetus eſt, atque obvia litterarum D. & T. ex pronunciatione commutatio, de qua multa congeſſit Drak. ad Liv. VII. 16. notior denique Durius erat, quam Turia. Error minus propagatus in Plinio, longe magis in Tullio fuit. Ipſa illa Pompeji epiſtola alium habet errorem cum Plutarcho communem: in ea legitur *C. Herennius*, cum ſit legendum, *C. Herennulejus*, ut ex certiſſimis Livii membranis docuit Cl. Iuvenalius, p. XLV. Fragm. Liv. quod certe antea nemo divinaſſet. GARAT.

Cum Pompejo) Poſtquam Memmius, dux egregius, in Saguntino acerrime contra Sertorium pugnans eſt interfectus, ut a Plutarcho traditur in Sert. cap. XXI. Balbus, qui apud Memmium fuerat, ipſi adhæſit imperatori Pompejo. IDEM.

Spes pro periculis præmiorum) Ita etiam cod. Barb. ſed *pro* abeſt a meis ante Aldum editis. Infra Lambini codices, *Donatus eſt ergo ob eas cauſas &c.* IDEM.

Nullius prœlii expertem fuiſſe) Codex unus Memm. habet, *nullius periculi expertem fuiſſe*. LAMB. Cum optimo Memmiano habet *periculi* codex Barb. unus Britann. & prior Veneta: & hoc ferme præfero, quamvis recta, & elegans vulgata ſit. Nam periculum latius patet, ac prœlium quoque comprehendit. Ita vox iſta in alteram *prœlium* abiit apud Livium XXXVII.

pria Cornelii : nec in his rebus crimen est ullum. Vbi igitur est crimen? quod eum Pompejus civitate donavit. Hujuscemodi crimen? minime: nisi honos ignominia putanda est. Cujus igitur? Revera nullius: actione accusatoris ejus unius, qui donavit: qui si adductus gratia minus idoneum hominem præmio affecisset; qui etiam si virum bonum, sed non ita meritum; si denique aliquid, quod non contra, ac liceret, factum diceretur, sed contra, atque oporteret, tamen esset omnis ejusmodi reprehensio a vobis, judices, repu-

XXXVII. 30. contra vero accidit XXXIV. 16. Sed nondum mutandum est quidquam. Recte autem *obsessionis*, quod in omnibus antiquis libris, quantum sciri potest, exstat, uno, si forte, Brit. excepto: *obsidionis* apud Iac. Gronov. mendum typorum esse arbitror, quod tamen Verb. Oliv. Lallem. recipere non dubitarunt; quasi a Grut. per Gronov. manarit, quod est certe falsum. Vide quæ notavi ad c. 15. pro Mur. Sic etiam sine varietate in Pison. 17. *obsessio militaris viæ*: & Pollio X. ad Div. 33. *Antonium turpiter Mutinæ obsessionem reliquisse*. GAR.

Hujuscemodi crimen?) Hodie vulgatur *Hujuscene crimen?* sed invitis Pall. & olim impressis. GRUTERUS. Rom. & ambæ Ven. duo Brit. *hujuscemodi tamen*: quid mendosius? sed mendum etiam in prima voce Gruterum sanæ lectioni existimo prætulisse, cui miror omnes postea adsensos esse. Quid enim loci est verbo *hujuscemodi*? si attendas; sensus, & verba sequentia, *cujus igitur? re vera nullius*, Naugerianam lectionem omnino postulant, adstipulantibus, opinor, eorum libris: certe non repugnat cod. Barb. unus Brit. & Aldi senioris editio, in quibus; *hujusce crimen?* quæ lectio fit melior, adjecta ex aliis libris particula *ne*, adjecto τῷ *modi* pervertitur. GARAT.

Nisi honos ignominia putanda est) Quidam libri veteres habent, *ignominia vocanda est*. LAMB.

Qui si adductus gratia, &c.) Hottomannus lib. II. Observat. cap. 20. emendat, *quasi add.* & mox: *si non denique aliquid fecisset*, &c. videatur. GRUT. Prior Hottomanni emendatio prorsus inepta est, atque a sententia rejicitur: alterum vero membrum corruptum facile videri potest. Sed necesse non est ita emendare, *si non denique aliquid fecisset, quod contra &c.* Vocem *fecisset* addere satis esset. Ego tamen nihil audeo: illam ipsam vocem in vulgata subaudiri posse non abnuerim. Tantum aliquid lucis mihi Erfurtensis accendit, qui solus habet, *factum ab eo diceretur* (vide V. L.) ut suspicer Tullium scripsisse, *si denique aliquid non contra, ac liceret, factum ab eo diceretur*. Facillime *quod* potuit ex antecedente *quid* exoriri, & ejus exclusio MSi optimi fidei, simulque orationi consulit. GARAT.

Omnis ejusmodi reprehensio) Vulgata, *ejusmodi mali reprch.* verum præter Pall. & avorum ævo cusos; & ipsam rationem. GRUTER. Monuerat etiam Lamb. *mali* a vet. cod. abesse: quæ vox nihil aliud fuit, nisi depravatio τῷ *modi*; utrumque autem, ut fit, in MSis receptum invenit Naugerius, expressitque fide nimia, aliique minus patienter tolerarunt, excepto Car. Stephano, qui bono codice instructus Grutero in hac emendatione præivit. Potuit a glossa quoque proficisci. Cod. Barb. tres Brit. Rom. ambæ Ven. *ejus reprehensio*. Hottom. etiam II. Obs. 20. *mali* tollendum monuerat. GARAT.

Non

repudianda. Nunc vero quid dicitur? quid ait accusator? fecisse Pompejum, quod ei facere non licuerit? quod gravius est, quam, si id factum ab eo diceret, quod non oportuisset. Est enim aliquid, quod non oporteat, etiam si licet: quidquid vero non licet, certe non oportet.

4. Hic ego nunc cuncter sic agere, judices, non esse fas dubitari, quin, quod Cn. Pompejum fecisse constet, id non solum decuisse, sed etiam debuisse fateamur? Quid enim abest huic homini, quod si adesset, jure hoc tribui, et concedi putaremus? ususne rerum? qui pueritiæ tempus extremum principium præ-

Non licuerit?) Vitium interpunctionis manifeſtum, quod in Manutiana MDXLI. primum conſpexi, & nemo ſuſtulit, præter Lambin. qui recte interrogationem delevit. Sed non modo eam delent Rom. ambæ Ven. Aldus, Naug. &c. & cod. Barb. verum etiam ſuperiorem alio loco ſic ponunt: *quid ais accuſator feciſſe Pompejum? quod ei facere non licuerit*. Rom. Venetæ, Ald. omittunt, *quid dicitur?* Idem.

Hic ego nunc cuncter) Hanc lectionem Gruterus propagavit, quæ margine Lambinianarum producitur ex MSis: receperant autem antea non modo repetitores Lamb. & alii fortaſſe, verum etiam ex aliis MSis Hervagius, & in V. L. notaverat ex ſuo Car. Stephanus: confirmarunt, ut puto, ejuſdem Grut. codices meliores, & Grævii. Barb. & prior Ven. peſſime *conſtet*: Rom. altera Ven. Ald. Naug. P. Man. & Lamb. *conter*, ſine ulla interrogatione, frigide, & inconcinne magis, quam abſurde. In utroque verbo inſunt veſtigia veræ lectionis, *cuncter*, quam ex Hervagio etiam Gryph. adoptavit. Ex MSis Brit. unus, *conſtet*, alius *coīter*, quod factum facile fuit ex *cuncter*, tres reliqui, ut videtur, *cuncter*. Idem.

Non eſſe fas dubitari) Melius, opinor, ex cod. Guelf. cel. Erneſtus dedit *dubitare*. Ceteri, quos norim, vulgatam ſervant. Idem.

Id non ſolum decuiſſe, ſed etiam debuiſſe) Male Lambinus, *ſolum licuiſſe*; ſane invitis libris noſtris. Græv. Nullum ſane novi librum, qui Lamb. emendationem tueatur: ſed vellem exſtaret: totus enim Tullii ſermo poſtulat, *licuiſſe*. Supra cod Barb. Rom. ambæ Ven. & Ald. *feciſſe conſtitit*. Mox Erf. Barb. Rom Venetæ cum MSis Grut. atque omnibus Britann. *& tribui*. Quadraret huic loco vocula *ei* hinc ſeculpta, ut ſupra c. 2. ubi vide. Gar.

Jure hoc tribui & concedi, &c.) MSſ. noſtri immittunt particulam *& tribui*; quæ & ferri queat, niſi malimus mutare in *ei*. Gruter.

Pueritiæ tempus extremum) Codices nonnulli veteres habent, *pueritiæ tempus extreme*. Lambinus. *Qui pueritiæ tempus extremum*) Anno ætatis 23. tres legiones conſcripſit, aliquot exercitus fudit, exercitumque victorem ad Sullam perduxit, & cum e Carbonianis unus cum ſcholæ Imperatorem eſſe dixiſſet, a præſentibus occiſus mortæ linguæ procacitatem expiavit. Bis denique antequam per ætatem Senator eſſe poſſet, triumphavit, ut merito cenſoribus in recenſione equitum reſponderit, ſe omnia ſtipendia ſe Imperatore meruiſſe. Vide Plutarchum in Pompejo, & alios paſſim ſcriptores. Abram. Rectum eſſet, *extremæ*, & ſimilia notavimus ad c. 18. pro Planc.

Digitized by Google

habuit bellorum, atque imperiorum maximorum? cujus plerique æquales minus sæpe castra viderunt, quam hic triumphavit? qui tot habet triumphos, quot oræ sunt, partesque terrarum? tot victorias bellicas, quot sunt in rerum natura genera bellorum? an ingenium? cum etiam ipsi casus, eventusque rerum non duces, sed comites ejus consiliorum fuerint? in quo uno ita summa fortuna cum summa virtute certavit, ut omnium judicio plus homini, quam Deæ, tribueretur? an pudor, an integritas, an religio in eo, an diligentia unquam requisita est? quem provinciæ nostræ, quem liberi populi, quem Reges, quem ex-

Planc. & 24. pro Sext. posset videri etiam numerosius. Sed nihil muto: tum quia melius in hac oppositione videtur, *tempus extremum*, tum vero quia mei libri omnes, & aliorum plerique vulgatam tuentur. GAR.

Qui tot habet triumphos) Vellejus ita de Pompejo II. 40. 4. *Hujus viri fastigium tantis auctibus fortuna extulit, ut primum ex Africa, iterum ex Europa, tertio ex Asia triumpharet: & quot partes terrarum orbis sunt, totidem faceret monumenta victoriæ suæ*. Imitationem hujus Tulliani loci Vellejanis in verbis extremis cel. Ruhnkenius agnovit. IDEM.

Casus, eventusque rerum) Vide pro Marcello cap 3. *nec ad consilium casus admittitur*. ABRAM.

Summa fortuna cum summa virtute certavit) Pro Archia Poeta: *Noster hic Magnus qui cum virtute fortunam adequavit*. IDEM.

Plus homini, quam Deæ, tribueretur) Restitui locum peregregie, auctoritate Pal. noni, Turing. & S. Victor. prius cusi, *quam decet trib.* nam illud nuperum, *plus homini, quam possit, minus quam decet*; argutum quidem est, sed non etiam firmatum, aut editione aliqua veteri, aut libro pluteario: vult ergo nostra lectio, plus debuisse Pompejum virtuti suæ quam fortunæ: & vero eam fuisse Romæ de felicitate ejus opinionem, ut in manu ejus fortunam positam vulgo existimarent; liquet ex Maniliana. GRUT. Sic de Provinc. Consular. Fortunam *Deam* appellat: *Si fortunæ muneribus amplissimis ornatus sæpius ejus Deæ periculum facere nollet*. ABRAM.

Pudor) Seneca epist. 11. *Nihil mollius ore Pompeji, nunquam non coram pluribus erubuit*. Libentius tamen interpreter de eo pudore, quo quis semetipsum, conscientiamque suam reveretur ex illo Pythagoræ præcepto; —— μαλιςʼ αισχυνεο σαυτον. IDEM.

Quem exteræ gentes) Aliter legendum, fide edd. veterum, & Pall. in quibus *alteræ*, nisi quod nonus, *ultra regentes*: quod excutiant Critici, quibus vacat. GRUT. Cum & in Erfurt. sit *ultra regentes*, existimo Tullium scripsisse, *ultimæ gentes*: ut cap. sequente: *Vos denique mutæ regiones imploro, & sola terrarum ultimarum*: & lib. 1. epist. 9. ad Lentulum: *Recordare enim quibus laudationem ex ultimis terris miseris*. GRÆV. In Gruteri codicibus, & nostris scribitur, *alteræ gentes*, aut *ultra regentes*: unde suspicatur Grævius, Ciceronem scripsisse, *quem ultimæ gentes*. LALLEM. Videtur sane Grævius optime divinasse. Non eo solum aperte ducunt vestigia codicum optimorum, verum etiam diserte *ultimæ* habet unus ex optimis codex Car. Stephani. Romana, Venetæ, Barb. & Britann. quatuor cum tot aliis MSis, *alteræ*, quod ambiguum mendum est, & oriri etiam ex vul-

Digitized by Google

exteræ gentes, castiorem, moderatiorem, sanctiorem, non modo viderunt, sed aut sperando unquam, aut optando cogitaverunt? Quid dicam de auctoritate? quæ tanta est, quanta in his tantis virtutibus, ac laudibus esse debet. Cui Senatus, populusque Romanus amplissimæ dignitatis præmia dedit, non postulanti imperia, verum etiam recusanti: hujus de facto, judices, ita quæri, ut id agatur, licueritne ei facere, quod fecit, an vero, non dicam, non licuerit, sed nefas fuerit; contra fœdus enim, id est, contra populi

vulgata potuit ab Aldo invecta, quæ in quincto Brit. est. Sed Grævio adsentior; cum præsertim aliquid videam in voce *ultimæ* hoc loco præstantius. Vetus poeta I. de N. D. 42. *gentes oræum ultimæ*: V. in Vert. 65. *in extremis, atque ultimis gentibus*. GARATON.

Castiorem) Abstinentiorem maxime a pecuniis: vide Sextianam cap 43. *Fortissimum ac summum civem in invidiam homo castus, ac non cupidus vocaret*. ABRAM.

Non postulanti, imperia, verum etiam recusanti) Viri docti ita distinguunt: *Cui S. P. Q. R. amplissimæ dignitatis præmia dedit non postulanti, imperia vero etiam recusanti*. Vere: nam & amplissima quædam præmia non postulavit, & imperia etiam recusavit. Vellejus libro 2. post nunciatam Pompeji de Mithridate victoriam: *Absente Pompejo Tit. Ampius & Tit. Labienus Tribuni pl. legem tulerunt, ut ludis Circensibus corona aurea & omni cultu triumphantium uteretur, scenicis autem prætexta coronaque aurea. Id ille non plus quam semel (& hoc sane nimium fuit) usurpare sustinuit*. Idem tradit Dio 37. ABRAM. Gruterus secutus est distinctionem Manutii, *præmia dedit, non postulanti imperia, verum etiam recusanti*. GRÆV. Imo distinctio, & emendatio Manutii illa est, quam viris doctis tribuit Abramius, hoc est, Manutio, & ejus subscriptoribus, Lambino, & Car. Stephano. Secutus est Gruterus omnium librorum fidem, ut par erat. Nos de hoc loquendi genere, quod Manutius a librariis, & emendatoribus antiquis non adtentatum tollebat, acturi sumus ad XIII. Phil. 8. GARAT.

Recusanti) Recusavit administrationem belli piratici. Vide Dionem initio libri 36. ubi fusa Gabinii imperium mandantis, & Pompeji recusantis habetur oratio. Iterum, ut narrat Plutarchus in eius vita, cum populus ei bellum Mithridaticum detulisset, exclamavit: *O inexplicabiles meos labores! quanto magis expetendum fuerat, ut ignotus in tenebris jacerem, si nullus unquam militiæ dabitur finis*. Verum id simulasse potius videtur quam dixisse ex animi sui sententia: fuit enim, ut auctor est Vellejus, adstipulantibus ceteris, *in appetendis honoribus immodicus, in gerendis verecundissimus, ut qui eos ut libentissime iniret, ita finiret æquo animo, & quod cupisset arbitrio suo sumere, alieno deponeret*. ABRAM.

Ut id agatur) Cod. Barb. tres Brit. ed. Rom. secunda Ven. & Aldus, *ut agatur, licueritne id facere, quod fecit*. Prior Ven. unusque Brit. *ut id agetur, licueritne id facere &c*. Confer ad c. 2. GAR.

Non licuerit, sed nefas fuerit) Philippica 13. *Licet autem nemini contra patriam ducere exercitum; siquidem licere dicimus, quod legibus, quod more majorum, institutisque conceditur. Neque enim quod quisque potest, id ei licet: nec, si non obstatur, propterea etiam permittitur*. ABRAM.

No

puli Romani religionem, et fidem fecisse dicitur; non turpe populo Romano, nonne vobis?

5. Audivi hoc de parente meo puer: cum Q. Metellus, L. F. causam de pecuniis repetundis diceret, ille, ille vir, cui patriæ salus dulcior, quam conspectus, fuit: qui de civitate decedere, quam de sententia, maluit: hoc igitur causam dicente, cum ipsius tabulæ circumferrentur inspiciendi nominis causa, fuisse judicem ex illis equitibus Romanis, gravissimis viris,

Non turpe populo Romano, nonne vobis?) Cod. Car. Steph. & Barb. & duo Britann. editique ante Ald. quos habeo, *non turpe reipublicæ*. Alii, quos Lamb. in marg. contra libros MSos fecisse monet, *nonne turpe* dederunt, quia sequitur, *nonne vobis*. Ego potius legerim, *non vobis*. GAB.

Q. Metellus). Vide Plutarchum in Mario, Ciceronem pro Sextio cap. 16. in Pisonem c. 9. Appianum 1. de bellis civilibus. De hac ipsa re Valerium lib. 2. cap 5. & Nostrum epist. 13. lib. 1. ad Atticum. Tabulæ porro, quas judices adspicere noluerunt, privatæ ipsius Metelli videntur fuisse, privatarumque rationum: quæ tabulæ dati & expensi nomina sive æs alienum, vel solutum, vel non solutum continebant. Cum igitur accusator ei de pecuniis repetundis diem diceret, contenderetque pecuniis e provincia compilatis eum domesticas expedivisse rationes, & ad ejus rei fidem exhiberi tabulas postularet, eas judices adspicere noluerunt. Moris autem fuisse, ut accusatores ad cognoscendum æs alienum tabulas dati & expensi postularent, tum aliis probari posset, tum illo loco Cœlianæ: *Nam quod æs alienum objectum est, sumptus reprehensi, tabulæ postulatæ*, &c. Verrina 3. *Habeo istius & patris ejus accepti tabulas omnes: quas diligentissime legi, atque digessi: patris, quoad vixit: tuas, quoad ais te confecisse. Nam in isto, judices, hoc novum reperietis*, &c *Hoc vero novum & ridiculum est, quod hic nobis respondit, cum ab eo tabulas postularemus, usque ad M. Terentium, C. Cassium Consules confecisse, postea destitisse*. Vbi vide Pedianum. Neque vero solum tabulas privatas flagitabant, sed etiam *moris fuit, ut accusator obsignaret domum, & clausa omnia ejus, quem accusaturus erat, ne qua furtorum indicia, aut in vasis, aut in signis, aut in litteris constituta ab eo removerentur*. Vt scribit idem Asconius ad illa verba ejusdem Verrinæ: *Quas iste tabulas illinc, quæ signa sustulit? quæ cognovi egomet apud istum in ædibus nuper, cum obsignandi gratia venissem*. Vt minus mirum sit tabulas privatas, & dati expensique rationes, quæ deinde cum rationibus publicis conferrentur, ab accusatore fuisse postulatas. Quare non audiendus Valerius, qui publicas tabulas intelligit: *Cum caussam repetundarum diceret*, &c. *Non in tabulis, sed in vita Q. Metelli argumenta sincere administratæ provinciæ legenda sibi judices crediderunt: indignum rati integritatem tanti viri exigua cera, & paucis litteris perpendi*. Nam, ut ex hoc loco colligi potest, judices publicas tabulas adspexerant, quibus continebatur ratio administratæ provinciæ, sed eas cum tabulis privatis conferre noluerunt, ne viderentur de tabularum publicarum fide dubitasse. ABRAM.

Ex illis equitibus Romanis) Qui tum judicabant, judiciis a Senatu ad equestrem ordinem translatis lege Sempronia. Vide Plutarchum in Gracchis, Appianum 1. civilium, Vellejum lib. 2. alios passim: de quibus Asconius in Divinationem: *Judicaverunt*

ris, neminem, quin removeret oculos; et se totum averteret, ne forte, quod ille in tabulas publicas retulisset, dubitasse quisquam, verumne, an falsum esset, videretur: nos Cn. Pompeji decretum, judicium de consilii sententia pronuntiatum recognoscemus? cum legibus conferemus? cum fœderibus, omnia acerbissima diligentia, perpendemus? Athenis ajunt, cum quidam

runt per annos quadraginta sine infamia. Hinc est, opinor, quod eos Orator *gravissimos viros* appellat. Idem.

Quod ille in tabulas publicas retulisset) Erfurt. *quod ille in tabulas retulisset*. Poterat *publicas* abesse, æque ut in prioribus: *cum ipsius tabulæ circumferrentur*: de iisdem enim tabulis loquitur, quamvis aliter sentiat Abramius. Non enim publicæ, privatæve sunt simul circumlatæ tabulæ in hoc judicio, sed publicæ solæ, ut clare patet ex Valerio Maximo. Graev. Imo ex Valerio Max. II. 10. 1. privatas Metelli tabulas in judicio circumlatas aliquis dixerit, non publicas: nam fere cum Tullii superiore loco ita ille loquitur; *tabulæque ejus ab accusatore expostulatæ ad nomen incipiendum circa judicium ferrentur*. Eadem ratio alterius loci I. ad Att. 16. *cum tabulas Metelli Numidici, cum hæ, ut mos est, circumferrentur, nostri judices adspicere noluerunt*. Si ex his illud certe consequeretur, solus esset Erfurtensis purus, ac verus. Ita censuit Ernestus, delevitque *publicas*: neque talis est res, ut a summo viro in ea dissentire facile velim. Vide tamen, an de Metelli tabulæ sint potius intelligendæ, quas Prætorum more deponere apud ærarium debuerat: quæ porro publicæ dici possunt. Supra iteratio pronominis *ille* Aldo debetur, neque enim in vetustioribus editis, quibuscum tres Brit. MSi faciunt, iteratur, sed utique in cod. Barb. ut in Lambinianis, quorum ideo testimonium adfertur, opinor, quia per incuriam id operæ Stephanicæ non iteraverant. Garat.

Decretum, judicium, de consilii sententia, &c.) Pal. nonus non agnoscit *judicium*, & per me licet ejiciatur sede ista, quamvis sciam conjunxisse utrumque libro II. in Verrem fine capitis 23. Grut. Sane *judicium* cum Grutero delendum hic censeo, quamvis refragentur libri, quos inspexi. Procul dubio interpretatio est vocis præcedentis, quæ irrepsit ex margine, aut legendum *decretum & judicium*. Graev. Nihil certius, quam egregii Palatini scriptura, qui mihi solus in tali re sufficit. Neque enim *judicium* de consilii sententia *pronunciari* dicitur, sed *decretum*. Aliud est in loco illo Verrinæ, *juris, decreti, judicii corrumpendi causa —— pecuniam accepisse —— ob tuum decretum, ob tuum judicium pecuniam &c.* Cum copulam immitti posse censuit Grævius, hoc fortasse voluit, ut sic *pronuntiatum* decreto tantum conveniret, non item judicio: quod fieri sane Latine potest. Sed si verbum illud a Pal. tam opportune rejectum, tamen adesse debebat, cur non planius scriptum fuit: *non Cn. Pompeji judicium, decretum de consilii sententia pronuntiatum recognoscemus?* Scio, quibus argutiis vulgata defendi posset: iis utatur, qui volet. Meam sententiam Ernesti quoque suffragium tuetur. Gar.

Cum fœderibus, quorum acerrima diligentia est perpendemus) Sic reposui, libris omnibus reclamantibus, *diligentiam* enim *acerrimam* dicimus, non *acerbissimam*: deinde *perpendere*, pro comparare, seu potius, ἐξετάζειν, id est, examinare, ex quo *perpendiculum*, non *pertendere*: quod haud scio, an non sit Latinum. Lamb. *Cum fœderibus, omnia acerbissima diligentia, perpendemus*) Produxi scripturam Pal. noni,

dam apud eos, qui sancte, graviterque vixisset, et testi-

noni, Erfurt. & S. Victoris, quod quidem attinet ad vocem *omnia*: nam duo priores habent *perpendimus*: tertius vulgatum *pertendemus*. Lambinus isthæc quoque persanare voluit, sed non potuit: & alioquin male mutat illud *acerbissima* in *acerrima*, est enim *acerba diligentia*, quæ contumeliosa in eum in quem anquiritur. GRVT. Nec Lambinus, nec Gruterus intellexerant, quid sit *acerba diligentia*, nimirum hoc nomine significatur accuratissima diligentia, cum omnia morosissime examinantur, ut nihil ne minimum quidem nomen inexploratum relinquatur: ut *acerbissima exactio* III. ep. 8. ad Appium Pulchrum, est cum nemini parcitur, ad assem exiguntur omnia: *Ne in venditionem tributorum, & illam acerbissimam exactionem, quam tu non ignoras, capitum, atque ostiorum inducerentur sumtus minime necessarii*. Sueton. Calig. 43. *Legionibus & auxiliis undique excitis, delectibus ubique acerbissime actis*. Claud. 35. *Salutatoribus scrutatores semper apposuit, & quidem omnibus, & acerbissimos*, qui diligentissime omnia excuterent & perscrutarentur. GRAEV. Lambini egregia divinatio fuit in voce tantummodo *perpendemus*. Neque, si concedi Manutio potuit, ut *pertendemus* aliquo modo explicatum obsequio erga libros suo retineret, etiam Pareo in Lex. Crit. p. 923. & Gesnero in Thes. L. L. est ignoscendum, cum idem illud præferunt, tamquam rectius, & exquisitius, meliorum codicum luce contemta, quibus codicibus unus Brit. isque inter illos excellens, accedit. Atque haud scio an hujus eorum judicii culpam interpunctio sustineat, quæ cum lectione simul fuerat a Grutero, posterioribusque immutanda, ut inventis bonis recte, cumulateque uteremur. Ita scilicet interpungendum est: *nos Cn. Pompeji decretum, de consilii sententia pronuntiatum, recognoscemus? cum legibus conferemus? cum fœderibus? omnia acerbissima diligentia perpendemus?* Tandem a cel. Ernesto hanc veram interpunctionem accepimus. GAR.

Cum quidem apud eos) Xenocrates, ut proxime vidimus e Cicerone, & refert tum Valerius lib. 2. cap 5. tum Laertius in ejus vita, fuit Platonis discipulus. Tam sancte casteque vixit, ut Phryne in ejus torum admissa nullis eum illecebris pellexerit, & adolescentibus, quorum opera id factum fuerat, etiam pignore posito *pactum victoriæ pretium flagitantibus de homine se cum iis, non de statua pignus posuisse responderit*. Vide Valerium lib. 4. cap. 3. & Laertium. Tam graviter vixit, tamque fuit severus Xenocrates semperque tristis, ut ei Plato diceret assidue, Xenocrates Gratiis sacrifica. ABRAM. Totus hic locus variis patet mendorum suspicionibus: quas ut simul complectar omnes, ita emendatum habeto: *Athenis ajunt, cum quidam, apud eos qui sancte, graviterque vixisset, testimonium diceret, & ut mos Græcorum est, jurandi causa ad aram accederet, una voce omnes judices, ne is juraret, reclamasse*. Primum *apud eos vixisset* jungenda suspicor, quia Xenocratem Chalcedonium fuisse constat & *apud* in hospitibus, atque advenis præpositio sollemnis est, ut in Bruto 90. de Stoico Diodoro, *cum habitavisset apud me, mecumque vixisset*, & alibi. *Eos* posuit pro Atheniensibus, quia præcessit *Athenis*, ut nemo negabit criticus: confer quæ dixi ad c. 13. pro Murena. Mallet forte aliquis, *qui sancte apud eos*: verum non rejicienda synchysis plane Tulliana. IV. in Verr. 9. *quibus non modo parcant, verum etiam præda quos augeant*: ibid. 24. *illa, ex patellis, & thuribulis quæ evellerat*: in Pison. 25. *Scriba, ad ærarium qui eas retulit*: pro Sext. 57. *propugnatores autem reip. qui esse voluerunt*: I. de Orat. 7. *venisse eodem, socer ejus qui fuerat* (vel *fuerit*, vel, ut in Cod. Barb. *fuit*; vide ad c. 24. pro Cœl.), Q. *Mucius dicebatur*. Adde dicta ad c. 42. pro Flacco: & alia sunt ejusmodi complura. Deinde prius *&* delendum, ac pro *dixisset* legendum *diceret* vidit jam, censuitque Menagius optime ad Laert. Xeno-

Digitized by Google

testimonium publice dixisset, et, ut mos Græcorum est, jurandi causa ad aras accederet, una voce omnes judices, ne is juraret, reclamasse. Cum Græci homines, spectati viri, noluerint, religione videri potius, quam veritate fidem esse constrictam: nos etiam in ipsa religione et legum, et fœderum conservan-

nocr. IV. 7. p. 169. ed. Meib. Tum delendæ voci *publice* auctoritatem aliquam præbet varietas collocationis, cum *dixisset publice* sit in cod. Barb., meisque ante Naug. editis, & locus ex I. ad Att. 16. quo etiam *diceret* confirmatur, *cum jurare tui cives Xenocratem testimonium dicentem prohibuerunt*. Vt autem adjectitia ea vox videatur, aliena illius ab hoc loco facit significatio, quæ tamen a Tullio, ejusque similibus usurpari solet. Nam quod ajunt *publice* significare *in conspectu populi*, vellem idoneis optimæ Latinitatis testibus comprobassent: quos in hac re nullos habeo, nullos habuit ipse, qui explicationem illam dedit in Thes. L. L. Gesnerus. Neque me ICti movent hoc utentes adverbio, cum *palam*, & cum *in loco publico* dicere volunt: ne Venulejus quidem, cujus hæc verba sunt XLVIII. Pand. 11. 6. §. 1. *Hac lege* (repetundarum) *damnatus testimonium publice dicere, aut judex esse, postulareve prohibetur*, h. e. in judicio publico. Adhuc, ne multa disputem, in ea sententia permaneo, quam alibi exposui, eamdemque tum aliorum vidi esse, tum cel. Mazochii ad Tab. Heracl. p. 354. *publice* semper apud Tullium explicari oportere ex contrario *privatim*. Sed tamen Venuleji locum protuli, ut alii rem investigent accuratius: nisi, qui me lateat, aliquis fortasse jam fecit. Denique, cum poeticum nimis videretur *ad aras*, conjeci *ad aram* ex Val. Maximo, & formula celebri *aram tenere*, *tangere*, de qua mox Abramius. Ita Demosth. in Conon. p. 1265. Reisk *προς τον βωμον* (sive *λιθον*, cujus *βωμον* glossa fuerit, Meursio judice I. Lect. Attic. 6.) *αγοντες, και εξορκουντες*, (sic Vales. ad Harpocr. p. 121. non *εξορκιζοντες*), *και γραφοντες μαρτυριας*, *cum ad aram adducerent, jusjurandum adigerent, testimonia conscriberent*. Locus Valerii est II. 10. ext. 2. de hoc Xenocrate. *Qui cum testimonium dicere coactus ad aram accessisset, ut more ejus civitatis juraret omnia se vere retulisse, universi judices consurrexerunt, proclamaruntque, ne jusjurandum diceret*. Sæpe autem ille in suis exemplis Tullium ante oculos habuit. Cel Ernest. in cod. Guelf. *apud eos* deesse notat, item illud *&*, quod jure delevit ipse cum Menagio; hæsitque merito in v. *publice*, sed nihil erat, cur hæreret in Valerianæ narrationis cum Tulliana comparatione. GARAT.

Iurandi caussa ad aras accederet) Nota jurantium consuetudo, ex qua dictum Periclis: *φιλος μεχρι του βωμου*, *amicus usque ad aras*: & illud Evandri 12. Æneidos:

> *Tango aras, mediosque ignes, & numina testor.*

Vide interpretes, & Macrobium 3. Saturn. cap. 2. Æschines in Timarchum: *Λαβων εις την εαυτου χειρα τα ιερα και ομοσας*. *Sacris in manu acceptis, & concepto jurejurando*. Orator pro Flacco: *Ergo is, qui si aram tenens juraret, crederet nemo, per epistolas quod volet injuratus probabit*. C. Nepos in Annibale cum ita de se & patre suo loquentem inducit. *Ad aram adduxit, apud quam sacrificare instituerat, eamque, ceteris remotis, tenentem jurare jussit, nunquam se in amicitia cum Romanis fore*. Quod idem Appianus, Polybius, Livius, & alii litteris prodiderunt. Iustinus libro 24. *Ptolemæus sumptis in manu altaribus, contingens ipsa simulacra, & pulvinaria Deorum*, &c. ABRAM.

Vtrum

Digitized by Google

vanda, qualis fuerit Cn. Pompejus, dubitabimus? Utrum enim inscientem vultis contra fœdera fecisse, an scientem? si scientem: o nomen nostri imperii! o populi Romani excellens dignitas! o Cn. Pompeji sic late, longeque diffusa laus, ut ejus gloriæ domicilium communis imperii finibus terminetur! o nationes, urbes, populi, Reges, Tetrarchæ, Tyranni, testes Cn. Pompeji non solum virtutis in bello, sed etiam religionis in pace! vos denique, mutæ regiones, imploro, et sola terrarum ultimarum; vos maria, portus, insulæ, litoraque. Quæ est enim ora, quæ sedes, qui locus, in quo non exstent hujus cum fortitudinis, tum vero humanitatis, tum animi, tum consilii impressa vestigia? Hunc quisquam incredibili qua-

Utrum enim inscientem) Solus ordine inverso Erfurt. *utrum enim scientem* —— *an inscientem?* habere dicitur: sed alii fortasse optimi cum eo faciunt, neque ordo est ille aspernendus, quem sequitur Cicero in responsione. Gar.

Tetrarchæ) Vide Vatinianam cap. 12. *Cum tetrarchis*. Adverte vero apostrophen quam opportune, & quibus verborum facibus inardescat. Maria, portus, insulas, littora implorat; quia Pompeius efferatos piratarum animos sua lenitate, fide, justitia mitigavit: adi Plutarchum. Abram.

Vos denique mutæ nationes imploro) Erfurt. *vos denique mutas nationes imploro*: quod non contemno. Graev. Vix dubito, quin Erfurt. habeat *mutas regiones*, ut verius in V. L. adnotatur. Solus tamen sic habet. Barb. *mutæ religiones*: de qua permutatione vide ad II. Philip. 40. Guelf. apud Ernest. *mutæ imploro*, *&* *terrarum ultimarum*. De formula, *sola terrarum*, vide Columm. ad Enn. p. 134. Hessel. & Gifal. Ind. Lucret. p. 430. & Vulp. ad Catull. LXII. 7. ex quibus profecto patet, illam esse poeticam. Quæ quidem res permovit Ernestum, ut *solæ* correctum vellet. Sed nonne ipsa loci sententia poeticum quiddam sapit? quid ni etiam verba? Licet hoc oratoribus; modo sobrie, atque in loco. V. in Verr. 67. *Si hæc non ad cives Rom. &c. si non ad homines, verum ad bestias, aut etiam, ut longius progrediar, si in aliqua desertissima solitudine ad saxa, & ad scopulos hæc conqueri, & deplorare vellem: tamen omnia muta, atque inanima tanta, & tam indigna rerum atrocitate commoverentur*. Ita hic ab hominibus progressio fit ad res mutas, atque inanimas: quas inter *sola terrarum ultimarum* egregie respondent iis, quæ infra poni debebant, *impressa vestigia*: tum vero pleraque excludunt, quibus terra convestiri solet, ut apud Cæsarem I. B. G. 11. *demonstrant, sibi præter agri solum nihil esse reliqui*: propterea solitudinem includunt, neque ad αὔξησιν inutilia mihi videntur, aut ad quamdam minime poeticam diligentiam. Ceterum heic eximium in usum id vertitur, quod exclamandi causa Græci dicunt, ὦ γῆ, καὶ θάλασσα, &c. eodemque modo Latini, *o terra*, *o mare*, *&c.* ut in Plauti Trinummo IV. 3. 63. *mare, terra, cælum, di vestram fidem!* Quod autem conjiciebat infra Lamb. *litora*. *Quæ est enim &c.* ut enclitica demeretur: abesse illam testor ab ed. Romana principe, duobusque Britann. neque tamen ejiciendam censeo. Gar.

Digitized by Google

quadam, atque inaudita gravitate, virtute, constantia præditum, fœdera scientem neglexisse, violasse, rupisse, dicere audebit?

6. Gratificatur mihi gestu accusator: inscientem Cn. Pompejum fecisse significat: quasi vero levius sit, cum in tanta republica versere, et maximis negotiis præsis, facere aliquid, quod scias non licere: an omnino nescire, quid liceat. Etenim cum in Hispania

Inscientem Cn. Pompejum) Cod. Barb. Rom. ambæ Ven. & Aldo *nescientem*: sic etiam tres Britann. quartus, *negligentem*. Idem.

Quasi vero non levius sit) Approbata Err. Memmii conjectura, sic olim reposui. Nam libri omnes vulg. sic habent. *Quasi vero levius sit, cum in tanta republica versere, & max. negot præsis, facere aliquid, quod sc. non lic. quam omnino nesc. quid liceat*. Quæ lectio ferri non potest, & pugnat cum sensu Ciceronis. Vult enim Cicero esse gravius peccatum ei, qui in republica administranda versetur, nescire quid liceat, quam facere, quod sciat non licere: aut certe hoc non esse levius, quam illud. At, ut habent libri vulgati, a quibus non discrepant manuscr. plane contrarium dicitur. Qui enim ita loquitur, *quasi vero levius sit*, &c. ironicos loquitur, & tantundem valet, ac si ita loqueretur, non est levius, & cet. Qui sic: *Quasi vero non levius sit*, &c. significat levius esse: vel igitur sic reponendum est, ut olim edidimus, & ut conjecit esse legendum Err. Memmius: vel sic, *Quasi vero levius sit, cum in tanta republica versere, & maximis negotiis præsis, omnino nescire, quid liceat, quam facere aliquid, quod scias non licere. Etenim*, &c. quomodo nunc editi. Manet tamen scrupulus ex eo, quod libri omnes habeant, *an omnino*, &c. non *quam omn.* Ex quo suspicor interdum, sic esse a Cicerone scriptum, *Quasi vero sit dubium, utrum levius sit, facere aliquid, quod scias non licere, an, cum in tanta rep. versere, & maximis negotiis præsis, omnino nescire, quid liceat*. Lambinus. *Quasi vero, &c.*) Præclare Demosthenes paulo ante medium orationis de falsa legatione; negat excusandum, qui per ignorantiam aliquid contra rempublicam admiserit: Ου γαρ αν αρκεσειε τοις απολωλοσι, &c. δια την αβελτεριαν την εμην, ινα μη την τουτου λεγω, τοιαυτα πεπονθεναι, πολλου γε και δει. *Neque enim id sufficiet, & satisfaciet iis, qui perierunt, si constet eis, se propter meam inscitiam, ne dicam istius periisse. Multum certe abest*. Vide locum, & confer cum Cicerone. Abram.

An omnino nescire, quid liceat) *Quam omnino*, &c. Pantagathus. Fulv. Ursinus. *Facere aliquid, quod scias non licere, an omnino nescire, quid liceat*) Retinui hanc lectionem omnium librorum, neglectis a Lambino productis conjecturis, nimium acutis, & præter mentem auctoris. Gruterus. Cum ergo non docuit, quænam alia Tullii sit mens, si ea non est, quam Lambinus exposuit? Ego certe aliam nullam video, quæ loco conveniat: verba neque alio spectare, neque hanc sententiam exprimere intelligo. Quod si ita est, de loci corruptione quis dubitet? Emendandi autem ratio videtur illa mihi hactenus propter sententiam probabilior, quam in editione secunda Lambinus excogitavit; *quasi vero levius sit, cum præsis, omnino nescire, quid liceat, quam facere &c.* Novam tamen opem codicum exspectemus, quam locus implorat. Gar.

Etenim cum in Hispania) Erfurt. pro *cum* habet *utrum*, atque ita favet Lambinianæ lectioni, quam ex Memmianis codicibus haustam margo indicat, *etenim utrum qui in H. &c.*, quam

nia bellum acerrimum, et maximum gesserat; quo jure Gaditana civitas esset, nesciebat? an, cujus linguam populi non nosset, interpretationem fœderis non tenebat? Id igitur quisquam Cn. Pompejum ignorasse dicere audebit, quod mediocres homines, quod nullo usu, nullo studio militari præditi, quod librarioli denique scire profiteantur? Equidem contra existimo, judices, cum in omni genere, ac varietate artium, etiam illarum, quæ sine summo otio non facile discuntur, Cn. Pompejus excellat, singularem quamdam laudem ejus, et præstabilem esse scientiam in fœderibus, pactionibus, conditionibus populorum, Regum, exterarum nationum: in universo denique belli jure, ac pacis: nisi forte, quæ nos libri docent in umbra, et otio, ea Cn. Pompejum, neque cum requiesceret, litteræ, neque, cum rem gereret, res ipsæ docere potuerunt. Atque ut ego sentio, judices, causa dicta est temporis magis: ego non hujus, inquam,

quamque vulgata esse præstantiorem quivis facile sentiat. Scio equidem *cum* pro *postquam* positum ex Plauto adnotari a Pareo in Lex. Crit. p.301. & *cum* posse hoc loco defendi: nunc etiam video in uno Brit. esse, *cum gesserit*: nihilo tamen minus Lambino adsentior. IDEM.

Quod librarioli denique scire profiteantur? Cod. Barb. *librarii*: sed deminutivum aptissimum; quo alibi Tullium esse usum novimus. Lamb. *se scire*, de conjectura, quam innumerabiles loci subvertunt. Vide ad c. 24. pro Mil. Statim codices ejusdem Lamb. *Siquidem contra existimo*: ceteris repugnantibus. IDEM.

Singularem quamdam) Lamb. *tum singularem*, sine idonea causa, & sine testimonio librorum. Mei ante Naug. editi, tresque MSi Britann. post *laudem* omittunt *ejus*; nisi quod *laudem suam* dat prior Ven. adstipulante codice Barb. & Brit. duobus. IDEM.

Ac pacis) Cod. Barb. Rom. ambæ Ven. & Ald. *atque pacis*; idemque in aliis libris, monente licet nemine, arbitror exstitisse; quod quidem mihi numeri causa placet. IDEM.

Res ipsæ) Iidem, Aldi editione excepta, libri habent, *regiones ipsæ*; quod ἐμφατικώτερον videatur. An præferendum idcirco sit, alii judicent. Certe vulgatam ego esse optimam censeo. Sed *regiones* habebant etiam codex optimus Car. Stephani; quatuor item Britannici. IDEM.

Atque ut sentio, judices, causa dicta est temporis magis, &c.) Hujus loci restitutio debetur P. Danesio, quam cum in codice suo scriptam haberet Leodegarius Quernus, mecum communicavit. Utrum autem ex aliquo antiquo codice sumta sit, an a Danesio excogitata, nescio. Est autem talis: *Atque ut ego sentio, judices, causa dicta est temporis magis vitio, quam ullius Cornelii crimine: de quo plura non dicam, ego de hujus, inquam, genere judicii plura non dicam. Est enim hæc hujus*, &c. Non celabo lectorem tamen, me in uno codice Lugduni im-

Digitized by Google

quam, genere judicii plura dicam. Est enim hæc sæculi quædam macula, et labes, virtuti invidere, velle ipsum florem dignitatis refringere. Etenim, si Cn. Pom-

impresso, ita legisse, *Atque, ut ego sentio, judices, causa dicta est temporum labe magis, quam ullius delicti crimine*: cetera, ut in aliis vulgatis. Lamb. *Atque, ut ego sentio, judices, causa dicta est temporis magis: ego non hujus, inquam, genere judicii plura dicam*) In omnibus quos vidi codicibus, mendose scriptus hic locus reperitur, quem Pantagathus minus corruptæ scripturæ secutus vestigia, ita emendavit: *Atque, ut ego sentio, judices, causa dicta est Pompeji, magis, quam hujus, quo in genere judicii plura non dicam: sive, in quo ego genere*: &c. F. Ursinus. *Temporis magis: ego non hujus, inquam, genere judicii plura dicam, &c.*) Lambinus locum supplet ex nescio quorum libris, nostri scripti nihil variant; nisi quod Pal. nonus habeat, *temporum magis. Ego nunc ut vis, inquam*, &c. ad quam lectionem aliquot alii alludunt; quorum variantes scripturas producere hic pudet, satis est allevisse oræ librorum meorum. Hottomannus tamen ait se locum ita restituere ex mss. *temporis magis hujus vitio, quam hominis: neque ego de tam iniquo genere*. Gruт. *Temporis magis hujus vitio &c.*) Ita locum se restituisse ait Hottomannus ex MSis: nam Manutii, & Gruteri codices, ut & nostri, corrupte habent, *temporum magis: ego non hujus, inquam, &c.* Lallem. *Temporum* legitur in Rom. in utraque Ven. in cod. Franc. in quatuor Britann. & in Barb., qui cum aliis Gruterianis in Palatini noni scripturam inclinat, ita corruptus: *temporum magis ego nunc ut hiis inquam genere judicii plura dicam*. Cod. Car. Stephani, *temporis magis ego nunc ut in his inquam in genere &c.* Cod. Erfurt. *temporis magis ego nunc citius inquam genere*. Est etiam *ego nunc ut hoc inquam* in cod. Franc. & ex *nunc* habent *num* editio princeps. Hæc vestigia nihil sane adjuvant: siquidem lacunam expleri, & aliquam ejus constare causam oportet. Atque iis levissime vestigiis insistit ille, qui solus aliquem habet sensum, codex, in quo se ita scriptum reperisse testatur Hottomannus II. Observ. 20. *Atque, ut ego sentio, judices, causa dicta est temporis magis hujus vitio, quam hominis: neque ego de tam iniquo judicii genere plura dicam.* Quod Lallem. codicem hunc sequi maluit, quam locum truncatum relinquere, non vitupero: nolim tamen omnia inde recte restituta præstare. In ed. Oxoniensi vetus Danesii emendatio recipitur, quam heic apud Lamb. habes. Ibidem in V. L. lacuna eadem, quæ in vulgatis, ex quatuor codicibus adnotatur. Fuit ergo ipsa Danesiana lectio in eo, qui unus superest, codice Balliolensi, de quo ad c. 16. Mirum, si fuerit, sed si fuit, a Cicerone non fuisse, facile vincam. Garat.

Est enim hæc hujus seculi) Libri veteres habent alio verborum ordine, *est enim hæc hujus seculi quædam macula atque labes*. Lamb. *Est enim hujus seculi labes quædam & macula*) Pal. nonus: *Est enim hæc seculi quædam macula atque labes*: nec respuo. Gruт. Sic & Erfurtensis. Græv. Libris melioribus paruit merito Grævius: nisi quod, ipso invito remansit, *&* pro *atque*, quod est recipiendum. Etiam unus Brit. pro *hujus* habet *hæc*. Lamb. *est enim hæc hujus seculi labes, quædam & macula*. Veteri lectioni, ordinique ad eum usque servato addidit *hæc*, suis ex MSis, a quibus tamen *hujus* abfuisse, ut in Pal. IX. & Erf. illius margini magis credo, quam adnotationi, non abfuisse. In cod. Barb. ex his omnibus verbis superest tantum, *& macula*. Gar.

Refringere) Typographis hoc tribuendum videtur: nam omnes noti libri habent *infringere*, idque optime, ut vel una docere potest adnotatio Bentleji ad Horat. I. Serm. 3. 116.

Quam-

Digitized by Google

Pompejus abhinc annos quingentos fuisset, is vir, a quo Senatus adolescentulo, atque equite Romano sæpe communis salutis auxilium expetisset: cujus res gestæ omnes gentes cum clarissima victoria terra, marique peragrassent: cujus tres triumphi testes essent, totum orbem terrarum nostro imperio teneri: quem populus Romanus singularibus honoribus decorasset: si nunc apud vos id, quod is fecisset, contra fœdus factum diceretur, quis audiret? nemo profecto: mors enim cum extinxisset invidiam, res ejus gestæ sem-

Quamobrem ne MSi quidem auctoritate movebor, si quis pro Grævio aliquando adferetur: quod evenire posse indicat horum permutatio verborum c. 2. pro Mil. & apud Livium XXXVIII. 16. & alibi. IDEM.

Atque equite Romano) Cel. Ernestus *Romano* delendum putat: sed Pompejus locis huic similibus *eques Romanus* appellatur a Vellejo II. 30. 2. in Epit. Liv. LXXXIX. & XCVII. apud Plinium H. N. VII. 26. ter denique uno Manilianæ capite 21. Legendum potius arbitror *communi saluti* ex optimo Erfurt. Similiter pro Cluent. 24. *Tum a Staleno —— auxilium capiti, & fortunis suis petere cœpit*. Porro *expetisset* tum alii confirmant loci, tum ille pro L. Man. 11. *Italia, quæ —— ab hoc* (Pompejo) *auxilium absente expetivit*, alterque Terentii II. Andr. 1. 19. *Ad te advenio spem, salutem, auxilium, consilium expetens*. IDEM.

Singularibus honoribus decorasset) Lectio minus sana: nam mss. nostri, & Erfurt. ac S. Victor. *in singularibusque decorasset*: editio prima, *in singularibus Quir. decorasset*. GRUT. In Francii libro hæc verba: *quem populus Romanus singularibus honoribus decorasset* non leguntur. GRÆV. Eadem desunt in cod. Barb. duobusque Britannicis. A priore Ven. MCDLXXX. quam Grut. editionem primam vocabat, parum differunt altera Ven. & Rom. MCDLXXI. ita exhibentes: *quem P. R. in singularibus Q. decorasset*. Sic etiam duo alii Britann. Vestigia codicum, præsertim optimorum indicant, opinor, duo fuisse adjectiva, quorum altero careamus, verbi causa, *novis*, vel *inauditis*, hoc modo: *quem populus Romanus inauditis honoribus, singularibusque decorasset*. In his vel præcipuus ille fuit triumphalium ornamentorum usus, de quo Vellejus II. 40. 4. & Dio Cassius XXXVII. 21. quos laudavit Abramius ad c. 4. Supra cod. Barb. *omnes gentes*. GAR.

Mors eam cum extinxisset invidiam) Invidia Archilochus apud Stobæum:

Τοις μεν τεθνεωσιν Ελεος επιεικης Θεος.
Τοις ζωσιν ετερον αυοσιωτατον φθονος.
Dea est propitia Misericordia mortuis.
Viventibusque Livor infestus Deus.

Mimnermus apud eundem:

Δεινοι γαρ ανδρι παντες εσμεν ευκλεει
Ζωντι φθονησαι, κατθανοντα δ' αινεσαι.
Vivis enim invidere mortales solent.
Laudare functos morte præstantes viros.

Nec alia mens fuit Demosthenis oratione de falsa legatione: *Των μεν αλλων αγαθων ου μετεσι τοις τεθνεωσιν. οι δ' επι τοις καλως πραχθεισιν επαινοι, των ουτω τετελευτηκοτων ιδιον κτημα εισιν. ουδε γαρ ο φθονος αυτοις ετι τηνικαυτα εναντιουται. Ceterorum quidem bonorum mortui sunt expertes; at laudes rebus præclare gestis partæ eorum, qui ita mortem obierunt, sunt propria possessio: invidia enim non amplius est contraria*. Theon Sophista proœmio suorum

sempiterni nominis gloria niterentur. Cujus igitur audita virtus dubitationi locum non daret, hujus præsens, experta, atque perspecta obtrectatorum voce lædetur?

7. Omittam igitur Pompejum jam oratione mea reliqua: sed vos, judices, animis, ac memoria tenetote: de lege, de fœdere, de exemplis, de perpetua consuetudine civitatis nostræ, renovabo ea, quæ dicta sunt: nihil enim mihi novi, nihil integri neque M.

rum progymnasmatum, tum priorem Demosthenis locum protulit, tum alia duo exempla congessit: O' μεν Θουκυδιδης φησι. φθονος γαρ τοις ζωσι προς το αντιπαλον. το δε μη εμποδων ανανταγωνιστον ευνοια τετιμηται. ὁ δε Θεοπομπος. Επισαμαι γαρ ότι των μεν ζωντας πολλοι μετα δυσμενειας εξεταζουσι. τοις δε τετελευτηκοσι δια το πληθος των ετων, ἐπανιασι της φθονας. *Thucydides ait* lib. 2. *In vita viget inter æmulos invidia. Id enim quod e medio sublatum est contentione omni liberatum benevolentiæ honore fruitur. Theopompus vero: Satis enim scio in viventes inquiri a multis acerbe: in mortuis vero ob annorum multitudinem remitti invidiam consuevisse.* Sequor Joachimi Camerarii versionem: est fortasse melius verti possit, ευνοια τετιμηται. *cum benevolentia celebratur*; μετα δυσμενειας εξεταζουσι: *cum malevolentia examinant*. Vellejus lib. 2. *Audita visis laudamus libentius, & præsentia invidia, præterita veneratione prosequimur*. Fabius lib. 3. cap. 1. *Veniet eorum laudi suum tempus, & ad posteros virtus durabit, non perveniet invidia*. Sallustius orat. 2. ad Cæsarem de ord. Rep. *Vivos interdum fortuna, sæpe invidia fatigat: ubi anima naturæ cessit, demptis obtrectatoribus, ipsa se virtus magis magisque attollit*. Sic adulatores apud Arrianum lib. 4. expeditionis Alexandri, ejus facta rebus ab Hercule, & Libero gestis præferentes dicebant: *Invidiam vivo obstare, quo minus meritos honores apud eos, quibuscum vivunt, assequantur*. Sed ad hunc locum propius alludit Plinius Junior lib. 1. epist. 16. loquens de Pompejo Saturnino: *Neque enim debet operibus ejus obesse quod vivit. An si inter eos, quos nunquam vidimus, floruisset, non solum libros ejus, verum etiam imagines conquireremus ejusdem: nunc honor præsentis, & gratia quasi satietate languescet. At hoc pravum, & malignum est hominem non admirari admiratione dignissimum, quia videre, alloqui, audire, complecti, nec laudare tantum, verum etiam amare contingit*. Abram.

Niterentur) Cel. Ernestus non conjecisset *uterentur*, si cogitasset, res gestas Pompeji non ad victorias hoc loco referri, verum ad illud actorum genus, in quo hæc fuit, qua de agitur, civitatis donatio. Quæ, inquit, fecisset talia Pompejus, ex illius nominis gloria judicarentur. Sic l. ad Q. Fratr. 2. *cum ratio, salusque omnium nostrum, qui ad remp. accedimus, non veritate solum, sed etiam fama niteretur*. Nescio quomodo, sed certe perabsurde unus ex MSis Brit. *interissent* habet, duo alii *interessent*, pro *niterentur*. Gar.

Hujus præsens, experta, atque perspecta) Vox, *præsens*, abest a libris veteribus: ego puto aliud nomen deesse tale, quale est, *virtus*. Nam si quis dicat, *virtus*, repeti απο κοινου durius culum est. Lamb. Male deest hæc vox in MSis Lamb. & in Barb. & in uno Britann. nugaturque vir summus, dum vocem *virtus* existimat non planissime subaudiri. Gar.

Nihil integri) Opponitur notissimæ formulæ, *integra omnia*. At Ernestus Latinitatem ait *nihil integrum* postulare.

Digitized by Google

M. Crassus, qui totam causam et pro facultate, et pro fide sua diligentissime vobis explicavit, neque Cn. Pompejus, cujus oratio omnibus ornamentis abundavit, ad dicendum reliquit. Sed, quoniam, me recusante, placuit ambobus adhiberi hunc a me quasi perpoliendi quemdam operis extremum laborem: peto a vobis, ut me officii potius, quam dicendi studio, hanc suscepisse operam, ac munus putetis. Ac prius, quam aggrediar ad jus, causamque Cornelii, quiddam de communi conditione omnium nostrum, deprecandæ malivolentiæ causa, breviter commemorandum videtur. Si quo quisque loco nostrum est, judices, natus, aut, si in qua fortuna est nascendi initio constitutus, hunc vitæ statum usque ad senectutem obtinere debet, et si omnes, quos aut fortuna extulit, aut ipsorum illustravit labor, et industria, pœna sunt afficiendi: non gravior L. Cornelio, quam multis viris bonis, atque fortibus, constitui lex vitæ, et conditio videtur. Sin autem multorum virtus, ingenium, humanitas ex infimo genere, et fortunæ gradu non modo amicitias, et rei familiaris copias consecuta est, sed

lare. Quî magis, quam *nihil novum, nihil reliquum*, & similia? cum tamen *nihil novi, reliqui, &c.* nemo possit Latinitate dejicere. Vide Drak. ad Livianum illud, *cui nihil integri futurum sit*, XXXVI. 7. Etiam in sequentibus, *me recusante*, sine causa vir summus hærebat. IDEM.

Extremum laborem) Sic Virgil. in Gallo,

Extremum hunc Arethusa mihi concede laborem. LAMB.

Extremum laborem) Vide Sextianam c. 1. *Extremo dicendi loco*. Adverte tantum cum plures patroni caussam defenderent, plures etiam dies iis fuisse concessos: supra 2. *Quæ fuerit hesterno die Cn. Pompeji gravitas in dicendo*. ABRAM.

Officii potius) Ita Lamb. ejusque MSi, imo ita omnes, præter Lambini repetitores, qui dederunt *officio*, nescio quibus auctoribus. GAR.

Et conditio videtur) Erfurt. in V. L. & Barb. item Rom. & ambæ Ven. *videretur*: quod fortasse mutatum fuit, ut superioribus, *debet, sunt*, aptaretur. Sed mutandi causam vel antiquis librariis, vel criticis justam fuisse non adfirmaverim: defendi enim posse arbitror, *videretur*. Quin etiam in Barb. & in iisdem antiquis editis *deberet* inveni: quod item habet unus Britann. Itaque scire interesset, quibus e MSis vulgata profluxerit, ut eorum pretii, numerique rationem iniremus. Dubito, an meliores alii ab Erfurtensi discedant: etsi Britannici discedere videantur. IDEM.

Humanitas) Studia politiorum & reconditiorum litterarum: pro Cœlio: *Ille humanitate præditus, illis studiis*. ABRAM.

Rei familiaris copias) Res familiaris

Digitized by Google

sed summam laudem, honores, gloriam, dignitatem; non intelligo, cur potius invidia violatura virtutem L. Cornelii, quam æquitas vestra pudorem ejus adjutura videatur. Itaque, quod maxime petendum est, a vobis idcirco non peto, judices, ne de vestra sapientia, atque de vestra humanitate dubitare videar. Est autem petendum, ne oderitis ingenium, ne inimici sitis industriæ, ne humanitatem opprimendam, ne virtutem puniendam putetis: illud peto, ut, si causam ipsam per se firmam esse, et stabilem videritis, hominis ipsius ornamenta adjumento causæ potius, quam impedimento esse malitis.

8. Nascitur, judices, causa Cornelii ex ea lege, quam L. Gellius, Cn. Cornelius ex Senatus sententia tule-

tis, ſive domeſtica ſunt divitiæ, & facultates privatæ: ut videbimus 2. Philippica c. 3. De nomine copiarum vide eamdem orat. cap. 23. laus judicio bonorum, in Vatinium cap. 4. Honores vel ſunt magiſtratus ipſi, vel indicia quædam excellentiæ, quæ externo corporis geſtu exhibentur. In Piſoniana: *Gloria eſt frequens de aliquo fama cum laude*. Vide pro Marcello cap. 6. Dignitas ex his omnibus effloreſcit. Idem.

Cur potius invidia violatura virtutem L. Cornelii) Ita editum optime vidi primum a Paullo Manutio, quem merito Lamb. omneſque poſtea ſecuti ſunt. Antea jam inde a Rom edebatur peſſime; *violatur a virtute*: neque aliter ipſius Lamb codices, & Barb. Similiter Erfurt. in V. L. *violatur virtute*: prior Ven. *violaturia virtute*. Mollis eſt, ac neceſſaria emendatio, quam MSos aliquos confirmaſſe arbitror, quamvis nullus nominetur. Ex uno Britannico lectio veterum editorum adnotatur, ex alio, *violat virtutem*: ceteri tandem recte, ut quidem juvat exiſtimare. Gar.

Ne virtutem puniendam putetis) Erfurd. S. Victor. Pal. nonus *penitendam*: hocne vult? an potius dormitavit librarius; cum ei exprimendum eſſet *puniendam*? Gruter. Hanc varietatem antea noverat Car. Stephanus, qui ex optimo ſuo cod. in V. L. notavit, *pœnitendam*. Cod. Barb. & unus Brit. *perimendam*, quod ex eadem varietate natum videtur. Sed vere arbitror dixiſſe Gruterum, ex antiqua ſcriptura, quam ipſe adnotavit ad c. 32. pro Mur. de qua Voſſius in Etymol. v. *Pœna*, noſque ad c. 13. pro Mil. aliique egerunt, mendum in libris egregiis exſtare: nam vulgata præſtantius eſt nihil. Garat.

Malitis) Brit. unus, *velitis*: quod rejiciendum omnino eſt, non tam propter hexametri clauſulam, quæ aliquando, ut alibi notabamus, a Cicerone vitari non potuiſſe propemodum videatur; quam quia illa certe fuit emendatio imperita non ferentis formulam optimam, *potius malle*, de qua interpretes ad Divin. 6. ad c. 2. pro Ligar. &c. Idem.

L. Gellius, Cn. Cornelius) Conſules fuerunt anno ab urbe condita DCLXXXII. ſive, ut alii supputant, DCLXXXIII. Abram.

Ex ſenatus ſententia) Iam alibi diximus leges Conſulares ad populum latas fuiſſe prævia Senatus ſententia: vide Sextianam cap. 65. *Deſcriptionem civitatis*. Quod de legibus curiatis debet intelligi. Dionyſius lib. 9. antiq.

εκ

tulerunt, qua lege videmus satis esse sanctum, uti cives Romani sint ii, quos Cn. Pompejus de consilii sententia sigillatim civitate donaverit. Donatum esse L. Cornelium, præsens Pompejus dicit; indicant publicæ tabulæ; accusator fatetur: sed negat ex fœderato populo quemquam potuisse, nisi is populus fundus factus esset, in hanc civitatem venire. O præclarum interpretem juris, auctorem antiquitatis, correctorem, atque

τας μεν πατριωτικας ψηφοφοριας εδει προβουλευομενας της βουλης, &c. *Tributorum curiatorum suffragia, præmisso Senatus decreto, ferri oportebat*: τας δε φυλετικας μητε προβουλευματος γενομενου. *Tributa sine prævio Senatusconsulto*: vide Livium lib 40. *Et leges de ambitu Consules ex auctoritate Senatus ad populum tulerunt*. IDEM.

Qua lege videmus satis esse sancti) Pantaghatus, *videamus sanxisse Senatum*. F. URSINUS. Codices Lamb. & Barb. omnesque Britann. tum omnes ante Lamb. editi, quos habeo, scribunt, *qua lege videamus satis esse sancti*: tantum Car. Steph. recte, *videmus*. Pantagathus, dum errorem illum emendare voluit, alio modo locum corrupit: quem tamen, ut nunc editum habemus, sanaverat jam Turnebus IV. Advers. 12. pro eoque, & pro Lambino facit Gruteri, Grævii- que silentium: & vim adverbii *satis* in hac lectione, locisque similibus illustravit Broukhusius ad Tibull. II. 7. 35. GAR.

De consilii sententia) Consilium militare intelligit: de quo plura diximus in Vatinium cap. 15. ad illa verba: *Bellici consilii auctores*. Cæsar lib. 3. de bello Gallico: *His nunciis acceptis Galba, consilio celeriter advocato, sententias exquirere cœpit*. Intererant autem huic consilio Legati, Quæstores, Tribuni militum, primorum ordinum Centuriones: interdum etiam Equites: quo spectasse videtur Poeta 9. Æneidos:

Ductores Teucrum primi, & delecta juventus,
Consilium summis regni de rebus agebant.

Vide ejus interpretes, & Lipsium lib. 2. de militia Romanorum, ac Valtrinum lib. 3. cap. 10. de re militari. ABRAM.

Sigillatim civitate donaverit) Lamb. *singillatim*, atque ita cod. Erfurt. & Barb. Sed in tribus MSis Brit. & in ed. Rom. principe illa est plane vox prætermissa. Vide porro Nonium p. 176. Merc. Cel. Ernest. ex uno Guelf. prætulit, *donarit*. GAR.

Nisi is populus fundus factus esset) *Fundum populum fieri*, ut ait Festus, *est populum ejus rei, quam alienat, fieri auctorem*: quo sensu accipiebat Balbi accusator: Vel quemlibet contractum ab alio factum ratum habere, & auctoritate sua comprobare, ut apud Plautum Trinummo, Lesbonicus adolescens absente patre Charmide, sororem suam Lysiteli despondcrat, ait Lysiteles actu 5. sc. 1.

Modo me Stasimus Lesbonici servus convenit, is
Mihi dixit suum herum peregre huc advenisse Charmidem,
Nunc mihi is propere conveniendus est, ut quæ cum ejus filio
Egi, ei rei fundus pater sit potior. —

Id est, approbet conditionem & sponsalia pater, cujus potior est quam filii auctoritas. Gellius lib 19. cap. 8. *Sed hæc ego*, inquit, *dixi, non ut hujus sententiæ, legisque fundus, subscriptorque fierem: sed ut ne Cæsaris viri docti opinionem ἀπαραμύθητον destituerem*. Iam Manutius præfatione hujus orationis: *Mihi omnino Festus Pompejus, & Plautus veriorem esse interpretationem accusatoris, Ciceronem autem servientem caussæ, sensum pervertisse facile persuadent*. Manutio adstipu-

Digitized by Google

atque emendatorem nostræ civitatis, qui hanc pœnam fœderibus adscribat, ut omnium præmiorum beneﬁ-

pulatur Hottomannus observationum lib. 2. cap. 5. *Si quis tamen*, ut Turnebi verbis utar lib. 4. adverſ. cap. 12. *propius inſpiciat*, *M. Tullium*; *intelliget vere*, *ſincereque argumentari ſine ulla captione verborum*. Non enim negat *fundum*, idem eſſe negat atque *alienatis auctorem*, ſed tantum negat quod pertendebat adverſarius: *Neminem e fœderato populo fieri poſſe civem Romanum*, *niſi is populus fundus*, *& auctor factus eſſet*. Neque adverſarium tam reprehendit, quod male vocem *fundum* interpretatus fuerit, quam quod malus fuerit juris interpres, malus antiquitatis auctor, & imperite dixerit, *fœderatos populos fieri fundos oportere*. Abr. Vide quid de hac locutione, & re, *niſi is populus fundus factus eſſet*, memoriæ prodiderint viri doctiſſimi Sigonius lib. 1. de jure Italiæ cap. 4. & diſſertationes de populis fundis Nicolai Rigaltii, Iſmaelis Bullialdi, & Henrici Valeſii, quæ ſunt in noſtro antiquitatum Romanarum theſauro, in tomo ſecundo p. 1932. & ſequentibus. Recte vero Valeſius ὁ πάνυ obſervavit, fundum, cum de populis dicatur, non ſignificare ſtatum quemdam aut conditionem populorum, eo modo, quo, cum populus liber aut fœderatus, ac ſocius appellatur, ſtatus & conditio illius declarari ſolet. Fundum enim populum nihil aliud eſſe, quam auctorem ſubſcriptoremque. Itaque populum non dici fundum eſſe, ſed fundum fieri: quæ ſunt certiſſima & veriſſima. Nam *fundum alicui rei* eſſe, nihil aliud eſt, quam auctorem alicui rei eſſe, rem aliquam approbare, & auctoritate ſua efficere, ut illa res rata ſit, ut patet ex Plauti, Feſti, Gellii locis, quæ viri docti attulerunt, & magis patebit ex ſequentibus, cum ſingula hujus orationis argumenta expendemus. Græv. Id vero unum, quod Valeſii cauſam magis promoveret, ab eo tamen miſſum, adjungam. Nam quo pacto *fundi* vox populorum ſtatum deſignaverit, quæ populorum genus nullum conſtituit? quis auctor umquam inter populorum genera, ſicuti *liberos*, *ſocios*, *fœderatos* numerari ſcimus, ita *populos fundos* recenſuit? id numquam fando auditum fuit. Imo ii ipſi liberi, ſocii, fœderati, etſi, ubi legem aliquam Rom. adſciſcerent, continuo *fundi* fiebant, id tamen totum ad punctum temporis, quo lege ſeſe adſtringerent, non ad inhærentem populo qualitatem, ſive ἕξιν, pertinebant. Credo me hactenus Valeſii ſententiam adeo non obſcuraſſe, ut potius illuſtriorem, atque robuſtiorem effecerim. Atqui totum hoc ante Iuliam legem locum obtinere potuit; poſt Iuliam, Plotiamque, idque in maxima Italiæ parte non item. Poſt eam enim legem populi municipiorum (nam de coloniis, utpote ab Roma propagatis, non attinet dicere) qui antea ſive liberi, ſive ſocii, ſive fœderati eſſent, non aliter civitatem adſequebantur, quam ſi in hunc legum pandecten „ (qui in tabulis Heracl. continetur) „ fundi facti eſſent; in aliis vero rebus patrios mores, aut quidvis aliud tempori congruens ſequi permitterentur. Itaque poſt id tempus illud *fundi*, aut *fundani* vocabulum ſtatum civitatum Italicarum conſtituebat. Mazoch. *in Tabul. Heracl.* p. 472.

Qui hanc pœnam fœderibus adſcribat) Pœna illa erat, quod nemini fœderatorum liceret civitatem Romanam accipere, quæ illi offerebatur ab Imperatore Romano, niſi populus ille, cujus civis fuerat, fundus factus huic juri civitatis, quo donabatur, eſſet, hoc eſt, niſi approbaſſet illud beneficium Imperatoris Romani, ut eo liceret illi, in quem collatum erat, frui. Itaque dicit hoc ſi verum eſſet, *omnium præmiorum*, *beneficiorumque noſtrorum expertes fieri fœderatos*: quia in nullum poſſet a Romano beneficium conferri, niſi illi fundus fieret populus, a quo duxerit ortum: quod merito Cicero negat. Græv.

Quid

Digitized by Google

neficiorumque nostrorum expertes faciat fœderatos! Quid enim potuit dici imperitius, quam foderatos populos fieri fundos oportere? nam id non magis est proprium fœderatorum, quam omnium liberorum. Sed totum hoc, judices, in ea fuit positum semper ratione, atque sententia, ut, cum jussisset populus Romanus aliquid, si id adscivissent socii populi, ac Latini,

Quid enim potuit dici imperitius, quam fœderatos populos fieri fundos oportere? nam id non magis est proprium fœderatorum, quam omnium liberorum) In iis verbis aliquam esse obscuritatem recte Bullialdus animadvertit. Est igitur hujus loci sensus iste, non posse quempiam ex populo aliquo civitate Romana participem fieri, nisi is populus fundus factus sit, id non magis pertinere ad fœderatos, quam ad liberos populos. Par enim utrobique ratio est. Atqui in populis liberis id falsum est, ergo etiam in fœderatis. Hoc est argumentum Ciceronis, quod oratorio more fusius exsequitur. Atque ita explicanda esse hæc verba, ipse indicat Cicero non longe postea, cum ait cap. 11. *Sed cum est illud imperitissime dictum de populis fundis, quod commune est liberorum, non proprie fœderatorum. Ex quo intelligi necesse est, aut neminem ex sociis civem fieri posse: aut etiam posse ex fœderatis.* Minor autem illa propositio Ciceronis, id scilicet falsum esse in populis liberis multis exemplis a Cicerone mox comprobatur in cap 11. Multi in civitatem recepti ex liberis fœderatisque populis. Sic H. Valesius in dissertatione de populis fundis. Accusatoris Balbi imperitia, quam exagitat Tullius, in hoc posita est, quod tradiderit, neminem posse jus civitatis Romanorum accipere, nisi populus suus fundus factus fuerit huic juri, hoc est nisi approbaverit jus illud, & facultatem ei fecerit jus illud accipiendi. Quod imperitissime dictum esse contendit. Nam si hoc verum esset, neminem etiam ex sociis civem posse fieri, nisi civitas sociorum, in qua natus sit & educatus, ante fundus huic rei factus esset. *Nam id*, inquit, *non magis est proprium fœderatorum, quam omnium liberorum*. Id jus nimirum, ut possint fundi fieri illis rebus, ac illis legibus, quas ex Romanis legibus adsciscebant. Hoc licebat tam liberis populis, quam fœderatis, non vero ut fundi fierent illi beneficio, quod Romani in bene meritos de republica conferebant suo arbitratu. Hujus rei judicatio neque ad fœderatos, nec ad socios, & liberos pertinebat. Non enim jus fundum fieri extendebatur ad jus civitatis Romanæ. Alioqui nullus potuisset fœderatus aut socius civis Romanus fieri, nisi Imperator Romanus cognovisset populum illius hominis, quem hoc jure volebat donare, fundum huic beneficio factum esse. Hæc si tenemus, facile prætervehemur ceteros scopulos, qui tantam crucem fixerunt hominibus doctis. Cum igitur absurdum hoc esse Cicero docuerit, populum debere fundum fieri juri civitatis, hoc est approbare & ratum habere illud beneficium populi Romani, quo donaretur socius, aut fœderatus, subnectit & ostendit in sequentibus, quidnam illud sit *fundum fieri*, idque plane non pertinere ad jus civitatis, sive beneficia populi Romani. Nulli itaque sunt populi fundi, quos finxerunt docti. GRÆV.

Totum hoc judices, in ea fuit positum ratione, &c.) Hoc est, id omne, cum dicitur populus fundus fieri alicui legi, in hoc consistit, quod possit legem a Romanis latam approbare, & pro sua uti. IDEM.

tini, et, si ea lex, quam nos haberemus, eadem in populo aliquo, tamquam in fundo, resedisset: ut tum lege eadem is populus teneretur: non ut de nostro jure aliquid diminueretur: sed ut illi populi aut ju-

re

Si ea lex, quam nos haberemus, eadem in populo aliquo, tanquam in fundo, resedisset) Non est hæc vera ratio, cur dicatur *populus legi fundus fieri*, sed ludit in vocabulo *fundus*, ut sæpe in multis aliis. Vera ratio est, si ea lex, quam habebant Romani, approbata esset & rata habita ab aliquo populo socio, aut fœderato, tum apud illum populum illo loco erat hæc lex, ac si ab ipsis esset lata. IDEM. Habes hic etymologiam ævo, & ingenio Varroniano dignam. Arqui ad istas metaphoricas originationes si sit recurrendum; potius erit, ut in hoc vocabulo *fundus* pro fundamento accipiatur. Nam sicuti fundus est vasorum, conceptaculorum, fluminis, maris imum (Servio enim *fundus fastigio* opponitur) h. e. basis, ac fundamentum; ita nullum aliud juris actuum fundamentum est, quam is, penes quem auctoritas residet, quem propterea *fundum* antiqui vocarunt. Tullianum istud, *residere in fundo*, peculiariter de vasorum fundo usurpatur. MAZOCH. *l. c. p.* 471.

Vt tum lege eadem) Pantagathus delebat particulam *tum*. F. VRSINVS.

Vt tum lege eadem is populus teneretur) Tenebantur ergo socii, & fœderati ea lege populi Romani, quam adsciverant, ita ut & accusare ex ea lege civem Romanum, & ipsi coram magistratu Romano caussam dicere ex ea lege tenerentur. Quemadmodum docet Gellius in lib. 16. cap. 13. de municipibus scribens: *Nullis aliis necessitatibus, neque ulla populi lege adstricti, nisi in quam populus eorum fundus factus est*. H. VALESIVS. *Teneri lege* nihil est, nisi illam legem observare, sive cogi ad illam legem observandam: ut apud Iustinum 1. 1. *populus nullis legibus tenebatur*, nullas habebat leges scriptas, ad quas adstrictus erat. Sic populi fœderati, socii, municipia, coloniæ non obstricti erant in leges Romanas, nisi in quas fundi facti erant, hoc est quas adsciverant pro suis, non tamen, ut propterea Romæ apud magistratum Romanum, fœderatum aut socium possent accusare propterea, quod in sua civitate legem, cui fundus factus erat ejus populus, violasset: sed hæ controversiæ disceptabantur secundum illam legem a judicibus suæ civitatis: quod & H. Valesius post animadvertit. Sic enim ait in sequentibus: Re accuratius perpensa, non videtur mihi nunc vero simile socios & Latinos, qui legem Furiam, verbi gratia, de testamentis adsciverant, coactos fuisse apud magistratum disceptare de testamento, si quæ forte controversia inter ipsos nata esset. Id tantum dicit Cicero, populum, qui legem populi Romani adscivit, eadem lege teneri: ex eo autem non sequitur, cives ex fœderato populo, qui fundus factus fuerat, caussam Romæ dixisse. Quod si ita fuisset, non id taciturus erat Cicero; quippe qui tantopere laborat, ut nihil de jure populi Romani imminutum esse demonstret, cum populi fundi facti fuerant. Et verbum *adsciscendi*, quo utitur Cicero, hanc videtur vim habere, ut populi, qui legem Romanam adsciverant, ea deinceps tanquam sua usi fuerint. Sed de his quæ conjectura sola nituntur, lector suo arbitrio statuet. Hæc vir summus. Sed non est conjectura, sed ipsa veritas. Nihil enim aliud est, *adsciscere legem*, quam *fundum legi fieri*, &, quod sequitur, *teneri lege*, quam adscivisti, perinde ac si a tuo populo lata esset. GRÆV.

Non ut de nostro jure aliquid minueretur) Id est, non ut minus juris esset populo Romano, si quem vellet ex eo populo, qui legem aliquam adscivisset, civitate Romana donare. Atque hoc est quod ait Cicero post:

Vi-

Digitized by Google

re eo, quod a nobis esset constitutum, aut aliquo commodo, aut beneficio uterentur. Tulit apud majores nostros legem C. Furius de testamentis: tulit Q. Voconius de mulierum hereditatibus: innumerabiles aliæ

Videbat enim populos de suo jure, non de nostro fundos fieri solere. Sic recte Valesius. Ius Romanorum erat ut civitate donarent quem vellent: jus fœderatorum, & liberorum erat, ut legem Romanam adsciscerent, quam vellent, & pro sua uterentur. In illud jus Romanorum nihil juris erat fœderatis, de suo jure, hoc est de illo, quod vellent ex legibus Romanis suo adscribi, poterant agere liberrime: poterant illi legi aut fundi fieri, aut eam non adsciscere, prout eis videbatur e re sua esse. Porro scripsi ex Erfurt. Franc. & edd. priscis *d minueretur*, pro vulgato *minueretur*. GRÆV. Adstipulantur Grævio etiam cod. Barb. & prior Ver. unde jam constat, Lambinum jure, nec sine libris, emendasse, *deminueretur*. GARAT.

Sed ut illi populi aut jure eo, quod a nobis esset constitutum, aut aliquo commodo aut beneficio uterentur) Affert rationes, cur populi fundi fieri soliti sint, & legem aliquam pop. Rom. adsciscere. Prima est, ut jure civili populi Romani uterentur: ut cum socii & Latini legem Furiam de testamentis, aut aliam quampiam adsciverunt. Secunda est, ut commodo aliquo aut beneficio uterentur, puta cum iidem socii legem Iuliam, qua Latinis & sociis civitas data est, adsciverunt: vel cum leges aliquas adsciverunt, quibus præmium dabatur accusatori, qui senatorem Romanum ejus criminis reum peregisset. Quod quidem præmium sæpius additum fuisse legibus Romanis, quicunque antiquitatis Romanæ periti sunt non ignorant. Talis fuit lex Servilia, cujus in hac ipsa oratione meminit Cicero. Potest etiam hic locus intelligi de lege, qua immunitas vel privilegium aliquod concessum fuerat sociis ac Latinis: verbi gratia, cum Romani post bella civilia omnibus non modo stipendiariis, sed etiam liberis, ac fœderatis populis remissionem æris alieni, seu novas tabulas concesserunt. Quam legem omnes quidem libentissime adsciverunt: soli Rhodii legis illius commodo uti noluerunt, ut Dio testatur in Rhodiaca p. 331. H. VALESIUS. Sociis licuisse fundum fieri legi Iuliæ de civitate Latinis & sociis data mihi nunquam persuaserim. Nam erat hoc beneficium, quod in solos illos conferebatur, qui in lege fuerant nominati. Itaque rectius intelligitur de illis legibus, quibus præmium aliquod accusatori, aut indici definiebatur. GRÆV.

Furius) Iustinianus Inst. de lege falcidiæ: *Olim lege* XII. *tabularum libera erat legandi potestas, ut liceret vel totum patrimonium legatis erogare* (*quippe cum ea lege ita cautum esset*, VTI QVISQVE LIGASSIT SVÆ REI, ITA IVS ESTO.) *Visum est hanc legandi licentiam coarctare*, &c. *Et cum super hoc tam lex Furia quam lex Votonia lata sunt*, &c. ubi vide Theophilum: & Vlpianum in D. tit. 1. §. 2. & lib. 28. de possessionibus §. 7. ABRAM.

Q. Voconius) Noster in Verrem de pretura urbana, C. Voconium appellat, epitome Liviana lib. 41. Q. Volumnium Saxam, sed mendose opinor ex librariorum incuria, eumque cum legem ferret Tribunum pl. fuisse testatur. Quando lata fuerit, constat ex Catone Majore, ubi de Ennio: *Ille autem Cæpione, & Philippo, iterum Consulibus, mortuus est: cum ego quidem quinque & sexaginta annos natus legem Voconiam voce magna, & bonis lateribus suasissem*. Idque Posthumio, & Qu. Fulvio Censoribus, ut constat ex edicto Verris Prætoris urbani, quod refertur loco Verrinæ proxime citato. Sanxit autem, ut ibidem dicitur: *Qui post eos censores census esset, ne quis heredem virginem, neve mulierem*

 fa-

aliæ leges de civili jure sunt latæ: quas Latini voluerunt, adsciverunt: ipsa denique Iulia, qua lege civitas

faceret. *Census* autem dicitur Asconio *pecuniosus*, *qui centum millia professione detulisset*: ac proinde *census* idem erit atque *classicus*: de quo Gellius lib. 7. Noct. Attic. cap. 13. *Classici dicebantur non omnes, qui in classibus erant, sed primæ tantum classis homines, qui centum & viginti quinque millia æris ampliusve censi erant. Infra classem autem appellabantur secundæ classis, ceterarumque omnium classium: qui minore summa æris, quam supra dixi, censebantur. Hoc eo strictim notavi, quoniam in M. Catonis oratione, qua legem Voconiam suasit, quæri solet, quid classicus, quid infra classem*. In summa scriptores inter se dissentiunt. Livius lib. 1. cum Asconio centum millia æris primæ classis censum fuisse dicit. Plinius lib. 33. cap. 30. centum ac decem millia, Gellius, ut vidisti, centum ac viginti quinque millia. Halicarnasseus lib. 4. primam classem fuisse dicit, *ἧς το μεγιςον τιμημα ην της ουσιας ουκ ελαττον μνων. Cujus maximus census erat non minor centum minis*. Erat autem mna sexagesima pars talenti, ut alibi probandum erit ex oratione Demosthenis contra Pantænetum, eaque octo drachmas, & unam tertiam continebat. Et ut ad nostratem monetam redigamus per dena millia æris, Budæus libro 5. de asse centenos aureos intelligit: ac proinde classici sive censi dicebantur, qui censum non minorem mille aureis professione detulissent, ad quos solos lex Voconia pertinebat, ne videlicet heredem virginem, neve mulierem facerent: heredem, inquam, ex asse: potuit enim aliqua pars hereditatis ad eas pervenire. Noster 2. de Finibus 55. *Aderamus nos quidem adolescentes, sed & multi amplissimi viri: quorum nemo censuit plus filiæ dandum, quam posset ad eam lege Voconia pervenire*. Quis autem modus in hac mulierum hereditate præscriptioque teneretur, videre est apud Dionem lib. 56. *Των τε γυναικων τισι και παρα τον Ουοκωνιον νομον, καθ' ὀν ουδεμια αυτων ουδενος υπερ δυο ημισυ μυριαδας ουσιας κληρονομειν εξην συνεχωρησε τυτο ποιειν, και ταις αειπαρθενοις παντα ὁσα περ αἱ τεκουσαι ειχον, εχαρισατο. Mulierum quibusdam, etiam preter Voconiam legem, secundum quam nulli earum supra sexquiduas myriadas, licebat ullam hereditatem adire, id facere permisit, & Vestalibus omnia matronarum, quæ ter enixæ sunt, jura concessit*. Iam cum, auctor est Plutarchus in Antonio, quinque & viginti myriades efficerent decies, id est mille sestertia, sesquiduæ myriades erunt centum sestertia, quæ sola ex omni paterna hereditate ad virgines, aut mulieres pervenire potuerunt. De hac eadem lege Augustinus lib. 3. de civit. cap. 21. *Lata lex Voconia, ne quis heredem filiam faceret, nec unicam filiam, qua lege quid iniquius dici, & cogitari possit, ignoro*. Abram. De lege Voconia vide doctissimam dissertationem summi nostri amici Iacobi Perizonii. Grav.

Iulia) Non C. Iulii Cæsaris, qui & amicus erat Balbi, & cum habita est hæc oratio Gallias obtinebat, sed Luc. Iulii Cæsaris illius, qui Consul fuit bello sociali, & ut narrat Epitome Liviana lib. 73. *feliciter contra Samnites pugnavit, ob eam victoriam Romæ saga posita sunt*. Paulo post, ut fuse narrat Appianus 1. de bellis civilibus, & strictim Vellejus lib. 2. *Romani victis, afflictisque ipsi exarmati, quam integris universis, civitatem dare maluerunt*. Ab hoc igitur Luc. Iulio Iulia lex de civitate nomen accepit. Lata fuit anno 663. ut notat Sigonius lib. 3. de antiq. jure Italiæ. Abram. *Iulia*) hæc & ipsa pertinebat ad jus civile, seu privatum populi Rom. ut Furia, & Voconia. Nam lex Iulia erat de civitate (cum) sociis, & Latinis communicanda. Civitas autem est juris privati: ut me monuit Carolus Annibal Fabrottus, doctissimus antecessor. H. Valesius.

Ipsa denique Iulia, qua &c. qui fundi populi facti non essent) Si minus in ce-

vitas est sociis, et Latinis data, qui fundi populi facti non essent, civitatem non haberent. In quo magna

cetera Tullii de fundis controversia, at saltem in Iuliæ verbis his, *qui fundi &c.* vox *fundus* populi statum permanentem notat. Ajo primum, in Iuliæ verbis τὸ *fundus* in populis tam late patere, quam *fundanus* (quæ vox a *fundus* inclinatur, sicuti *vicanus*, *paganus*, *&c.*) in municipiis, & municipibus; ita ut utrumque vocabulum de universis Digesti legibus adsciscendis, vel non, intelligi debeat. Atqui τὸ *fundanus* in hoc Kapite XII. „ (Digesti legum in tabulis Heracl. servati) " ita prorsus accipitur. Ergo & lex Iulia, ex qua noster Pandectes prodiit, non minus ample *fundus* accepit: eaque de causa τὸ *fundi* absolute usurpavit, non addito, eccui, aut ecquibus legibus fundi fieri deberent. Deinde, sicuti negari non potest, quin *fundanus* in municipio qualitatem inhærentem, non vero actum transeuntem, notaret: ita & vox *fundus* de populo legem Iuliam cum suo Digesto adsciscente, non dubium, quin statum, & conditionem populi stabilem, atque inhærentem designet. MAZOCH. *l. c. p.* 474.

Qui fundi populi facti non essent) Hottomannus putat quædam ante hæc deesse, qui consulatur lib. II. Observat. cap. 20. GRUTER. *Qui populi fundi facti non essent, civitatem non haberent*) Profert Cicero caput legis Iuliæ, in quo mentio fiebat populorum fundorum. Et recte omnino Bullialdus observat legem loqui de universitate, id est, de universo populo, cui civitas daretur, non de singulari civitate unius populi, contra quam Nicolaus Rigaltius senserat, Hic ergo sensus est hujus capitis legis Iuliæ, ut ex sociis, & Latinis ii tantum populi civitatem Romanam haberent, qui auctores subscriptoresque hujus legis essent, seu, qui eam legem sua sententia suisque decretis comprobassent. Sed miror, quod ajunt Rigaltius, & Bullialdus accusatorem Balbi hoc præcipue capite legis Iuliæ usum fuisse. Id enim Cicero non dicit. Errat etiam meo judicio idem Bullialdus, cum scribit legislatorem hoc capite jus Romanæ civitatis ad pauciores restrinxisse, ad populos scilicet bene meritos, qui leges Romanas adsciscendo, obnoxios se illis fecissent. Non enim aliæ leges hoc capite intelligunatur, sed ipsa lex Iulia. Itaque dupliciter fallitur Bullialdus in hujus capitis explicatione, tum quod hæc verba, *ut qui populi*, de omnibus exteris populis dici existimavit, cum tamen dicantur de sociis & Latinis, tum quod verba illa quæ sequuntur *fundi facti essent*, ad omnes populi Romani leges retulit, cum de sola lege Iulia accipienda sint, cui fundos fieri oportebat socios Italici nominis ac Latinos, si civitatem consequi vellent. Porro totus hic locus ita scribendus videtur: *Ipsa denique Iulia, qua lege civitas ita est sociis, & Latinis data, ut qui populi fundi facti non essent, civitatem non haberent*. Hæc enim ultima verba Ciceronis ipsius sunt, non legis Iuliæ, ut plerique existimant. H. VALESIUS. Invitis omnibus MSS. & edd. *ita* & *ut* inculcat Valesius. In hanc sententiam virum summum impulit, quod crediderit cum aliis, *qui populi fundi non essent*, caput esse legis Iuliæ, falso. Non sunt hæc verba legis Iuliæ, sed Ciceronis, quod de ultimis *civitatem non haberent* ipse vidit Valesius. Cui bono, quæso, Cæsar hæc verba suæ legi, qua civitatem Latinis dabat, adjecisset? Nemo Romanorum, ac Latinorum ignorabat, nullum sociorum lege Romana teneri, nisi ipse fundus illi legi fieret, ac invito non beneficium dari, & obtrudi. Cicero cum dixit lege Furia, Voconia, aliisque Romæ latis legibus socios, ac fœderatos non teneri, nisi illi fundi facti essent, addit, quin nec lege Iulia, quæ civitatem dat Latinis, ac sociis, illos teneri, qui nollent hoc beneficio uti: nec enim civitatis jus ullum populum illa

illa lege potuisse consequi, nisi qui fundus ei legi Iuliæ factus esset. Hæc quæ Cicero adjecit, non legebantur in ullo capite legis Iuliæ. Minus obscuritatis esset, si pro *haberent*, scriberetur, aut scripsisset Tullius, *habebant*: sed illud quoque ferri potest, & explicari. Grav. Valesii epistolam ex eius schedis castigatiorem edidit P. Burmannus secundus. Ibi emendationi suæ addit aliam voculam Valesius legens: *Ipsa denique lex Julia; qua lege &c.* subditque: *hæc enim Ciceronis ipsius verba sunt*, quod in omnia cadit, non tantum in postrema. Sensisse illum puto idem cum Mazochio ad Tab. Heracl. p. 473. qui cum Valesio ita pugnat, ut ex legis Iuliæ capite summatim hæc suis verbis a Tullio referri concedat, quod erat omnino necesse, quodque ipsum ex Valesii observatione conficitur. Iam Rigaltius ex his Tullianis conatus fuerat ipsa legis verba componere. Sed mittamus has tricas: cujusnam verba sint, nihil interest: rei caput est, fueritne in lege ista sanctio. Adfirmant Rigaltius, Bulialdus, Valesius, Mazochius, & in Ind. Leg. Ernestus. Verum ceteri sic cautum intelligunt, ut ipsi Iuliæ legi fundos fieri populos oporteret, quibus civitas dabatur: Mazochius autem eam legem sanxisse putat, ut fundi fierent ii populi in legum Romanarum Pandecten, quem in tabulis Heracl. inventum ipse publicabat: qui populi in civitatem ea conditione venerant, eos ait *fundanos* esse dictos: hoc sibi velle *municipii fundani* mentionem in tabulis factam, quæ ad notissimum oppidum *Fundos* referri nequit. Totum hoc doctissime, atque acutissime adstruit vir celeberrimus. Mihi vero de hoc Tullii loco tantummodo meditanti, unus videtur Grævius sententiam ejus optime adsecutus. Etiamsi Mazochio concedatur, legem Iuliam ita plane sanxisse, ut ille vult: adhuc nego, ex his Tullii verbis id demonstrari posse, nego Tullium ad eam rem animum hic intendisse. Qui enim declarandum sumserat, quas in leges liberi populi fieri fundi possent, in exemplum adferre non poterat conditionem legis Iuliæ, quæ socios, & Latinos in certas leges ab ea propositas fundos fieri, si civitatem adipisci vellent, diserte requirebant. Differt enim admodum a libera facultate legum adsciscendarum, de qua heic agitur, accipiendæ civitatis expressa conditio. Quæ quidem ad Balbum non attinet: lis enim erat de generali jure fœderatorum, deque iis legibus, quæ, fundi ne ii fierent, nec ne, nihil cavebant, qualis erat Gellia Cornelia, in quam Cicero numquam dicit idcirco Gaditanos fundos fieri non oportuisse, quod nominatim a lege id non permitteretur. Hæc sententiam Grævii omni ex parte communiunt: quod pluribus ostenderem, nisi longios esse nollem in re, ut mihi videtur, apertissima. Ciceronem igitur hoc dicere arbitror: socii, & Latini civitatem nunc non haberent ex lege Iulia, quamvis in eorum gratiam latam, nisi eam adscivissent. Dicit autem, *qui fundi populi facti non essent*, h. e. si qui facti non essent, quia facti erant omnes. Quod magnopere observandum est: ita enim obscuritas ea tollitur, quam in verbo *haberent* putabat esse Grævius. Omnes autem intelligendi sunt, quibus civitas lege Iulia dabatur, nimirum qui in fide permanserant, sive ut ait Appianus p. 641. ed. Toll. *εν τῃ συμμαχια*: quod recte de L. Iulia viri docti capiunt, veluti Spanhem. Orb. Rom. I. 13. & Mazoch. p. 489. licet Appianus uni Senatui tribuat: neque enim tribuit Sex. Cæsari, ut Mazoch. putat, cum ibidem Sextum illum Procos. appellans, se de Consulatu L. Cæsaris, qui Sexto successit, legemque hanc tulit, loqui declaret. Confer Spanhem. l. c. Porro in eo, quem dixi, numero erant Heracliensės, quod etiam aliunde ostendit optime ipse Mazoch. p. 491. idemque de Neapolitanis sentiendum omnino est: ut mirum sit virum summum p. 473. ita loqui quasi lex Iulia pertineret ad eos, qui bellum Romanis indixerant. Verum est, Italicos omnes civitatem cupisse: sic tamen, ut multi fœdus non fregerint, & in his qui civitatem spernerent, non deessent. Hinc exemplum a Tullio prolatum: quo demonstrat egregie, liberam in leg

Iu

gna contentio Heracliensium, et Neapolitanorum fuit, cum

Iulia recipienda sociorum voluntatem fuisse. Neque tamen omnium sine contentione consensus eam libertatem minuisset, quæ heic unice spectanda est, ut ipsa civitatis petitio certe non minuit. Etiam duos illos populos in legem Iuliam fundos tandem fuisse factos, aperte hic locus ostendit. Mazochius p. 115. de Neapoli aliter sensit: sed p. 492. Neapolitanos lege Iulia in civitatem venisse fatetur ex aliis locis Tullii perspicuis, idemque postea propugnavit egregie vir doctissimus Nic. Ignarra de Palæstra Neapol. p. 165. & seqq. Strabonemque cum Tullio verissime conciliavit. Sententiam meam facto ipso confirmari gaudeo: ita enim mihi persuasi, Tullium heic fuisse dicturum, eos populos legem Iuliam repudiasse, non de ea contendisse, si ad extremum repudiaverint; etiamsi non constaret aliunde, ab iis receptam jamdiu fuisse. Imo, si alii fuerint, qui lege uti noluerint, mirer, cur non eos potius nominaverit, & cur non scripserit, *qui fundi populi facti non sunt, civitatem non habent*, vel, *non habuerunt*. Mazoch. d. p. 115. 492. obscurum ejus contentionis exitum heic relinqui putavit, fortasse quia caput Iuliæ huc inducebat, quod tamen non penitus obstabat. Verum non dissimulabo fieri posse, ut, quoniam jampridem illi etiam Italici, qui contra temp. arma tulerant, civitatem adepti fuerant SCis, aut etiam legibus Iuliam extendentibus, quæ appendices ejus quædam existimantur, de quibus vide Spanhem. l. c. & Mazoch. p. 490. 492. 555. ut, inquam, Tullius de Italicis omnibus loqui voluerit, qui profecto ad propositum pertinebant omnes, & brevitatis ergo solam legem Iuliam nominarit. Si Floro III. 18. 5. *omne Latium* bello sociali contra Romanos stetisse dicenti credendum esset, opinionem hanc solide firmarent verba Ser. Sulpicii apud Gell. IV. 4. quædam jura apud Latinos valuisse observantis *ad id tempus, quo civitas universo Latio lege Iulia data est*. Sed celeb. Dukerus Florum eo loco docte refellit & magis est, ut ipse Sulpicius Latinos arma in Romanos non movisse confirmet. Ego Tullii verba ultra L. Iuliam, ut lata est anno DCLXIII. amplianda non censui, quod SCa quomodo facta fuerint, & an sola extiterint, ignoremus: imo verisimile sit aliis legibus hostes, armis depositis, paullatim admissos in civitatem fuisse, quæ suo nomine id egerint, Iulia non memorata: Tullium autem has, potiore contentum, omisisse; simul quia nulla fuerit in his adsciscendis legibus orta dissensio. Quod si constaret, SCis tantummodo rem actam esse, quæ Marsos, verbi causa, tum Lucanos lege Iulia comprehendi decreverint; aut si lex Iulia sanxerit, ut ii cives essent, quos recedentes ab armis Senatus admiserit: tunc hos omnes Italicos dicerem ea lege civitatem habere. Nam quod ait Cicero, *ipsa denique Iulia*, pro ablativo accipi potest, & forte debet. Nihil enim planius hac constructione: *ipsa denique Iulia* (lege), *qua lege &c. civitatem non haberent* (ii populi), *qui fundi populi* (ei legi) *facti non essent*. Omnes tamen nominativum heic intelligunt, & recte est. *Ipsa denique Iulia* (lata est; quod commode subauditur, cum *sunt latæ* præcesserit), *qua lege civitas est sociis, & Latinis data*: tum quod sequitur, *qui fundi populi facti non essent, civitatem non haberent*, eodem plane modo dictum est, quo illud superius, *quas Latini voluerunt, adsciverunt*, eique membro egregie respondet. Harum utra constructio placeat, non Valesianæ solum emendationi locus est nullus, sed ne subaudire quidem eadem illa *ita ut* omnino possumus, quæ subaudienda sæpius inculcat Mazochius. A quo animi mei sensus me invitum dissentire coegit: sed, si fallar, ejus opinionem objiciendo firmasse gaudebo. GARATON.

In quo magna contentio Heracliensium &

cum magna pars in iis civitatibus fœderis sui libertatem civitati anteferret. Postremo hæc vis est istius et

& Neapolitanorum fuit, cum magna pars in iis civitatibus fœderis sui libertatem civitati anteferret) Cum lex Iulia Romæ lata esset, qua civitas sociis in Italia & Latinis dabatur, Neapolitani & Heraclienses concionem populi advocarunt, ut in commune consulerent, quidnam facto opus esset. Utrum beneficium sibi oblatum amplecterentur, an repudiarent. Multi in iis civitatibus reperti sunt, qui cum honorem civitatis Romanæ aspernarentur, mallentque fœderati esse quam cives Romani. H. VALES.

Heracliensium) Varia fuerunt oppida Heracleæ nomine insignia. Ea autem Heraclea, cujus hic mentio, fuit in sinu Tarentino, de qua Plinius lib. 3. cap. 11. *Inter Sirin & Acrin* (duos amnes) *Heraclea, aliquando Siris vocitata*. ABRAM.

Iuris sui libertatem) Libri veteres habent, *fœderis sui libertatem*. LAMB. *Fœderis sui libertatem civitate anteferret*) Ita Pall. meliores, item Erfurd. & S. Victor. prius cusi, *juris sui libert. civitati antef.* Hottomannus lib. 11. Observat. cap. 20. adjiciendam putat *civitati nostræ*. GRUTERUS. Recte *fœderis*; sed *civitate* cur prætulerit Gruterus *civitati* contra Latinæ linguæ rationem, & omnes editiones tam vetustiores, quam recentiores Victor. Lamb. Manutii, & aliorum, non exputo. GRAV. Mendum est typorum Grut. *civitate*. Grævius in V. L. ait, edd. aliquot vetustiores habere *fœderis*: forte duas, quas ipse habuit. Valesius male de omnibus id affirmat. Spanhem. Orb. Rom. I. 5. 120. lectionem *juris* P. Manutio tribuit, cum tamen hæc sit in Rom. in utraque Ven. Md. Naug. Herv. &c. Non mala est, defendique potest ex II. Agr. 31. *Puteolos vero, qui nunc in sua potestate sunt, suo jure, libertateque utuntur*. Sed libris melioribus standum est, ex quibus primus Car. Steph. in V. L. protulit *fœderis*. In quatuor Brit. & in cod. Barb. desunt omnia a verbo *Tulit* ad *Postremo*. GARATON.

Fœderis sui libertatem) Fœderati enim liberi erant, ut docet Proculus in leg. 7. ff. de capt. & postl. revers. Hæc autem libertas fœderis adimebatur civitate Romana: populus enim, qui in civitatem Romanam transierat, fœderatus populi Romani amplius esse non poterat. Consensum autem ipsorum populorum intercedere oportebat, ut civitatem Romanam adipiscerentur. Invito quippe beneficium non datur. Hinc est quod Livius dicit, Prænestinos ob virtutem civitate donatos non mutavisse, quod idem est ac si diceret, fundos factos non fuisse. H. VALESIUS. Adjiciendum erat fundos factos non fuisse illi legi nimirum, quæ civitatem iis dabat. Nam simpliciter nulli populi fundi dicuntur, quamvis aliquam legem Romanam communi consensu adscivissent. Hoc semper subauditur. Sic in sequentibus, *ut fundi populi* fiant sc. alicui legi, hoc est ut illis liceat adsciscere aliquam legem. GRAV. De hac libertate, cujus ratione populi *liberi* dicebantur, egimus ad c. 2. pro Cœl. In eaque magnificum fuisse quiddam facile judicabitur, tum ex re ipsa, tum etiam quod multi eam populi studiose retinuerint, multi ab Romanis in beneficii loco petiverint. Hinc Valesiana illa ratio ducitur, quam probat Spanhemius O. R. I. 15. Heineccius, aliique plurimi. Quamquam enim civitatis Romanæ jura in tanta imperii magnitudine, tantoque honore civium, ac dignitate summopere expetenda cuivis essent, non deerant tamen homines φιλοπατρίδες, Græci præsertim, qui parvam remp. suam tenere mallent, quam alienam augere, nomenque tenue splendido anteponerent. Sed quærendum adhuc existimo, cum par esset, aut etiam major in mutata civitate libertas, utrum eos homines solum propriæ reip.

reip. nomen in eam mentem adduceret, an vero mutatio quoque legum accederet. De antiquioribus temporibus non loquor, de quibus vide Duker. ad Liv. IX. 43. verum de lege Iulia, plenoque jure civitatis. In re obscurissima summus eruditorum dissensus est. Ever. Otto de I. Col. & Mun. p. 30. putat municipiis post legem Iuliam idem juris esse coepisse, quod antea Latinis, ut non nisi quas vellent Romanas leges adsciscerent: idque verum esse posse ait l. c. Dukerus. Huc trahitur Tullii locus pro Cluent. 15. a Perizonio de L. Voconia p. 213. qui tamen in contrarium verti potest ex iis, quae disputat Wieling. Lect. Iur. II. 24. in eam nempe sententiam, quam propugnat Sigonius de ant. jure Ital. II. 7. qui populi pleno jure in Romanam civitatem venirent, eos legibus Rom. omnibus adstrictos fuisse. Quod ille quidem ex hoc ipso Tullii loco, & ex Gellio confici perperam censuit: utebatur enim vitiosa Gellii editione: eumque refutans l. c. Spanhemius veram lectiorem, quam ex MSis protulit Rigaltius, & probavit Mazochius ad T. H. p. 468. 476. & nuper Cl. Otho, ex Tullio recte cum Valesio explicat, qui supra h. c. de Latinis idem dicit, quod Gellius de municipiis. Hoc moneo, quia Dukerus, obscuro Spanhemii stilo deceptus, eum dixisse putat, etiam Tullium heic loqui de municipiis civium Rom. quod neque ille credidit, neque alius quisquam, qui locum attenderit. Nitebatur vero Sigonius veteri quoque hujus loci lectione, *juris sui libertatem*: quam etiamsi praeferremus, anceps heic esset nomen *juris*, neque necessario pertineret ad leges. Neque item certum pro Sigonio argumentum est II. Agr. 31. probabile ibi tamen: cum enim Puteoli, civitas libera, municipiis opponatur, ut ad c. 2. pro Cael. ostendimus, & *suo jure uti* dicatur, potest id capi de legibus, quas proinde proprias municipii non haberent. Sed alia Sigonio adjumenta non desunt, quibus Gellium non accurate tempora, & genera municipiorum distinxisse credamus: modo ne omnem plenam αὐτονομίαν municipiis eripiamus.

Nam, si Romanorum leges in genera dispertiemur, multas inveniemus, quae a pleno civitatis jure abesse nequeunt, alias, quae separari vix possunt, alias, quibus cives omnes teneri convenit. Multas contra municipes sibi sciscere, aut ab eorum majoribus scitas retinere aequum erat, aut etiam necessarium. Hanc opinionem firmabat jam olim epistola Tullii VI. ad Div. 18. in qua de generali certe lege ad municipia civium spectante sermo est, atque ex iis quidem, quas municipalis αὐτονομία vindicare sibi facile poterat. Nunc vero postquam insignes tabulas Heracleenses protulit Mazochius, vix dubitandi superest locus. Eas considerari magnopere velim, ut illa municipiorum αὐτονομία, nuperis doctorum scriptis tantopere celebrata, quam non latis fuerit circumscripta limitibus, intelligatur. Scriptae videntur paullo post legem Iuliam perlatam, magno civium numero adscito, ut concedit ipse Mazoch. p. 493. Leges dant iis hominibus, qui hac latissima formula continentur. QVAE. MVNICIPIA. COLONIAE. PRAEFECTVRAE. FORA. CONCILIABVLA. C. R. SVNT. ERVNT. Magna quidem earum parte caremus: vide Mazoch. p. 382. Sed qui tam minuta ibi conspicit περι της πολιτειας, de tota αὐτονομίᾳ facillime statuet: quam hisce legibus valde imminutam vir ille doctissimus saepe & agnoscit, & praedicat: cujus etiam commodissima illa ratio est, qua Gellius cum facto ipso conciliatur, fundos in eas leges Italicos populos esse factos. Adde, quae notat ex Strabone Cl. Ignarra de Pal. Neap. p. 172. Iam vero Graeci, qui Romanam civitatem repudiandam censebant, in eo magnum causae suae firmamentum habuisse videntur, quod patriae leges magnam partem essent mutandae. Qua de re adeo nihil dubitat celeb. Mazochius p. 473. ut libertatem foederis eos homines putet hoc uno nomine praetulisse. At ista ratio, nisi fallor, cum Valesiana illa maxime conjuncta est: simul eosdem homines veritos arbitror, ne civitatum suarum mores, atque instituta in barbariem, ut ipsi appellabant, lege Iulia recepta, deflecterent, ac paul-

la-

Digitized by Google

et juris, et verbi, ut fundi populi beneficio nostro; non suo jure fiant. Cum aliquid populus Romanus jussit, id si est ejusmodi, ut quibusdam populis sive fœderatis, sive liberis, permittendum esse videatur, ut statuant ipsi non de nostris, sed de suis rebus, quo jure uti velint: tum, utrum fundi facti sint, an

latim penitus interirent. Quamquam enim egregia illa omnia impensè probem, quibus Cl. Ignarra l. c. p. 94. & seqq. Strabonis locum illustravit: tamen intelligo, primum longe plura, quam quæ in Strabonis querela sunt, in avorum suspicione relinquenda esse: deinde suspicionem illam facto mirifice comprobari; evenerunt enim ea certe, quæ Strabo aut ferenda, aut verbis non deploranda putabat: ad hæc, illa ipsa instituta Græcorum, quæ Romana civitas Neapoli non removit, Heracleæ tamen, & in plerisque magnæ Græciæ oppidis intercidisse, denique, civitate, legibusque mutatis, fieri non potuisse, ut plane omnia retinerentur, quæ non quidem in legibus, verum in moribus erant, disciplinaque Græcorum. Ergo *libertas fœderis*, cujus commoda, quantum poterat, novis civibus permissa docent Tabulæ Heracleenses p. 415. in solo nomine non erat posita, sed etiam in legum arbitrio, patriisque institutis, atque domesticis. Quin imo, si Latinis, ac sociis Italicis hoc jus lege Iulia relictum fuerit, ut Romanorum legibus, nisi fundi fierent, non tenerentur, persuasum habeo, Tullium hoc capite aliter locuturum fuisse: nunc etenim indicat non obscure, jus istud civitatis adquisitione peremtum esse, si totum caput attente consideres. GARAT.

Ut fundi populi beneficio nostro, non suo jure fiant) Non enim jus habent populi liberi ac fœderati adsciscendi leges populi Romani, easque sua sententia ac suffragio comprobandi, sed ut id faciant permittit populus Romanus: nec leve illud erat beneficium populi Romani, ut partem juris sui cum sociis & Latinis communicaret. H. VALESIUS.

Id si est ejusmodi) Non igitur omnia jussa, & scita populi Romani permittebantur adsciscere socii, ac fœderati, uti ex hoc loco liquet manifestissime. Quænam autem essent illa, quæ non permittebantur fœderatis, docet mox Tullius, quæ scilicet ad remp. ad imperium, & ad statum rei Romanæ pertinebant. IDEM.

Ut quibusdam populis, sive fœderatis, sive liberis permittendum esse videatur) Sic fœderatos, & liberos jungit Proculus in leg. VII. citata. Fœderati quidem populi sunt liberi, ut jam dixi, sed non omnes liberi populi sunt fœderati. *Liber populus*, ait Proculus, *est is, qui nullius alterius populi potestati est subjectus. Sive is fœderatus est*, &c. Liber ergo generis vicem obtinet. Populi enim alii sunt liberi, alii stipendiarii; ex liberis alii fœderati, alii sine fœdere. Per liberos autem populos intelligere videtur Cicero, socios atque amicos populi Romani, quibuscum fœdus nullum scriptum intercedebat, ut patet ex illis, *Sed cum est illud imperitissime dictum de populis fundis*, &c. IDEM.

Permittendum esse videatur) Hæc permissio dupliciter intelligi potest, primo, ut Romani petentibus sociis, ac fœderatis id permiserint, ut leges suas adsciscerent, quemadmodum doctissimus Bullialdus censuit. Secundo ut id fieri passi fuerint Romani, & dissimulaverint, quæ tacita permissio dici potest. Certe Cicero id postulatum fuisse non dicit. IDEM.

Ut statuant ipsi non de nostris, sed de suis rebus) Hoc est, quod Cicero paullo post dicit: *Videbat enim populus*

Digitized by Google

an non; quærendum esse videatur: de nostra vero republica, de nostro imperio, de nostris bellis, de victoria, de salute, fundos populos fieri noluerunt.

9. Atqui si imperatoribus nostris, si Senatui, si populo Romano non licebit propositis præmiis elicere ex civitatibus sociorum, atque amicorum fortissimum, atque optimum quemque ad subeunda pro salute nostra pericula; summa utilitate, ac maximo sæpe præsidio in periculis, atque asperis temporibus carendum erit. Sed, per deos immortales, quæ est ista civitas, quæ amicitia, quod fœdus, ut aut nostra civitas careat in suis periculis Massiliensi propugnatore, careat Gaditano, careat Saguntino: aut, si quis ex illis populis

los de suo jure, non de nostro fundos fieri solere. Ex quo patet, fundum fieri nihil aliud esse, quam statuere & velle, seu auctorem esse, & sententia atque auctoritate sua aliquid comprobare. Notandum porro; discrimen est inter hæc duo, *suo jure*, & *de suo jure*. Populi non fiebant fundi suo jure, sed beneficio populi Romani, fiebant autem fundi de suo jure, ut de suis rebus statuerent. IDEM.

De nostra vero republica, de nostro imperio, de nostris bellis, de victoria, de salute, fundos populos fieri noluerunt) Id est, majores nostri noluerunt, ut populi liberi ac fœderati de republica nostra, de bellis ac victoriis quidquam statuerent, nempe ut eas leges, quæ ad statum rei Romanæ pertinerent, sibi adsciscerent. Fere enim in eas leges, quæ de jure civili latæ essent, fundi populi fiebant, non vero in eas leges, quæ ad jus publicum populi Romani spectabant. Hinc est, quod superius dixit Cicero: *Innumerabiles aliæ leges de jure civili latæ sunt*, &c. Et longe post loquens de lege Gellia, qua sancitum erat, ut cives Romani essent ii, quos Pompejus ex consilii sententia, id est, causa cognita, civitate donasset, *Huic*, inquit, *generi legum fundos populos fieri non solere*. IDEM.

Atqui si imperatoribus nostris, &c.) Vt hæc cum superioribus cohæreant, sic interpretari oportet. Atqui si imperatoribus nostris, & senatui, & populo non licebit fortissimum quemque ex fœderatis, & sociis civitate donare, nisi fundi, id est auctores facti fuerint fœderati, statuentur de nostro imperio, de nostra republica, de nostro jure, de nostris bellis ac victoriis, atque ita in eorum potestate situm erit, an fortissimos viros in nostram civitatem adsciscamus, privabuntque nos, si voluerint, opera atque auxilio fortissimorum virorum. IDEM.

In periculis atque asperis temporibus carendum erit) Erfurt. *periculis atque asperis temporibus carendum nobis erit*. GRAV. Recte adest præpositio in ceteris libris omnibus: sed non solus Erfurt. verum etiam cod. Lamb. egregius interserit *nobis*, quod verbum adeo receperat ipse Lamb. & ante illum Car. Stephanus, bonis libris instructus, ac tandem restituendum arbitror. GAR.

Massiliensi propugnatore, Gaditano, Saguntino) Inter fœderatos populos eximia quadam erga populum Romanum fide, & benevolentia præstantissimi fuerunt Massilienses, Saguntini, Gaditani: de Massiliensibus vide pro Flacco c. 26. Iustinus lib. 43. urbem Ro-

Digitized by Google

pulis sit exortus, qui nostros duces auxilio laboris; commeatus, periculo suo juverit, qui cum hoste nostro cominus in acie sæpe pugnarit, qui se sæpe telis hostium, qui dimicationi capitis, qui morti objecerit, nulla conditione hujus civitatis præmiis affici possit? Etenim in populum Romanum grave est, non posse uti sociis excellenti virtute præditis, qui velint cum periculis nostris sua communicare: in socios vero ipsos, et in eos, de quibus agimus, fœderatos, injuriosum, et contumeliosum est, his præmiis, et his honoribus exclusos esse fidelissimos, et conjunctissimos socios, quæ pateant stipendiariis, pateant hostibus, pateant sæpe servis. Nam et stipendiarios ex Africa, Sicilia, Sardinia, ceteris provinciis multos civi-

Romanam a Gallis captam, incensamque, *publico funere Massilienses prosecuti sunt, aurumque, & argentum publicum, & privatum contulerunt, ad explendum pondus Gallis, a quibus redemptam pacem cognoverant: ob quod meritum & immunitas illis decreta, & locus spectaculorum in Senatu datus, & fœdus æquo jure percussum*. Iidem Cæsari patriæ bellum inferenti constantissime restiterunt: Cæsar, Dio, Plutarchus, &c. De Saguntinorum fide & calamitate Polybius, Livius, Appianus, ceterique rerum Romanorum scriptores. *Saguntini*, ut ait Petronius, *ab Annibale oppressi humanas edere carnes*, quod testatur etiam Juvenalis sat. 15. & insinuat Silius lib. 2. Punicorum. Tandem, ut ait Valerius lib. 6. cap. 6. *Collatis in forum, quæ unicuique erant charissima, atque undique circumdatis, accensisque ignis nutrimentis, ne a societate nostra desciscerent, publico, & communi rogo semetipsos superjecerunt*. Hæc ille. Abr.

Auxilio laboris, commeatus) Lamb. *auxilio, labore, commeatu*: recte, sed ex conjectura, ut opinor. Mox Rom. ambæ Ven. Ald. Herv. & cod. Barb. *Est enim in P. R. grave*, & ita forte Erfurt. nam in V. L. mendum est. Infra iidem mei libri, excepto Gerv. *pateant servis*. Gar.

Stipendiarios ex Africa, Sicilia, Sardinia) Sociis, quibus erat cum populo Rom. fœdus, heic diserte stipendiarii opponuntur. Contemtissimi adeo hi censentur, servis tantum, hostibusque potiores. Erant enim duriore inter provinciales conditione, ut notum est, recteque Manut. ad Divin 3. & Hottom. ad III. in Verr. 6. existimarunt. Quo fit, ut hoc maxime utatur verbo Tullius rei huic exaggerandæ perapto: cum tamen eo ipso d. c. 6. aperte constet, fuisse quidem in Africa stipendiarios, in Sicilia vero nullos, sed tantum vectigales. Ibi enim verborum proprietas erat certe spectanda, quæ servatur etiam IV. in Verr. 60. ubi *socii, vectigales*, & *stipendiarii* accurate distinguuntur. Non postulabat talem diligentiam hic locus, ut neque ille Divin. 3. ubi legimus, *socii, stipendiariique P. R. adflicti*. Aliter id Manut. aliter Hottom. capit. Quid, si neutri accedamus, sociosque ibi pro fœderatis, aliisque sine fœdere immunibus, ac liberis, quales ab Tullio d. c. 6. Siculi aliqui memorantur, accipiamus: stipendiarios autem, ut

Digitized by Google

civitate donatos videmus: et, qui hostes ad nostros imperatores perfugissent, et magno usui reipublicæ nostræ fuissent, scimus civitate esse donatos: servos denique, quorum jus, et fortunæ conditio infima est, bene

ut hoc loco, vectigales quoque continere dicamus? Aliquando sane *vectigal* pro stipendio positum, & hoc illo contineri verbo, ad l. c. III. in Verr. 6. observavimus. An sive ideo partem pro toto genere nominari, sive confundi similia, & adfinia non poterunt? Iam in ipsa Sicilia Plinius III. Hist.Nat.8. populos XLVII. *stipendiarios* enumerat, qui *vectigales* proprie dicendi erant ex Tullio: imo inter hos duo recenset, Halicyenses, & Halesinos, qui erant immunes, nisi conditionem, cum scribebat ille, mutaverint. *Plurimis civitatibus veteres immunitates* Tiberius ademit, ut narratur a Svetonio c. XLIX. Verum tantane rerum est facta conversio, ut Sicilia pæne omnis ex vectigali evaserit stipendiaria? Observandum est autem, Siculos infra c. 18. non nominari, ubi est accurata locutio, *si Afris, si Sardis, si Hispanis, agris, stipendioque multatis*. GAR.

Qui hostes ad nostros) Exemplum ponet in Sabinis cap. 13. Sed id rarum. Quod vel ex eo liquere potest, quod ne Onesimo quidem Macedoni civitas data fuit, sed in formulam sociorum referri jussus a Senatu, eique Tarenti domus empta. Vide Livium 44. Pedianus in Pisonem refert Mutino cuidam, *quod in Sicilia cum equitatu suo transierat ad nos, civitatem datam, ædesque, & pecuniam ex ærario*. ABRAM.

Servos denique) Livius lib. 2. de Vindicio servo, qui filiorum Bruti conjurationem detexerat: *Pecunia ex ærario, libertas, & civitas data. Ille primum dicitur vindicta liberatus*, &c. *Post illum observatum, ut qui ita liberati essent, in civitatem accepti viderentur*. Imo quocunque modo libertatem assequerentur, videntur adepti fuisse civitatem: de vindicta Persius:

—— *quos mea Quirites*
Vertigo facit. ——

De manumissis testamento idem:

Hesterno capite induto subiere Quirites.

De censu liberatis, vel ex ipso nomine planum est, sed vide Milonianam c. 22. IDEM.

Quorum jus & fortunæ conditio infima est) Copula & non est in plerisque scriptis: ideoque malebat Gulielmius, *vi fortunæ*: at ego præposuerim lectionem S. Victoris, *quorum, vis, fortuna, conditio, infima est*: nisi forte præstet *jus*. GAUTERUS. *Vis* hic locum non habet. Rectius alii *jus*. Servorum hæc est sors & fortuna, ut cogantur omnia ferre & pati, hinc Floro 3. 20. *servi per fortunam in omnia obnoxii sunt*, hoc est coguntur omnes injurias, & contumelias dominorum ferre, quibus non datur actio injuriarum in dominos. Ideo sunt deterioris juris, quam alii homines, & illorum conditio omnium est pessima, propterea Floro ibidem eleganter dicuntur *secundum genus hominum*, hoc est inferioris loci, & ordinis, quam ceteri homines, de quo loquendi genere dixi in Hesiodeis lectionibus cap. 4. Quid si Cicero scripserit, *quorum vi fortuna conditio infima est*. Nam primo abest copula in iis quoque libris veteribus, quos ego versavi; deinde quia jus, & vis eodem modo scribitur in antiquioribus membranis, nimirum *us*. Cum aliique intruserunt copulam, *et* transiit in *us*. Fortunæ autem vi, sive injuria ad imam hominum conditionem sunt redacti, quæ est mancipiorum. GRÆV. Ego vero nihil puto esse liquidius, quam Tullium scripsisset, *quorum jus, fortuna, conditio*. Ita diserte jampridem exhibebat codex ad Lambini marginem præstantissimus, cui concinit ille S. Victoris,

Digitized by Google

bene de republica meritos, persæpe libertate, id est civitate publice donari videbamus.

10. Hanc tu igitur, patrone fœderum, ac fœderatorum, conditionem statuis Gaditanis, tuis civibus ut, quod iis, quos Gaditanis adjutoribus armis subegimus, atque in ditionem nostram redegimus, liceat si populus Romanus permiserit, ut ab Senatu, al imperatoribus nostris, civitate donentur, id ne licea ipsis? qui si suis decretis, legibusve sanxissent, ne quis suorum civium castra imperatorum populi Romani iniret, ne quis se pro nostro imperio in periculum capitis, atque in vitæ discrimen inferret; Gaditanorum auxiliis, cum vellemus, uti nobis non liceret: privatim vero, ne quis vir et animo, et virtute præcellens, pro nostro imperio periculo suo dimicaret; graviter id jure ferremus, minui auxilia populi Romani, debilitari animos fortissimorum virorum,

ris, in eo tantum peccans, quod habeat *vis*, nisi erratum legentis est ex dubia scriptura profectum, quam vidi etiam in cod. Barb. cum tot aliis exhibente, *jus fortune conditio*. Male item *vis* habent omnes, quos vidi, ante P. Manut. editi. I. de Offic. 13. *est autem infima conditio, & fortuna servorum*: pro Mil. 34. *in infimi generis hominum conditione, atque fortuna*. GARAT.

Publice donari videbimus) *Iudicamus* videtur legendum, ut respondeat superioribus, *videmus*, *scimus*. F. VRS. Melius emendabit Manut. *videmus*. atque ita duo MSi Britann. Sed forte Cicero indicat, exempla isthæc non esse recentia. Hinc Ernest. malebat, *vidimus*. GAR.

Quos Gaditanis adjutoribus, armis, &c.) Pal. nonus, Turing. S Victor. *quos magis adjutoribus tuis armis*. GRVT. Hi libri confirmare videntur Lambinianam lectionem, *quos, Gaditanis tuis adjutoribus, armis subegimus*, quam non adnotat unde petierit, sed in mentem sine MSorum indicio ei venisse non arbitrer. Supra ed. Rom. princeps, sec. Ven. Ald. & Hervag. *conditionem statuis tuis civibus*. GAR.

Id ne liceat ipsis?) Delebat hic interrogationis notam Pantagathus, quam ad verbum *privari* paullo infra reponebat, & recte: pro *id est*, vetus liber habet *&*: ut sit, *pro libertate, & civitate*. F. VRSIN.

Privatim vero, ne quis) Lamb. *privatim vero si, ne quis*. Cur ita? est enim absurdum, *si privatim sanxissent*; ut autem *privatim* conjungas cum *dimicaret*, non est opus particula ulla interposita. Legendum est conjuncte, *privatim vero ne quis*: superiora enim de publicis auxiliis civitatis intelligo, hæc vero de singularium civium voluntaria militia. Itaque, si locus est sanus, videtur *ut* subaudiendum ad præcedentia, quæ in cod. Barb. meisque ante Naug. editis ita leguntur: *Gaditanorum auxiliis uti, cum vellemus, non liceret*. Hic male idem Barb. Ald. & Hervag. *privatus vero* Rom. & ambæ Ven. *privatis*. Sine causa item Lamb. supra pro *inferret* supponit *offerret*. Aptissima enim vulgata

rum, alienigenarum nos hominum studiis, atque externa virtute privari. Atqui nihil interest, judices, utrum hæc fœderati jura constituant, ut, ne cui liceat ex his civitatibus ad nostrorum bellorum pericula accedere: an, quæ nos eorum civibus, virtutis caussa, tribuerimus, ea rata esse non possint: nihil enim magis uteremur his adjutoribus, sublatis præmiis virtutis, quam, si omnino his versari in nostris bellis non liceret. Etenim cum pro sua patria pauci post genus hominum natum reperti sint, qui, nullis præmiis propositis, vitam suam hostium telis objecerint: pro aliena republica quemquam fore putatis, qui se opponat periculis, non modo nullo proposito præmio, sed etiam interdicto?

11. Sed, cum est illud imperitissime dictum de populis fundis, quod commune est liberorum populorum, non proprium fœderatorum: ex quo intelligi ne-

gata est, qua militis voluntas, & fortitudo abunde declaratur: vide quæ notavimus ad c. 19. pro Sulla. Infra *id* expunctum a cel. Ernesto vollem. GAR.

Alienigenarum nos hominum studiis) Erfurten. *alienigenarum nos studiis*. GRÆV. Hæc varietas in V. L. cum sequenti conjungitur, quasi iisdem in libris exstet. Sed neque Lamb. neque Grut. neque mei libri omittunt *hominum*. In Aldina primum conspexi *externa*, codice Barb. cum reliquis veteribus consentiente. Male quoque supra Græv. in V. L. codicem Erfurt. a Turingico separat: vide ad c. 42. pro Planc. GAR.

Atque paterna virtute privari) Revocavi scripturam edd. antiqq. item Pall. & Gembl. S. Victor. postea impressi prætulere *externa virtute*. GRUT. Non tamen revocavit illam scripturam, sed reliquit *externa*. Quamvis vero *paterna* referat etiam Erfurtensis & Francii libri, revocandum tamen non est, adversante loci sententia. GRÆV.

Nihil enim magis) Lamb. *nihilo enim magis*: sed solus, & nullo addito testimonio librorum, quod tamen hæc desiderat, quamvis elegans, & vero proxima, emendatio. GARAT.

Qui multis præmiis propositis) Sic legendum est, *qui multis præmiis propositis*, inquam, non, ut vulgo, *qui nullis præm. prop.* Quod facile intelliget, qui attente leget, & qui videbit, argumentum esse a majore hoc modo. Si multis præmiis propositis paucissimi reperti sunt post homines natos, qui se pro patria in discrimen vitæ offerrent, quanto pauciores reperientur, qui nullo præmio proposito, pro aliena rep. dimicare velint? LAMBIN. *Qui nullis præmiis propositis, &c.*) Stulte admodum Lambinus nobis objecit *multis*, libris omnibus invitis, imo & ratione. GRUT.

Populis fundis) Cicero tametsi in explicatione populorum fundorum ab adversario Balbi minime dissentiat, tamen in explicatione illius verbi diutius immoratus est, propterea quod accusator ille Balbi omnium fœderati

Digitized by Google

necesse est, aut neminem ex sociis civem fieri posse; aut etiam posse ex fœderatis: tum vero jus omne noster iste magister mutandæ civitatis ignorat: quod est, judices, non solum in legibus publicis positum, sed etiam in privatorum voluntate. Iure enim nostro neque mutare civitatem quisquam invitus potest, neque, si velit, mutare non potest, modo adsciscatur ab

ratis tribuendo, de jure, atque auctoritate populi Romani aliquid minuisse videbatur. Cum enim Gaditanus ille dixisset, ex fœderato populo neminem potuisse fieri civem Romanum, nisi is populus fundus factus esset, sic fundum fieri populum explicabat, cum scita ac jussa populi Romani sua sententia comprobaret. Quæ verba auctoritatem aliquam videbantur innuere, quasi fœderati de legibus ac scitis populi Romani statuerent, quæ vellent. Quamobrem Cicero vim juris ac verbi illius pluribus explicandam putavit, ut doceret, fundos populos fieri beneficio populi Romani, nec suo jure, sed permissu ipsius adsciscere leges, non quas ipsi vellent, sed quas populus Romanus permisisset. Denique non de populi Romani rebus ipsos statuisse, sed de suis duntaxat. Hinc toties verba illa repetit atque inculcat, *ut populi fundi beneficio nostro, non suo jure fiant*. Et paullo post: *Id si est ejusmodi, ut populis liberis ac fœderatis permittendum esse videatur, ut statuant ipsi non de nostris, sed de suis rebus*. H. VALESIUS. Beneficium populi Romani aliud nullum fuit, quam quod omnibus fœderatis, sociis, ac liberis legem quam vellent ex jure civili Romano adoptare pro sua, & illa uti liceret, si modo populus factus esset fundus. Hoc ut possint fundi fieri legibus, quas adsciscebant, adipiscebantur non suo jure, sed beneficio populi Romani, qui id omnibus, quos dixi, permiserat. GRÆV. In hoc loco: illud nostra interest, quod videtur hic aperte Tullius *populos fundos*, tamquam si ea vox ἕξιν (*habitum*) sive statum permanentem (non vero actum transeuntem, illum, quo populi auctores fiunt) notet, usurpasse, imo & populos fundos cum populis liberis, sociis, fœderatis (quæ verba populi statum notant) comparasse. Hæc quomodo cum sua sententia stent, Valesius viderit. MAZOCH. *ad Tab. Eracl.* p. 475. Atqui cel. Ernestus hæc verba, *de populis fundis*, adjectitia suspicatur ob eam potissimum causam, quod statum illum permanentem significare censeat, quem in libero aliquo, quamvis socio, aut fœderato populo agnoscere, durum facile videatur. Sed Cicero transitionis causa heic repetit superiora illa c. 8. *quid enim potuit dici imperitius, quam fœderatos populos fieri fundos oportere? nam id non magis est proprium fœderatorum, quam omnium liberorum*. Inde igitur hæc sunt explicanda: neque verba *de populis fundis* ejicienda, quæ apertum continent indicium rei, quam posuit adversarius. Imo a conditione his verbis inclusa pendent omnino sequentia: *aut neminem ex sociis civem fieri posse, aut etiam posse ex fœderatis*. GAR.

Neque mutare civitatem invitus) Vide fuse pro domo sua cap. 29. & 30. & pro Cæcinna a cap. 33. ad 35. ABRAM.

Neque si velit mutare non potest) Ita est in vulgatis, & puto recte: Ant. Augustinus legit, *Neque si velit non mutare non potest*; in quo idem sentit cum aliis, sed putat non posse idem sentiri sine illo *non*: atque si ita interpungat, videbit non opus esse *non*: *neque si velit mutare non potest*. F. URSIN.

Cujus

Digitized by Google

ab ea civitate, cujus esse se civitatis velit: ut, si Gaditani sciverint nominatim de aliquo cive Romano, ut sit is civis Gaditanus, magna potestas sit nostro civi mutandæ civitatis, nec fœdere impediatur, quo minus ex cive Romano civis Gaditanus possit esse. Duarum civitatum civis esse nostro jure civili nemo potest: non esse hujus civitatis civis, qui se alii civitati dicarit, potest. Neque solum dicatione, quod in calamitate clarissimis viris Q. Maximo, C. Lænati, Q. Philippo Nuceriæ, C. Catoni Tarracone, Q. Cæ-

Cujus esse se civitatis velit) Lamb. *cujus esse se civem civitatis velit*. Sane potuit vox *civem* propter simile sequentis initium omitti: verum nullus liber viro summo favet; atque immo sequentia obstant c. 12. *sed nos non possumus & hujus esse civitatis, & cujusvis præterea*: & ibid. *multarumque esse eosdem homines civitatum*, tum c. 13. *ne quis nostrum plus quam unius civitatis esse possit*, ubi æque imprudenter Manutius malebat, *unius civitatis civis esse*, cum superiores omnes locos intactos reliquerit, ut Lambinus inferiores. GAR.

Nostro jure civili) Cod. Barb. quatuor Britann. & mei ante Naug. editi habent. *Duarum civitatum civis noster esse jure civili nemo potest*. Sed recte, *nostro jure civili*, h. e. eo jure, quo nostra civitas utitur. Satis profecto fuisset, *nostro jure*, ut paullo supra, & pro Cæc. 34. *cum ex nostro jure duarum civitatum nemo esse possit*. Hoc vidit Ernestus: cujus egregia est observatio in Ind. p. 381. quam retulit in Thes. L. L. Gesnerus, *jus civile* appellari a Tullio privatum. Sed non magnum inde arbitror ad vocem *civili* retinendam impedimentum afferri. IDEM.

Q. Maximo) Crediderim Quintum illum Fabium intelligi, qui P. Rutilii gener fuit: de quo Valerius lib. 2. cap. 7. *P. Rutilius Consul eo bello quod in Sicilia cum fugitivis gessit, Q. Fabium generum suum, quia negligentia Tauromenitanam arcem amiserat, provincia jussit decedere*. Sed nihil affirmo. ABRAM.

C. Lænati) Cajum, opinor, Popilium Lænatem illum, cujus celebris illa legatio: de qua Cic. Philipp. Vellejus lib. 2. Livius 45. ejusdem Epitome: *Popilius virga Regem circumscripsit: jussitque antequam circulo excederet, responsum daret, qua asperitate effecit, ut Antiochus bellum omitteret*. De ejus tamen exilio nihil mihi compertum. IDEM. V. Manut.

Q. Philippo) Eum fortasse Q. Martium Philippum intelligit, qui cum Quinto Servilio Cæpione proxime ante Paulum Æmilium Consul fuit, qui etsi, ut ait Livius, & ejus epitome lib. 44. *per invios saltus penetravit in Macedoniam, compluresque urbes occupavit*: Legati tamen ad visendum exercitum missi graves de eo querelas retulerunt: eumque damnatum fuisse constat, ex eo quod non triumphavit: nam, ut ait Orator in Pisonem 38. e Macedonia imperio consulari, *nemo rediit, qui incolumis fuerit, qui non triumpharit*. IDEM.

Nuceriæ) Est urbs Vmbriæ, hodie *Nocera*. GARV. Nuceriam Campaniæ potius intelligerem. GAR.

C. Catoni) Verrina de signis 22. *Cum Consul fuisset, condemnatus est. Ita C. Cato duorum hominum clarissimorum nepos, L. Pauli, & M. Catonis; & P. Africani sororis filius: quo damnato tum, cum severa judicia fiebant L. S. XVIII. millibus lis æstimata est*. Imo, ut ait Vellejus libro 2. *Repe-*

Q. Cœpioni, P. Rutilio Smyrnæ, vidimus accidisse, ut earum civitatum fierent cives, hanc ante amittere non potuissent, quam hujus solum civitatis mutatione vertissent: sed etiam postliminio potest civitatis fieri mu-

tundarum ex Macedonia damnatus est, dum lis ejus IV. millibus æstimaretur: adeo illi viri magis voluntatem peccandi intuebantur quam modum, factaque ad consilium dirigebant, & quid non in quantum admissum foret æstimabant. Cui consentit frumentaria cap. 80. vide. ABRAM.

Tarracone) Tarraco est urbs Hispaniæ citerioris, nunc *Tarragona*. GRÆV. Lamb. ex MSis *Tarracone*, & ita cod. Barb. & prior Ven. sed vulgatam firmant veteres lapides, Silius III. 369. Iter Antonini, &c. Sic passim *Terracinam*, & *Tarracinam* exhibent MSi: atque adeo hoc ipso loco unus Britann. *Tarracinæ*, alius, *Terracenæ*. Mox autem scribo cum optimo Erfurt. *Zmyrnæ*. Iampridem hanc scripturam viri docti adseruerunt. Vide Lipf. Iac. Gronov. & Ernest. ad Tacit. IV. Ann. 59. Vossium ad Catull. p. 321. Broukhus. ad Propert. II. 13. 43. Ita scribe pro Flacco 30. pro Arch. 8. II. Agr. 18. &c. GAR.

Q. Cæpioni) Quintus Cæpio, ut refert Valerius lib. 6. cap. 11. *Præturæ splendore, triumphi claritate, Consulatus decore, Maximi Pontificis sacerdotio, ut Senatus patronus diceretur assecutus, in publicis vinculis spiritum deposuit, corpusque ejus funesti carnificis manibus laceratum in scalis Gemoniis jacens, magno cum horrore totius fori Romani conspectum est.* Dissentit, ut vides, a Cicerone, qui eum exulasse dicit, & apud Smyrnenses adeptum jus civitatis. Noster in Bruto 135. *Q. Cæpio vir acer & fortis: cui fortunæ belli crimini, invidia calamitati fuit.* Imo non dissentit Valerius; fuerunt enim duo Cæpiones. De posteriore idem lib. 4. cap. de amicitia: *Lucius Rheginus, &c Tribunus plebis Cæpionem in carcerem conjectum, quod illius culpa exercitus noster a Cimbris & Teutonibus videbatur deletus, veteris arctæque amicitiæ memor, publica custodia liberavit: nec eatenus amicum egisse contentus, etiam fugæ ejus comes accessit.* Vide Epitomem Livii lib. 67. & 2. de Oratore, Strabonem lib. 4. ABRAM.

Rutilio) De Rutilii innocentia & exilio vide quæ dicentur in Pisonem cap. 39. IDEM.

Hanc ante amittere non potuissent, quam hujus solum civitatis mutatione vertissent) Est parenthesis a *quod* ad *vertissent*, cujus recte signa unus olim Gryphius adposuit. Ea vero duobus constat partibus: altera, *quod in calamitate clarissimis viris —— vidimus accidisse, ut earum civitatum fierent cives*; altera, *hanc &c.* in qua pronomen plurale *illi* commode subauditur. Ita prima junguntur extremis: *neque solum dicatione, sed etiam postliminio potest civitatis fieri mutatio*. Alioquin *quod* irrepsisse pro *quomodo*, & *qui* ante *hanc* excidisse videretur. Cod. Barb. *ut earum civitatum fierent*, sine voce *cives*. Sed hæc posteriora verba, de quibus agimus, nescio difficiliusne sit emendare, an interpretari. Sententia videtur huc facere illa notissima, quam habet apertam locus pro Cæc. 34. *tum amittitur hæc civitas denique, cum is, qui profugit, receptus est in exsilium, hoc est, in aliam civitatem*: & alter pro Domo 30. *qui erant rerum capitalium condemnati, non prius hanc civitatem amittebant, quam erant in eam recepti, quo vertendi, hoc est, mutandi soli causa venerant.* Heic autem fortasse dicit, non modo damnatione, sed ne solo quidem vertendo civitatem amitti, quamvis exsilii causa mutatum fuerit, nisi adlectio in aliam civitatem accesserit, exsule non recusante. Quam quidem ut in ceteris quoque intervenisse credamus, exemplum Rutilii facit, quem, ut ait Tacitus IV. Ann. 43. *legibus pulsum, civem sibi Smyrnæi addiderant.* At verba in hanc sententiam

Digitized by Google

mutatio. Neque enim sine causa de Cn. Publicio Menandro, libertino homine, quem apud majores Legati nostri in Græciam proficiscentes interpretem secum habere voluerunt, ad populum latum, ut is Publicius, si domum revenisset, et inde Romam rediisset, ne minus civis esset. Multi etiam superiore memoria cives Romani sua voluntate indemnati, et incolumes, his rebus relictis, alias se in civitates contulerunt.

12. Quod si civi Romano licet esse Gaditanum sive exsilio, sive postliminio, sive rejectione hujus civita-

tiam non fine aliqua vi pertraxeris: *ante, quam hujus solum civitatis mutatione vertissent*, valebit antequam solum ita vertissent, ut hanc civitatem cum alia mutarint. Quæ si vis legitima est, quod non despero, bene est: sin minus, dabunt alii meliora. GAR.

De Cn. Publicio Menandro) Pomponius l. 5. de captivis, & postlimin. §. 3. *Captivus autem si a nobis manumissus fuerit & pervenerit ad suos, ita demum postliminio reversus intelligitur, si malit eos sequi, quam in nostra civitate manere: & ideo in Attilio Regulo, quem Carthaginenses Romam miserunt, responsum est, non esse eum postliminio reversum: quia juraverat Carthaginem reversurum, & non habuerat animum Romæ remanendi, & ideo in quadam interprete Menandro, qui posteaquam apud nos manumissus erat, missus est ad suos: non est visa necessaria lex, quæ lata est de illo ut maneret civis Romanus. Nam sive animus ei fuisset remanendi apud suos, desineret esse civis: sive animus fuisset revertendi, maneret civis: & ideo lex supervacua.* Orator tamen non sine caussa latum fuisse dicit, non quidem quod ea lex esset omnino necessaria, sed ut omnis dubitatio tolleretur. ABRAM.

Ut is Publicius) Manutius suspicatur glossema esse *Publicius*, ejusque suspicionem nonnihil adjuvat codex Barb. in quo inveni *Publicium*: tamen recta est nominis repetitio. GAR.

Si domum revenisset) Invexit hanc lectionem, quantum scio, P. Manutius, nemine, præter Gryphium, postea repugnante. Firmatur a cod. Barb. a tribus Britann. atque ita Plautus sæpe loquitur. Sed Rom. ambæ Ven. Ald. Naug. & Cam. duoque MSi Britann. *reversisset*: quod in permutatione facillima si quis præferet, eum magnopere considerare velim, an *domum revenire* propria videri possit hac in re, sollemnisque locutio, cum Tullius ita loquatur etiam I. de Orat. 40. primum de C. Mancino, deinde in exemplo huic simillimo, quod propterea integrum adscribo: *Si quis apud nos servisset ex populo fœderato, seseque liberasset, et postea domum revenisset, quæsitum est apud majores nostros, num is ad suos postliminio redisset, & amisisset hanc civitatem.* IDEM.

Sive exilio) Adverte tres modos mutandæ civitatis. Exilium, postliminium, rejectionem civitatis. De exilio pro Cæcinna 100. *Exilium enim non supplicium est, sed perfugium portusque supplicii. Nam qui volunt pœnam aliquam subterfugere aut calamitatem, eo solum vertunt: hoc est sedem ac locum mutant.* Paulo post: *Non adimitur his civitas, sed ab his relinquitur, atque deponitur. Nam cum ex nostro jure duarum civitatum nemo esse possit, tum amittitur hæc civitas denique, cum is, qui profugit, receptus est in exilium: hoc est, in aliam civitatem*

vit:tis: ut jam ad fœdus veniam, quod ad causam nihil pertinet, de civitatis enim jure, non de fœderibus disceptamus, quid est, quamobrem civi Gaditano in hanc civitatem venire non liceat? Equidem longe secus sentio: nam cum omnibus civitatibus via sit in nostram, cumque nostris civibus pateat iter ad ceteras civitates: tum vero, ut quæque nobiscum maxime societate, amicitia, sponsione, pactione, fœdere con-

tem. Qui autem exules recipiebantur, ii dicebantur se alii civitati dicare: eaque civitatis mutatio erat dicatio, ut ex hoc ipso loco planum est. De postliminio Cic. in Topicis 37. *Scævola autem P. filius junctum putat esse verbum, ut sit in eo & post & limen, ut quæ a nobis alienata sunt, cum ad hostem pervenerint, & ex suo tanquam limine exierint, dein cum redierint post ad idem limen postliminio videantur rediisse*. Vide orationem pro Cæcinna cap. 33. lib. 1. de Oratore c. 40. Paulus D. de postlim. & redempt. l. 19. *Postliminium est jus amissæ rei recipiendæ, & in statum pristinum restituendæ, inter nos ac liberos populos Regesque legibus constitutum. Nam quod bello amisimus, aut etiam citra bellum, hoc si rursus recipiamus, dicimus postliminio recipere*. Vide præterea Festum, & Notas Scaligeri. Rejectio dicebatur, cum indemnati & incolumes in alias civitates se conferebant, & ibi domicilio posito sponte renuntiabant pristinæ civitati. ABRAM.

Sive postliminio) Paullus Manutius adnotavit, postliminio amittere civitatem dici, qui civitate aliqua donatus, inde priorem in patriam revertisset: in quo vir disertissimus falljiur. Nam postliminio nemo civitatem amittit, sed recipit. Nimirum qui aut tempore belli captus ab hostibus inde redit in patriam, aut tempore pacis alio migravit & ibi in civitatem admissus est, cum redit in patriam suam, postliminio civitatem patriam recuperat, & priorem, in quam fuerat receptus, amisit, sed non postliminio. Nam postliminium est ἡ ἐπανάδος, reditus, reversio, ut recte glossæ veteres interpretantur. Nam ut *eliminare* expellere est, & tanquam e limine ejicere, sic contrarium est *postliminare*, intra limen denuo recipere, quod eliminatum fuerat, quæ verba sunt Claudii Salmasii in Observationibus ad Ius Atticum cap. 26. ubi vide pluribus virum maximum disputantem & de voce & de jure postliminii. Sic hoc loco, si civis Gaditanus Romæ fuit civitate donatus, postea tamen maluit reverti in patriam antiquam Gades, potest jure postliminii civitatem amissam recuperare. GRÆV.

Cum ex omnibus civitatibus via sit in nostram) Erfurt. *Cum omnibus civitatibus via sit in nostram*: quem sequor, ut similis sit locutio sequenti, *cumque nostris civibus pateat iter ad ceteras civitates*. IDEM. Nemo recentiorum paruit Grævio, idest, codici unico, eidemque optimo, sed nihil dignum laude præbenti. Mox in cod. Barb. & priore Ven. *ad ceteras iter civitates*. GAR.

Societate, amicitia, sponsione, pactione, fœdere) Societas est συμμαχία, & obligationem habet auxilii ferendi, amicitia non habet. Inter sponsionem, pactionem, & fœdus, est etiam diversitas, ut notat Sigonius lib. 1. de antiq. jure Italiæ cap. 1. Livius lib. 9. *Ocriculani sponsione in amicitiam accepti*. Pactio & sponsio fiebat per magistratus quoslibet, fœdus per solos fetiales. Livius lib. 9. agens de furcis Caudinis & sponsione: *Non, ut vulgo credunt, Claudiusque etiam scribit, fœdere pax Caudina,* *sed*

Digitized by Google

conjuncta est; ita mihi maxime communionem beneficiorum, præmiorum, civitatis, continere videtur. Atqui ceteræ civitates omnes non dubitarent nostros recipere in suas civitates, si idem nos juris haberemus, quod ceteri: sed nos non possumus et hujus esse civitatis, et cujusvis præterea: ceteris concessum est. Itaque in

sed per sponsionem facta est. Quid enim aut sponsoribus in fœdere opus esset, aut obsidibus, ubi precatione res transigitur? Per quem populum fiat quo minus legibus dictis stetur, ut eum ita Jupiter feriat, quemadmodum a fetialibus porcus feriatur? Spoponderunt Consules, Legati, Quæstores, Tribuni militum: nominaque omnium qui spoponderunt, exstant: ubi si ex fœdere acta res esset, præterquam duorum fetialium non exstarent. Et propter necessariam fœderis dilationem obsides etiam sexcenti equites imperati. ABRAM.

Conjuncta est) Cod. Lamb. Barb. & prior Ven. *est conjuncta*. Infra *continere* positum puto pro *habere*, ut de Fato c. 11. & XIV. ad Att. 22. quomodo etiam *possidere* pro Amer. 24. Apte adhibetur ad significandum, una re posita, aliam quamdam abesse vel non posse, vel non debere. GARAT.

Civitates omnes non dubitarent nostros recipere, &c.) Hæc est lectio Pall. omnium quibus accedit Erfurd. ac S. Victor. nam vulgata transposuit, *civitates non dubitarent nostros omnes*, &c. qua inductus fuit Guilielmius, ut conjiceret, *nostros homines*; quod nulla tam capax esset civitas, quæ omnes Rom. ad se reciperet: videtur cap. v. in Pœnulum. GRUT. Immo vero hæc Gruteriana lectio edita erat olim in Rom. principe, in sec. Ven. & ab Aldo seniore. Prima loci corruptio videtur esse in cod. Car. Steph. in Barb. in uno Britann. & in priore Ven. cum in his libris sit, *civitates omnes non dubitarent nostros omnes*. Quamquam iteratio illa optimam Guilielmii emendationem magis fortasse commendat. Satis etenim critice legi potest, *civitates omnes non dubitarent nostros homines recipere*. Pro *atqui* de more habent *atque* nonnulli codices, ut Guelf. & duo Britannici. GARAT.

Hujus esse civitatis) Præter hunc locum, ubi tot idem reperit, & illum ex oratione pro Cæcinna cap. 39. idem etiam testatur Cornelius Nepos in vita Attici de Atheniensibus: *Quo factum est, ut huic omnes honores quos possent, publice haberent: civemque facere studerent: qui beneficio ille uti noluit: quod nonnulli ita interpretantur, amitti civitatem Romanam alia adscita.* At Græcis alia consuetudo fuit, adeo ut non solum privatos, sed etiam Reges in suas civitates adsciscerent. Philippus Macedo epistola ad Senatum populumque Atheniensem: Υμεις εδοτε πολιτειαν Ευαγορᾳ τῳ Κυπριῳ, και Διονυσιῳ τῳ Συρακουσιῳ, και τοις εκγονοις τοις εκεινων. *Dedistis Evagoræ Cyprio, & Dionysio Syracusano, eorumque posteris civitatem.* Perdiccæ tamen optime merito, ut ait Demosthenes oratione deliberativa, *majores vestri non decreverunt civitatem, sed immunitatem duntaxat: magnam nimirum & præclaram & venerabilem suam patriam existimantes, & quovis majorem beneficio. Nunc vero Athenienses, homines perditos, servos servorum accepto tanquam pro aliis mercibus pretio cives facitis.* Et sic unus & idem poterat apud Græcos esse plurium civitatum: pro Archia poeta: *Itaque hunc & Tarentini, & Rhegini, & Neapolitani civitate ceterisque præmiis donarunt.* Sic apud Plutarchum Megarenses, vel, ut ait Seneca, Corinthii Alexandrum civitate donarunt: de quo nos in Pisonem. Eaque honoraria fuit civitatis donatio, non quæ Alexandrum, Dionysium, Evagoram, & ceteros legibus earum civitatum, aut oneribus

in Græcis civitatibus videmus, Athenis Rhodios, Lacedæmonios, ceteros undique adscribi, multarumque esse eosdem homines civitatum. Quo errore ductos vidi egomet nonnullos imperitos homines, nostros cives Athenis in numero judicum, atque Areopagitarum

bus obligaret, ut Bodinus de hoc Ciceronis loco dubitare videatur, & in hac parte vix ullam inter Romanos & Græcos in accipienda retinendaque civitate diversitatem agnoscat ex Hermogeniano. l. Municeps, D. ad Municipalem: *Municeps esse desinit Senatoriam adeptus dignitatem, quantum ad munera; quantum vero ad honores, retinere creditur originem.* Et Paulus lege Senatores, D. de Senatoribus: *Senatores, licet in urbe domicilium habere videantur, tamen & ibi unde oriundi sunt habere domicilium intelliguntur: quia dignitas domicilii adjectionem potius dedisse, quam permutasse videtur.* Abram.

Numero judicum) Varia fuerunt Atheniensium judicia, ut in homicidas Areopagi, Palladii, Delphinii, Prytanei, Phreatti, de quibus singulis eorumque inter se diversitate fuse Demosthenes oratione contra Aristocratem. In rebus civilibus, ut in contractibus alia fuerunt: de quibus idem oratione adversus Lacritum exeunte. Fuit & aliud judicium millevirorum: de quo alicubi Demosthenes, & Themistius oratione 4. quæ Sophistes inscribitur: *Judicium accuratius eo quod mille & una mandatum est, quibus permittitur e tabella decernere, quid pati, quid solvere damnatum oporteat.* Sed de his judicum generibus Julius Pollux lib. 8. cap. 10. fuse consulatur, & ne vel de varietate judiciorum, vel de numero judicum plura dicamus, ii fuerunt in quatuor & viginti velut classes distributi, quæ singulæ peculiarem locum & septum habuerunt, singulisque septis inditum nomen unius quatuor & viginti litterarum. Eo certe ducit Aristophanes Concionantibus:

Τα δε κληρωτηρια πη τρεψεις; Πρ. Εις την αγοραν καταθησω.
Κᾳτα στησασα παρ' Αρμοδιῳ, κληρωσω παντας, εως αν
Ειδως ὁ λαχων απιῃ χαιρων εν ὁποιῳ γραμματι δειπνει.
Και κηρυξει τους εκ του Βητα επι την στοαν ακολουθειν
Την βασιλειον δειπνησοντας. Το δε Θητ' ες την παραταυτην.
Τους δ' εκ του καππ' εις της στοαν χωρειν την αλφιτοπωλιν.

Alii legunt κληροτηρια, imo sic legit Suidas, & vetus Scholiastes.

Judicia sorte ducta quo convertas?
In foro deponam.
Deinde constituens juxta Harmodium sortiar omnes, quousque
Sciens sortitus abeat gaudens in qua littera cœnet.
Et dicat eos qui sunt in beta ad porticum sequi
Regiam cœnaturos, Theta vero in eam quæ juxta est.
Eos vero qui sunt e cappa vocatos ire ad porticum, in qua farina venumdatur.

Propius tamen vero est non fuisse quatuor & viginti septa sive cubicula, sed decem duntaxat & nominibus decem primarum litterarum: quod etiam significat interpres. Idem. De Atheniensium tribunalibus & judiciis vide Samuelem Petitum de legibus Atticis lib. IV. cap. 1. Græv.

Areopagitarum) Vide Budæum adnotationibus in Pandectas ad legem ultimam de Senatoribus, Sigonium de Rep. Atheniensium. Adverte melius & emendatius pronuntiare videri, qui penultima correpta Areopagum pronuntiant. Est enim Αρειος παγος, *collis Martis*, Euripidi, Æschylo, & aliis. Non a voce πηγης, sed παγους deductum nomen. Abram.

Sed

rum, certa tribu, certo numero: cum ignorarent, si illam civitatem essent adepti, hanc se perdidisse, nisi postliminio recuperassent. Peritus vero nostri juris, ac moris nemo umquam, qui hanc civitatem retinere vellet, in aliam civitatem se dicavit.

13. Sed hic totus locus disputationis, atque orationis meae, judices, pertinet ad commune jus mutandarum civitatum: nihil habet, quod sit proprium religionis, ac foederum. Defendo enim rem universam, nullam esse gentem ex omni regione terrarum, neque tam

Sed imprimis vide I. Meursii de senatu Areopagitico librum singularem. Graev.

Certa tribu) Civitas Atheniensis in tribus decem descripta fuit. Ulpianus enarratione in orationem adversus Midiam: *Δεκατον μερος φυλη της πολεως, Tribus est decima pars civitatis*. Singularum meminit Orator oratione funebri exeunte, & tribules appellat 1. Erechthidas. 2. Ægidas. 3. Pandionidas. 4. Leontidas. 5. Acamantidas. 6. Œnidas. 7. Cecropidas. 8. Hippothoontidas. 9. Ajacidas. 10. Antiochidas. A quibusdam heroibus ita dictas, quorum statuae in foro, quos & *επωνυμους* vocabant. Abram. Sub primo Rege Cecrope fuerunt tantum quatuor tribus: vide Meursium de regno Attico lib. 7. Harum nomina mutavit Cranaus, & post Erechtheus, & sub Erechtheo Ionis filii. Sed Alcmaeonis tempore tribus sunt auctae, & pro quatuor factae decem: vid. Pollux. VIII. 9. sect. 31. & Meurs. de Regno Attico II. 10. Graev.

Certo numero) Non puto hunc *numerum* ad eas litteras referri, quibus, tamquam numeris, *δικαστηρια* in tabellis, sive tribunalia significabantur: non tam quia cum Areopagitis commune id esse non potuit, quorum alia erat ratio, & dignitas multo excellentior; quam quia signum dicationi notari debet, ut in tribu, nominisque dati ab his civibus adscriptitiis. Nihil autem Athenis fuisse scio, quod, ut *φυλη tribui*, sic numero proprie responderet. Sed indefinite loqui videtur Cicero, ut II. in Verr. 99. *quod genus hominum, quem numerum, quem ordinem proferre possis, qui te non oderit, sive civium Romanorum, sive Siculorum?* Est ergo *numerus* Atheniensis populi pars ex descriptione civitatis publica, nomine non indicato; ut, Graeco verbo non adposito, satis tamen res notaretur. Iam vero *φρατριαν* significari haud facile arbitrer: nam, si maxime solerent novi ejusmodi cives *εισαγεσθαι εις τους φρατορας*, exemplum ignoro, quo phratriarum nomina talibus in actis adscribi consuevisse confirmem. At civium Atheniensium nominibus *δημος* Atticus, e quo esset quisque, saepissime adjungebatur. Hos *δημους* heic adumbrari qui suspicetur, eum psephisma juvabit, Atheniensium de Plataeensibus civitate donandis apud Demosthenem in Neaeram p. 1380. ed Reisk. quo decernitur, *καταvειμαι τους Πλαταιεις εις τους δημους, και τας φυλας*, ut Plataeenses in tribus, & demos, sive pagos, referantur. Hinc acerbum illud Aeschinis dictum de Demosthene in Paeaniensis pagi numerum relato, de falsa Legat. p. 314. Reisk. *δι' ὧν* (*Φιλοδημου*) *εις τους δημοτας ενεγραφης, ως ισασιν οι πρεσβυτατοι Παιανιεων*; quasi Philodemi opera Demosthenes ad plenum jus civitatis obrepserit, illumque tanti beneficii causa deberet, ut ait, non modo *αγαπαν*, verum etiam *προσκυνειν*. Ernest.

tam dissidentem a populo Romano odio quodam, atque discidio, neque tam fide, benevolentiaque conjunctam, ex qua nobis interdictum sit, ut ne quem asciscere civem, aut civitate donare possimus. O jura præclara, atque divinitus jam inde a principio Romani nominis a majoribus nostris comparata, ne quis nostrum plus quam unius civitatis esse possit: dissimilitudo enim civitatum varietatem juris habeat necesse est: ne quis invitus civitate mutetur, neve in civitate maneat invitus. Hæc sunt enim fundamenta firmissima nostræ libertatis, sui quemque juris et retinendi, et dimittendi esse dominum. Illud vero sine ulla dubitatione maxime nostrum fundavit imperium, et populi Romani nomen auxit, quod princeps ille creator hujus urbis Romulus, fœdere Sabino do-

Atque discidio) Itaque primus dedit ex suis MSis Lambinus, & ita etiam Barb. Legebatur antea *dissidio* a qua lectione recte discessum puto. De iis gentibus, quæ amicitiam numquam cum populo Rom. coluerunt, aut certe de antiquis hostibus *odium* interpretor, *discidium* autem de iis, quæ amicitiam, fœdusque ruperunt. Vide omnino I. F. Gronov. ad Liv. XXV. 18. ubi *discidium publicorum fœderum* memoratur. Grut. & recentiores usque ad Ernest. *dissidio* maluerunt. Gar.

Ut neque asciscere civem) Erfurt. *ut ne quem asciscere civem*. Verissime, sine dubitatione. Prima editio, *ex quo interdictum sit, ne asciscere civem*, quod & ipsum vulgato præferendum. P. Manut. ed. *ut ne asciscere civem*. Sed Erfurtensis vincit. Grævius. Lectio cod. Erfurt. nota Lambino ex aliquo alio libro fuit, sive MSo, sive edito. Firmat enim ille sui codicis auctoritate lectionem Aldi, ejusque filii Paulli, & Car. Stephani, *ut ne adsciscere*, quamvis Naugerianam *ut neque* a Grævio demum sublatam sequatur: tum addit, *al. ut ne quem*. Rom. & sec. Ven. cum duobus MSis Britann. *ex qua n. i. sit asciscere civem, a. c. d. non possimus*. Prior Ven. *ne asciscere c. a. c. donare possimus*. Hic recte Grævium secutus est Olivetus, sed nulla varietate notata, eumque Lallemandus. Vulgata, quam servat etiam cod. Barb. facili mendo ex hac Græviana profluxit. Quamquam in eo cod *ut* additur supra *neque*, & hoc solum habet unus Britann. quasi fuerit, *interd. sit, ne quem*, quomodo in alio cod. Britannico diserte legitur: idque aliquis fortasse præferat, cum præsertim conjunctionis *ut* usus post v. *interdico* hoc uno exemplo probetur a Menckenio in Obs. L. L. p. 538. Sed primum ibi, & in Fabri Thesauro *ut neque* adferri demiror: deinde nihil est causæ, cur minus placeat *ut ne quem*: denique ita etiam cod. Guelf. apud Ernestum Grævio adsentientem. Garat.

Iam inde a principio) Nota loquendi rationem Livio in primis familiarem, ut libro I. *Iam inde ab initio Faustulo spes fuerat regiam stirpem apud se educari*. Et alibi frequenter. Plautus Casina:

Ut vos mihi æquos jam inde principio dicam. Abram.

Crea-

Digitized by Google

docuit, etiam hostibus recipiendis augeri hanc civitatem oportere: cujus auctoritate, et exemplo numquam est intermissa a majoribus nostris largitio, et communicatio civitatis. Itaque et ex Latio multi, et Tusculani, et Lanuvini, et ex ceteris generibus gentes universæ in civitatem sunt receptæ; ut Sabinorum, Volscorum, Hernicorum: quibus ex civitatibus nec coacti essent civitatem mutare, si qui noluissent: nec, si qui essent civitatem nostram beneficio populi Romani consecuti, violatum fœdus eorum videretur.

14. At enim quædam fœdera exstant, ut Germanorum,

Creator hujus urbis) Græce κτιστης τῆς πολεως. Notatu dignus autem est locus ille Halicarnassei lib. 2. de Romuli prudentia in amplificanda civitate: *Qui primi cum eo urbem habitarunt, non plures erant duobus peditum millibus, Equites trecentis pauciores. Qui autem ab ipso relicti sunt, cum inter mortales esse desiit, quadraginta sex erant peditum millia, Equites propemodum mille*. Quo in genere graviter errasse dicit tum Lycurgum, tum ceteros Græcarum urbium conditores. IDEM. Confer Claudii orationem apud Tacit. XI. Ann. 24. GARAT.

Tusculani) Pro Plancio: *Tu es ex municipio antiquo Tusculano, ex quo plurimæ familiæ sunt Consulares, in quibus est etiam Iuventia, quod e reliquis municipiis omnibus non sunt.* Inde Porcii, inde Coruncani, ut ibidem dicitur. ABRAM.

Gentes universæ) Epitome Livii 72. *Italici populi defecerunt Picentes, Vestini, Marsi, Peligni, Marrucini, Samnites, Lucani, initio belli a Picentibus moto*. Reliquis Italiæ populis, qui in fide manserant, civitas data, ut testatur Appianus 1. civil. & ita gentes Sabinorum, Volscorum, Hernicorum in civitatem receptæ: immo paulo post Italia universa obtinuit civitatem: vide Notas in Pisonianam cap. 1. *Me cunctæ Italiæ*. ABR.

Civitatem mutare) Erfurt. *civitate mutari*: ut supra: *Ne quis invitus civitate mutetur, neve in civitate maneat invitus*. GRÆV. Optimo Erfurtensi Barberinus accedit, quorum lectio codicum verior potest videri, quia in ceteris libris usitatior, & notior locutio est. Miror, cel. Burmannum ad Ovid. IV. ex P. 14. 7. ubi adfert hinc in exemplum locum superiorem, non hunc quoque dicere legendum esse similiter. Adde infra 18. *civitate illum mutatum esse faterentur*, hæc item antiqua apud Festum p. 116. *deminutus capite appellatur, qui civitate mutatus est*, & plura vide apud Gronov. III. Observ. 1. Etiam in uno cod. Britann. est *civitate*. GAR.

Beneficio P. R. consecuti) Erfurt. Barb. ed. Rom. & aliæ ante Ald. *secuti*, prior Ven. & cod. unus Britann. *assecuti*. IDEM.

Fœdera exstant ut Germanorum) Quo tempore ita fuerint hæc fœdera, nemini, puto, compertum: quamvis, ut alibi vidimus, primo Cæsaris consulatu fœdus cum Ariovisto Germanorum Rege percussum, isque Rex a Senatu appellatus. Germani & Helvetii noti sunt. Insubres alii Cisalpini, alii Transalpini fuerunt. Livius lib. 5. *Fusisque acie Tuscis haud procul Ticino flumine, cum in quo consederant agrum Insubrium appellari audissent, cognomine Insubribus, pago Heduorum, ibi omen sequentes loci, condidere urbem, Mediolanum appellarunt.*

Digitized by Google

rum, Insubrium, Helvetiorum, Iapidum, nonnullorum item ex Gallia barbarorum, quorum in fœderibus exceptum est, ne quis eorum a nobis civis recipiatur. Quod si exceptio facit, ne liceat, ibi necesse est licere, ubi non est exceptum. Vbi est igitur exceptum fœdere Gaditano, ne quem populus Romanus Gaditanum recipiat civitate? nusquam: ac sicubi esset; lex

rum. Iapidiam ponit Plinius in Venetia, sive decima regione Italiæ; juxta amnem Timavum, lib. 3. cap. 18. Bernardus Iustinus lib. 3. Historiæ Venetæ auctor est Sosium fluvium Carnos montes, quos olim Iapidiam vocabant, ab Alpibus dividere. Ant. Iapidia incipiebat, ubi Carnorum desinebant una cum Ocra monte fines, id est, ad fontes Formionis fluvii. Inde a tergo Histriæ in sinum protendebatur Hadriaticum, ad Liburniam usque. Cluv. Ital. antiqua lib. 1. cap. 19. quem vide. Græv.

Iapidum) *Iapydum* videtur scribendum. Græci enim Ἰαπυγας dicunt. F. Vrs. Graviter errat Vrsinus, alii sunt Iapides, alii Iapyges. Hi sunt in extrema Italia, in tres divisi populos, in Daunios, Messapios, Peucetios; illi sunt in prima Italia, cum ex Illyride in illam tendimus, ut in præcedenti est notatum animadversione. Græv.

Vbi non est exceptum). Hæc verba protulisse Naugerium arbitror, quæ & necessaria sunt, & postea in optimis libris inventa. Nam in Rom. Venetis, & Aldina, in cod. Barb. & quatuor Britann. certe desunt, sequentium adfinitate intercepta. Cod. Car. Steph. *ubi exceptum non est, necesse est licere*. Neque vero adsentiri possum cel. Ernesto, cui mox verum videtur, *ubi est igitur fœdere G.* quod habent Erf. & Guelf. & *in* subaudire satis incommode mavult, quam *exceptum* a Tullio repetitum, a quibusdam librariis omissum fateri. Bene, quæ sit illius verbi hoc loco vis, exposuerat jam Gesnerus in Thesauro LL. Adde V. in Verr. 19. *ut Tauromenitanis nominatim cautum, & exceptum sit fœdere, ne navem dare debeant.* Garat.

Recipiat civitate?) Lamb. *in civitatem?* qua vulgari forma sæpe in hac oratione Cicero utitur. Sed nullam video caussam, cur libris omnibus repugnemus, qui vulgatam tuentur, uno excepto Erfurt. in V. L. Neque is tamen Lambino favet, sed caret voce *civitate*, neque aliam ullam ejus loco substituit. Ferri sane isthæc omissio potest: satis enim ex præcedentibus intelligitur, quidnam oporteat mente suppleri, ut nulla obscuritas insit, nullum errandi periculum. Verumtamen locutionem opportunam, & adprime Latinam non rejicio. Capito Ateius apud Gell. IV. 24. *commissatorem Mancinum ad ædes suas venisse: eum sibi fas recipere non fuisse æde sua*. Non debuit Iac. Gronovius vocem *fas* retinere adversus optimum patris sui judicium, quæ abest a veteribus editis, & MSis, a Barb. etiam ambobus. Confer summum virum IV. Observ. 8. & nos ad c. 12. pro Sext. Iidem tamen Barb. *in æde sua*, sed *in* optimi non agnoscunt. Gronovius pater mallet *ædes suas*, ut dicitur *domum recipere*: ablativum autem sine *in* damnare in illa locutione non audet: & vero non hoc solum Tullii loco defenditur, sed aliis etiam pluribus. Sic *tecto recipere* II. in Verr. 10. pro Cluent. 61. pro Planc. 10. & si cui aqua, & igni interdiceretur, addebatur in formula, *ne quis eum tecto reciperet*. Sic Ovidius VI. Her. 55. *tectoque, animoque recepi*. Item Cicero II. Agr. 33. *tectis, ac sedibus suis recipere*, & pro Flacco 25. *suis sedibus*, Cæsar III. B. Civ. 12. *oppido recipere* dixit,

Pha-

Digitized by Google

lex id Gellia, et Cornelia, quæ definite potestatem Pompejo civitatem donandi dederat, sustulisset. Exceptum est, inquit, fœdus, siquidem sacrosanctum est. Ignosco tibi, si neque Pœnorum jura calles; reliqueras enim civitatem tuam: neque nostras potuisti leges inspicere, ipsæ enim te a cognitione sua judicio publico repulerunt. Quid fuit in rogatione ea, quæ de Pompejo a Gellio, et a Lentulo Coss. lata est,

Phædrus IV. 11. 3. *Cælo receptus propter virtutem Hercules*. Huc etiam refero Euripideum illud *δωμάτων λαβεῖν*, Androm. v. 620. Hinc jam patet immerito Grævium codici unico paruisse XI. ad Att. 6. 6. cum alii omnes habeant, *eo ipso tempore me domo*, quomodo ipse in adnot. edere tamen maluisse *domum*. Huic adfine illud est pro Amer. 12. *quod non totum telum corpore recepisset*. Sed alia est in Capitonis loco difficultas, quam Gronovii animo observatam puto, *ædem* privatam domum appellari non solere, sed *ædes*: qua permotus postea Bentleius ad Horat. II. Epist. 2. 92. facilem proponit emendationem, *rem sibi recipere non fuisse e re sua*. Sed ita, nescio quam concinne, abundat *sibi*: certe Teren. III. Heaut. 3. 6. & Phædr. IV. 21. 23. dixerunt *ad se recipere*, non *sibi*. Denique longe melius abesse potest ab eo loco *æde sua*, quam ab hoc nostro *civitate*. IDEM.

Lex. id Gellia) Pal. nonus, Ahalæ, & S. Victor. codd. *Agellia*: cum tamen supra cap. 8. præferrent *Gellium*. GRUT. Erfurtensis etiam *lex id Agellia*. GRÆV. Mendum certissimum. Cod. Barb. *lex illa Gellia*: unus Brit. *lex ea G.* prior Ven. *id lex G.* Lamb. *lex videlicet G.* GAR.

Quæ definite potestatem) Hottomannus lib. 11. Observat. cap. 20. corrigit *indefinite*. Pall. habent *definitam*, nonnulli etiam *definita*: nam nonus *definita est potestatem*: vulgata satisfacit. GRUT.

Exceptum est, inquit, fœdus, siquidem sacrosanctum est) Hervag. *Exceptum, inquit, est fœdus, &c.* Ald. Naug. P. Man. I. Gryph. Cer. Steph. & Lamb. Ita interpungunt: *Exceptum est, inquit, fœdus siquidem sacrosanctum est*. Ernestus autem, cum in cod. Guelf. *si quid* invenerit, *fœdus* ejecit, tamquam glossema, ediditque: *Exceptum est, inquit, si quid sacrosanctum esset*. Ita vero, si *est* retineamus, verba ipsa legis habebimus: *Exceptum est, inquit*, SI. QVID. SACROSANCTVM. EST. Sed ego non ausim a libris omnibus discedere *fœdus* exhibentibus. Nam & fœdus in Balbo violatum adversarius contendebat, & pendet hoc nihilominus a translaticia legis clausula: *Si quid sacrosancti est, quod jus non sit rogari, ejus hac lege nihil rogatur*. Vide Manut. & Brisson. II. de Form. 19. ubi totum locum explanat. GARAT.

Pœnorum jura) Gaditanorum: hi enim a Phœnicibus oriundi. Vide Plinium lib. 4 cap. 22. Solinum cap. 36. & Diodorum Siculum lib. 6. hinc a Lucano 7. a Silio 16. Gades Tyriæ nominantur. Livius lib. 28. loquens de Gaditanis: *Suffetes eorum qui summus Pœnis est magistratus*. Horat.

> *Latius regnes avidum domando*
> *Spiritum, quam si Libyam remotis*
> *Gadibus junges, & uterque Pœnus*
> *Serviat uni.*

Ipsum etiam Gadium nomen Punicum est. Plinius: *Nostri Tartesson appellant, quam Pœni appellarunt Gadira. Nam Pœni Gadira Punica lingua septum significant*. Solinus: *Tyrii a rubro profecti mari Erythream, Pœni lingua sua Gadir, id est Sepem nominarunt*. ABR.

A cognitione sua) Pantagathus *a cognitione sui*, & recte. F. URSIN.

Judicio publico) Vide Manutium.

In

est, in qua aliquid sacrosanctum exceptum videretur? Primum enim, sacrosanctum esse nihil potest, nisi quod populus, plebsve sanxisset: deinde sanctiones sacrandæ sunt, aut genere ipso, aut obtestatione, et consecratione legis, aut pœnæ, cum caput ejus, qui con-

In qua aliquid sacrosanctum videretur) Pantagathus, *In quo aliquid sacrosanctum exceptum lege videretur*. F. Vrsin. *In qua aliquid sacrosanctum exceptum videretur*) Sic Gemblacensis & Erfurd. vox *exceptum* sententiæ damno a libris hactenus abfuit: reperitur autem etiam in omnibus Pall. expressitque & prima editio. Grut. Vides ut Pantagathus conjecerat, ita præ se ferre veteres codices. Græv. Quid fuit, inquit, in Gellia lege perscriptum, in quod illa cadere generalis exceptio videretur? Sic infra, *neque quidquam illis verbis*, SI. QVID. SACROSANCTVM, EST: *esse exceptum videretur*. Planius c. 17. *nihil esse sacrosanctum, quod lege exceptum videretur*. Recte Pantag. *in quo*, atque ita dedit olim Hervag. nunc etiam Ernest. ita denique in uno cod. Britannico repertum est. *Exceptum* vero exstat in cod. Barb. ut in optimis: firmatumque jam fuerat XVI. seculo trium aliorum codicum auctoritate, quorum duo a Manutio nominantur, tertium habuit, contempsitque Car. Stephanus. Ex editis ante Grut. una mihi vocem hanc obtulit Veneta MCDLXXX. quam ille primam vocat: sed Ernest. addit Wald. & Iuntinam, quas inter ea fuit media. Garaton.

Sacrosanctum esse nihil potest) *Sacrosanctum*, inquit Festus Pompejus, *dicitur, quod jurejurando interposito est institutum, si quis id violasset, ut morte pœnas penderet: cujus generis sunt Tribuni plebis Ædilesque ejusdem ordinis: quod affirmat M. Cato in ea qua scripsit Ædiles plebis sacrosanctos esse*. Ait tamen Livius lib. 3. ex juris interpretum sententia *nom haberi pro sacrosancto Ædilem*.. Quædam autem sacrosancta fœdera fuerunt, ut innuitur a Livio lib. 27. *Colonos etiam maritimos, qui sacrosanctam vacationem dicebantur habere, dare milites cogebant*: id est vacationem jurejurando sancitam. Glossæ *sacrosanctum*: ηαθωσιωμενον: sacrosanctas αφιερωμενας. Abr.

Plebsve sanxisset) Car. Steph. *plebesve*, neque dubito, quin ex optimo codice: idque a Grutero reductum ex aliis optimis videtur, qui Stephani editionem consulere non solebat. Sic ego quoque malim. Cod. Barb. *sanxissent*, collective: sed rectius, *sanxerit*, ut vidit etiam Ernestus, nisi enallage sit ex eo genere, quod attigimus ad c. 24, pro Cœl. Gar.

Aut obtestatione & consecratione legis aut pœne) Id est in vulgatis. Ant. Augustinus reponit *pœna* pro *pœne*, aliquanto melius: sed neque hoc plane implet sensum: nam infra ostendit idem esse consecrationem, & pœnam: quod si est, inepte disjunxisset, quod est idem, enumerando membra sacrosancti, quæ sunt tria: genus (quod intelligo materiam religionis:) obtestatio legis (quod est aut jusjurandum, aut iræ deorum imprecatio;) consecratio pœnæ sive capitis, quod quid sit, ipse statim declarat: quare totum hunc locum ita cum Pantagatho legerim: *Aut genere ipso, aut obtestatione legis, aut consecratione pœnæ cum*, &c. ac libentius legerim *sacrosanctæ*, quam *sacrandæ*, quasi *sacre sanctæ*. F. Vrs. Legit Manutius: *Deinde sanctiones sacrosanctæ sunt, aut genere ipso, aut obtestatione legis, aut pœnæ, cum caput ejus, qui contra facit, consecratur*. Si liceret novitatem inducere, legerem: *Aut genere ipso & obtestatione legis, aut pœnæ, cum caput ejus, qui contra facit, consecratur*. Vt duos tantum modos afferat, quibus aliquid sit sacrosanctum. Nimirum genus ipsum verborum, quibus ita concepta lex est, ut

contra facit, consecratur. Quid habes igitur dicere de Gaditano fœdere ejusmodi? Vtrum a capitis consecratione, an obtestatione legis sacrosanctum esse confirmas? nihil omnino umquam de isto fœdere ad popu-

ut obtestatione quadam populum adjuret ad servanda quæ jubentur, & genus pœnæ, cum caput ejus, qui contra fecerit, alicui Deo, maxime Diis inferis consecratur. Dionysius lib. 2. *Moris enim erat*, inquit, *apud Romanos, ut si quem vellent impune interfici, ejus corpus cuilibet Deo, maxime vero Diis inferis nuncupare*. Placet tamen emendatio Pantagathi, ut illud *consecratione* locum mutet, non omnino deleatur; *Aut genere ipso, aut obtestatione, aut consecratione pœnæ*. ABRAM. Locus mendosus. Videtur legendum cum Pantag. & Vrsino, *ut obtestatione legis, & consecratione pœnæ*. Nihil variant codices nostri. LALLEM. Vt aliquid *sacrosanctum* fiat, primum id sanciri oportet centuriatis comitiis, aut tributis: atque ita per sanctionem legis *sanctum* fieri poterit. Est autem *sanctio*, quæ legem, ne violetur, abrogeturve, communit: neque vero semper pœna irroganda, sed certe ea sæpe pœna, quæ sacri nihil attingit. Ergo quod *sanctum* est, non idem continuo *sacrum*, nisi adhibeatur aut sine pœna religio, aut ad pœnam. Lex Cornelia de repetundis sacrosancta non erat, opinor; de qua tamen dicitur IV. in Verr. 66. *nisi legis sanctionem, pœnamque recitassem*, Neque aliud est quidquam, quod sacras facere sanctiones possit, nisi diserte ad earum naturam adcommodetur ipsa sacratio. Sic etenim lego: *deinde sanctiones sacrandæ sunt genere ipso, aut obtestatione legis, aut pœna, cum caput &c.* Nisi forte mendosum est, *genere ipso*: sed, ut nunc se locus habet in libris, ejus glossa videtur esse verbum *consecratione*, quod a Man. merito expungebatur. Quidquid hoc sit, *genere ipso*, si retinendum est, non opponitur pœnæ, in qua ipsa est consecratio, sed tam ad pœnam pertinet, quam ad legis obtestationem. Eodem, inquit, genere sanctio sacrari debet, in quo sanctio ipsa versatur; ut legem nempe communiat: idque duobus modis obtinetur; aut jurejurando, atque obtestatione deorum, aut sacrando illius capite, qui contra fecerit. Modus uterque conjungitur una in lege sacrata de Tribunis pl. antiquissima apud Dionysium Halicarn. VI. A. R. 89. insigni loco, quem vide: nam, quia prolixior est, non adscribo. Vbi sanctiones ita sacratæ non sunt, nihil sacrosanctum efficitur: ne quidem si lex sit tota de sacris, aut si Pontifices adhibeantur, aut si denique in sanctione sit positum ut fœdus aliquo in templo sacretur, cujus testem consuetudinis habemus Livium XXVI. 24. XXXVIII 33: Cum Aug. & Man. *pœna* legebat Hottom. T. I. Oper. p. II. p. 909. nihil aliud movens; nuper etiam, qui a nobis vehementer dissidet, Ernestus hoc modo: *deinde sanctiones sacratæ fiunt aut genere ipso, & obtestatione legis, aut consecratione, & pœna.* Ego nondum a sententia discedo: cum præsertim, quod cum Man. glossema putavi, *& consecratione*, nunc ab uno cod. Brit. abesse videam. In re tam difficili judicio quisque utatur suo. GARAT.

Qui contra facit) Rom. *fuerit*. prior Ven. & cod. Barb. *fecit*. Facile perspexi, hæc menda exstitisse ex vera lectione, *fecerit*, ut passim, & in hac ipsa re apud Festum: *Sacratæ leges sunt, quibus sanctum est, qui quid adversus eas fecerit, sacer alicui deorum sit cum familia, pecuniaque*. Postea *fecerit*, nescio unde, adscitum vidi in Iuris Lexico Vicatiano. Atque adeo ita diserte cod. unus Britann. cum in alio sit, *fuerit*, ut in Rom. IDEM.

Vtrum a capitis consecratione) Ant. Augustinus delet *a*, & recte. F. VRSINVS. Hanc conjecturam sequitur Lambinus & Gruterus, cum omnes vete-

res

Digitized by Google

populum, nihil ad plebem latum esse dico: de qu bus etiam si latum esset, neque legem, neque pœ nam latam esse, ne quem civem reciperemus, tame id esset, quod populus postea jussisset, ratum; ne qu

res libri & edd. priscæ nec non Victor. Manut. aliæque τὸ *a* agnoscant: nec id erat invitis libris repudiandum, cum hic sit verborum ordo, utrum a capitis consecratione an obtestatione legis confirmas sacrosanctum esse scilicet fœdus Gaditanum. GRÆV.

Neque pœnam latam esse, ne quem civem) Editio princeps, *gratam vel ratam esse*: quod *gratam* exstat in nostris mss. item Gembl. S. Vict. mutatque Guilielmius in *rogatam*: verba denique sic transponenda putat: *nihil ad plebem latum esse dico; neque legem, neque pœnam rogatum esse, ne quem civem reciperemus*: modestiore conjectura, addo & verisimiliore, quam Lambini, cujus audacem diligentiam merito detestamur. GRUT. Hæc verba, tamquam ineptum glossema, delet Manutius. LALLEM. Etiam cod. Car. Steph. & unus Brit. ed. Rom. & sec. Ven. *gratam*: quod autem huic lectioni adjunctum est in alio Brit. & in pr. Ven. *vel ratam*, alia de margine varietas est, nam *ratam* Barb. tertiusque Britannicorum. Sed hanc totam clausulam, *neque legem, neque pœnam latam esse*, adjectitiam censeo, præeunte Manutio. Atque hoc quidem tam alieno loco positum, quo veteres editi, Naug. Grut. omnesque postea, & cum MSis Grut. & Græv. etiam ille Car. Steph. Barb. & Britannici eam collocant, nemo sanus feret. Quod si ad v. *dico* adponatur, ut a pluribus factum video, minus manifesto glossema deprehendetur. Aldus senior, & Hervag. eam, ut est, integram post id verbum collocarunt. Deinde alii, concinnius, & aptius id ut fieret, studuerunt. P. Man. MDXLI. ejusque postea filius: *nihil ad plebem, neque legem; neque pœnam latam esse dico*: ita etiam, deleto *esse*, C. Steph. Melius profecto, quam Seb. Gryph. qui anno MDL. inter *plebem*, & *latum* inseruit, *neque de lege, neque de pœna*: quod Lamb. item fecit, sublatis præpositionibus. Verum, si codices hæc ita trajicerent collocandi varietas glossam posse ostendere: conjecturis quidem certe quales fuisse illas puto, nihil tribuerim. Sunt etenim eo ipso loco non solum inutilia isthæc, verum etiam importuna; siquidem quod ibi ponitur, ex argumenti natura simplex esse debeat; de simplicitate autem certe aliquantum pœnæ mentione detrahitur. Liquida fiunt omnia, si locum ita constituas: *Nihil omnino umquam de isto fœdere ad populum, nihil ad plebem latum esse dico. De quibus igitur, etiamsi latum esset, ne quem civem reciperemus* (modo sacrata in lege sanctio non fuerit) *tamen id esset, quod populus postea jussisset, ratum; neque quidquam illis verbis*, SI. QUID. SACROSANCTUM. EST. *esse exceptum videretur: de his cum populus Rom. nihil umquam jusserit, quidquam audes dicere sacrosanctum fuisse?* Recepi vocem *igitur* ex cod. C. Steph. & ed. Hervag. a qua etiam editione, & a Lamb. interpunctionem sumpsi. Tamen cel. Ernestus, Aldino usus perfugio, plura cum Guilielmio in superiorem locum transfert, ut hæc post v. *dico* sequantur, *neque legem, n. p. latam esse, ne quem civem reciperemus, de quibus etiamsi latum esset, tamen id esset &c.* Guilielmianum hoc noveram equidem; sed probare non poteram, quod ita Tullianæ argumentationis diligentia minui videretur. GARAT.

Tamen id esset, quod populus postea jussisset, ratum) Modestinus D. de Constit. Principum: *Αἱ μεταγενέστεραι διατάξεις ἰσχυρότεραι τῶν πρὸ αὐτῶν εἰσι. Constitutiones tempore posteriores, potiores sunt his, quæ ipsas præcesserunt.* Paulus D. de legibus Senatusque consultis: *Non est novum, ut priores leges ad posteriores trahantur.* Tertullianus eodem: *Antiquiores leges ad posteriores trahi*

Digitized by Google

que quidquam illis verbis, *si quid sacrosanctum esset*, esse exceptum videretur; de his, cum populus Romanus nihil umquam jusserit, quidquam audes dicere sacrosanctum fuisse?

15. Nec vero hæc oratio mea ad infirmandum fœdus Gaditanorum, judices, pertinet: neque enim est meum, contra opinionem vetustatis, contra jus optime meritæ civitatis, contra auctoritatem Senatus dicere. Duris enim quondam temporibus reipublicæ nostræ, cum præpotens terra, marique Karthago, nixa duabus Hispaniis, huic imperio immineret, et cum duo fulmina nostri imperii subito in Hispania, Cn. et P. Sci-

trahi usitatum est. Idque ex legibus XII. tabularum apud Livium lib. 7. ubi interrex Fabius ajebat in XII. tabulis legem esse, VT. QVODCVMQVE. POSTREMVM. POPVLVS. IVSSISSET. ID. IVS. RATVMQVE. ESSET. Idem 2. de Inventione, ad Herennium lib. 2. Varro 8. de lingua Latina. Rursum Livius lib. 9. in oratione Sempronii contra Appium: *Ubi duæ contrariæ leges sunt, semper antiquæ obrogat nova*. ABRAM. Exemplum etiam vide apud Sueton. Jul. cap. 28. GRUT.

Neque quidquam illis verbis, nec si quid sacrosanctum) Locus obscurus, &, ut arbitror, depravatus: & tamen multo melior ex veterum librorum scriptura a nobis factus. Hæc verba autem, *nec, si quid sacrosanctum esset*, ad illa superiora referenda sunt. *Exceptum est*, inquit, *fœdus siquidem sacrosanctum est*: & ad illa, *Quid fuit in ea rogatione*, &c. *in qua aliquid sacros. videretur?* Porro autem licet etiam legere, *et si quid sacrosanctum esset*, seu, *et, si fœdus sacrosanctum esset*, &c. seu deleta copula, *et, si fœdus sacrosanctum esset*, &c. eadem sententia, nam, in illo, *nec, si quid sacros.* duæ negationes magis negant, more Græcorum. Omnino malim legi, *si fœdus sacrosanctum esset*, &c. seu, *nec, si fœdus sacros. esset*, &c. LAMB. *Nihil omnino unquam de isto fœdere ad populum, nihil ad plebem, neque legem, neque pœnam, latum esse dico: neque quicquam illis verbis, quid sacrosanctum esset, exceptum esse videtur, de quibus etiam si latum esset, ne quem civem reciperemus, tamen id esset, quod populus passus jussisset, ratum, de his &c.*) Ita hunc locum legit Pantagathus. F. VRSINVS. Cod. Herb. quatuor Britann. & mei ante Ald. editi pro *illis* habent *illius*. At non erat *illis* mendosum, sed *esset*. Nam Tullius ex sua persona dicere non potuit, *si quid sacrosanctum esset*, nihil enim fuisset absurdius: in lege autem, ex qua certe afferuntur hæc verba, *esse* scribi non potuit, verum *est* scriptum fuit, aut *sit*. Hoc Lamb. si cogitasset, non hæsisset, neque festinandi conatu tam male mulcasset locum. Ego itaque, invitis quantumvis libris, modo *est* meo jure posui, quod tamen in Aldi nepotis editione conspexi. GRUT.

Duris enim temporibus) Amissis pene Hispaniis duorum exercituum clade, Publii & Cnæi Scipionum interitu, Annibale Italiam infestante: de quibus vide Polybium, Livium, Appianum. Duas Hispanias vocat prout Ibero flumine bifariam dividuntur in Citeriorem, & Ulteriorem. ABRAM.

Duo fulmina nostri imperii) Omnino ita legendum est, *duo lumina nostri imperii*: & ita olim quoque edi jusseram: sed operæ librariæ, genus hominum indoctum, contumax, & indocile, mihi tum obtemperare nolue-

P. Scipiones, extincti occidissent, L. Marcius, primi pili centurio, cum Gaditanis fœdus fecisse dicitur: quod

luerunt, ut apparet: neque vero me movent veteres codices, qui cum vulgatis consentientes, habent, *duo fulmina nostri imperii*: quid enim sibi vult, *fulmina imperii*? aut quid valet? nam quod Virgilius dixit, *duo fulmina belli*, quid simile? *fulmina belli*, graviter, & ornate dictum: *fulmina imperii*, non convenit. Præterea lumina extingui, & occidere, convenit: fulmina, non item. LAMBIN. *Duo fulmina nostri imperii*) Lambinus *lumina*; male: certe contra Pall. & quondam excusos: imo contra Virgilium; cui *Scipiadæ, duo fulmina belli*. GRUT. *Duo fulmina*) Lucretius:

Scipiades belli fulmen, Carthaginis horror.

Virgil. 6. Æneid.

—— *& geminos duo fulmina belli Scipiadas*. ——

Lambinus tamen emendat *duo lumina*. Quod eleganter dicitur *fulmen belli*, non item *fulmen imperii*, favet tamen Silius Italicus lib. 7. vulgatæ lectioni:

—— *ubi nunc sunt fulmina gentis Scipiadæ*. ABRAM.

Si ferendi non fuerant, qui loco illo celeberrimo VI. Aen. 842. P. & Cn. Scipiones, Africani majoris patrem, & patruum ex his Tullii verbis, ut Cerda narrat, intelligebant: quis Merovillium ferat de utroque Africano hæc accipientem? Verumtamen huc e Virgilio translatum *fulmina* licet suspicari: quod cum in ore omnium semper fuerit, propter Scipionum nomen facillime occurrebat. Neque enim satis convenit, ut vidit Lambinus: cujus ad egregias animadversiones accedit, quod hi fratres in Hispania occisi Scipiones digni non videantur, qui *fulmina* appellentur. quamvis ex Hasdrubalis inimici persona apud Livium XXIII. 27. ita laudentur: *eos imperatores esse Romanos, quibus vix æquis viribus resisti possit*. Aptius omnino, satisque magnifice appellati a Tullio fuerint *duo lumina nostri imperii*, quemadmodum Cn. Pompeius alibi; & præcipue V. Phil. 14. *Pompeja enim patre, quod imperii populi Romani lumen fuit, extincto*. Adde Valerium Max. II. 1. 10. ubi Camillos, Scipiones, eorumque similes appellat *imperii nostri lumina*: quem locum, aliosque Lambini emendationem ornantes apud Menckenium habes Obs. L. L. p. 594. Lambinum sequitur etiam Ernestus; qui præterea mallet *extincta*, ut ad *lumina* referretur *extincta occidissent* accuratissime, quod vocem *subito* postulare contendit. At *subito* in acie mortuos indicat, & pæne simul: Cnæus etenim *undetricesimo die post fratris mortem est interfectus*, ut ait Livius XXV. 36. Ceterum vide, si tanti sit, ad c. 3. de Har. Resp. GARATON.

L. Marcius) Vide Livium lib. 25. ut ceteros omittam: *Erat in exercitu Luc. Martius Septimii filius eques Romanus, impiger juvenis*, &c. Noster primi pili centurionem non equitem appellat. Talis fuit ille apud Lucanum lib. 1.

—— *summi tunc munera pili*
Lælius, emeritique gerens insignia doni
Servati civis referentem prælia quercum.

Livius lib. 7. de Salonio: *Alternis prope annis & tribunus militum, & primus centurio erat, quem nunc primi pili appellant*. Lib. 8. *Duo primipili ex utraque acie inter triarios erant*. Sed ne plura dicamus: Halicarnasseus lib. 9. de M. Flabulejo: Ενος των ταγματων τῃ λαμπροτατῃ αρχῃ κεκοσμημενος, ᾗ τας ἑξηκοντα ἑκατονταρχιας ἑπεσθαι τε και το κελευομενον ὑπηρετειν κελευει νομος. τουτους τους ἡγεμονας τῃ πατρῳ γλωττῃ πριμιπιλους καλουσιν. *Unius ordinis splendidissimo imperio ornatus, cui sexaginta centurias parere, & quod ille jusserit exequi lex jubet: hujusmodi porro duces patria lingua Primipilos appellant*. ABRAM.

Cum Gaditanis) Magnam adhibet cautionem in verbis, *dicitur*, & paulo ante *vetustatis opinionem*: quia revera non

Digitized by Google

quod cum magis fide illius populi, justitia vestra, ve-

non statim post necem duorum Scipionum fœdus percussum est cum Gaditanis, diuque post Africani adventum Gades manserunt in Carthaginensium potestate, ut ea civitas tutum Afris perfugium exhiberet. Asdrubal a Scipione victus apud Livium 28. *Nocte relicto exercitu Gades profugit*. Paulo post tamen ad Scipionem *perfugæ a Gadibus venerunt, pollicentes urbem, Punicumque præsidium, quod in ea esset, & imperatorem præsidii cum classe prodituros esse: fide accepta dataque perfugis, & Martius eo cum expeditis cohortibus, & Lælius cum septem triremibus quinqueremi est missus, ut terra marique communi consilio rem gererent*, &c. *Sed patefacta immature proditio est, comprehensosque omnes Mago Adherbali prætori Carthaginem devehendos tradit*. Et ita re infecta *paucos post dies ambo rediere*, &c. Mago jussus in Italiam trajicere, pecuniam, *quantam potuit a Gaditanis exegit, non ærario modo eorum, sed etiam templis spoliatis, & privatim omnibus coactis aurum argentumque in publicum conferre*, &c. *Mago cum Gades repetisset exclusus*, &c. *ad colloquium Suffetes eorum, qui summus Pœnis est magistratus, cum Quæstore elicuit, laceratosque verberibus cruci affigi jussit*, &c. *Post Magonis ab Oceani ora discessum Gaditani Romanis deduntur*. Hæc sparsim e Livio lib. 28. lib. autem 32. obscure meminit fœderis Marciani: *Gaditanis item petentibus remissum, ne præfectus Gades mitteretur, adversus quod iis in fidem populi Romani venientibus, cum Luc. Martio Septimio convenisset*. IDEM. Vide Duker. ad. h. Livio l. XXXII. 2. GAR.

Fœdus icisse dicitur) Omnes libri manus. habent, *fœdus fecisse dicitur*. LAMBIN. Sic & nostri codices, quod cur damnarint editores non video, quasi Ciceroni non æque frequens sit *facere fœdus*, quam *icere fœdus*. GRÆV. At in V. L. Erfurt. habere dicitur *jecisse*, quomodo certe Romana, Venetæ, Aldina exhibent, tum cod. Guelf. & duo Britannici. Medius est error inter duas optimas lectiones, *fecisse*, & *icisse*. Cum Lambinianis habet *fecisse* cod. Barb. & duo alii Britann. tum Parisienses a Lallem. qui id retulit, cum denuo ejectum esset, adhiberi. Sic alibi Tullius ipse, tum alii, & lex regia quæ appellatur, FOEDVSVE. CVM. QVIBVS. VOLET. FACERE. LICEAT. Permutatio autem facillima litterarum F, & I, verba *facio*, & *jacio* ut sæpe confunderentur, effecit: vide Drak ad Liv XLI. 4. At in eodem Livio *jecisse* dederunt MSi complures apud eumdem Drak. XL. 8. ubi lectio unice vera est. *etiam hostes, armis positis, fœdus icisse*. Hic autem a Naug. ad Græv. usque *jecisse* editum fuit, & a Verburgio postea, & ab Oliveto (nam hic operarum errore habet *inisse*, quem sublatum nuperrime vidi ab Oxoniensibus) ab Ernesto denique: cui repugnare profecto nolim propter similem verbi *jecisse* Livianis in libris subjectionem: addoque quinti Britannici codicis habentis *icisse* suffragium. Sed quod ait, ita esse in veteribus editis omnibus, excipiendi quatuor ii sunt, quos initio nominavi, nunc autem iterum adii, ne forte fallerer, vidique, uti dixeram, *jecisse* habere, nisi quod prior Ven. *recisse*, aliorum *i* in *r* commutato, GARATON.

Justitia vestra) Placet *vestra*, ut est in manuscripto. F. URSINUS. Nunc in recenter editis legitur *vestra*, sed in Erfurt. & aliis MSS. *nostra*. GRÆV. Male *vestra* dederunt mei omnes ante Græv. editi; recentiores etiam usque ad Ernestum; exceptis Car. Steph. & Lamb. qui ex suis MSis restituerant *nostra*, Barberino accedente, Guelf. & duobus Britannicis. Non modo autem populus Romanus universus heic intelligitur, verum etiam præteritum tempus ante Lepidum, & Catulum Consules: ut *vestra* minus conveniat, quod judicavit etiam cel. Ernestus. Infra pro *veneretur* Rom. & Ven. male *veretur*. GAR.

vetustate denique ipsa, quam aliquo publico vinculo religionis teneretur, sapientes homines, et publici juris periti Gaditani, M. Lepido, Q. Catulo Coss. a Senatu de fœdere postulaverunt. Tum est cum Gaditanis fœdus vel renovatum, vel ictum: de quo fœdere populus Romanus sententiam non tulit; qui injussu suo, nullo pacto potest religione obligari. Ita Gaditana civitas, quod beneficiis suis erga rempublicam nostram consequi potuit, quod imperatorum testimoniis, quod vetustate, quod Q. Catuli, summi viri, auctoritate, quod judicio Senatus, quod fœdere, consecuta est: quod publica religione sanciri potuit, id abest: populus enim se nusquam obligavit. Neque ideo est Gaditanorum causa deterior: gravissimis enim, et plurimis rebus est fulta: sed isti disputationi certe nihil est loci. Sacrosanctum enim nihil potest esse, nisi quod per populum, plebemve sancitum est.

16. Quod si hoc fœdus, quod populus Romanus, auctore Senatu, commendatione, et judicio vetustatis, voluntate, et sententiis suis comprobat, idem suffragiis comprobasset, quid erat, cur ex ipso fœdere Gaditanum in civitatem nostram recipi non liceret? nihil est enim aliud in fœdere, nisi VT. PIA. ET. AETERNA. PAX. sit. Quid id ad civitatem? Adjunctum

Vetustate denique ipsa) Vetustas in fœderibus spectanda pro Sextio: *Vetustate societatis*. ABRAM.

Vinculo religionis) Mox *religione obligatum*. Lucretius lib. 1.

—— *& arctis*
Religionum animos nodis exsolvere conor.

Dicitur a *religando*, quamvis alii a *relinquendo*, alii a *relegendo* deduxerint. Vetus Poeta a Nigidio citatus:

Religentem esse oportet, religiosum nefas.

Vide Gellium cap. 9. lib. 4. Noct. Attic. IDEM.

Per populum plebemve sancitum est) Libri veteres habent, *sanctum est*. LAMB. *Populum plebemve*) Populus omnes ordines complectitur, plebs a patriciis separatur. Vide Milonianam cap. 2. *amplissimorum ordinum*. ABR.

Vt pia & æterna pax sit) Halicarnasseus lib. 6. refert hæc verba fœderis Latini: Ῥωμαιοις, και ταις Λατινων πολεσιν απασαις ειρηνη προς αλληλυς εςω, μεχρις αν υρανος τε, και γη την αυτην ςασιν εχωσι. *Romanis & universis Latinorum civitatibus pax esto, quamdiu cœlum & terra in eodem statu permanserint*. 12. Æneidos.

Nulla dies pacem Italiæ, nec fœdera rumpet. IDEM.

Majestatem populi Romani comiter conservanto) Cum in veteribus codici-

ctum illud etiam est, quod non est in omnibus fœderibus: MAIESTATEM. POPVLI. ROMANI. COMITER. CONSERVANTO. id habet hanc vim, ut sit ille in fœdere inferior. Primum verbi genus hoc *conservandi*, quo

cibus repeFissem partim, *conservant*, partim, *conservat*, ego edendum curavi, *conservanto*, ut referatur ad Gaditanos: licet etiam legere, *conservato*, ut referatur ad populum Gaditanum: pro quo vulgati habent, *conservant*: minus eleganter, minusque usitate. Nam hoc modo legis verba concipiebantur, per imperativorum futura. Eadem opera, infra proxime, pro eo, quod libri vulgati habent, *verbi genus hoc conservandi*, restitui, certa, & inexpugnabili conjectura fretus, *verbi genus hoc conservato*; nam, *conservandi*, ferri non potest: & miror neminem hoc adhuc animadvertisse: cum verba Ciceronis ostendant, legendum, *conservanto*. Quid enim absurdius, quam dicere, verbum *conservandi* esse imperantis? At contra verbum, *conservanto*, esse imperantis, vident omnes etiam lusciosi. Præterea, non dicit Cicero, verbum *conservandi*, sed, *verbi genus hoc conservandi*, sive potius, ut ego legendum contendo, *conservanto*. *Verbi genus hoc*, autem, id est, hic verbi modus. Quod si voluisset dicere, quod isti linguæ Latinæ imperiti opinantur, *verbum conservare*, dixisset, vel *hoc ipso modo conservare*, vel, *verbum hoc conservandi*, vel, *hoc verbum conservo*: nunc autem cum dicat, *verbi genus hoc*, necessario dicendum est, ab eo scriptum esse, *verbi genus hoc conservanto*, seu, *conservato*. Id quod declarant ea, quæ antecedunt, *Id habet hanc vim*, &c. quia scilicet hoc imperativo modo populus Gaditanus jubetur populi Romani majestatem conservare; & quod sequitur deinceps: *primum genus hoc verbi*, *conservato*, seu, *conservanto*, *quo magis in legibus, quam in fœderibus utimur*, &c. Quis non videt ex his Ciceronis verbis utrobique legendum esse, *conservato*, seu, *conservanto*? Quis enim nescit, veteres Romanos in legibus conscribendis, imperativo modo uti solere? Si quis dubitet, legat leges XII. tab. legat librum M. Tullii de legibus 2. & 3. & nonnulla edicta prætorum. Omnino qui hanc esse veram scripturam negabit, & vulgatam tuebitur, fateatur se esse aut hebetem, & litterarum Latinarum rudem, aut malevolum necesse est. LAMB. *Majestatem populi Rom.*) *Vt majestatem*, &c. Pantagathus. F. VRS. *Comiter conservanto*, &c.) Haud rejeci Lambinianum: quod Pal. nonus, item ora S. Victoris haberent *conservant*; non vulgatum *conservent*: nolui tamen sequi in altero ob causam; & quod non addicerent mss. nostri. GRVT. *Majestatem*) Livius 38. refert hæc verba fœderis Ætolici: *Imperium majestatemque populi Romani gens Ætolorum conservato sine dolo malo*. E quibus lectionem Lambini confirmes. Proculus l. *non dubito* D. de postliminio & redempt. *Liber autem populus est, qui nullius alterius populi potestati est subjectus, sive is fœderatus est. Item sive aliquo fœdere in amicitiam venit, sive fœdere comprehensum est, ut is populus alterius populi* MAIESTATEM COMITER CONSERVARET: *hoc enim adjicitur, ut intelligatur, alterum populum superiorem esse, non ut intelligatur, alterum non esse liberum*. ABRAM. Quod se negavit facturum, fecit tamen Gruterus, & merito. GRÆV. Immo, dum heic recepit *conservanto*, & infra *conservandi* retinuit, id fecit, quod se fecisse testatus est. Sed ego utroque loco Lambini conjecturam verissimam puto. Quæ nisi vera sit, ubi omnes hactenus libri offerunt *conservandi*, eadem heic necessaria esse non potest. *Conservent*, quod in omnibus meis ante Lamb. editis, & in cod. Barb. est, invaluisse arbitror, tamquam superiori *sit*, & inferioribus illis congruens, *ut majestatem populi Rom. comuniter conservent*. Cel. Ernest. dedit con-

quo magis in legibus, quam in fœderibus uti solemus, imperantis est, non precantis. Deinde, cum alterius populi majestas conservari jubetur, de altero siletur, certe ille populus in superiori conditione, causaque ponitur, cujus majestas fœderis sanctione defenditur. In quo erat accusatoris interpretatio indigna responsione, qui ita dicebat, *comiter*, esse *communiter*: quasi vero priscum aliquod, aut insolitum verbum interpretaretur. *Comes*, benigni, faciles, suaves homines esse dicuntur: *qui erranti comiter monstrat viam*, be-

conservato, idque defendit egregie: sed cur non utrobique? Duo codices Britann. *conservent*, ut alii apud Lamb. & Grut. tertius *conservavit*, quartus *conservetur*. Restat, ut in quinto diserte fuerit *conservanto*, in ipsa ed. retentum. Is esset Balliolensis, qui habet notam, ♆ 1, & in orationibus antiquissimum codicem subinde nominat, ex quo videlicet descriptus ipse videatur. Illustrabat hunc locum Heraldus II. de R. I. auct. 16. T. II. Thes. Otton. p. 1241. Livianum etiam illud adferens XLII. 24. *munera ex instituto data utrisque, aliaque hospitalia comiter conservata*: quod immerito postea Drak sollicitavit. Infra Rom. ambæ Ven. & duo Brit. *verbi genus huius*. Gar.

Imperantis est, non precantis) Hæc verba vincunt supra utrobique legendum esse, *conservanto*. Lamb.

In quo erat accusatoris, &c.) Videtur hic aliquid deesse, aut certe ita legendum: *In verbo, comiter, accusatoris interpr. erat ind. responsione*, &c. Id.

Comes, benigni, faciles, suaves homines esse dicuntur) Sic omnes editiones. Sed dicit Priscianus, *comites dicuntur, esse benigni homines*? Erfurtensis quoque legit *comites*, & sic in antiquis libris fuisse patet. Hinc & vides, cur in plerisque omnibus libris legatur *monstrant*, quod Gruterus ex paucis quibusdam refinxit in *monstrat*. Græv. Certe *monstrant* est in meis omnibus ante Grut. editis: sed recte Barb. *monstrat*, qui etiam *comes*, ut omnes edd. Cum eo cod. Gruterianisque faciunt Britannici tres. Manutium mirer, & Columnam (ad Enn. q. 297. Hessel.) doctissimos homines, qui Ennianum hoc esse viderant ex I. de Offic. 16. non inde *monstrat* emendasse. Versus ipsos minus recte attulit Abram. qui sic legendi: *Homo, qui erranti comiter monstrat viam: Quasi de suo lumine lumen accendat, facit: Nihilominus ipsi lucet, cum illi accenderit*. Videndum est autem, num Balbi accusator inde sive errorem, sive calumniam suam petiverit: quod qui homines erant *comes*, iidem *communes* etiam dicebantur. Confer Græv. infra, eumdemque, & Cortium ad IV. Epist. ad Diversf. 9. Gar.

Qui erranti comiter monstrat viam) Obtemperavi membranis Pall. & S. Victor. in quibus erat singulare, non *monstrant*, ut hodie vulgatur. Gruт.

Comiter monstrant viam) Suam interpretationem Ennii auctoritate confirmat, cujus illa sunt:

Ut homo qui erranti comiter monstrat viam,
Quasi lumen de lumine accendat, facit,
Ut nihilominus ipsi luceat, cum accenderit.

Invenias tamen apud antiquos *comiter* idem esse atque *communiter*, sic in carmine Martiano apud Livium lib. 26. *Apollini vovendos censeo ludos, qui quotannis comiter Apollini fiant, cum populus dederit ex publico partem: privati vero conferant pro se suisque*. Ascen. *Communiter* nonnunquam esse idem

qu

benigne, et non gravate: *communiter* quidem certe non convenit: et simul absurda res est, caveri fœdere, ut majestatem populi Romani communiter conservent: id est, ut populus Romanus suam majestatem velit esse salvam: quod si jam ita esset, ut esse non potest, tamen de nostra majestate, nihil de illorum, caveretur. Potestne igitur nostra majestas a Gaditanis benigne conservari, si ad eam retinendam Gaditanos præmiis elicere non possumus? potest esse ulla denique majestas, si impedimur, quo minus per populum Romanum beneficiorum virtutis causa tribuendorum potestatem imperatoribus nostris deferamus?

17. Sed quid ego disputo: quæ mihi tum, si Gaditani contra me dicerent, vere posse dici viderentur? illis enim repetentibus L. Cornelium responderem, legem populum Romanum jussisse de civitate tribuenda:

tu comiter verum est. Hinc apud Cic. Cat. cap. 17. *comem* substituerunt, ubi veterrimi libri habent *communem*, vide quæ ibi, & inprimis quæ notavi ad III. de Officiis c. 6. Sed *comiter* poni pro *communiter*, in hac notione qua accipitur hic a Balbi accusatore, nemo Latine doctus credet. Nam in Livii loco *comiter ludos facere Apollini* est magna benignitate, fecunda omnium voluntate, libenter, non gravate. GRÆV.

Benigne, & non gravate) Additum & a Grut. videtur, quod in editis antea, quos habeo, non inveni. Libros habuerit MSos auctores, quamquam silet ipse cum Grævio. Deleri tamen malo; neque item in cod. Barb. Britannicisque quatuor conspicitur. GAR.

Communiter quidem certe non convenit) Est a veteri editione, & scriptis nostris omnibus: recentius excusi admiserunt, *comiter quidem certe, non communiter convenit*. GRUT. Ald. Naug. Cam. & repet. Lamb. id exhibent, quod Gruterus ejecit. Lamb. ipse cum aliis meis omnibus antea editis, & cod. Barb. lectionem Grut. habebat. Fuit autem varietas, *comiter, communiter*, atque illud inde monstrum. GAR.

Velit esse salvam) Hunc ordinem ex Erfurt. a Grævio adscitum confirmant Rom. & sec. Ven. Alii editi cum cod. Barb. *esse salvam velit*. Cod. Lamb. *suam majestatem esse solidam, ac salvam velit*. Olivetus Grævio paruit, Lallemando, & Oxoniensibus tacite obsequentibus. IDEM.

Nostra majestas a Gaditanis) Præpositionem ignorant Erfurt. Barb. tresque Britann. & mei ante Naug. editi. IDEM.

Vere posse dici) Cum in uno codice manuscr. reperissem scriptum, *vere posse condici*, ego ex hac depravata scriptura, *vere posse responderi*, reposui: quæ lectio confirmatur iis, quæ statim sequuntur, *responderem, legem*, &c. vulgata autem, *vere posse dici*, mihi nullo modo probatur. LAMB. Nihil erat causæ, cur *dici* repudiaretur. Potius *vere*, in quo hæsit Ernestus, haberi pro adjectitio posset, cum librarii similiter aliis locis addiderint, ut monuit Heusing. ad III. de Offic. 1. Sed retineo *vere*: nam illud ipsum *recte* significat, quod malebat vir summus. Sic apud Teren-

da: huic generi legum fundos populos fieri non solere. Cn. Pompejum de consilii sententia civitatem huic dedisse, nullum populi nostri jussum Gaditanos habere: itaque nihil esse sacrosanctum, quod lege exceptum vederetur: si esset, tamen in fœdere nihil esse cautum, præter pacem: additum etiam esse illud, ut majestatem illi nostram conservare deberent: quæ certe minueretur, si aut adjutoribus illorum civibus uti in bellis nobis non liceret, aut præmii tribuendi potestatem nullam haberemus. Nunc vero quid ego contra Gaditanos loquar: cum id, quod defendo, voluntate eorum, auctoritate, legatione ipsa comprobetur? qui a principio sui generis, ac reipublicæ ab omni

rentium explicatur a Bentleio I. Heaut. 1. 102. Neque hoc adverbium ea significatione privari debet, quam in cognatis nominibus omnes agnoscunt. Gar.

Huic generi legum fundos, &c.) Secutus sum veterum librorum auctoritatem in hoc quoque loco mutando: neque vero dubium est, quin ita sit legendus. Licet tamen etiam legere non tam remote a scriptura vulgata, sed addita præpositione, *de* tantum, *de hoc genere legum*, &c. Quid autem hic dicat Cicero, & quamobrem hæc antiqua scriptura præstet vulgatæ, facile intelliget, qui quæ supra de populis fundis a Cicerone dicta sunt, tenet. Lamb. *Huic generi legum fundos, &c.*) Istud quoque est a prisca editione & mss. nostris: vulgati deinceps, *hoc genere legum*. Grut. Mendosæ lectionis initium, quantum ego scio, in ed. Aldi senioris est. Cum Rom. & utraque Ven. dativum habent cod. Car. Steph. & Barb. & qui post Grut. consulti fuerunt. Gar.

A principio sui generis) Ex quo tempore fundata est eorum respublica. Vel *a principio sui generis*; id est a Carthaginiensibus, quibuscum commune generis sui habebant principium. Uterque enim populus a Tyriis oriundus. Abram. Hæc attentius consideranda fuerant interpretibus. Primum etenim perabsurdum esset dicere, Gaditanos jam inde ab eorum civitate condita, Pœnis relictis, ad Romanos se contulisse. Initium igitur meritorum, quæ a Gaditanis profecta commemorantur, ab eo ducendum videtur, quod a Karthaginiensibus *consanguineis*, ut a Iustino XLVI. 5. vocantur, *suis* Romanorum causa defecerint, idque tanto studio, animorumque conversione fecerint, ut eosdem etiam oppugnarint acerrime. Hoc a Phœnicibus Cambyses, cujus erant in potestate, impetrare non potuit, ut narrat Herodotus III. 19. cum illi religione se, patriaque pietate impediri dicerent, quominus classe Karthaginienses adgrederentur. Deinde, cum Phœnicum colonia tam Karthago esset, quam Gades, quomodo Gaditani principium sui generis ad Karthaginienses referre poterant? Utra prior fuerit, ambigitur. Non constat in hoc sibi Bochartus P. II. Georg. Sacræ lib. I. p. 511. 517. 674. Sed, etiamsi cum Velleio recentiorem nolis Karthaginem facere, placeatque Simsonii, Chron. p. 353. 354. aliorumque sententia, qua ipsis Gadibus, quorum summa inter omnes constat antiquitas, vetustior illa statuitur: tamen inde potius, quam Tyro, conditores Gadium advenisse, haud facile demon-

Digitized by Google

omni studio, sensuque Pœnorum mentes suas ad nostrum imperium, nomenque flexerunt? quos, cum maxima bella nobis inferrentur, mœnibus excluserunt? classibus insecuti sunt? corporibus, copiis, opibus depulerunt? qui et veterem illam speciem fœderis Marciani semper omni arce duxerunt sanctiorem, et

monstrabitur. Neque vero Karthaginienses, cum Hispaniam tenere coeperunt, novam eo coloniam deduxisse cognoscimus. Nihil denique Pœnorum nomen has opiniones adjuvat, quod Gaditanis a Tullio supra c. 14. & a Livio XXVIII. 39. tribuitur: siquidem hoc ipsum est a Phœnicibus. Me porro ipsa offendit locutio, *flectere mentes a principio sui generis*, ac *reip. ad nostrum imperium*, *nomenque*, interpositis præsertim illis, *ab omni studio*, *sensuque Pœnorum*. Contorta longiusque petita formula, concursus ablativorum ingratus. Sed opem MSi non ferunt. Pessime tantum *studio* iterant ante *reip.* cod. Car. Steph. Barb. quatuor Britannici (quorum unus etiam, *studio & reip. iis ab*, alter, *ac studio reip. his ab*) ed. Rom. & ambæ Ven. Ego ita scriptum fuisse suspicor: *qui a principe sui generis republica* (his verbis glossa *Pœnorum* adscripta) *omni studio*, *sensuque mentes suas &c.* Si retinere velis, *a principio sui generis*, *ac reip* Gaditanorum mentes intellige in sui generis principio, quod a Phœnicibus ducebant, fuisse defixas, quo tempore Karthaginiensibus ab eodem principio ortis conjuncti erant. Hæ vero Gaditanorum laudes illustrantur loco Strabonis lib. III. p. 140. Εστι δε νησος αυτη τ' αλλα μεν ουδεν διαφερουσα των αλλων, ανδρεια δε των ενοικουντων τη περι τας ναυτιλιας, και φιλια προς Ρωμαιους, τοσαυτην επιδοσιν εις πασαν ευτυχιαν εσχεν, ωστε καιπερ εσχατη ιδρυμενη της γης, ονομαστοτατη των απαντων εστιν. *Est autem insula ipsa ceteris quidem rebus nihil inter alias excellens; sed incolarum navali peritia, & erga Romanos fide tantis aucta est fortunæ muneribus, ut, licet ultimis in terris posita, omnium sit celeberrima.* GAR.

Quos, cum maxima bella nobis inferrentur) Erfurt. *qui cum maxime bella ferrentur*, Guelf. *qui cum maxima nobis ferrent*: unde *inferrent* optime cel. Ernestus eruit, ac recepit. Immo diserte cod. Barb. & unus Britann, *qui cum maxima bella nobis inferrent*. Superest etiam *qui* in alio Brit. & in ed. Aldi senioris: idque placet mihi, non ut referatur ad Pœnos, verum propter anaphoram, ut pertineat ad Gaditanos. Sed unum præterea excidisse verbum dixerim, hoc est, Pœnorum nomen ipsum, quod ex superioribus conjectura sustulimus. Ibi si adjectitium fuerit, causa patebit, cur idem heic a Tullio positum, ab aliis deletum fuisse oporteat, qui ex *qui Pœnos* fecerint *quos*. Anaphora enim, & mea totius loci constitutio postulat, ut legatur, *qui Pœnos*, *cum maxima bella nobis inferrent*, *mœnibus excluserunt*. IDEM.

Mœnibus excluserunt) Livius lib. 28. *Mago, cum Gades repetisset, exclusus*. ABRAM.

Omni sanctiorem Marte) Quid hoc est, *omni sanctiorem Marte?* quis ita loquitur? aut quorsum hic Martis nomen? Ne, multa, legendum arbitror, *omni sanctiorem ara*, id est, inviolabilissimam. Nata est errati causa ex geminatione litteræ *m.* postremæ litteræ vocis antecedentis *sanctiorem*, cum scriptor librarius, pro *sanctiorem ara*, fecisset *sanctiorem. mara*: hinc factum *sanctiorem marte*, ab aliquo semidocto: & fortassis a docto, ut a N. & P. & similibus, sed non satis animum ad sententiam advertentibus. Cum hanc emendationem, una cum illa superiore *conservato*, seu *conservanto*, amico cuidam meo speciosa, & forensi, qui postea declaravit, se ingenio esse vario, & mul-

Digitized by Google

et hoc fœdere, Catuli, Senatusque auctoritate, se no-

bis-

multiplici, (nam de doctrina nihil in præsentia dicam, nisi quod quæ videtur doctrina, ea judicio multorum multo plus habet verborum & pompæ, quam rerum, ac veritatis) quia hanc orationem explicabat, bene de eo merendi studio, impertivissem; egregius ille vir, quem sperabam mihi continuo gratias acturum, ut aliquis esse apud suos videretur, hanc veram lectionem improbavit, & vulgatam tutatus est. Quod cum miratus essem, nihilque mihi jampridem magis præter exspectationem accidisset, non dubitanti, quin statim eam amplecteretur: ubi me opinione falsum esse cognovi, suspicans multos ejus similes posthac futuros, quibus, ut ægris, & febri laborantibus dulcia videntur amara, ita hæ vitiosæ, & vulgatæ lectiones magis placent, quam germanæ Ciceronis: hunc errorem hominibus eripiendum esse existimavi. Ac de superiore quidem emendatione nihil amplius, quam quod a nobis scriptum est, mihi scribendum esse visum est. Satis enim ostendimus, vulgatam scripturam ferri non posse. Nunc doceamus neque hanc, *omni sanctiorem Marte*, tolerari ullo modo posse. Dico igitur primum; Latine dici non posse, *omnis Mars*: ut neque omnis Socrates, omnis Plato: omnis, enim, non potest cohærere cum propriis nominibus, sed cum appellativis tantum, ut omnis deus, omnis homo, &c. Deinde hæc hyperbole, *Marte sanctior*, est inepta: nam cum Mars sit, vel Homeri testimonio, deus insipientiss. dixisset potius, Iove sanctior, aut, (idque melius) deo sanctior. Sed attendat lector, quid ille praclarus auctor responderit: Mars, inquit, Romanorum pater est: præterea centurio ille, qui fœdus cum Gaditanis fecit, L. Martius appellabatur. Ideo ad Martii nomen alludens Cicero, Marte sanctiorem dixit speciem illam fœderis Gaditani. O ingeniosum, & argutum hominem! Atqui, ut taceam, quod jam dixi, *omni Marte sanctiorem*, Latine dici non posse, hoc dico: non solum Iovem Romanis fuisse Marte sanctiorem, verum etiam Iunonem, Palladem, Apollinem. Præterea cum Mars deus sit violentissimus, & injustissimus, & inconstantissimus: quamvis sit Romanorum pater, sanctitatem tamen, nisi, qua ratione deus est, minime omnium deorum ei convenire, aut certe aliis magis, quam Marti. Præterea cum loquatur hic M. Tullius de Gaditanis, eosque dicat, ut quidem vulgo scribitur, hanc speciem fœderis Gaditani semper quovis Marte sanctiorem duxisse, quid attinet hic proferre, Martem Romani generis esse auctorem? Quid tam alienum fingi potest? Quare perspicuum est, hanc hyperbolen esse ineptam, frigidam, ac putidam, neque verisimile est, ea Ciceronem esse usum: quod siqua hyperbole uti voluisset, hac potius usurum fuisse, omni deo sanctiorem. Iam centurio ille, non Martius, per *t*, ut ille imperite existimat, sed, Marcius, per *c*, appellabatur. Quin nemo umquam Romanus, Martius, per *t*, dictus est, sed Marcius, potius per *c*. Simili ignorantia nuper in alia quadam Ciceronis oratione asseverabat legendum, *Decius Brutus*: cum pueri sciunt, Brutos esse Iuniæ gentis, non Deciæ, & Decium esse nomen. Decimum autem, Brutorum quorundam fuisse prænomen. At dicimus, *Mars communis*: &, *nostro*, *meo*, *suo Marte*. Quid ad rem? Mars communis, proverbii locum obtinet, quo significamus, incertam esse belli aleam: *nostro Marte*, etiam oratoribus usitatum est, eoque utimur, cum significamus, nostris opibus ac viribus. Hæc nihil habent cum sanctitate commune. At hic, *Marte*, pro lege belli positum est, inquit ille: primum demus ita esse: quod tamen est falsum: quid? lex belli, nonne mera injuria est? præterea lex belli ubi locum habet, nisi in bello? Atqui hic de fœdere agitur: quod est vinculum pacis. Quare discat homo plus nimio confidens, atque arrogans, & cedat melio-

lio-

Digitized by Google

biscum conjunctissimos esse arbitrati sunt: quorum moe-

lioribus. LAMB. *Omni sanctiorem Marte*) *Arce* pro *Marte* in meo vetustissimo libro scriptum reperitur: quam lectionem etsi tueri facile possim, adductis ex oratione pro P. Sulla. pro Domo, & aliunde exemplis formulæ loquendi hujusmodi, ob ea tamen quæ præcedunt verba *fœderis Marciani*, vulgatam scripturam libenter retineo F. VRSIN. *Semper omni arce duxerunt sanctiorem*) Haud aliter Erfurd. codex, & a manu prima S. Victoris, alluditque Pal. pr. secundus, in quibus *arce*: alii *Marte*, quod probat Manutius, tanquam exaudiatur in eo nomen *Marciani*: *Aras*, ut aras sanctas esse, docuit ad hunc locum Guilielmius cap. 5. Pœnuli Plautini. GRVT. *Omni sanctiorem Marte*) Lambinus emendat *omni sanctiorem ara*: Alii legunt *omni sanctiorem arce*. Verum quia citra necessitatem novare nihil placet, placet hærere in antiquæ scripturæ vestigiis, & ita rem explicare. Etiamsi fœdus illud a Marcio cum Gaditanis ictum non esset vere fœdus solemnibus populi Romani ritibus percussum, sed tantum species quædam & imago fœderis, nihilominus tantæ fuit auctoritatis apud Gaditanos, ut ea fœderis species omni Marte, id est, omni fœdere per jusjurandum Martis inito sanctius crederetur. Mars siquidem in fœderibus solebat invocari. 12. Æneidos:

—— *atque inclyte Mavors*
Cuncta tuo qui bella, Pater, sub numine torques.

Dixit *omni Marte*, quia non solum per Martem, sed etiam per Enyalium, & fortasse per alios belli præsides Deos jurabant. Polybius lib. 3. *Hujusmodi jusjurandum nuncupandum erat. Carthaginienses primis fœderibus Deos patrios, Romani per lapidem ex antiqua consuetudine, & insuper Martem, & Enyalium jurare debebant. Quod autem ad lapidem spectat, id est ejusmodi*. Alium porro Martem fuisse, alium Enyalium patet etiam ex Aristophane in Pace:

Αρεῖ δε; Μη, μη. Μηδ' Ενυαλιῳ γε; Μη.
Marti vero? Non, non. Neque Enyalio? Non.

Vbi interpres, Προς τους ειομενους τον νεωτερον των αυτων Αρεα ειναι, και Ενυαλιον κατα το επιθετον. Τινες δ' Αρεως και Ενυους τον Ενυαλιον, οἱ δε Κρονου και Ρεας. *Adversus eos recentiores qui Martem & Enyalium ex epitheto eundem esse existimant. Quidam Enyalium Martis, & Bellonæ, alii Saturni, & Rheæ filium esse fabulantur.* Quamvis etiam Homerus Iliados ρ. & Martem Enyalium nuncuparit:

—— *Δυ δε μιν Αρης*
Δεινος Ενυαλιος. ——
—— *Mars induit illum*
Sævus Enyalius. ——

Quod ad Homerum spectat, etsi Minerva 15. Iliados, v. 128. excandescens Martem ita compellet,

Ουλομενε, φρενας ηλε, διεφθορας. η νυ τοι αυτως
Ουατ' ακουεμεν εςι. Νοος δ' απολωλε και αιδως.
Perniciose, excors, corrumperis. An tibi frustra
Aures penduntur! pudor & reverentia cessit.

Tamen Homerus ipse in hymnis eum ita salutat:

—— *συναρωγε Θεμιςος,*
Αντιβιοισι τυραννε, δικαιοτατων αγε φωτων.
Iustitiæ vindex infestorumque tyranne
Dux quoque justorum.

Adde quod Accius apud Charisium lib. 1. Martes numero multitudinis agnoscit:

Martes armis duo congressos crederes.

Dionysius Halic. lib. 2. *Enyalium Sabini, sicut eos secuti Romani, Quirinum nominant, nondum satis certi, Marsne is sit: an quis alius honore Marti similis. Nam quidam uni Deo bellorum præsidi nomen utrumque tribuunt, alii duorum hæc putant esse numinum*. ABRAM. Cum non tantum Fulvii Vrsini vetustissimus liber, sed & optimus

mœnia, delubra, agros, ut ipse Hercules itinerum, ac laborum suorum, sic majores nostri imperii, ac nominis populi Romani terminos esse voluerunt? Testantur et mortuos nostros imperatores, quorum vivit im-

mus Erfurt. *arce* præ se ferant, nullus dubitavi cum Grutero id amplecti. In Franc, est *arte* quamvis alia manus, sed longe recentior, ad *ar* apposuisset *m*. Exempla, quæ Guilielmius attulit, quibus ostendit arcem esse quodvis firmum monumentum, quod tuetur eos, qui ad eam confugiunt, non sinunt nos ambigere de veritate hujus scriptionis. Si Cicero usus esset vocabulo *Marte*, & allusisset illo ad Marcii nomen, ut sentit Manutius, & Ursinus, nihil esset frigidius, & *μειρακιώδης* reprehensionem non posset effugere. Garv. Lambini conjectura duos adscriptores invenit, quorum summa est apud omnes auctoritas, Bentleium ad Horat. Carm. Sec. 65. ubi *arces*, & *aras* librarii commutarunt, & postea Ernestum. De repetundarum judicio usurpatur utrumque V. in Verr. 48. *Hic locus est igitur unus, quo perfugiant: hic portus, hæc arx, hæc ara sociorum*. Sed, cum ne in uno quidem libro supersit *ara*, quomodo lectio tam plana oblitterari potuerit, nescio, codicesque optimos malo equidem sequi, in eorumque lectione subsistere, quam progredi ulterius, in iis fidem non veritatis, sed commutationis agnoscere: siquidem, quod caput est, vox *arce* reprehendi non debeat, Munitione *arx*, religione *ara* defendit. Atqui ab utroque Gaditanorum fœdere aberat religio, ut constat ex c. 15, sed præcipue ab hoc vetustissimo per centurionem inito, quod ne fœdus quidem erat, sed *species fœderis*. Recte igitur Gaditani Marcianum fœdus nullo neque sacro, neque publico jure, sed facto potius, & re ipsa munitum putarint, veriusque cum arcis præsidio, quam cum aræ sanctitate contulerint. Divin. 5. *hanc habent arcem* (repetundarum legem) *minus aliquanto nunc quidem munitam, quam antea &c.* Pro Sulla 11. urbem Romam dicit *arcem regum, ac nationum exterarum*: ibid. 28. *munite communem arcem bonorum, obstruite perfugia improborum*, Livius III. 45. *tribunitium auxilium, & provocationem, plebi Romanæ duas arces libertatis tuendæ, ademistis*. Hosce locos, quibus munitio significatur, addere Guilielmius poterat: qui pauca de arcibus, & inutilia disserit, quasi religionis ratio in iis maxime haberetur. Nulla in verbo *arce* difficultas apparet; est potius aliqua in verbo *sanctiorem*, quæ in illud alterum recidit. Hanc tamen ipsam facile tollet Marciani ICti definitio, Pand. I. 8. 8. *Sanctum est, quod ab injuria hominum defensum, atque munitum est*. Hæc *sancti* significatio cognita satis est, ac pervulgata. Quoniam vero quidquid fœdera communit, id ea *sancire* dicitur, idcirco usus videtur Cicero sollemni fœderum voce *sanctiorem*, quæ ab adjunctis explicaretur: adjunxisse autem *omni arce*, ut apta comparatione cum summam fœderis non legitimi firmitatem, tum genus firmitatis ipsum exprimeret. His de caussis summorum virorum emendationem, quam collaudo, sequi non audeo. Tantum in hac optimorum codicum lectione vulgatum ordinem librorum, quos vidi, omnium restituo, *semper omni sanctiorem arce duxerunt*, Atque ita scriptum esse in Erfurtensi, non hoc novo Grut. ordine, primus codicis illius inspector Guilielmius testatur. Quid quærimus? ipsa testimonium dicit depravatio, quæ litteram M. ab antecedenti voce sumpsit, & iteravit. Gar.

Ut ipse Hercules) Silius lib. 17.

Terrarum finis Gades, ac laudibus olim

Terminus Herculeis Calpe.

Herodotus Melpomene: *Insulam Erythyam contra Gades, quæ sunt extra columnas Herculis in Oceano*. Ant. Cod. Lamb.

Digitized by Google

immortalis memoria, et gloria, Scipiones, Brutos, Horatios, Cassios, Metellos, et hunc præsentem Cn. Pompejum, quem procul ab eorum mœnibus, acre, et magnum bellum gerentem, commeatu, pecuniaque juverunt: et hoc tempore ipso populum Romanum, quem in caritate annonæ, ut sæpe ante fecerant, frumento suppeditato, levaverunt: se hoc jus esse velle, ut

Lamb. & ed. Naug. *ut Hercules ipse*, sed Erfurt. Barb. & duo Britann. *ipse* non agnoscunt, quod potest facile abesse. GAR.

Brutus) De Bruto epitome Liviana lib. 55. *D. Iunius Lusitaniam urbium expugnationibus usque ad Oceanum perdomuit: & cum fluvium oblivionis transire nollent, raptum signifero signum ipse transtulit, & sic ut transgrederentur persuasit.* Lib. 56. *D. Iunius Brutus in ulteriore Hispania feliciter adversus Gallæcios pugnavit.* ABRAM.

Horatios, Cassios), Pro *Horatios* habent *Hortios* libri veteres, unde conjicere quispiam posset, *Porcios* scribendum esse. Ant. Augustinus legit *Gracchos*: recte, si habet historiam Gracchi alicujus Imperatoris in Hispania mortui. FULV. URSINUS.

Horatios, Cassiosque) Quod ad Horatios Cassiosque spectat, vix facile quemquam imperatorem his nominibus reperias, qui res magnas in Hispania gesserit, cujusque mortui vivat immortalis memoria: quare placet Fulvii Ursini conjectura reponentis *Porcios*, *Gracchos*. Iam de rebus M. Porcii Catonis Censorii in Hispania gestis fuse Appianus Ibericis, & Livius lib. 34. ubi & illud: *Arma omnibus cis Iberum Hispanis ademit, quam rem adeo ægre passi, ut multi mortem sibimetipsi consciscerent: ferox gens nullam vitam rati sine armis esse.* Uno die muros omnium urbium dirui jussit, urbesque quadringentas in potestatem redegit, adeo ut diceret teste Plutarcho, πλειονας ειληφεναι πολεις ων διηγαγεν ημερων εν Ιβηρια. *Plures se urbes cepisse, quam egisset dies in Hispania*: vide citatos. Gracchus etiam multa præclare gessit in eadem Hispania, de quibus videre est Livium lib. 40. *Gracchus duxit ad populandum Celtiberiam legiones: & cum ferret passim cuncta atque ageret, populique alii voluntate, alii metu jugum acciperent, CIII. oppida intra paucos dies in ditionem accepit.* De Quinto Metello ejusque rebus in Hispania gestis, Sallustius in Fragmentis lib. 2. historiarum, Epitome Liviana, Plutarchus in Pompejo & Sertorio, ubi & de bellis Cn. Pompeji. ABRAM.

Levaverunt) Lego cum Rom. & duabus Venetis, cum Lamb. & ejus cod. cui Barb. accedit, *levarunt*. Male infra Rom. Venetæ, & cod. Lamb. *sint* pro *sis* tribus locis prioribus, & cod. Barb. Ald. Naug. Cam. *sive*. Locum emendavit, quantum scio, P. Manutius. Qui etiam supra pro *Cassios* legit *Crassos* in Adnot. & recte, libris tamen repugnantibus, & ipsa viri summi editione, sed favente in primis usitata permutatione, quæ facta est etiam infra c. 23. Levis est autem illa conjectura, *Porcios* nam *Catones* erat dicendum, ut consuetudo ferebat. *Scipiones*, *Brutos*, non *Cornelios*, & *Iunios* dictos videmus. Mihi venit in mentem, *Horatios* imperitissimum aliquem adscripsisse, qui *Flaccos* invenerit, cum id cognomen ad Fulvios heic pertinere nesciret, putaretque omnes Flaccos ad gentem Horatiam referendos esse, quia Flaccum ex ea gente poetam noverat. Notum est autem in bellis ante Pompejum Hispanicis Fulvii Flacci nomen: velut apud Appian. p. 465. GARAT.

Lamb

ut sibi, et liberis, si qui eximia virtute fuerint, sit in nostris castris, sit in imperatorum prætoriis, sit denique inter signa, atque in acie locus, sit his gradibus adscensus etiam ad civitatem.

18. Quod si Afris, si Sardis, si Hispanis, agris, stipendioque multatis, virtute adipisci licet civitatem, Gaditanis autem, officiis, vetustate, fide, periculis, fœdere conjunctis, hoc idem non licebit: non fœdus sibi nobiscum, sed iniquissimas leges impositas a nobis esse arbitrabuntur. Atque hanc, judices, non a me fingi orationem, sed me dicere, quæ Gaditani judicarint, res ipsa declarat. Hospitium multis annis ante hoc tempus cum L. Cornelio Gaditanos fecisse publice dico: proferam testes, proferam legatos, excitabo laudatores, quos ad hoc judicium, summos homines, ac nobilissimos, deprecatores hujus periculi, missos videtis: re denique multo ante Gadibus inaudita, fore, huic ut ab illo periculum crearetur, gravissima tum in istum civem suum Gaditani Senatusconsulta fecerunt. Potuit magis fundus populus Gadita-

Iniquissimas leges impositas) Pro Milone: *Quas ille leges*, &c. *fuerit impositurus nobis atque inusturus*. In Pisonem: *Quæ lex privatis hominibus esse lex non videbatur, inusta per servos, incisa per vim, imposita per latrocinium.* Epistola undecima ad Tironem: *Spes est pacis non honestæ, leges imponuntur, sed quidvis est melius, quam sic esse ut sumus*. ABRAM.

Quos ad hoc judicium) Relativum *quos* deest in codice Erfurt. & Barb. in edd. Rom. Venetis, Ald. Naug & Camer. Sed recte a P. Man restitutum omnes retinuerunt, MSis adprobantibus. GAR.

Multo ante Gadibus inaudita) Sic habent omnes, quos vidi, libri veteres: neque dubium cuiquam debet esse, quin ita sit legendum: *inaudita* autem, participium est, a verbo *inaudio*: nequis putet esse compositum ex *in*, & *auditus*: quod significat, non auditus: ut supplicia inaudita, scelera inaudita, id est, non audita: hoc loco autem, *inaudita*, idem fere valet, quod audita: quod cum scioli non intellexissent, ex eo fecerunt *jam audita*: quod reperitur in libris vulgatis. LAMBINUS. Non editiones quædam, ut in V. L. dicitur, sed plane omnes ante Lamb. proditæ, quas vidi, habent *jam audita*. Cod. Barb corruptissime, *in mandata*, sed in marg *al. inaudita*. GARAT.

Gravissima tum in istum civem suum Gaditani S. C. fecerunt) Vetus liber habet, *Gaditani senatus convicia fuerunt*. F. URS. *Gravissima Senatusconsulta fecerunt*) Si obtemperandum libris olim impressis scriptisque, restituendum *convitia*: neque aliter etiam S. Victor. capiundum autem istud, non de Balbo, sed de accusatore Balbi Gaditano, ut liquet ex capite 14. hæc

Digitized by Google

tanus fieri, (quoniam hoc magnopere delectare verbo) si tum fit fundus, cum scita, ac jussa nostra sua sententia comprobat, quam cum hospitium fecit, ut et civitate illum mutatum esse fateretur, et jus civitatis honore dignissimum judicaret? potuit certius interponere judicium voluntatis suæ, quam cum etiam accusatorem hujus multa, et pœna multavit? potuit magis de re judicare, quam cum ad vestrum judicium cives amplissimos legavit, testes hujus juris, vitæ laudatores, periculi deprecatores? Etenim quis est tam demens, quin sentiat, jus hoc Gaditanis esse retinendum, ne interseptum sit iis iter perpetuo ad hoc am-

hæc timide pono, quia otium non est penitius rem indagandi. GRUT. Lectio horum librorum, in quibus editi omnes ante Naug. numerantur, & codicis Barb. item Guelf. & omnium Britann. *Senatus convicio fecerunt*, nihil est aliud, quam corruptio ex pessima notarum S. C. interpretatione profecta. Quis hoc non videt, aut quis miratur? Contrarium evenit I. in Verr. 8. apud Rufinianum, ut adnotavimus. GAR.

Et hujus civitatis honore dignissimum) Scripturam antiquam adjuvi: nam cum reperissem ita in libris antiquis scriptum, *& jus civitatis honore dignissimum*: vulgatam autem lectionem ferri non posse, *& jus civitatis, honorem dignissimum*: (nam primum de cujus civitatis jure sentiat, non aperit: deinde *honos dignissimus*, quid valet?) ego ex *jus*, feci *hujus*, in ceteris scripturæ veteris fidem atque auctoritatem sum secutus. LAMBIN. *Et jus civitatis*) Emendant, & quidem eleganter: *Et hujus civitatis honore dignissimum judicaret*. Sicut aliquanto post: *Et defendunt, amore ut suum civem, testimonio ut nostrum, officio ut ex nobilissimo cive sanctissimum hospitem*: quas emendationes libenter in textum admisimus, freti auctoritate tum Lambini, tum maxime Gruteri ex MS. Erfurdiensi, S. Victoris, & Palatino. Quod autem ait: *ex nobilissimo cive*: adstipulatorem habet Iulium Capitolinum in Balbino; *Familiæ vetustissimæ, ut ipse dicebat, a Balbo Cornelio Theophane originem ducens, qui per Cn. Pompejum civitatem meruerat, cum esset suæ patriæ nobilissimus, idemque historiæ scriptor*. ABR. Etiam cod. Barb. & quatuor Britann. habent *honore*; immo ante Lamb. ita jam ediderant Naug. Cam. & Gryph. Tum egregie Lamb. *& hujus*, quod recepit Ernest. quamquam omnes libri, *& ius*, uno excepto Britann. in quo, *& ejus*. Barberinus præterea supra rectissime præbet, *hoc magno opere delectare verbo*, & infra, *& magno opere iis esse lætandum*, quod Tullio reddendum, ut aliis locis, existimo. Vide ad II. in Verr. 58. in Vatin. 17. &c. Gruterus heic a Grævio non discrepat, & nihil de suis MSis monet. Lamb. supra conjiciebat, *quam cum hospitium cum L. Cornelio fecit*, non necessario. Infra cod. Erfur. & edd. Rom. sec. Ven. Ald. *civis amplissimos legavit, testis huius iuris*, Naug. *civeis*, & *testis*. Quod notatum ibi ex MSo a I. F. Gronovio refert ejus filius, *viri*, id in Erfurt. & Barb. & uno Brit. est pro *iuris*. sed male. GARAT.

Ne interseptum sit iis iter perpetuo) Cod. Erfurt. unus Britann. edd. Rom. & ambæ Ven. *ne septum sit iis iter perpetuum*; neque aliter Barb. reliqui Brit.

Digitized by Google

amplissimum præmium civitatis: et magnopere iis esse lætandum, hujus L. Cornelii benivolentiam erga suos remanere Gadibus: gratiam, et facultatem commendandi in hac civitate versari? Quis enim nostrum est, cum non illa civitas sit hujus studio, cura, diligentia, commendatior?

19. Omitto, quantis ornamentis populum istum C. Cæsar, cum esset in Hispania Prætor, affecerit, controversias sedarit, jura ipsorum permissu statuerit, inveteratam quondam barbariam ex Gaditanorum moribus, disciplinaque delerit, summa in eam civitatem, hujus rogatu, studia, et beneficia contulerit: multa prætereo, quæ quotidie labore hujus, et studio aut omnino, aut certe facilius consequuntur. Itaque et ad-

Brit. quatuor, & Aldus senior, nisi quod retinent *interseptum*. Esse potuit, *in perpetuum*. Gar.

Controversias sedaris) Plutarchus in universum: *Θεμενος δε τα τε πολεμε καλως, ε χειρον εβραβευε τα της ειρηνης, ὁμονοιαν τε ταις πολεσι καθιςας, και μαλιςα τας των χρεωφειλετων και δανειςων ιωμενος διαφορας. Rebus bellicis bene constitutis, non pejus administravis ea quæ ad pacem spectabant, concordia in civitatibus composita, & maxime debitorum & creditorum controversiis sedatis.* Iura ipsorum permissu statuit, quia contra eorum voluntatem jurisdictionem non usurpasset in fœderata & libera civitate. Abr.

Inveteratam quondam barbariam) Legendum fortasse est *quandam*, non *quondam*. Lamb. *Inveteratam quondam barbariem*) Fortasse quod homines Herculi immolarunt, nihil affirmo. Tamen scribit Diodorus lib. 6. Gaditanos ad suam usque ætatem summo in honore templum Herculis habuisse, statutis de more Phœnicum sacris. Gadira siquidem Tyriorum colonia. Tyrios autem humanas etiam Saturno victimas, id est ingenuum puerum sacrificasse scribit Curtius lib. 3. ut non minus de his quam de alteris Pœnis intelligendum videatur illud Plinii lib. 36. cap. 5. *Inhonorus est nec in ullo templo Hercules, ad quem Pœni omnibus annis humana sacrificaverunt victima.* Abr. De ritu Gaditanorum, qui Saturnum humanis hostiis placarint, æque ut Tyrii, & Carthaginienses, quem Iulius Cæsar sustulerit, hunc quoque locum intelligit Valesius ad fragmenta Dionis Cocceji in Peiresciania Excerptis. Grav. Barb. *condam*: sed Aldus nepos recepit *quandam*, ut Lamb. conjecerat, atque ita legit etiam Valesius ad Exc. Peiresc. p. 110. ed. Dion. Reim. p. 1305. Conjectura hæc videtur mihi verissima, quam probavit etiam Ernestus. Gar.

In eam civitatem) Ita cod. Barb. & omnes editi, præter Car. Steph. qui dedit, *in eamdem civitatem*: quæ causa, opinor, Lambino fuit vulgatæ suorum codicum auctoritate firmandæ. Idem.

Aut certe facilius consequuntur) Valde infirmum hoc est, quod primum in Lambinianis inveni, & vix tandem ab uno cod. Britann. confirmatum arbitror. Nam prius editi, & cod. Barb. & Erfurt. & quatuor Britann. *consequantur*: quod minime mutandum fuerat. Ernestum talium subjunctivorum amantissimum fugisse hoc video. Male autem infra Erfurt. Rom. & sec. Ven. *Itaque & adsunt civi-*

Digitized by Google

adsunt principes civitatis, et defendunt, amore, ut suum civem, testimonio, ut nostrum, officio, ut ex nobilissimo civi sanctissimum hospitem, studio, ut dilegentissimum defensorem commodorum suorum. Ac, ne ipsi Gaditani arbitrentur, quamquam nullo incommodo afficiantur, si liceat eorum cives virtutis caussa in nostram civitatem venire, tamen hoc ipso inferius esse suum fœdus, quam ceterorum: consolabor et hos præsentes viros optimos, et illam fidelissimam, atque amicissimam nobis civitatem, simul et vos, non ignorantes, judices, admonebo, quo de jure hoc judicium constitutum sit, de eo numquam omnino esse dubitatum. Quos igitur prudentissimos interpretes fœderum, quos peritissimos bellici juris, quos diligentissimos in exquirendis conditionibus civitatum, atque causis esse arbitramur? eos profecto, qui jam imperia, ac bella gesserunt.

20.

civitates, cod. Barb. quatuor Brit. & prior Ven. *Itaque & adsunt principes, & adsunt civitates*, cum de una Gaditanorum civitate sit sermo. IDEM.

Amore, ut suum civem) Monet Guilielmius, exstirpandum videri illud *civem*. GRUT.

Ut ex nobilissimo civi sanctissimum hospitem) Sic habent omnes libri veteres, nihil prorsus de meo addidi, nihil detraxi: quæ lectio, quanto præstet vulgatæ; *ut nobilissimum, & sanctiss. hospitem*, usque adeo hebetem puto esse neminem, quin intelligat. LAMB. *Officio, ut ex nobilissimo civi sanctissimum hospitem, &c.*) Sic primum Lambinus, firmantque Erfurd. S. Victor. Pal. nonus: prius editi *officio, ut nobilissimum & sanctissimum hospitem*. GRUT. Sed cod. Barb. & Brit. tres, ed. Rom. & ambæ Ven. *ut nobilissimum civem, sanctissimum hospitem*: ita locutionem præstantissimam perverterunt. Porro multos harum orationum locos, quibus Cicero ablativo *civi* usus est, collegit Mencken. in Observ. L. L. p. 105. GARAT.

Consolabor) Gaditanus consolatur eadem opera, qua docet, de jure civium ex fœderatis civitatibus adsciscendorum numquam esse dubitatum. Nihilo enim pejus cum his agetur, quam cum aliis illustrium civitatum conjunctissimis fœderatis actum fuerit. Immerito hic hæsit Ernestus. IDEM.

Non ignorantes) Rom. sec. Ven. & Ald *non ignorantis*: solus autem Car. Steph. *quod non ignoratis*, ejusque lectio in V. L. Oliveti Lambino tribuitur: sed, cum vulgatam, ne varietate quidem notata, in meis Lambinianis invenerim, arbitror, virum præstantissimum in prima editione Stephano, & ejus codici paruisse, deinde sententiam mutasse. Idem notat, alios, quos ignoro, infra legere, *de eo jure numquam*. IDEM.

Esse arbitrabamur?) Recte caret verbo *esse* cod. Erfurt. in V. L. quod censuit etiam Ernestus. Sed omnino error typographicus Gruterianæ tollen-

20. Etenim, si Q. Scævola ille augur; cum de jure prædiatorio consuleretur, homo juris peritissimus, con-

lendus mihi fuit, quem neque Iac. Gronov. neque Græv. neque Verburg. sustulit. Scilicet pro *arbitrabamur* dedi *arbitramur* cum cod. Barb. & omnibus ante Grut. editis, ut Olivetus, nulla Britannicorum codicum dissensione, Lallem. Ernestusque fecerunt. Erfurtensem attente non inspexit Grævius, ut puto: aut, si mendosus non erat, syllaba tamen una erat auctior, habuit *arbitrabimur*. Etiam cod. Guelf. optime *arbitremur*, quod mallet Ernestus. IDEM.

Q. *Scævola*) Hic est ille de quo Pomponius D. de origine juris: *Qu. Mucius Publii filius Pontifex Maximus jus civile primus constituit, generatim in libros decem & octo redigendo*: pro Cæcina. ABRAM. Male puto a Lamb. datum *Scævula*; quamquam ita sciam in MSo Pandectarum Florentino legi, & in aliis libris antiquis. Nam hoc ætati Ciceronis minime convenit, ut constat ex iis, quæ retuli ad II. in Verr. 61. GAR.

De jure prædiatorio) In Verrem de prætura urbana: *Ubi illa consuetudo in bonis, prædibus, prædiisque vendendis, omnium Consulum, Censorum, Prætorum, Quæstorum denique, ut optima conditione sit is, cuja res sit, cujum periculum*: Item: *Prædibus & prædiis populo cautum est, & si non putas cautum, scilicet tu prætor, in mea bona, quos voles, immittes?* ubi Asconius: *Prædes fidejussores: bona prædia prædum ipsorum bona satisdationibus obnoxia*. E quibus quid sit jus prædiatorium facile intelligas. Turnebus Adversar. lib. 20. cap. 30. *Prædia dicta, item ut prædes a præstando, quod ea pignori data, ut publice mancupes præstent fidem*. Verba sunt Varronis 4. de lingua, quibus ille addit: *Ceterum prædes exponuntur in antiquo lexico*. Οἱ ὥσπερ φόρου δήμῳ ἐνδεδεμένοι. *Qui pro vectigalibus populi obligati sunt. Prædiatores* ὠνηταὶ ὑπαρχόντων, *qui eorum scilicet bona & fortunas emunt. Hinc jus prædiatorium apud Ciceronem, quo obligata sunt bona ærario, & populo*. Vide Valerium Max. lib. 8. [illegible] pene hæc ipsa Ciceronis verb[illegible]rentem. ABRAM. Est id caput de jure, quod est sancitum de prædiis aut bonoprædiis, hoc est possessionibus reipublicæ obligatis, quæ dicebantur per excellentiam *prædia* & *bonoprædia*, teste Asconio: & *prædiatores* erant, quorum bona erant obstricta publico: hinc & *lex prædiatoria* apud Suetonium in Claudio: vide Salmasium de modo usurarum. GRÆV.

Consultores) Qui jurisperitos adibant consilii petendi caussa. Horatius:

Agricolam laudat legum jurisque peritus,
Sub Galli cantum consultor ubi ostia pulsat.

Pro Muræna: *Itaque non modo beneficii collocandi spem, sed etiam illud, quod aliquando fuit, licet consulere? jam perdidistis*: ad quam formulam Horatius alludit lib. 2. Sat. 3.

Ergo consulere & mox respondere licebit?
Consule.

Placet duo hujusmodi consultationis exempla proferre: alterum ex Pomponio ibidem: *Servius cum in caussis orandis primum locum, aut pro certo post M. Tullium obtineret, traditur ad consulendum Qu. Mucium de re amici sui pervenisse, cumque eum sibi respondisse de jure Servius parum intellexisset, iterum Qu. Mucium rogasse, & a Qu. Mucio responsum esse, nec tamen percepisse, & ita objurgatum esse a Qu. Mucio: namque eum dixisse, turpe esse patricio, & nobili, & caussas oranti, jus in quo versaretur, ignorare. Ea velut contumelia Servius tractatus operam dedit juri civili*. Hæc ille. Verum cum Qu. Mucius jussu Marii fuerit in Tiberim projectus, ut scribunt Appianus primo civilium, & Lucanus lib. 2. est, quod de hujus historiæ fide merito dubites: cum præsertim vivo Mario Tullius nondum forum attigisset

Digitized by Google

consultores suos nonnumquam ad Furium, et Cascellium, prædiatores, rejiciebat: si nos de aqua nostra Tuscu-

gisset, nec Servius adhuc adolescentulus inter Crassos & Antonios primum in orandis caussis potuerit locum obtinere. Alterum exemplum est apud Macrobium Saturn. 2. *Lapidatus a populo Vatinius, cum gladiatorium munus ederet, obtinuerat, ut Ædiles edicerent. Ne quis in arenam nisi pomum misisse vellet. Forte iis diebus Cascellius a quodam consultus, an nux pinea pomum esset, respondit: Si in Vatinium missurus es, pomum est.* Hic est fortasse ille Cascellius qui adolescens fuerat prædiator, ætate provectior ad ceteras jurisprudentiæ partes animum adplicavit. Hujus etiam meminit Pomponius: *Trebatius peritior Cascellio, Cascellius Trebatio eloquentior fuisse dicitur*. De Furio & M. Tugione nihil liquet, quamvis videtur innui Lucius Furius Philus, de quo Cicero in Bruto. Videntur etiam dici *prædiatores*, qui non omne jus civile tractant, sed eam tantum partem quæ agit *de jure prædiorum*; vulgo doctores unius tituli diceremus: de quo jure multi tituli in C. Iustiniani, & in Digesto titulus de aqua cottidiana & æstiva. C. de aquæductu. ABRAM.

Ad Furium & Cascellium) Est a Gembl. & Pal. nono: nam ceteri *Casellum*, quomodo & S. Victor. vulgata *Casellium*. Si standum exemplaribus Valerii Maxi: N lib. VIII. cap. 12. rescribendum potius *Cesellius*: hocque item aliis argumentis evincit amicus noster Pighius, qui videatur in Fastis ad annum urbis conditæ DCXXXIII. GRUT. Copiose, solideque Pighium refutavit Rupertus, quem citat Ernestus in Ind. Hist. Omnino recte *Cascellium*, quod ante Grut. dederat Lambinus, & quod firmant libri Tulliani, etiam qui mendosi sunt, ut cod. Car. Steph. habens *Castellum*, Barb. & prior Ven. *Cassellium*. In ipso Valerio, qui l. c. hunc Ciceronis locum manifesto describit, jam editur ex libris melioribus *Cascellius*. Firmant hoc nomen codices Plinii, Horatii, Macrobii, Ammiani, codex Pandectarum Florentinus, & veteres lapides. Bachius Hist. Iur. II. 2. sect. 4. §. XLIX. dubium admodum esse putat, an A. Cascellius, qui Triumviratus tempore in summa senectute vivebat, idem sit, ut putatur, qui a Q. Mucio Augure consultores accipiebat. Quod ad temporum rationem attinet, si A. Cascellius anno DCCX. octogenarius fuerit, potuit clarus esse anno DCLX. cum Mucius aliquot ultra illum annos vitam produxerit. Verum & homo heic Mucii fere æqualis requiri videtur, & Cascellius celebrior est ICtus, quam ut in jure prædiatorio constitisse credatur. Merito itaque Bachius dubitavit, & valde suspicor, prædiatorem Cascellium patrem notissimi illius A. Cascellii fuisse. De jure prædiatorio exstat egregia Dissertatio doctissimi Heynii a Bachio (cui tribuitur ipsi ab Ern. in Ind. p. 681.) laudata: qui etiam censet, Furium heic nominatum esse C. Furium Camillum, de quo V. ad Div. 20. ea dicuntur, quæ juris prædiatoris peritissimum probent. Sed ejus quoque pater heic est intelligendus, si Tullii æqualis fuit, ut ex locis a Manutio ibi laudatis colligi potest. GARAT.

De aqua nostra Tusculana) Aquam habuit Orator in villa Tusculana Crabra nomine, pro qua vectigal pendebat Tusculanis. Tertia Agraria: *Ego Tusculanis pro aqua Crabra vectigal pendam, quia a municipio fundum accepi, si a Sulla mihi datus esset, Rulli lege non penderem*. Epistola ad Tironem 18. lib. 16. ad fam. *De Crabra quid agatur, etsi nunc quidem nimia est aqua, tamen velim scire*. Vide Frontinum de aquæductibus. Certe fuit in aquis alterius villæ Academiæ felicior, in qua miro divinæ providentiæ dono calidæ & oculis salubres repente manare cœperunt, & etiamnum vocantur *balneum Ciceronis*. In quas elegans Laureæ Tullii epigram-

Digitized by Google

Tusculanæ M. Tugionem potius, quam C. Aquilium consulebamus, quod assiduus usus uni rei deditus et ingenium, et artem sæpe vincit: quis dubitet de fœderibus, et de solo jure pacis, et belli, omnibus juris peritissimis imperatores nostros anteferre? Possumusne igitur tibi probare auctorem exempli, atque facti

gramma his verbis conclusum:

Ut quoniam totum legitur sine fine per orbem
Sint plures oculis quæ medeantur aquæ.

Vide Plinium libro 31. cap. 2. Abr.

C. Aquilium) Pomponius loco citato: *Mutii auditores fuerunt complures, sed præcipuæ auctoritatis Aquilius Gallus.* De quo oratione pro Cæcina: *Quapropter hoc dicam, nunquam ejus auctoritatem nimium valere, cujus prudentiam populus Romanus in cavendo, non in decipiendo perspexit: qui juris civilis rationem numquam ab æquitate sejunxerit: qui tot annos ingenium, laborem, fidem suam populo Romano promptam expositamque præbuerit: qui ita bonus & justus vir est, ut natura, non disciplina consultus esse videatur: ita peritus ac prudens, ut ex jure civili, non scientia solum quædam, verum etiam bonitas nata videatur, cujus tantum est ingenium, ita prompta fides, ut quidquid inde hauribas, purum liquidumque te haurire sentias.* Idem.

Assiduus usus uni rei deditus) Hinc Platonis edictum lib. 8. de legibus, ut omnes uni reipublicæ animum dedant, nemoque civium ullam mechanicam artem attingat. *Δυο δ' επιτηδευματα, η δυο τεχνας ακριβως διαπονεισθαι σχεδον ουδεμια φυσις ικανη των ανθρωπων, ουδ' αυ την μεν αυτος ικανος ασκειν, την δ' αλλον ασκουντα επιτροπευειν. Duo studia, aut duas artes exacte exercere, nulla propemodum mortalium indoles sufficiens est, neque rursum quisquam aliam artem exercere per se sufficiens est, & alii aliam exercenti præesse.* Vide fuse libro exeunte, & eam ob caussam sub initium 4. de Rep. sapienter monuerat. Προς ο τις πεφυκε προς τουτο ένα έν έκαστον εργον δει κομιζειν. *Ad quam rem quis a natura comparatus est, ad eam unam unumquemque oportet applicare.* Xenophon octavo de institutione Cyri: *Αδυνατον εν πολλα τεχνωμενον ανθρωπον παντα καλως ποιειν. Fieri non potest, ut qui multas artes exercet, omnia bene agat.* Atque eam caussam esse dicit, cur meliores fiat in magnis urbibus, quam in parvis oppidis artifices, quod in magnis singuli singulas artes exerceant. Dixerat lib. 2. *Ουτοι κρατιστοι εκαστα γιγνονται οἱ αν αφεμενοι τοις πολλοις προσεχειν τον νουν, επι εν εργον τραπωνται. Hi peritissimi in singulis evadunt, qui dimittentes multis rebus animum adhibere, uni rei se addixerint.* Aristoteles quarto polit cap. 15. *Βελτιον εκαστον εργον τυγχανει της επιμελειας μονοπραγματουσης, η πολυπραγματουσης. Melius unumquodque opus est ab animo uni rei dedito, quam a pluribus occupato.* Herodotus in Euterpe de Ægyptiis: *Μιης νουσου εκαστος ιητρος εστι και ου πλεονων. παντα δ' ιητρων εστι πλεα. οἱ μεν γαρ οφθαλμων ιητροι κατεστεασι, οἱ δε κεφαλης, οἱ δ' οδοντων,* &c. *Unius morbi unus est medicus, non unus & idem plurium. Itaque omnia referta sunt medicis. Alii enim sunt oculorum, alii capitis, alii dentium,* &c. Quidam autem hic legunt *assiduus usus uni rei dediti*, id est, usus & experientia hominis qui deditus est. Neque enim satis Latinum videtur *usus deditus*. Abram.

Omnibus juris peritissimis) Vetus liber, *hominibus juris peritissimis*. F. Ursin. Sollemnis permutatio, ut illa in cod. Car. Steph. in uno Britann. in ed. Rom. & in utraque Ven. *omnibus viris peritissimis* pro *juris*, sed pessime. Gar.

Is

Digitized by Google

facti illius, quod a te reprehenditur, C. Marium? quæris aliquem graviorem? constantiorem? præstantiorem virtute, prudentia, religione, æquitate? Is igitur M. Annium Appium, fortissimum virum, summa virtute præditum civitate donavit, cum Camertinum fœdus sanctissimum, atque æquissimum sciret esse. Potest igitur, judices, L. Cornelius condemnari, ut non C. Marii factum condemnetur? Exsistat ergo ille vir parumper cogitatione vestra, quoniam re non potest: ut conspiciatis eum mentibus, quem oculis non pote-

Is igitur M. Annium Appium) Quod Græv. ab Erfurt. abesse voces *is igitur* in V. L. monet : si attendas, intelliges, eum codicem turpissimo illo mendo inquinari, quo codex quoque Barb. & duo Brit. ed Rom. & ambæ Ven. *religionis igitur æquitate M. Annium* : unde vulgata, quæ optima est, ab Aldo seniori eruta confirmatur. Transpositum fuit *is igitur*, deinde ex *religione is* factum *religionis*. Nisi forte malis cum uno Britann. delere *igitur*, ne ter tam proxime repetatur; ut sit : *Is M. Annium &c.* Præterea, cum sollicitos viros doctos habeat cognomen illud, *Appius*, edendum censeo *Apium*, ut habent codices Erfurt. & Barb. sumtum cognomen erit ab *apio*, herba notissima, aut certe a Græco Ἄπιος, de quo vide Lexicon H. Stephani. Quamquam non mirer, si homo Camers, antequam civitate donatus fuerit, *Appius* vocaretur. Mox *summa virtute preditum* primus ex meis editis habet anno MDL. Seb. Gryphius, deinde Lamb. & nihil monet : sed illius, opinor, & aliorum MSi vocem *summa*, quæ antea deerat, & qua caret etiam cod. Barb. optime Tullio reddiderunt. In ed. Oxon. a duobus MSis abesse notatur, ut in tribus reliquis eam exstitisse credendum sit. Infra denique cod Car. Steph. *Camertinum fœderum sanctissimum*, cui Barberinus accedit. IDEM.

Camertinum fœdus) Qu. Fabio Maximo Consuli missi in Etruriam & Vmbriam exploratores, ut narrat Livius lib. 9. *usque ad Camertes Vmbros penetrasse dicuntur. Ibi qui essent fateri Romanum ausum : introductumque in Senatum, Consulis verbis egisse de Societate amicitiaque : atque inde comi hospitio acceptum, nuntiare Romanis jussum, commeatum exercitui dierum triginta præsto fore, si ea loca intrasset : juventutemque Camertium Vmbrorum in armis paratam imperio futuram*. ABR.

Æquissimum) Menippus Antiochi legatus apud Liv. 34. cap. 57. tria genera fœderum esse dicit, quibus inter se paciscerentur amicitias civitates regesque, quem vide, & Brissonium 2. formularum ex Livii 9. Appiani Ibericis 11. Æneidos :

—— *& fœderis æquas*
Dicamus leges, sociosque in regna vocemus.

12.

Non ego Trojanis Italos parere jubebo;
Nec mihi regna peto : paribus se legibus ambæ
Invictæ gentes æterna in fœdera mittant. ABRAM.

Condemnari, ut non) Adscripsit pater ex MS. *condemnari atque opte, ut non*. IAC. GRONOV. Duo additamenta fuerunt in eo MSo conjuncta. Alterum *apte* habet unus Britann. & Barb. sed hic in marg. *al. æque*. Alius Brit. *apte vel æque*. Merito viri docti hæc nihili fecerunt. GARAT.

Quem oculis non potestis) Cod. Car. Steph. & Barb. *quoniam oculis*, quod ab aliquo profectum arbitror, qui hæc similiter proferri volebat, atque ill

potestis: dicat, se non imperitum fœderis, non rudem exemplorum, non ignarum belli fuisse: se P. Africani discipulum, ac militem: se stipendiis, se legationibus bellicis eruditum: se, si tanta bella legisset, quanta gessit, et confecit: si tot Consulibus meruisset, quoties ipse Consul fuisset, omnia jura belli perdiscere, ac nosse potuisse; sibi non fuisse dubium, quin nullo fœdere a republica bene gerenda impediretur: a se ex conjunctissima, atque amicissima civitate fortissimum quemque esse delectum: neque

illa superiora, *quoniam re non potest*. IDEM.

Non ignarum belli fuisse) Pal. novus, *neque ignarum*. Gembl. *non æque ignarum*: unde faciendum fortassis, inquit Guilielmius, *non denique ignarum*. &c. GRUT. Britann. duo, *non æqui ignarum*. Supra *fæderis* est Camertini, & sic omnes, quos noverim. Sed alios dedisse *fæderum* Lamb. admonet. GAR.

Se P Africani discipulum) Scipionis Æmiliani. Valerius lib. 8. cap. ultimo: Martius *cum apud Numantiam sub eo Scipione duce stipendia equestria mereret, & forte inter cœnam quidam Scipionem interrogasset, si quid illi accidisset, quemnam resp. æque magnum habitura esset Imperatorem, respiciens se supra ipsum* Marium, *cubantem, vel hunc, dixit*. Vide Plutarchum. Legatus autem fuit bello Iugurthino Qu. Metelli Numidici, bello Italico P. Rutilio Rufo. Septies etiam Consul fuit. Quod ait, *Si tanta bella legisset, quanta gessit, & confecit, si tot Consulibus meruisset, quoties ipse Consul fuisset*: credo legendum *quoties ipse Consul fuit*. Sed vix a me impetro novitatem. ABRAM.

Si tanta bella legisset, quanta gessit, & confecit) Hunc locum ab additamentis interpretum purgavit Naugerius: edebatur enim antea, *quanta bella & gessit. & confecit*, ut in Rom. sec. Ven. & Ald. vel *q. b. g. & c.* ut in priore Ven. in cod. Barb. & duobus Britann. Eadem prior Ven. & Ald. *si sub tot Consulibus meruisset*, & illud *sub* additur alia manu inter lineas codicis Barb. Nunc, nisi optimi quique codices Naugerii factum comprobassent, lectiones illas veteres defenderemus. Nam & repetitio illa post relativum ipsi est Ciceroni usitata, & recte dicitur, *merere sub Consulibus*, cum ab iis ducuntur exercitus: immo vero id planius, atque apertius. Sine præpositione porro ita dicitur, ut pro Mur. 5. *si adolescens patre suo imperatore non meruisset*, & pro Rab. Perd. 7. *hic ipse P. Servilius, quo tu imperatore, Labiene, meruisti*. Quod conjiciebat Abram. *quoties ipse Consul fuit*, ut superiore membro, *quanta gessit, & confecit*: id in contrarium ita vertit Ernestus, ut non solum conjecerit, verum etiam ediderit, *quanta & gessisset, & confecisset*. Certe in obliqua hujusmodi oratione subjunctivo uti, Grammaticum est. Scribi etiam poterit, *gesserit, confecerit, fuerit*. Ego tamen hanc modorum, ac temporum varietatem, omnium librorum consensu firmatam, eripere Tullio non ausim. Quod pro *legisset* idem vir celeb. dedit *egisset*, sic est profecto non modo in editis ante Aldum, verum etiam in cod. Barb. tribusque Britannicis. At quæ tum loci sententia? Tolerabilius in alio Brit. *adisset*; h. e. si tantis bellis interfuisset, quantis ipse præfuit. Sed nihil hactenus vulgata melius inventum. De usu verborum *tanta -- quanta* Cortius ad X. Ep. ad Div. 31. consuli potest. GAR.

Quin nullo fœdere) Ita primus Aldus

que Iguvinatium, neque Camertium fœdere esse exceptum, quo minus eorum civibus a populo Romano præmia virtutis tribuerentur.

21. Itaque, cum paucis annis post hanc civitatis donationem acerrima de civitate quæstio Licinia, et Mucia lege venisset, num quis eorum, qui de fœderatis civitatibus esset civitate donatus, in judicium est

dos ſenior. Rom. & ambæ Ven. *quin non nullo*, cod. Barb. *qui non ullo*. IDEM.

Fulginatium atque Camertium) Fulgina civitas fuit in ſexta Regione quam Galliam togatam vocabant, ubi Ariminum Plinius lib. 3. c. 14. Eos autem, qui a Mario civitate donati ſunt, non Fulginates aut Camertes, ſed Camarinos Plutarchus appellat in apoph. Εν τοις Κιμβρικοις πολεμοις Καμαρινων χιλιυς ανδρας αγαθυς γενομενυς ἱμυ Ῥωμαιυς εποιησε. προς δε τυς εγκαλυντας ἐλεγε των νομων υκ ἐξακυσαι δια τον των ὁπλων ψοφον. *In bellis Cimbricis Camarinos mille, qui fortiter fecerant, ſimul civitate donavit, & accuſantibus reſpondit ſe propter ſtrepitum armorum haudquaquam leges audiiſſe*. ABRAM. *Neque Iguinatium, neque Camertium &c.*) Neceſſe habui ſcripturæ huic dare locum, inductus a Pal. nono, Erfurd. & Gembl. alludebantque ceteri noſtri Pall. ac S.Victor. in quibus *Ignatium*, quomodo & primitus editi: nam poſteriores, quibus *Iguvium* iſtud ignotum, ſuppoſuere nobis, *Fulginatium*. GRUT. Vide, quæ notantur ad VII. ad Attic. epiſt. 13., & Cluverium II. Ital. antiquæ cap. 7. de illo oppido, quod eſſe in Umbria, & nunc dici *Eugubio* & *Augubio* docet. Incolæ dicuntur *Iguvini* & *Iguvinates*. GRÆV. Regnavit *Ignatium* uſque ad Nauger. Eſt autem in cod. Barb. *gnatium*, in cod. Lamb. *Ignatiorum*. Plerumque hi dicuntur *Iguvini* ex antiquo *Ikuvini*. Vide doctiſſimum virum, & mei, dum viveret, amantiſſimum Maurum Sartium de Epiſc. Eugub. pag XV. Extant in Umbria tam Iguvium, quam Fulginia, & conjunguntur apud Silium VIII. 461. & in antiquo lapide, quem ibi Heinſius, & ad Cic. VII. ad Att. 13. Manutius attulit. Sed libri omnium optimi, & ceterorum veſtigia pro Iguvio faciunt: quod nomen quam ſuerit depravationibus obnoxium, docet Cluverius, & qui præterea citantur a Drak. ad Liv. XLV. 43. Quamquam, ſi licet libere judicare, nullos nominari malim præter Camertes, cum de uno Camerte agatur: niſi duarum civitatum fuit civis Annius: quod tamen ſupra potuit aptius indicari. GARAT.

Paucis annis poſt) Legem de civitate tulerunt Luc. Licinius Craſſus, & Q. Mutius Scævola anno urbis conditæ DCLVIII. Marius cum Cimbris pugnavit quinto ſuo conſulatu DCLII. quamvis alii uno anno tardius ponunt horum Conſulatum, totamque adeo chronologiam. Quicquid ſit, ſex annis lata lex Licinia Mutia poſt Camertes a Mario civitate donatos. ABRAM.

Licinia & Mucia lege) Tertio de Officiis: *Male etiam qui peregrinos urbibus uti prohibent, eoſque exterminant, ut Pennus apud patres noſtros, Papius nuper. Nam eſſe pro cive, qui civis non ſit, rectum eſt non licere, quam tulerunt legem ſapientiſſimi Conſules Craſſus & Scævola, uſu vero urbis prohibere peregrinos ſane inhumanum eſt*. Iam, ut id obiter advertam, vera eſt lectio *Pennus*, nec legendum *Penaus*, aut *Petronius*, ut alii maluerunt. Hic eſt enim Marcus Iunius Pennus: de quo libro de claris Oratoribus: *Tuus etiam gentilis Brutus, M. Pennus facile cogitavit in tribunatum C. Gracchum paullum ætate antecedens*, &c. IDEM.

est vocatus? nam Spoletinus L. Matrinius unus ex iis, quos C. Marius civitate donasset, dixit causam ex colonia Latina, in primis firma, et illustri: quem cum disertus homo L. Antistius accusaret, Spoletinus di-

Spoletinus L. Matrinius) Ita fere iidem nostri scripti: non *T. Macrinus*, ut vulgata. Gavtex. Tamen antea P. Man. Car. Steph. & Lamb dederant, T. *Matrinius*, quorum fidem comprobari vides, quam secutus est Sigonius de ant. jure Ital. II. 4. eodemque conspirat, & mendi fontem ostendit codex Barb. in quo, *T. Macrinius*. Forte V. ad Att. 21. & VI. 1. mendose scribitur *Matinius* pro *Matrinius*. Alios etiam Matrinios Cicero nominavit, quos vide in Ind. Hist. Ernesti, aliosque complures habemus in antiquis lapidibus. Prænomen T. cum libris fere omnibus, & Erfurt. retineo: quamquam non dissimulo, hanc ipsam gentem Matriniam Spoletinam *Lucii* prænomine usam fuisse, quod ex antiquo lapide comperi, in quo hæc leguntur:

L. MATRINIVS. L. L. DIOCHARES SIBEI. ET. MATRINIAE. L. L. APHELEAE LIBERTAE. SVAE

Exstat Spoleti adhuc hic lapis in turri majoris Ecclesiæ, ut ex erudito juvene Francisco Ferrario Spoletino cognovi, qui apographum meum cum ipso marmore diligenter conferendum curavit: cum ego eum ex historia Spoletina MSa Iac. Philippi Leoncilli descripserim, quæ in bibliotheca Barberina servatur: neque uspiam editum scio, nisi in Addit. hist. Spolet. Bernardini de Campello satis indiligenter. Garat.

Ex colonia Latina) Coloniarum, ut ait Asconius, duo genera erant, quædam civium Romanorum, & quædam Latinæ coloniæ. Coloniæ civium Romanorum præter sacra omnia jura habebant, quæ cives Romani obtinebant. Et tum centuriatis, tum etiam tributis comitiis ferebant suffragia. Coloniæ Latinæ Latii jus habebant, non autem civitatis: quare nonnulli e Latinis illis coloniis civitate donabantur. Cum igitur T. Macrinus e Spoleto Latina colonia civitatem esset adeptus, eum Luc. Antistius item Spoletinus accusavit, dixitque Macrinum civitatis jure non esse donatum: Quod quamvis Antistius diceret, nunquam tamen eo usus est firmamento, quod Marius Spoletinum colonum civitate donare non potuerit, nisi populus Spoletinus fundus factus esset, & illam Macrini alienationem & pristinæ coloniæ abdicationem approbaret. Non, inquam, Antistius hoc usus est firmamento, sed aliam rationem adferebat. Cum enim L. Apulejus Saturninus legem de coloniis tulisset, quæ lex duo capita continebat: alterum præcipuum, ut C. Marius colonias quasdam Latini juris deduceret, alterum quasi secundarium, ut in singulas colonias ternos cives Romanos facere posset, id est, opinor, & cum e Latinis coloniis rursum alias faceret colonias, & singulis illis veteribus coloniis ternos viros primarios eligeret, quos donare posset Romana civitate. Marius erumpente belli Italici flamma colonias deducere non potuit, aliquos tamen e veteribus illis coloniis, e quibus colonos transcribere animo destinarat, & in his Titum Macrinium civitate donavit. Negabat igitur Antistius hoc beneficium, id est civitatis donationem valere debere, cum res ipsa, id est, coloniarum deductio fuisset sublata, neque ad exitum perduci potuisset. Atque hæc videtur esse hujus loci satis intricati sententia. Legendum igitur ex emendatione Pantagathi: *Quem cum disertus homo L. Antistius accusaret, istud ei non dixit, fundum Spoletinum populum non esse factum*: vel, *L. Antistius accusaret item Spoletinus non dixit fundum*, &c. Abram.

Quem cum disertus homo L. Antistius accu-

dixit, fundum populum Spoletinum non esse factum: videbat enim, populos de suo jure, non de nostro fun-

accusaret, Spoletinus dixit, fundum populum Spoletinum non esse factum) Pantagathus ingeniose hunc locum ita restituit: *Quem cum disertus homo L. Antistius accusaret, istud ei non dixit, fundum Spoletinum populum non esse factum*. F. URSIN. *Luc. Antistius*) Haud scio an legi debeat *P. Antistius*, de quo in Bruto: *Conjunctus igitur Sulpicii ætati P. Antistius fuit, rabula sane probabilis*, &c. *Itaque post Tribunatum primo multæ ad eum caussæ, deinde omnes maximæ quæcunque erant, deferebantur*, &c. Secutus sum necessario emendationem Lambini, cum prius contra Ciceronis mentem legeretur: *Spoletinus dixit, fundum populum Spoletinum non esse factum*. Negationem addidit etiam Manutius. ABRAM. *Quem quum disertus homo L. Antistius accusaret, non dixit*) Addunt editi, *Spoletinus*, sed codices nostri habent *Spoletinum*, errore non insolito librarii aberrantis, qui scriptam non suo loco vocem delere noluit. Omissam vero a librario negationem, quam sensus requirit, cum Pantagatho, & Ursino reposuimus. LALLEM. Lamb. *accusaret, item Spoletinus, non dixit*. Sed plane legendum censeo, ut edidit Lallem. Retinet tamen vulgatam Mazochius ad Tab. Heracl. p. 475. n. 153. & *Spoletinus dixit* de ipso Matrinio interpretatur. Vehementer miror, summum virum id non animadvertisse, quod & apertum erat, & observatum, hic omnino Tullium dicere non potuisse, in Matrinii causa id auditum jam fuisse, quod Balbi accusator opponit. Confer infra cap. 23. Hunc autem Antistium suspicor eumdem esse, qui sine prænomine pro Amer. 32. nominatur, qui, cum forte sit a P. Antistio diversus, ut ibi diximus, suum ex hoc loco prænomen nancisci potest. Denique totum locum optime Abramium explicasse arbitror: quamvis celeb. Spanhemius Orb. Rom. I. 11. liquere pronunciet, Marium *in singulas colonias*, quæ lege Apuleja deductæ fuissent, non Latinas modo, sed etiam civium Rom. *ternos cives Romanos facere* ex colonis deductis potuisse. Idem antea Sigonio visum de A. I. Ital. II. 3. Ita qui cives Rom. jam erant, sed jure suffragii carebant, cum hoc jus adipiscerentur, ut horum opinio fert, demum sic *ἁπλῶς cives Romani fieri* dicerentur, quasi civitatem antea perdidissent. Atqui non ea *civitas* dici solet, sed *jus suffragii*, quo jus etiam petendorum honorum continebatur; sive, ut omnia Sigoniana complectaris, ex nova sententia Vonckii in suis Observ. Miscell. p. 104. cap. XXIV. *jus Quiritium*. Præterea *in singulas colonias* tam capi potest de coloniis Latinis, in quas aliæ novæ, sive Latinæ, sive civium Rom. deducerentur, quam de quocumque oppido in lege nominato, sive Latino, sive tantum Italico, quod coloniam recipere oporteret. Denique magis constat, Marium ex Latinis, aut Italicis cives facere potuisse, quam definitum ei fuisse, quibus ex oppidis sumere hos deberet. Neque vero Spanhemium adjuvant alia Tullii, Livii, & Dionis testimonia, quæ profert. Quod enim Cicero II. in Catil. 9. homines ex coloniis in Etruria ab L. Sulla deductis tum *cives*, tum statim *colonos* appellet; non consequitur, jure suffragii colonias Etruriæ caruisse, etiamsi vere caruerint (neque enim id nunc disputo), cum etiam cives ex coloniis optimo jure fruentes *coloni* vocarentur, quales erant in Italia, & Gallia Cisalpina plurimi, Cicerone Consule, ac deinceps; ut ostendit vir celeb. ibid. c. 14. Quo enim alio nomine a municipibus, & ab urbanis civibus distinguerentur? Ita ipse Cicero post Consulatum Campanos *colonos* nominat pro Sext. 4. & Circienses III. de Nat. Deor. 19. aliosque alibi plena civitate gaudentes. Quid quod pro Mur. 24. Catilinam describit Consulatum Romæ petentem, *circumfluente colonorum Arretinorum, &* Fr-

fundos fieri solere; sed, cum lege Apuleja coloniæ non essent deductæ, qua lege Saturninus C. Mario tulerat, ut in singulas colonias ternos cives Romanos facere posset, negabat hoc beneficium, re ipsa sublata, valere debere. Nihil habet similitudinis ista accusatio: sed tamen tanta auctoritas in C. Mario fuit, ut

Fæsulanorum exercitu? quam turbam venisse ad comitia, ex Plutarcho discimus. Vide Cortium ad Sallust. Catil. XXI. 5. XXIV. 2. Itaque locus ille in ipsum Spanhem. recidit. Sed præsto est Livii locus, quo agitur de tempore legem Iuliam longe antecedente, XXXIV. 42. Eum integrum sisto: *Novum jus eo anno a Ferentinatibus tentatum, ut Latini, qui in coloniam Romanam nomina dedissent, cives Romani essent. Puteolos, Salernumque, & Buxentum adscripti coloni, qui nomina dederant, quum ob id se pro civibus Romanis ferrent, Senatus judicavit, non esse eos cives Romanos*. Locum apertum obscurant Sigonius, Spanhemius, Dukerus. Livium, ut Spanhemio gratificetur, *cives Romanos* in tam paucis verbis duplici sensu dixisse oportet: primum de civibus sine jure suffragii, ad quorum jus adspirabant Latini, deinde de iis, qui optimo erant, plenoque jure cives, quod jus coloni non Latini, sed Romani perperam, & inique usurparent. Acuta profecto interpretatio: quæ tamen laudem interpreti, damnum Livio attulit. Quid enim? coloni Romani se pro civibus gerebant, hoc est in suffragia, in censum se intrudebant, idque eo ipso anno, quo erant deducti (ex c. 45. ibid.): hoc aliis colonis antea non licuerat: exclusi non sunt: Senatus negotium non dedit, ut excluderentur: sed *judicavit*, tamquam de re dubia: nec judicavit, suffragii jus, & census eos non habere, sed *cives Rom. eos non esse*. Ita ne vero Livius? Sed mitto plura: nihil enim Livii narratione clarius: modo cum Dukero hariolari nolimus, qui ex eo loco apparere notat, Ferentini coloniam Rom. fuisse, quam deductam esse, nusquam legimus. Imo vero Latina erat Ferentinatium conditio; qui ea ratione in civitatem subrepere conati sunt, ut cum Puteolos, Salernum, & Buxentum coloniæ civium Rom. deducerentur, complures eorum in eas colonias nomina dederint, iisque adscribi a Triumviris ei negotio præpositis obtinuerint. Itaque, cum se pro civibus Rom. gererent, eaque res ad Senatum delata esset, Senatus judicavit, hos Latinos Ferentinates Romanis coloniis adscriptos non esse cives Romanos. Ita *novum jus a Ferentinatibus tentatum* Senatus invalescere non est passus. Omnino, ut ad Tullium redeam, *civem Rom. facere* nihil aliud est, quam civitate hominem donare, qua plane carebat: diversa civium jura nihil ad hanc locutionem. Quod si maxime ternos illos cives Marius ex colonis deducendis sumere debuerit; tunc ex his verbis, *ternos cives Rom. facere posset*, constare contendo, eas colonias Latinas fuisse. Quod attinet ad Dionem, in lib. XLIII. T. I. ed. Reim. p. 368. civitatem Rom. non separat a coloniarum jure, ut vult Spanhemius, cum Cæsarem Hispanis, quibus erat amicis usus, dedisse ait πολιτειαν τε τισι, και αλλοις αποικοις των Ρωμαιων νομιζεσθαι: sed homo Græcus ita municipia, sive, ut Plinius vocat, *oppida civium Rom.* quod nomen præfecturas quoque, fora, & conciliabula comprehendit, a coloniis distinguit. Cæsar aliquibus civitatem αυλως, aliis cum civitate simul jus coloniarum attribuit, quamvis non essent ab Romanis in ea loca *sollemnes*, ut ait Tertull. de Anima c. 30. *migrationes, quas αποικιας appellans*, factæ. Garat.

C. Mario tulerat) Pater cogitavit for-

ut non per L. Crassum, affinem suum, hominem incredibili eloquentia, sed paucis ipse verbis causam illam gravitate sua defenderit, et probarit. Quis enim esset, judices, qui imperatoribus nostris in bello, in acie, in exercitu, delectum virtutis: qui sociis, qui fœderatis, in defendenda republica nostra spem præmiorum eripi vellet? Quod si vultus C. Marii, si vox, si ille imperatorius ardor oculorum, si recentes triumphi, si præsens valuit adspectus, valeat auctoritas, valeant res gestæ, valeat memoria, valeat fortissimi, et clarissimi viri nomen æternum: si hoc discrimen inter gratiosos cives, atque fortes, ut illi vivi fruantur opibus suis: horum, etiam mortuorum, si quisquam hujus imperii defensor mori potest, vivat auctoritas immortalis.

22. Quid? Cn. Pompejus pater, rebus Italico bello maximis gestis, P. Cæsium, equitem Romanum, virum bonum, qui vivit Ravennæ, fœderato ex populo

fortassis legendum *detulerat*. GRONOV.

L. Crassum, affinem suum) Crassus: 1. de Oratore: *Ita si de re militari dicendum huic erit Sulpicio, quæret a C. Mario affini nostro, & cum acceperit, ita pronunciabit, ut ipsi C. Mario pene hic melius, quam ipse ille scire videatur.* ABRAM.

Ardor oculorum) Peculiaris in Mario fuit ardor oculorum. Minturnenses Marium necare decreverant, miserantque Cimbrum equitem, qui rem transigeret. Is stricto gladio ad eum ingressus est, cum locus in quo erat, esset obscurior. Plutarchus: *Λεγεται τα μεν ομματα του Μαριου, φλογα πολλην εκβαλλοντα τῳ στρατιωτῃ φανηναι, φωνην δε μεγαλην εκ του επισκιου γενεσθαι, Συ δη τολμας, ανθρωπε, Γαϊον Μαριον αναιρειν; εξηλθεν ουν ευθυς ο βαρβαρος φυγῃ, και το ξιφος εν μεσῳ καταβαλων εχωρει δια θυρων, τουτο μονον βοων, Ου δυναμαι Γαϊον Μαριον αποκτειναι. Ajunt oculos Marii copiosam flammam emittentes militi apparuisse, magnamque vocem ex tenebroso loco emissam: Tune etiam, o homo, audes C. Marium interficere? Fuga se statim proripuit barbarus, abjectoque in medio gladio per fores erupit, hoc solum inclamans: Non possum C. Marium occidere.* IDEM.

Rebus Italico bello maximis gestis) Cn. Pompejus Strabo, Cn. Pompeji Magni pater, bello Italico Consul, *Picentes prælio fudit, & obsedit. Propter quam victoriam Romæ prætextæ aliaque magistratuum ornamenta, & insignia sumpta sunt.* Iterum: *Marsos acie vicit:* ut dicit epitome Liviana lib. 74. & libro sequenti: *Prænestinos in deditionem accepit:* lib. 76. *Cn. Pompejus Proconsul Vestinos, & Pelignos in deditionem accepit.* Iterumque: *Asculum a Cn. Pompejo captum est.* Vide Appianum primo de bellis civilibus. IDEM. Recte Rom. ambæ Ven. Ald. & Hervag. tres item MSi Britann. *Cn. Pompejus Magni pater.* Sed cod. Barb. cum ceteris editis vocem *Magni* omittit. GAR.

Qui vivit Ravennæ) Ita primus Aldus

pulo nonne civitate donavit? quid? cohortes duas universas Camertium? quid? Heracliensium legionem P. Crassus, vir amplissimus, ex ea civitate, qua cum prope singulare fœdus Pyrrhi temporibus, C. Fabricio con-

dus senior, a quo nemo editorum discessit. Sed Rom. & ambæ Ven. Q. *Vibium Ravennatem*, ut in Britannicis tribus. Desiderius Spretus, qui de rebus Ravennatibus Seculo XV. scribebat, p. 5. citat, Q. *Junium Ravennatem*, quod natum est ex altero mendo, Q. *Iubium Ravennatem*, quod Rubeus Hist. Ravenn. lib. I. p. 11. ed. Hurm. in MSo ab se repertum adfirmat, ut omnes hi libri unam lectionem tueantur, *Vibium*, ex solita prioris syllabæ inversione. Cod. Erfurt. in V. L. *vivum Ravennatem*. P. Manutius in Epist. IX. 18. quæ ad Rubeum est, suffragante, ut ait, vetere libro, legit, *qui vivit*, *Ravennatem*, eique accedit vir politissimus, Rubeus; atque ita diserte habet codex optimus Car. Stephani, neque abludit Barb. in quo reperi, *qui vivit*, *Ravennate*, quomodo etiam unus Brit. Media hæc est lectio inter veterum edd. lectionem, & inter vulgatam; criticisque præsidiis satis communitur. Pintius Diss. II. Tom. I. Soc. Litter. Ravenn. vulgatam retinet: non est tamen alienus ab hac lectione, *Xvirum Ravennatem*, quam in Verburgii margine allatam ex MSo putavit: sed ille notam *x* ipsi codici adtribuit, quam Verb. adposuit, ut indicaret, quo varietas pertineret: Verb. autem ibi adfert lectionem Erfurt. & cum *vivum* dare vellet, typographi fecerunt *virum*. Mihi locus adhuc videtur incertus. Idem.

Cohortes) Rom. & ambæ Ven. & Ald. *cohortis*. In cod. Barb. hæc desunt usque ad totam vocem *Gaditanos*, item in Britannicis duobus. Idem.

Heracliensium legionem) Nihil me quidem in hac scriptura offendit, præter numerum, & multitudinem. Sed tamen antiquam scripturam ponam in medio, quæ talis est: *Heracles unalexam*: unde, quid si quis faciat, *Heracleensem Alexam*? iidem libri infra, ubi vulgati habent *lx. novem* litterate scriptum: in quo dubitari potest, fueritne principio scriptum, *lx.* & inde factum sit *ix.* an contra: iidem paullo post, ubi vulgati, *Aleorinensem*, *Aveniensem*. Lambin. *Quid? Heracliensium, &c.*) Locus desperatus: nam editio vetus; *Quid Eraclisina lex? At P. Crassus*, quomodo & Pall. præter nonum, in quo, *Quid derade se malexas P. Craseus*. S. Victor. *Quid Heracles imalexam P. Crassus*. Grut. *Heracliensium legionem*) Quidam legunt, *Heracliensem Alexam*, & paulo post: *idem pretor*, pro *idem Heros*. Fuit autem Heraclea Tarentinorum colonia, ut ait Livius lib. 8. de qua pro Archia 6. *Heracleam, quæ cum esset civitas æquissimo jure ac fœdere*. Abram. *Heracliensium legionem*) Hæc est editionum omnium accuratissimarum lectio, non sine MSorum suffragio. Sic proxime dixerat, *cohortes duas universas Camertium* fuisse civitate donatas. Beneficium cohortibus integris, totive simul legioni datum, notat rem per eos strenuissime gestam. Simul quod ex unis Heracliensibus tota legio scripta fuerit, id urbem fuisse cum primis ἀξιόλογον notat. Tamen Gruterus per vestigia Palatinarum, & S. Victoris membranarum ingressus, conjicit legendum, *Heracliensem Alexam*. Mazoch. *ad Tab. Heracl. p.* 131. *n.* 20. Vulgatæ quoque hujus initium fecit Aldus senior, eamque præter alios firmare videtur codex Car. Steph. qui tacet, nisi forte scripturam nimium mendosam ille contemsit. Si vera lectio est, dupliciter defendi potest. Aut enim Cicero dixit *legionem*, ut numerum militum breviter, perspicueque indicaret, cum tamen Heraclienses, qui fœderati erant, in auxiliis militarint, non in legionibus: aut illud Fabricianum *prope singulare fœdus* Heracliensibus hoc quoque tribuerat, ut eorum auxi-

Digitized by Google

consule, ictum putatur? quid? Massiliensem Aristonem Sulla? quid? quoniam de Gaditanis agimus, idem heros novem Gaditanos? quid? vir sanctissimus, et summa religione, ac modestia Q. Metellus Pius Q. Fabium Saguntinum? quid? hic, qui adest, a quo hæc, quæ ego nunc percurro, subtilissime sunt omnia perpolita, M. Crassus, non Aletrinensem fœderatum civi-

auxilia *legio* nominarentur. Atque ita numerus etiam justa legione multo minor eo nomine venire potuit. Quis etenim credat, eam civitatem fuisse tantam, ut Romanis justam legionem auxilio mitteret? Sed codices optimi Lamb. Pal. IX. S. Vict. & Erfurt. tantum non diserte habent *Heracliensem Alexam*: si enim litteras eorum recte distribuas, fiet, *Heraclesim*, vel *Eraclesem Alexam*, eodemque conspirant veteres editiones haud obscure, tresque MSi Britannici. GARAT.

Idem heros LX. *Gaditanos*) Vetus liber, *idem Prætor* LX. *Gaditanos*. F. URSIN. *Idem heros novem Gaditanos*) Ita mss. nostri meliores omnibus litteris, neque aliter edd. primæ: nam ceteri Pall. IX. *Gaditanos*, nuper vulgata, LX. *Gaditanos*. Victorii *idem prætor* LX. *Gaditanos*. GRUT. Pater notavit *an Hericos*? IAC. GRON. *Heros novem*, omnibus litteris etiam cod. Car. Steph. Cum vetustioribus editis Aldus, *Heros* IX. Soli Naugerio relictum est, *Prætor*, inde tamen, & ab Hervag. sumtum est LX. Hervagianam lectionem, *Heros* LX. firmat Lamb. suorum codd. testimonio. Certe vox *heros* corrupta est; ut vidit etiam Lallem. sed medicina est a MSis melioribus exspectanda. Veniebat in mentem, *Hannonem Gaditanum*, Punico nomine, ut infra, *Gaditanum Hasdrubalem*. Sed nolo audax existimari. GAR.

Ac modestia) Mirum quid Oratorem induxerit, ut Qu. Metelli Pii modestiam adeo commendaret, de quo Sallustius 2. Hist. *At Metellus in ulteriorem Hispaniam post annum regressus magna gloria: Concurrentium undique virile ac muliebre genus, per vias ac tecta omnium visebatur: Cum Quæstor C. Urbinus, aliique cognita ejus voluntate, eum ad cœnam invitaverant, ultra Romanum & mortalium etiam morem curabant, exornatis ædificiis per aulæa & insignia, scenisque ad ostentationem histrionum fabricatis: simul croco sparsa humus, & alia in modum templi celeberrimi. Præterea cum sedenti transenna demissum victoriæ simulacrum cum machinato strepitu tonitruum coronam capiti imponebat: tum venienti thure quasi Deo supplicabatur. Toga picta plerumque amiculo erat ei accumbenti. Epulæ exquisitissimæ, neque per omnem modo provinciam, sed trans maria ex Mauritania volucrum & ferarum incognita antea plura genera. Quibus rebus aliquantam partem gloriæ dempserat: maxime apud veteres & sanctos viros superba illa, gravia, indigna Romano imperio existimantes*. Eadem Plutarchus in Sertorio. ABRAM.

Aletrinensem) Pal. pr. *Averniensem*. sec. *Aveniensem*: nonus *Avennensem*. S. Victor. *Avenniensem*. GRUT. *Aletrinensem*) Aletrium non longe a Velitris, & Fregellis ad dextram Latinæ viæ collocat Strabo lib. 5. Geographiæ. ABRAM. Sane nec Cluverio se probat hoc ἐθνικὸν, vel adeo, quia Cicero alibi solitus dicere *Aletrinatem*. Et sane omnia alia oppidorum vocabula, unde cives in hoc loco citantur, sunt remotiora ab Roma, quam est Aletrium. Itaque quum neque scripti codices eam vocem confirment, cogitandum jure de alia urbe, ut forsan fuerit *Avenionensem*, vel *Aventicensem*, quod postremum ut lectioni scriptæ proximum præfero. Et nota urbs Aventicum apud Helvetios. In citatione Gruteri agnoscis apertum lapsum,

civitate donavit, homo tum gravitate, et prudentia præstans, tum vel nimium parcus in largienda civitate? Hic tu Cn. Pompeji beneficium, vel potius judicium, et factum infirmare conaris, qui fecit, quod C. Marium fecisse audierat: fecit, quod P. Crassum, quod L. Sullam, quod Q. Metellum, quod denique domesticum auctorem, patrem suum, facere viderat? neque vero in uno Cornelio id fecit: nam et Gaditanum Hasdrubalem ex bello illo Africano, et Mamertinos obvios, et quosdam Vticenses, et Saguntinos fabros, civitate donavit. Etenim, cum ceteris præmiis di-

lapsum. GRONOVIUS. Rom. ambæ Ven. & Ald. *Averniensem*, cod. Barb. *Aveniensem*: Britannici tres cum veteribus editis, quartus cum Barb. facit, quinctus, *Apeniensem*. Omnino Crassus, qui primum Consulatum gessit anno DCLXXXIII. natusque est anno DCXL. aut quam proxime annum illum, qui bello Sullano ad remp. accessit, non potuit ante legem Juliam, h. e. ante annum DCLXIII. Aletrinensem hominem civitate donare. Lege autem illa, ut fero, certum est Aletrinenses omnes in civitatem receptos fuisse. Itaque vulgata lectio absurda est. Mox lego cum Car. Steph. *homo cum gravitate*, adstipulantibus illius codici haud minus egregiis Lamb. & Erfurt. Denique idem Stephanus, & Lamb. ex suis libris: *neque vero id in uno Corn. fecit*. GARAT.

Ex bello illo Africano) Epitome Liviana lib. 89. *Cn. Pompejus in Africa Cn. Domitium proscriptum, & Hiarbam Regem Numidarum bellum molientes, victos interemit: & quatuor & viginti annos natus adhuc eques Romanus, quod nulli contigerat, ex Africa triumphavit*. Vide Plutarchum, & Appianum. ABRAM.

Et Mamertinos Ovios) Sic hunc locum emendat Bucananus, cum in libris omnibus vulg. & manuscr. quos quidem viderim, ita legatur: *Nam & Gaditanum Asdrubalem ex bello Africano, & Mamertinos obvios, & quosdam Vticenses, & Saguntinos fabros civitate donavit*: his autem verbis suam emendationem probat Buchananus. Vox, *obvios*, hic procul dubio locum non habet. Neque dubito, quin, pro eo substituendum sit *Ovios*. Oviorum enim familia in primis clara erat apud Campanos, ut ex T. Livii libro IX. & ex historia belli Punici secundi facile intelligi potest. Porro Mamertini, coloni erant Campanorum: nam Campani milites Messanam in præsidium missi, veteribus incolis expulsis, sese Mamertinos dixerunt, ut scribit Polybius libro I. Itaque non mirum, si multa veterum e Campania familiarum nomina ibi residerint, quale Oviorum: ab ove enim multæ veteribus cognomento appellatæ fuerunt familiæ, ut, præter eam, quam dixi, apud eosdem Campanos *Offilii*, pro *Ovilii*, & Romæ, *Ovivii*, & Fabius *Oviculæ*, & in Pelignis Ovidii, quod ab οἴδιον declinatum videtur. LAMB. *Mamertinos obvios*) An volunt? *Obbios*. Nihil est hac parte orationis inquinatius: itaque pudet, pigetque inhærere talibus. GRUT. *Mamertinos Ovios*) Ita Buchananus conjectura certissima: Oviorum familia in primis clara erat apud Campanos: Mamertini autem oriundi e Campania. Vulgo, *Mamertinos obvios*, quæ vox locum hic non habet. LALLEM.

Et Saguntinos fabros) Videtur pro *fabros* legendum *Fabios*, ut habent codi-

digni sunt, qui suo labore, et periculo nostram rempublicam defendunt: tum certe dignissimi sunt, qui civitate ea donentur, pro qua pericula, ac tela subierunt. Atque utinam qui ubique sunt propugnatores hujus imperii, possent in hanc civitatem venire, et contra, oppugnatores reipublicæ de civitate exterminari. Neque enim ille summus poeta noster, Hannibalis illam magis cohortationem, quam communem imperatorum, voluit, esse: „*Hostem qui feriet*, *erit*, inquit,

codices Car. Steph. & Erfurt. etiam Barb. a manu prima; nam in eo emendatum est pessime, *Fabius*. Modo vidimus Q. *Fabium Saguntinum* a Metello Pio civitate donatum. Verum quid, si huc inde fuerit Fabii nomen inlatum? Quod celeb. Ernest. vocem *obvios* in cod. Guelf. deesse conspexerit, suspicionem nunc mihi auget glossematum. Sic etenim recte legeretur, ipso viro summo præeunte: *& Mamertinos quosdam*, *& Uticenses*, *& Saguntinos civitate donavit*. Sed alii videant. GAR.

Neque enim ille) Abest *enim* ab editis ante Naug. a cod. Barb. & omnibus Britann. IDEM.

Summus poeta)

Ennius ingenio maximus, arte rudis.

cujus versus ita legitur:

Hostem qui ferit, mihi erit Carthaginiensis
(Quisquis erit) civis. ——

vel,

Quisquis erit, cuiati' siet. ——

Id habent omnes leve & semper habuerunt. Itaque & cives undique fortes viros adsciverunt. Id est, Magni Duces in habendo militum delectu non patriæ, sed virtutis solent habere rationem, fortesque viros sibi cives adsciscunt undecunque fuerint oriundi. Pulchre Cyrus apud Xenophontem lib. 2. de Cyri institutione: Και μηδε μεν τοι σκοπητε όπως εκ των πολιτων αντιπληρωσετε τας ταξεις, αλλ' ώσπερ ίππους, οί αν αριστοι ωσι, ουχ οί αν πατριωται, τουτους ζητειτε, ουτω και ανθρωπους εκ παντων, οί αν ὑμιν μαλιστα δοκωσι συνισχυριειν τε ὑμας, και συγκοσμησειν, τουτους λαμβανετε. *Nec est item considerandum vobis quomodo ex civibus vestros ordines suppleatis: sed quemadmodum equos quæritis, non qui patrii sunt, sed qui optimi, sic etiam homines quoscunque arbitrabimini roberi vobis, ornamentoque præ ceteris omnibus maxime futuros, hos sumite.* Ad hunc versum alludit Orator Verrina de suppliciis: *Iste autem Annibal, qui in suis castris virtute putaret oportere, non genere certari*. ABRAM.

Quam communem imperatorum) Ita primus Aldus ille senior. Codd. Erfurt. Barb. & quatuor Britann. edd. Rom. & ambæ Ven. *imperatoriam*, Lamb. *imperatorum omnium*. Lectionem antiquam tuetur locus II. Tuscul. 25. *quod ipse honos laborem leviorem faceret imperatorium*. Ita ed. Rom. MCDLXIX. Victor. Camer. MSi quidam in marg. Lamb. ex quatuor aliis Gebhardus, & in ed. tertia Davisius. qui prætulerat in pr. & sec. *imperatori* ex cod. Norvic. & uno Palat. quod etiam Gebhardo sua ipsius lectione melius videbatur: sed sententiam recte mutanti Davisio præter alios codices non modo Petrensis auctor fuit, sed etiam, credo, Reg. optimus Parisiensis. Habent autem ibi quoque *imperatorum* alii codd. & Barb. noster, ut ediderunt P. Man. Vascosan. Car. Steph. Lamb. Ald. Nep. &c. GAR.

Hostem qui feriet) Pantagathus totum hunc locum ita legit: *Hostem qui feriet mihi erit, inquit, Carthaginiensis, quisquis erit civis: at illi & id habent hodie*

Digitized by Google

quit, *mihi Karthaginiensis*, *Quisquis erit*, * *cujatis*: etsi id habent hoc leve, et semper habuerunt. Itaque et cives undique fortes viros adsciverunt, et hominum ignobilium virtutem persæpe nobilitatis inertiæ prætulerunt.

23. Habetis imperatorum summorum, et sapientissimo-

hodie & semper habuerunt. F. URSIN. *Hostem qui feriet, erit, inquit, mihi Carthaginiensis*) Hæc est scriptura edd. obsoletarum, item Pall. nec non Gembl, ac S. Victor. neque verbum adjectum, emphasi sua; neque vocum trajectio gratia caret, occultato versu longo, quem Cicero intexere ne alienum quidem orationi, nisi rarissime solet. GUILIELMIUS. *Erit, inquit, mihi*, reperi in cod. Barb, in ed. Rom. principe, atque in secunda Veneta: sed eo ordine, quem versus postulat, *mihi erit, inquit*, habent Naug. & Hervag. tum, omisso *inquit*, Ald. P. Man. Car. Steph. & Lamb. Guilielmio tamen favet codex ille Steph. in quo est, *inquit, mihi erit*, item prior Veneta, quæ dat, *erit mihi inquit*. GAR.

Quisquis erit) Inepta est Keuchenii emendatio ad Frontin. IV. Stratag. I. 4 *Quisque ferit*: bona Merulæ ad Ennium p. 473. *Quisqui' fiet, cujati' fiet*, cujus posteriorem partem libri veteres comprobant, ut mox videbimus. Qui tamen haud recte pergit: *At habent hoc leve*. IDEM.

Quisquis erit, cujatis: etsi habent hoc leve) Erfurt. & Franc. *Quisquis erit, civitatis si & id habent hoc leve*. Sunt hæc contaminatissima, quæ sine melioris libri ope non possunt purgari. Cogitabam tamen an non sic scripserit Ennius: *Quisquis erit, cujatis erit, civitatis habent jus*. In veteribus multis libris est *civitatis*, in aliis *cujatis*, propter litteras fere easdam utriusque vocis, altera in hoc, altera in alio codice periit. Quæ labes alias mendas advexit, ut centones quoque nonnulli adsuerent huic loco: *hoc leve & semper habuerunt*, quorum nulla est sententia. GRÆV.

Cujatis fiet: id habent omnes leve) Ita nostri codices, ut edidere Manut. & Lamb. LALLEM. Viris hisce clarissimis omnino parendum est: atque hanc lectionem restituere jam poterat Grævius, & conjecturis parcere, si præsidia ipse sua considerasset attentius. Primum enim illud *si &*, quod in suis MSis invenit, & habent præterea edd. Rom. ambæ Ven. & Ald. quidnam est aliud, quam *fiet* importune divisum? item in cod. Barb. manifesto comperi ab emendatore *set* factum ex *fiet*, qui etiam pessime interpolarat, *cujuscumque erit civitatis*. Deinde tota lectio erat sine ulla dubitatione restituta ex MSis a P.Man. Car. Steph. & Lamb. suosque Lambinus ideo non laudavit, quod duos illos antecedentes auctores sequebatur. *Id habent omnes leve* refertur *ad cujatis fiet*. Quod si nondum satis nitere videtur locus, meliora exspectemus: sed utamur interea his MSis, qui vulgatis haud paullo certe præstantiora suppeditant. Etiam Olivetus, quid præstaret, probe intellexit, & adnotavit, imprudentem se vulgatam pro Manutiana edidisse. Quod autem putat *etsi* retineri posse, fallitur. GAR.

Itaque & sibi undique fortes viros) Satis feliciter (non enim dicam ingeniose) hunc locum restitui. Nam cum & lectio vulgata: *Itaque & cives undique fortes viros*, &c. me semper hic offendisset, & in uno libro manuscr. reperissem scriptum, *viri undique*: ego qui & scirem, *v* pro *b* librarios illos scribere interdum solitos, & viderem, sententiam ut *sibi* legatur, postulare, ego ex *civi*, feci *sibi*. LAMB. Nulla opus mutatione, Carthaginienses cives adsciverunt undique, hoc est jure civitatis donarunt viros fortes. Justinus XXII. I. de Agathocle: *Cum Syracusas concessisset*

Digitized by Google

simorum hominum, clarissimorum virorum interpretationem juris, ac fœderum: dabo etiam judicum, qui huic quæstioni præfuerunt, dabo universi populi Romani, et dabo sapientissimum judicium senatus. Iudices cum præseferrent, palamque loquerentur, quid essent lege Papia de M. Crasso, Mamertinis repetenti-

ſſet, adſcitusque in civitatem inter incolas eſſet, civitatis jus eſſet conſecutus. GRÆV. Cod. Barb. & omnes Britann. tum omnes mei editi ante Car. Steph. exhibent, *itaque & civis fortiſſimos undique fortes viros adſciverunt*, Barb. etiam, & unus Brit. *conſciverunt*. Non dubito, quin MSi Steph. & poſteriorum careant voce *fortiſſimos*: non tamen fortaſſe deerunt, qui deleri malint, *fortes*. Infra cod. Barb. *Habetis imperatorum summorum, & ſapientiſſimorum virorum interpretationem juris, ac fœderum*. GAR.

Dabo etiam judicum) Ut magis conſtet, Ciceronem non aliter interpretari vocem *fundus*, ac ceteri ſolent, qua de re ſupra nonnulla dixi, videamus, quomodo ſuam cauſam confirmet teſtimonio judicum, populi, & Senatus, a quibus, cum de Rom. civitate ageretur, numquam quæſitum fuerat, an populus fundus, & auctor factus eſſet, nec ne; *dabo*, inquit, *etiam judicum, qui huic quæſtioni præfuerunt*. Iudices enim in cauſa M. Craſſi Mamertini, & aliis etiam ejuſdem generis, id quærere ſemper neglexerant, an populis auctoribus civitas data fuiſſet. Deinde, cum lege Servilia de ſociis Latini nominis ii cives Rom. eſſent, qui Rom. Senatorem aliquo crimine convictum damnaſſent, minime neceſſe erat, ut populi fundi fierent; ſic autem arguit a comparatione minorum: *an accuſatori majores noſtri majora præmia, quam bellatori, eſſe voluerunt?* ut ſcilicet meliori eſſet conditione, qui Senatorem accuſaſſet, quam qui pro rep. arma tuliſſet. Poſtremo ante civitatem omnibus Italis datam lege Iulia Velienſem Calliphanam ex populo fœderato ſacerdotem Cereris civitate donandam Senatus curavit: *num aut fundos factos Velienſes &c.* argumentatur a pari. FERRATIUS.

Dabo ſanctiſſimum etiam judicium Senatus) Rectius Erfurtenſis: *dabo & ſapientiſſimum judicium Senatus*. Nam ad id judicium non tam ſanctitas & religio Senatus requiritur, quam ſapientia, quæ dignoſcat, debeatur ne illi, qui peregrinitatis accuſatur, civitas, nec ne. GRÆV. Fortaſſe verius conjunxit vulgatam, & Erfurtenſis lectionem codex Car. Steph. qui habet, *dabo ſanctiſſimum, & ſapientiſſimum etiam judicium Senatus*. Quod cum Steph. in V. L. adnotaſſet, poſtea recepit Lambinus, aliis fortaſſe MSis adſtipulantibus: niſi quod *etiam* collocavit poſt *dabo*. Sed *etiam* cum Græv. deleverim, quod ab Erfurt. abeſt, & variam ſedem habet in editis. Sic enim placeret *dabo univerſi populi Romani, dabo ſanctiſſimum, & ſapientiſſimum judicium Senatus*; cujus nempe judicia ſanctiſſima, & ſapientiſſima ſemper habita ſunt. Cod. Guelf. cum Stephanico plane conſentit. Infra pro *Craſſo* habent *Caſſio* codd. Car. Steph. & Lamb. cum Erfurt. Mei editi a vulgata non diſcedunt, item Barb. & omnes Britannici. GARAT.

Lege Papia) Cum judices, qui lege Papia judicabant de peregrinis, præ ſe ferrent, palamque loquerentur, ſe ſecundum M. Craſſum pronunciaturos, Mamertini, qui eum repetebant, publice a ſuſcepta cauſſa deſtiterunt. De lege Papia 3. de officiis: *Male etiam qui peregrinos urbibus uti prohibent, ut Pennius apud patres noſtros, Papius nuper*. Pro Archia: *Quid? cum ceteri non modo poſt civitatem datam, ſed etiam poſt legem Papiam aliquo modo in eorum municipiorum ta-*

tibus, judicaturi: Mamertini, publice suscepta causa, destiterunt. Multi in civitatem recepti ex liberis, fœderatisque populis sunt liberati: nemo umquam est de civitate accusatus, quod aut populus fundus factus non esset, aut quod fœdere civitatis mutandæ jus impediretur. Audebo etiam hoc contendere, numquam esse condemnatum, quem constaret, ab imperatore nostro civitate donatum. Cognoscite nunc populi Romani judicium, multis rebus interpositum, atque in maximis causis re ipsa, atque usu comprobatum. Cum Latinis omnibus fœdus ictum, Sp. Cassio, Postu-

tabulas irrepserint, &c. Valerius lib. 3. c. 4. de M. Perpenna: *Regem Aristonicum cepit; Crassianæque stragis punitor exstitit, cum interim cujus vita triumphavit, mors Papia lege damnata est. Namque patrem illius nihil ad se pertinentia civis Romani jura complexum, Sabelli judicio petitum, redire in pristinas sedes coegerunt*. Neque mirum fortasse fuerit ejus mortem lege Papia, quæ Cotta & Torquato Consulibus lata est, fuisse damnatam, cum vitam usque ad initium belli civilis Pompejani propagarit, & inter miranda senectutis exempla censeatur, Valerius lib. 8. cap. 13. *Iam de Marco Perpenna quid loquar? qui omnibus, quos in Senatu rogaveras, superstes fuit: septemque tantummodo quos Censor Collega L. Philippi legerat e patribus conscriptis reliquos vidit, toto ordine amplissimo diuturnior*. Paulo etiam plus addit Dio lib. 41. Και ὁ Περπεννας ὁ κατα Φιλιππον τιμητευσας απεθανεν, τελευταιος παντων των εν τῃ τιμητεια αυτου βουλευσαντων. *Perpenna qui cum Philippo Censor fuit, diem obiit postremus omnium, qui in ejus censura lecti fuerant Senatores*. ABRAM.

Fœderatisque populis sunt liberati) Iudicum scilicet sententiis. Binas voces, *sunt liberati*, modo adjeci ex Pal. nono, Erfurd. & S. Victor. GRUTER. Atqui hæc additio antea innotuerat ex optimo codice Caroli Stephani, qui in ejus V. L. ita hunc locum exhibet. *Multi in civitate recepti ex liberis, fœderatisque populis liberati sunt*. Vel hinc licet eas varietates æstimare, quas tamen nemo consuluit. Sed legendum est etiam cum eo cod. *in civitate*, quod eodem modo scribitur in Barb. quatuorque Britannicis, & editur in Rom. in utraque Ven. & in Aldina. Quis etenim non intelligit, vulgatam a Grammaticis imperitis esse profectam, qui promiscuam ignorabant accusativi, & ablativi usum in hujusmodi locutionibus? Similia pluries nos ipsi defendimus; plura collegit olim Pareus in Lexico Crit. p. 583. adde Brisson. Parerg. §. 71. 72. Davis. ad Tuscul. L. 17. V. 4. & alios innumeros. Huic ipsi loco simillima notavit apud Ovidium Heinsius ad VI. Hor. 20. & Cortius ex MSis optimis Sallustio restituit, *Massinissa Rex Numidarum in amicitia receptus a P. Scipione*, Iug. V. Itaque lectionem veterem immerito deturbatam confidenter restitui, vix etiam dubitans, quin tres illi optimi Grut. codices accessuri auctores fuerint, si diligentia major conferentium fuisset. Neque contra libros emendare coner, *multi civitate recepti*, quam locutionem supra ad c. 14. propugnavi; intemperantis enim critici hoc esset. GAR.

Cum Latinis omnibus fœdus ictum) De fœdere Latino Dionysius Halic. Antiq. 6. exeunte: verba retulimus supra ad c. 15. Livius lib. 2. *Per secessionem plebis*, in sacrum montem abi

stumio Cominio Coss. quis ignorat? quod quidem nuper in columna ænea meminimus post Rostra incisum, et perscriptum fuisse. Quomodo igitur L. Cassinius Tiburs, pater hujus equitis Romani, optimi, atque ornatissimi viri, damnato T. Cœlio, quomodo ex eadem civitate T. Coponius, civis item summa virtute, et dignitate (nepotes T. et C. Coponios nostis) damnato C. Massone, civis Romanus est factus? an lingua, et ingenio patefieri aditus ad civitatem potuit, manu, et virtute non potuit? anne de nobis trahere spolia fœderatis licebit, de hostibus non

ubi tribunatus plebis institutus, *Sp. Cassius*, & *Postumius Cominius Consulatum inierunt. His Consulibus cum Latinis populis ictum fœdus. Ad id feriendum Consul alter Romæ mansit.* ABRAM.

Postumio Cominio) Legendum est, *Postumo*, ut Fastorum ordinatores docent, & ita editur a viris doctis apud Liv. II. 18. & bis ibid. c. 33. item apud Valerium Max. IV. 3. 4. Est enim prænomen. Spurius Cassius Viscellinus, & Postumus Cominius Auruncus, ambo iterum Consules fuerunt anno CCLX. quo proinde ictum fuit hoc fœdus. GAR.

In columna ænea) Leges, & fœdera columnis, aut tabulis æreis incidebant. Livius lib. 2. de hoc ipso fœdere: *Tantumque sua laude obstitit famæ Consulis Marcius, ut nisi fœdus cum Latinis columna ænea insculptum monumento esset ab Spurio Cassio uno, quia collega abfuerat, ictum, Postumum Cominium bellum gessisse cum Volscis memoria cessisset.* De legibus Ovidius 1. Metamorph.

—— *Nec verba minantia fixo*
Ære ligabantur. ——

Sic duodecim tabulas in *æs incisas* fuisse dicit Livius lib. 3. & Dionysius libro 10. Dio lib. 37. & Cicero tum in Catilinariis, tum libro 2. de divinatione tradunt *legum æra liquefacta*. Plautus huc allusit Trinummo sc. Stasime:

Mores leges perduxerunt jam in potestatem suam
Et miseræ etiam ad parietem sunt fixæ clavis ferreis. ABRAM.

Erfurt. *columna Athenea*. Scriptum fuit *columna ahenea*. GRÆV. Restitutum intelligo memoriæ causa, ut fiebat; certe non pugnat cum Cicerone Livius II. 33. ut videtur Ernesto. GARAT.

L. Cossinius Tiburi, &c.) Est a mss. nostris; adjuvatque editio vetus. GRUT. Cod. Barb. & ante Ald. editi, *L. Cosminius Tybur*, (eodem conspirant omnes Britann.) unde Aldus fecit *Cominius*: sed Naug. Cam. P. Man. Car. Steph. plane id habent, quod Grut. se restituisse putat: neque variant Lambinianæ, nisi quod errore typorum habent *Cossiniux*. GARAT.

Damnato T. Cœlio) *C. Ælio*, Pantagathus, ut puto, ex historia. F. URSIN. Prænomen addi Cœlio Man. quoque volebat, quod in cod. Barb. & editis ante Lamb. deerat: huic enim debemus, *T. Cœlio*. GAR.

Anne de nobis trahere) P. Manut. & Car. Steph. *An de nobis*, sed in cod. Steph. erat *anne*, ut est in Barb. & in ceteris editis. Lamb. *anne de nobis detrahere*, sed libri repugnant. Ceterum *spolia* in accusationibus etiam sine hac oppositione usurpavit Cicero I. in Verr. 8. *non enim spolia C. Verris, sed existimationem populi* Ro-

Digitized by Google

non licebit? an, quod adipisci poterunt dicendo, id eis assequi pugnando non licebit? an accusatori majores nostri majora præmia, quam bellatori esse voluerunt?

24. Quod si acerbissima lege Servilia principes viri, ac gravissimi, et sapientissimi cives hanc Latinis, id est, fœderatis, viam ad civitatem populi jussu patere passi sunt: neque in his est hoc reprehensum Licinia, et Mucia lege, cum præsertim hoc genus ipsum accusationis, et nomen, ejusmodi præmium, quod nemo assequi possit, nisi ex Senatoris calamitate, neque Senatori, neque bono cuiquam nimis jucundum esse posset, dubitandum fuit, quin, quo in genere judicum præmia rata essent, in eodem judicia imperatorum valerent? num fundos igitur factos populos Latinos

Romani concupivi: & pro Amer. 3. *ut spoliis Sex. Roscii hoc judicio ornati, auctique discedant*. Quod sequitur ter positum verbum *licebat*, in eo magna varietas est. Nam cod. Barb. locis omnibus habet *licebat*, eique accedit Erfurt. nisi quod priore loco retinet *licebit*: Rom. & ambæ Ven. *licebat*, *licebit*, *liceat*: tum Ald. Naug. Cam. duobus locis prioribus *licebit*, tertio Ald. *liceat*, duo reliqui *licebat*. Præterea cod. Barb. & omnes editi, quos nominavi, *poterant* exhibent, non *poterunt*. Cum autem considero, non modo de solis Latinis sermonem heic esse, verum etiam de tempore, quod legem Iuliam præcessit, & hæc video tam varie proferri; legendum censeo ter *licebat*, ubicumque scilicet editur *licebit*, tum vero *poterant* esse restituendum. Naug. Cam. & suis ex MSis Lambinus, *pugnando adsequi*: melior est in hoc ordine fortasse numerus. Gar.

An accusatori majores nostri majora præmia, quam bellatori esse voluerunt) Erfurt. *An accusatores majores nostri majora præmia: quam bellatorum esse voluerunt*. Scribendum: *An accusatoris majores nostri majora præmia, quam bellatorum esse voluerunt*. Græv. Recepit hanc ab Erfurt. sumtam lectionem Cl. Lallem. nihil de suis MSis admonens: neque alio ullo in libro eam exstare comperi. Mox recte Lamb. *principes viri, gravissimi, & sap. cives*. Gar.

Lege Servilia) Iudiciis a Senatu ad equestrem ordinem translatis C. Gracchus diviserat populum Romanum, & bicipitem ex una fecerat civitatem, ut ait Florus lib. 3. cap. 17. *Equidem Servilius Cæpio, Senatum Livius Drusus asserere, &c. Drusus plebem ad se Gracchianis legibus, eisdem socios ad plebem spe civitatis erexit*: contra Servilius legem tulit acerbissimam de civitate sociis neganda. Nam, ut ait Epitome Livii lib. 7. *Cum deinde promissa sociis civitas præstari non posset, irati Italici defectionem agitare cœperunt*: vide Appianum 1. civil. Abram.

Cum præsertim genus ipsum accusationis) Erfurt. *cum præsertim hoc genus ipsum accusationis*: quod non sperno. In eodem codice semper scriptum est *jocundus*. Græv. Etiam in ed. principe, & in cod. Barb. scriptum heic est *jocundum*, ut passim in libris veteribus. Idem cod. & Britann. tres, tum ed. Rom. ambæ Ven. atque Ald. ha-

Digitized by Google

tinos arbitramur aut Servilia lege, aut ceteris, quibus Latinis omnibus erat propositum aliqua ex re præmium civitatis? Cognoscite nunc judicium Senatus, quod semper est judicio populi comprobatum. Sacra Cereris, judices, summa majores nostri religione confici, cæremoniaque voluerunt: quæ cum essent assumta

habent, *cum præsertim in genus ipsum &c.* unde aliquis eliciat *id genus*: sed vulgatam malo, a qua Grævium arbitror non satis justa de causa discessisse. GARAT.

Aut Servilia lege, aut ceteris) Legendum omnino est, libris quantumvis repugnantibus, *Serviliæ legi*, ut vidit jampridem Valesius in Epist. de pop. fund. ac deinde summus Mazochius ad Tab. Heracl. p. 476. n. 153. Ita supra c. 17. jam restitutum ex libris optimis fuit, *huic generi legum fundos populos fieri non solere*, ut Latinitas postulat, cum corrupte multi dedissent *hoc genere.* Lamb. alios habere notat, *quibus legibus Latinis &c.* quos ignoro. Vide supra ad c.20. IDEM.

Sacra Cereris) Festus Pompejus: *Græca sacra festa Cereris ex Græcia translata, quæ ob inventionem Proserpinæ matronæ colebant.* Noster 2. de Legibus: *Neve quem initianto, nisi, ut assolet, Cereri Græco sacro.* Horum sacrorum originem ad Evandrum refert Halicarnasseus lib. 1. *Constituerunt & Cereris templum, & sacrificia ipsi, more Græco, jejuniaque celebrarunt, in quibus nihil præsens tempus mutavit.* His Festis duo videntur fuisse celebrata, Orci nuptiæ, & inventio Proserpinæ. In Orci nuptiis vino abstinebant, in sacrificio Cereris ob inventionem Proserpinæ favos lacte & vino diluebant, ut notat Servius ad illud 1. Georg.

Cuncta tibi Cererem pubes agrestis adoret,
Cui tu lacte favos & miti dilue Baccho.

De nuptiis Plautus Aulularia actu 3. sc. 6. ubi Staphyla:

Cererin', Strobile, istas facturi nuptias?
Strob. *Qui?* Staph. *Quia temeti nihil allatum intelligo.*

His sacris Senarium illud pro Symbolo habebant.

Ταυρος δρακοντος, και δρακων ταυρου πατηρ.

Ita legit Iulius Firmicus lib. de mysteriis & erroribus prof. relig. cap. 17. Arnobius lib. 5. adversus gentes legit Ταυρος & ταυρυ, his verbis, *Tum illum citabimus Tarentinum notumque Senarium, quem antiquitas canit dicens,*

Taurus draconem genuit, & taurum draco.

Ipsa novissime sacra & ritus initiationis ipsius, quibus Sebadiis nomen est, testimonio esse poterunt veritati: in quibus aureus coluber in sinum dimittitur consecratis, & eximitur rursus ab inferioribus partibus, atque imis. Quo loco vide fuse horum sacrorum originem plane insulsam. In iisdem sacris jejunabant. Livius lib. 6. decadis 4. *Eorum prodigiorum caussa libros Sibyllinos ex S. C. decemviri cum adissent, renuntiarunt, jejunium instituendum Cereri esse: & id quinto quoque anno servandum.* Idque ex ritu Græco. Palæphatus: Νηστευουσι δ' εις τιμην της Δημητρος η γεραιροντες αυτην ιδιω τροπω, &c. *Iejunant vero in honorem Cereris, aut eam peculiari quodam ritu venerantes,* &c. Vbi & alias illius sacri cerimonias recenset. Maternus lib. citato cap. 28. *In Proserpinæ sacris cæsa arbor in effigiem virginis formamque componitur, & cum intra civitatem fuerit illata quadraginta noctibus plangitur, quadragesima vero nocte comburitur.* Hæc sacra per Græcam sacerdotem matronæ albatæ faciebant. Livius lib. 2. decadis 3. post pugnam Cannensem: *Adeo totam urbem opplevit luctus, ut sacrum anniversarium Cereris intermissum*

ta de Græcia, et per Græcas semper curata sunt sacerdotes, et Græca omnia nominata: sed cum illam, quæ Græcum illud sacrum monstraret, et faceret, ex Græcia deligerent, tamen sacra pro civibus civem facere voluerunt, ut deos immortales scientia peregrina, et externa, mente domestica, et civili precaretur. Has sacerdotes video fere aut Neapolitanas, aut Velienses fuisse, fœderatarum sine dubio civitatum. Mitto vetera, proxima dico: ante civitatem Veliensibus datam, de Senatus sententia C. Valerium Flaccum, Prætorem Vrbanum, nominatim ad populum de Calliphana Veliense, ut ea civis Romana esset, tulisse. Num igitur aut fundos factos Velienses, aut sa-

fit, quia nec lugentibus id facere est fas, nec ulla in illa tempestate matrona expers luctus fuerat. Festus: *Græca sacra*, &c. *Dum non essent matronæ quæ facerent, propter pugnam Cannensem & frequentiam lugentium institutum est, ne amplius triginta dies lugeretur.* Ovidius lib. 10. Metamorph.

Festa piæ Cereris celebrabant annua matres,
Illa quibus nivea velatæ corpora veste
Primitias frugum dant spicea serta suarum. Abram.

Græca) Supra ex Festo Pompejo. Noster Verrina de signis: *Nunc vero in communi omnium gentium religione, inque his sacris quæ majores nostri ab exteris nationibus adscita atque arcessita voluerunt: quæ sacra ut erant revera, sic appellare Græca voluerunt, negligentes ac dissoluti, si cupiamus esse, qui possumus.* Loquitur de sacris Cereris Ennensis. Vide Valerium lib. 1. cap. 1. ubi & ista: *Cererique, quam more Græco venerari instituerant, sacerdotem a Velia, cum id oppidum nondum civitatis nomen accepisset, Calcitanam peterent, vel, ut alii dicunt, Caliphennam: ne Deæ vetustis ritibus perita deesset antistes.* Idem.

Mente domestica & civili precarentur) Libri veteres habent, *precaretur*, ut referatur ad sacerdotem civem. Tum supra iidem libri habent *diligerent*, ubi vulgati *deligerent*: ego tamen, si Festum sequi vellemus, *dilegerent* reponendum censerem. Lambin. *Mente domestica & civili precaretur*) Ita omnes vett. non *precarentur*, quomodo nuper vulgati: videturque & paullo ante legendum *confieri*, loco *confici*, cum exstet in Pal. nono *conficere*: sed & ubi habemus *Græca omnia nominarentur*, monet liber S. Victoris alias scribi *omina*: oppido bene. Grut. Immo, si quid video, oppido male. Ceterum *precarentur* mendose habent Aldus, Naug. P. Man. Seb. Gryph. Car. Steph. in ipsis Lambinianis male retentum: habent etiam cod. Barb. & unus Britann. *Confici*: quod in meis omnibus libris exstat, non est sollicitandum. Gar.

Velienses) Velia Græca urbs fuit, & colonia Phocensium. Nam ut ait Hyginus apud Gellium lib. 10. cap. 16. Servio Tullio Romæ regnante: *Qui ab Harpalo Regis Cyri præfecto ex terra Phocide fugati sunt, alii Veliam, partim Massiliam condiderunt.* Civitas autem Veliensibus data videtur bello sociali, paulo post Gracchi necem. Vide Valerium loco citato, Tullium Verrina citata. Ideo autem hæc sacra, quibus raptus Liberæ, ut dictum est, per dies xl. plangebatur, externa scientia, per sacerdotes e Græcia

Digitized by Google

sacerdotem illam, civem Romanam factam non esse, aut fœdus et a Senatu, et a populo Romano violatum arbitrabimur?

25. Intelligo, judices, in causa aperta, minimeque dubia multo et plura, et a pluribus peritissimis esse dicta, quam res postularet. Sed id factum est, non ut vobis rem tam perspicuam dicendo probaremus, verum ut omnium malevolorum, iniquorum, invidorum animos frangeremus: quos ut accusator incenderet, ut aliqui sermones hominum, alienis bonis mœrentium, etiam

cia arcessitas faciebant, quia ut auctor est Dionysius Halic. lib. 2. Εορτη παρ' αυτοις ουδεμια μελανειμων, η πενθιμος κοπετους εχουσα, και θρηνους γυναικων επι θεοις αφανιζομενοις. *Festum apud eos nullum est quod cum atra veste, & luctuosa, cum planctibus & lamentis mulierum, propter Deorum abitionem celebretur.* Nolo plura de Cereris sacris: vide Firmicum & Arnobium locis jam ante laudatis, item Palæphatum de Cerere ejusque sacris fuse differentem, Clementem Alexandrinum in Protreptico. Abr.

Violatum arbitrabamur?) Cod. Erfurt. ac duo Britann. tum Rom. & prior Ven. *arbitrabamur*: reliqui mei editi vulgatam recte servant, quam firmat Lamb. MSorum testimonio, alios monens habere *arbitramur*, quod ego in solo cod. Barb. conspexi. Infra scribunt *malivolorum* Erfurt. Barb. Rom. ambæ Ven. Ald. & Nauger. Garat.

Ut aliqui sermones hominum) Hic videtur *aliqui* positum esse pro *nonnulli*: quæ significatio in Lexico Fabri notata est. Sic *aliquid* pro *nonnihil* apud Cæsarem I. B. G. 40. Ego certe satis justam celeb. Ernesto caussam fuisse non arbitror, cur hanc vocem repudiaret, & *maligni* scriptum suspicaretur. Cod. Lamb. *accenderet* pro *incenderet*. II. ad Att. 16. *Si ulla res est, quæ bonorum animos, quos jam video esse commotos, vehementius possit incendere, hæc certe est.* Idem.

Alienis bonis mœrentium) Notum illud,

> *Invidus alterius rebus macrescit opimis.*

Statius 2. Theb. invidiæ proprium esse dicit,

> *Insultare malis, rebusque ægrescere lætis.*

Valerius lib. 4. cap. de amicitia extremis verbis, *Verum nulla tam modesta felicitas est, quæ malignitatis dentes vitare possit. A quo secessu quosdam fugeris,* (lege *& quos secessu quodam fugeris,*) *aut quibus insulis* (lege, *quos insulis*) *misericordiæ permulseris, non cohibebis, ne alienis malis, perinde ac bonis suis lætentur ac gestiant. Divites sunt aliorum jacturis, locupletes calamitatibus, immortales funeribus: sed illi quatenus alienis incommodis suorum adhuc expertes insultent, optima vindex insolentiæ varietas humanæ conditionis viderit.* Socrates apud Xenocratem 3. Memorabilium: Μονους εφη φθονειν τους επι ταις των φιλων ευπραξιαις ανιωμενους. *Solos invidere dicebat, qui amicorum bonis mœrerent.* Atque hic mœror est illa

> —— *Livida tabes*
> *Invidiæ,* ——

ut cum Papinio loquar, de qua pulchre Isocrates in Evagora: Φθονος δε τουτο μονον προσεστιν αγαθον, ότι μεγιστον κακον τοις εχουσιν εστιν. *Invidia cui solum illud est boni, quod habentibus maximum est malum:* unde & illud incerti auctoris in anthologia:

> Ο φθονος εστι κακιστον, εχει δε τι καλον εν αυτῳ·
> Τηκει των φθονερων ομματα και κραδιην.

Digitized by Google

etiam ad vestras aures permanarent, et in judicio ipso redundarent, idcirco illa in omni parte orationis suæ adspergi videbatis: tum pecuniam L. Cornelii, quæ neque invidiosa est, et, quantacumque est, ejus-

modi

Peſſima res livor, ſed habet laudabile quiddam:
Tabentes oculos, tabida corda facit.

Vel ut vertit Ioannes Saresberienſis lib. 7. Policratici cap. 24.

Iuſtius invidia nihil eſt, quæ protinus ipſum
Auctorem rodit, excrucians animum.

Quæ ſit autem inter inimicos & invidos diverſitas, quoniam id facit ad hunc locum, vide apud Plutarchum opuſculo ſingulari. Adde Ambroſium 2. de officiis cap. ultimo: *Filii fugite improbos, cavete invidos. Inter improbum & invidum hoc intereſt: improbus ſuo delectatur bono, invidus torquetur alieno: ille diligit mala, hic bona odit: ut prope tolerabilior ſit, qui ſibi vult bene, quam qui male omnibus.* Vide longe pulcherrima apud Baſilium Magnum homilia contra invidos. ABRAM. Cod. Barb. treſque Britann. ed. princeps, & prior Ven. *alienis bonis inhærentium*, quæ facilis fuit, eademque mendoſa commutatio. Idem Barb. *ad veſtras etiam aures*. GAR.

In omni parte orationis ſuæ arte adſpergi) Vocem *arte*, natam eſſe ex nomine *parte*, docti quidam ſuſpicantur, neque putant eſſe Ciceronis. Alii legendum exiſtimant, ut habent nonnullæ editiones, *in omni parte orationis ſumma arte adſpergi vid.* LAMBIN. Si recentiores editiones *ſumma* hauſerunt ex bono codice, laudo. Sed vereor ne ex correctoris ingenio manaverit hæc ſcriptura. Nam omnes editiones ante Hervagianam anni 1540. ſcribunt, ut primæ, *orationis ſua arte adſpergi*, (unde poſtea refinxerunt *ſumma*) aut, quod eſt in Erfurtenſi MS. & P. Victor. editione, *orationis ſuæ arte aſpergi*: quod omnino ferri poteſt. Eſt enim *arte* inſidioſe, ſingulari quadam aſtutia, ut *arte bella tractare* apud Iuſtinum IX. 8. 12. *Hic aperte, ille artibus bella tractabat*: & Tacitus Agricola c. 27. *At Britanni non virtute, ſed occaſione, & arte ducis rati*: ſc. ſe victos eſſe, hoc eſt dolo, ſtratagemate. GRÆV. Recte vir maximus judicavit: *ſuæ* firmant optimi codices Erfurt. & Lamb. neque dubito, quin firmet quoque codex Car. Stephani, cum hic invectam a P. Manutio lectionem iſtam tacitus retinuerit. Nam profecto Naug. cum omnibus antea editis, & cod. Barb. habet *ſua*, ut ipſe Grævius in V. L. fatetur. Sic etiam quatuor MSi Britannici. quintus habet *ſumma*, quod poſt illam Camerarii Hervagianam vidi apud Gryph. repet. Lamb. Grut. &c. Satis eſt *arte*: quæ quidem ars, meo judicio, *ſumma* dici non debuit, ſed tamen aliqua fuit, quippe quæ invidiam Cornelio ex rebus ad hanc quæſtionem non pertinentibus faceret, eaſque res apte in ſubtilem de civitatis jure diſputationem includeret: ut vocem *arte* delentibus adſentiri non poſſim, quorum veriorem nuper Erneſtus ſententiam exiſtimavit. Eſt autem in primis adferendus Terentii locus II. Heaut. 3. 125. *hac arte tractabat virum, Ut illius animum cupidum inopia incenderet*. GAR.

Quæ neque invidioſa eſt) Magna & copioſa, ut Lyricus *invidendam aulam* dixit, & alibi:

Cur invidendis poſtibus, & novo
Sublime ritu moliar atrium.

Contra Græci ἄφθονον dixerunt. Quanta porro fuerit Cornelii pecunia, illud indicio eſſe poteſt, quod refert Dio libro 48. *Et eorum, qui Conſules tum fuerunt, fuit Lucius Cornelius Balbus: qui adeo omnes qui tum vivebant homines divitiis & animi magnitudine ſuperavit, ut moriens ſingulis Romanis viginti quinque drachmas legaverit.*

Id

Digitized by Google

modi est, ut conservata magis, quam correpta esse videatur: tum luxuriam, quæ non crimine aliquo libi-

Id est, unum aureum Romanum. ABRAM.

Conservata magis) Balbi pecuniam dicit non ita esse grandem, ut invidiam conciliare illi debeat, deinde esse ab initio locupletis patrimonii profectam, honesteque auctam; ut profusione sumptuum non dissipata, negligentiaque non dilapsa potius, quam malis artibus coacervata, videatur. II. de Offic. 24. *Res autem familiaris quæri debet iis rebus, a quibus abest turpitudo: conservari autem diligentia, & parsimonia: iisdem etiam rebus augeri.* Sed hunc sensum esse commodum negat Ernestus, & pro *conservata* conjicit *comparata*, Vellem cogitasset, verbum *conservata* ita hic usurpari, ut accessiones quoque patrimonii omnes comprehendat. Quidquid enim pecuniæ ab industria, fortunaque Balbo accesserat, cum sine cujusquam injuria quæsitum esset, nihil in comparando habebat criminis, multum autem laudis in conservando. GAR.

Ut conservata magis, quam corrupta esse videatur) *Conflata* Pantagathus pro *corrupta*: & recte, ut mihi videtur. F. URSIN. *Conservata magis, quam corrupta*) Emendant *correpta*; quasi diceret rapinis & expilationibus coacervata. Non video, cur necesse sit hanc novitatem inducere: corrumpi enim dicitur non solum quod fit deterius, sed etiam quod alterius rei mutatione quacunque ratione mutatur. Maro:

> *Nec casia liquidi corrumpitur usus olivi.*

Persius:

> *Hæc sibi corrupto casiam dissolvit olivo.*

Conservavit igitur Balbus suum patrimonium, prout illud acceperat, non autem corrupit, id est, novarum divitiarum adjectione cumulavit. Id autem dicitur ad leniendam invidiam, antiquis enim divitiis quam recentibus, præsertim per malas artes quæsitis, minus invidetur. Pulchre Themistius in Sophista cum dixisset: *Etiam alia bona possessores invidiæ & insidiis reddunt obnoxios; & graves iis qui non sunt eorumdem bonorum participes, etiamsi nulla penitus efficiantur injuria, Neque pauperi jucundum est videre alium divitiis gloriantem, neque pediti equitantem, nec valentem infirmo.* Paulo post ita sedat invidiam: *Neque enim malum est liberalitatem & magnificentiam non modo verbis honestis, sed etiam factis ostendere, maxime ex divitiis justis superne, id est, ex majorum patrimonio delapsis, quarum fontes limpidissimi fluunt & lenes, nec unquam ipsos coinquinat injustitiæ fluxus commixtus.* ABRAM. Recentiores editiones multæ post Hervagianam & Lambinianam *correpta*. Sed MSS. & editi primus, Mediol. Ascens. Cratand. P. Vict. omnes *corrupta*. Sed quoniam Lambinus in margine notat, *correpta* esse ex veteri codice, & sententia id flagitet, nec enim quicquam ad *corrupta* tuendum faciunt quæ attulit Abramius exempla. Nihil enim illa notant aliud, quam naturale vitiatum esse addicto aliquo deteriore; retinui hanc vocem, Est enim *corripere pecuniam*, ut multis in locis apud Tullium nostrum, pecuniam sive publicam, sive alienam, quæ ad nos non pertinet, intercipere, & in privatos usus convertere, ac in nostras arcas convertere. GRÆV. Nullum potest esse dubium, quid vera lectio *correpta* sit: locos similes habes in Ind. Ernesti p. 430, & in Lex. Crit. Parei p. 889. qui cum Gifanio egregiam loco huic operam navavit. Hervagius, a quo invecta est, se codices habuisse profitetur: Gruterus etiam, qui eam restituit a repet. Lambin. ejectam, fortasse in aliquo suorum invenit: diversa enim ratio est superioris lectionis, *summa*, quam Grut. ab iis repetitoribus reductam retinuit. Alii omnes libri deteriorem lectionem heic sequuntur, unusque optimæ auctor nominatim laudatur codex Lambini. Huic au-

bidinis, sed communi maledicto notabatur; tum Tusculanum, quod Q. Metelli fuisse meminerat, et L. Crassi: Crassum emisse de libertino homine, Soterico Marcio: ad Metellum pervenisse de Venonii Vindicii bonis non tenebat: simul illud nesciebat, prædiorum nullam esse gentem: emtionibus ea solere sæpe ad alienos homines, sæpe ad infimos, non legibus, tanquam tutelas, pervenire. Objectum est etiam, quod in tribum Crustuminam pervenerit: quod hic assecutus est legis de ambitu præmio, minus invidioso, quam

tem nunc Britannici tres accedere videantur, quoniam in ed. Oxon. mendosa lectio ex duobus tantum codicibus adnotatur. GAR.

Communi maledicto) Vide Cælianam: *Aliud est maledicere, aliud accusare: accusatio crimen desiderat.* &c. ABRAM.

Et L. Crassi) His verbis cod. Barb. omnesque Britannici, ed. princeps, ambæ Ven. & Ald. statim adtexunt illa, *simul illud nesciebat*. An primus Naugerius media protulerit, an vero alius aliquis ante illum, & post Aldum, certo definire non possum. Sincera ea sunt, & in optimis libris postea inventa, & recognita. GARAT.

Tanquam tutelas pervenire) Hottomannus interponendum putat, *tutelas ad agnatos pervenire* lib. 2. observat. cap. 20. GRUTER. *Tanquam tutelas*) Est tutela duplex, testamentaria & legitima, quarum meminit præter Iurisconsultos lex XII. tabularum. TVTORES. LIBERIS. IN. POTESTATE. TESTAMENTO. PARENTES. DANTO. SI. NON. SINT. DATI. AGNATI. QVI. SVCCESSIONEM. SPERANT. SVNTO. Testamentaria tutela est, quæ testamento sive codicillis dat tutores. Legitima quæ ex lege XII. tabularum agnatos efficit tutores, si testamento non sunt dati. Vnde & Franc. Hottomannus hoc loco legendum putat: *tanquam tutelas ad agnatos*: ABR. Hottomanno adsentiebatur Ernestus, tum sententiæ causa, tum etiam concinnitatis. Sed aperta ex antecedentibus sententia est: neque *σχημα προς το σημαινομενον* inusitatum; etiam ubi ad rem ipsam potius, quam ad verba, respectus habetur. Concinnitas autem hæc ipsa est cum brevitatis commendatione, ut mihi quidem videtur, superstitionis cujusdam esse censenti, æqualitatem illam ubique requirere. Durius profecto verbum expresso contrarium aliquando reticetur, ut X. ad Att. 23. *fortunam ipsam, quia illi florentissima, nos duriore conflictati videmur*. GAR.

In tribum Crustuminam perveneris) Aliæ tribus aliis honoratiores fuerunt, & ex una in aliam honoris & præmii, aut etiam pœnæ dedecorisque caussa transibant: qua de re illustris est locus Livii lib. 40. quem operæ pretium fuerit paulo latius exhibere: *In quatuor urbanas tribus descripti erant libertini, præter eos, quibus filius quinquennii major ex S. C. esset.* Ergo libertini quibus filius quinquennii major erat ex urbanis tribubus in rusticanas ex S. C. honoris caussa promovebantur: pergit: *Eos ubi proximo lustro censi essent, censeri jusserunt, & eos qui prædium, prædiave rustica pluris sestertium triginta millium haberent, censendi jus factum est. Hoc cum ita servatum esset, negabat Claudius suffragii lationem injussu populi censorem cuiquam homini, nedum ordini universo adimere posse. Neque enim si tribu moveri posset, quod sit nihil aliud, quam mutare jubere tribum, ideo omnibus quinque & triginta tribubus emovere posse, id est, civitatem, libertatemque*

Digitized by Google

quam qui legum præmiis prætoriam sententiam, et prætextam togam consequuntur. Et adoptio Theopha-

eripere, non ubi censeatur finire, sed censu excludere. De hac autem tribu Livius lib. 42. *Sp. Ligustinus tribus Crustuminæ ex Sabinis sum oriundus*. A Tuscorum urbe Crustumina sive Clustumina dicta est, auctore Festo Pompejo. Ad quam tribum, cum prius recens in civitatem adscriptus in inferiore censeretur, pervenit Cornelius Balbus præmio legis de ambitu. Variæ autem leges de ambitu fuerunt: verbi caussa, ut recentiores attingam, Acilia, & Calpurnia, de qua Dio lib. 36. Acilio & Pisone Consulibus, *in eos qui in petitione magistratuum ambitus convicti essent, lex ab ipsis Consulibus perlata est, ut neque magistratus gererent, neque in Senatu manerent, & insuper pecunia multarentur*. Lex Tullia lib. 37. *Decrevit Senatus*, &c. *Cicerone cum primis legem proferente, ut decem annorum relegatio pœnis ambitui irrogatis adderetur*. Præmia insuper accusatoribus, qui reos detulissent & obtinuissent, sunt legibus constituta, ut vel ex hoc loco liquet. ABRAM. Cod. Barb. duo Britann. & veteres editi scribunt *Clustuminam*, & hanc scripturam sequitur Manut. in Tribuum catalogo ad VIII. Ep. ad Div. 8. Antiquam permutationem esse indicant lapides, & duplex etymon apud Servium ad VII. Æn. 631. Nunc eruditi *Crustuminam* præferunt, ut pro Flacc. 29. pro Planc. 16. & apud Festum, item apud Livium sæpe, & alios. GRÆ.

Prætoriam sententiam) Qui curulem magistratum gesserant, iis *antiquiorem in Senatu dicendæ sententiæ locum* datum fuisse, Cicero testatur Verrina de suppliciis. Ita opinor, ut primos omnium rogarent viros Censorios, cum ex eo ordine princeps Senatus legeretur: unde apud Livium libro 27. Cornelius Cethegus *morem traditum a patribus sequendum ajebat, qui qui primus Censor ex iis, qui viverent, fuisset, eum principem legerent*. Verum qui Censorii, iidem & Consulares fuerunt ut plurimum, vixque Censura mandabatur nisi functis Consulatu: fuit enim Censura quasi reliquorum honorum apex & fastigium. Quamvis, ut notat Livius loco citato, *Creati Censores ambo qui nondum Consules fuerant, M. Cornelius Cethegus, P. Sempronius Tuditanus*. Quare primi omnium rogati Consulares, nisi Consul designatus fuisset: vid. Gellium lib. 4. Noct. Attic. cap. 10. Hic igitur ordo videtur fuisse. Rogabatur primo loco vel princeps Senatus, vel Consules designati. 2. Consulares. 3. Prætorii. 4. Ædilitii. Nonnullis tamen honoris & præmii caussa, quamvis magistratibus curulibus functi non essent, permittebatur, ut inter Consulares, aut Prætorios, aut etiam Ædilitios dicerent sententiam. In Vatinium: *Tertium scis ex illo obsesso atque afflicto tribunatu Consularem auctoritatem hominem esse adolescentem consecutum*. Quem in locum tum alia protulimus, tum illud ex Dione 36. de M. Cottæ damnatione: *C. Carbonem ejus accusatorem, honoribus Consularibus, etsi tribunatum plebis duntaxat gesserat, ornaverunt*. ABRAM.

Prætextam togam) Non, opinor, magistratuum prætextam: (ea enim mandabatur, non legum præmiis, sed populi suffragiis) sed Senatorum, quam ludorum, & sacrificiorum diebus gerere poterant, ii Senatores, qui vel ex gestis magistratibus curulibus, vel ex legum præmiis Consularem, Prætoriam, Ædilitiam auctoritatem obtinebant. Philippica 2. *Quæro deinceps, num hodiernus dies quis sit, ignores. Nescis heri quartum in circo diem ludorum Romanorum fuisse. Teipsum autem ad populum tulisse, ut quintus præterea dies Cæsari tribueretur? cur non sumus prætextati?* &c. De quo tamen in præsentia nihil affirmo, eo loco plura dicturus. IDEM. Falso tribuit prætextam Senatoribus. Soli magistratus curules utebantur prætexta, quod jam ante me notavit Ferrarius lib. 11. de re Vestiar. cap. 4. quem vide, ut & Manutium ad hunc locum

phani agitata est: per quam Cornelius nihil est, præterquam propinquorum suorum hereditates assecutus.

26. Quamquam istorum animos, qui ipsi Cornelio invident, non est difficillimum mitigare: more hominum invident, in conviviis rodunt, in circulis vellicant: non illo inimico, sed hoc maledico dente carpunt. Qui amicis L. Cornelii aut inimici sunt, aut invident, hi sunt huic multo vehementius pertimescendi: nam huic quidem ipsi quis est umquam inventus

cum, quamvis in notis ad Philippicam II. in eumdem impingat lapidem, in quem impegit Abramius. GRAEVIUS.

Adoptio Theophani agitata est) Delevi litteram a fine, jussu Pal. noni, Gembl. & S. Victor. neque abscedunt ceteri Pall. nisi quod ii *Theophanii*: unde & priscæ *Theophanti*, ex quibus liquet hodiernum *Theophanis* vere esse nuper natum. GRUT. *Adoptio Theophanis*) Vide de hoc pro Archia cap. 10. Tacitum 6. annalium 18. & ipsum Ciceronem, qui scribit Balbum Gaditanum a Theophane Mitylenæo fuisse adoptatum primo Iulii Cæsaris consulatu, lib. 7. ad Atticum epist. 6. ABRAM. Recte Gruterus: vide ad IV. in Verr. 2. Quod ille dicit de priscis editionibus, de sola priore Veneta verum est: Rom. & altera Ven. cum cod. Barb. & Palatinis, *Theophanii*, quomodo etiam quatuor Britann. quinctus enim diserte *Theophani*. GAR.

In circulis vellicant) MSS. omn. amplius, *in circulis idcirco vell.* an fuit? *in circulis in circo vell.* GRUTER. Non Gruteriani solum codices, sed codex quoque Car. Steph. & Barb. quatuorque Britannici, item editiones XV. seculi, quas ego, & Grævius inspeximus, inserunt hoc adverbium, *idcirco*. Sed non video, quem heic locum haberi possit: neque Gruteri emendatio satisfacit. Itaque suspicor, vetus mendum *idcirco*, vel, si mavis, *in circo*, postquam emendatum fuit, cum vera lectione coaluisse. Nemo dicat, opinor, scriptum fuisse *in circo*, & a librariis esse *in circulis*: nam longe præstantior vulgata est, atque ita loqui alibi Tullium, Index Ernesti docebit; totum denique locum præstabit alter ab Ernesto omissus II. ad Att. 18. *hac tamen in oppressione sermo in circulis dumtaxat, & conviviis est liberior, quam fuit*; item Livius, qui XXXIV. 61. ita loquitur, *& primo in circulis, conviviisque celebrata sermonibus res est.* Duos ejus similes locos ibi addit Drak. qui etiam notat, duobus in MSis legi *in circulo*; ut idem heic factum initio putem, ex eaque varietate demum *idcirco* exstitisse. Consulendus est autem Pareus Lex. Crit. p. 193. 199. qui locos vidit, quos attulimus; hunc nostrum non vidit. GAR.

Non illo mimico, sed hoc maledico dente carpunt) Sic legendum, non *inimico*, ut habent libri vulg. LAMB. *Non illo inimico, &c.*) Lambinus *mimico*: nescio, an recte: imo puto quod non recte. GRUT. *Maledico dente carpunt*) Lyricus 3. carm.

Et jam dente minus mordeor invido.

Ioannes Saresberiensis lib. 7. de nugis curialium cap. 24. *Ubique tamen, qui illustrioribus clarescunt meritis, acrius invidiæ toxicato dente roduntur*. Noti sunt Invidiæ

—— scabri rubigine dentes,

Græci eodem sensu maledicos & calumniatores δάκνειν dixerunt. Aristophanes in Ranis:

Eru-

ventus inimicus? aut quis jure esse potuit? quem bonum non coluit? cujus fortunæ, dignitatique non concessit? Versatus in intima familiaritate hominis potentissimi, in maximis nostris malis, atque discordiis neminem umquam alterius rationis, ac partis, non re, non verbo, non vultu denique offendit. Fuit hoc sive meum, sive reipublicæ fatum, ut in me unum omnis illa inclinatio communium temporum incumberet: non modo non exsultavit in ruinis vestris, nostrisque discordiis Cornelius: sed omni officio, lacrymis,

Ετοιμος ειμ' εγω γε κ' ουκ αναδυομαι
Δακνειν, δακνεσθαι προτερος.
Ego sum paratus, nec reformido prior
Mordere, morderi. —— ABRAM.
Quid sit *mimicus dens* Lambini non scio. Novi *mimicos Reges*, qui Reges simulant aut mentiuntur, ut Pseudophilippus in Macedonia, quem & scenicum Regem Florus appellat 11 novi mimos, & mimica multa, sed quid sit *mimicus dens* ignoro. Inimicus dens eorum est, qui hostili in nos sunt animo, ut velint nos perdere si possint, maledicus dens est invidorum, qui nos rodunt & vellicant, & obliquo oculo nostra limant commoda, eaque vellent imminui. GRÆV.

Hominis potentissimi) Iulii Cæsaris, quo tempore Consul multa contra Senatus voluntatem faciebat. Vide orat. de Provinciis Consularibus 41. ABRAM.

Atque discordiis) Contra reliquos omnes libros, & suum adeo codicem secutus est Car. Stephanus P. Manutium edentem, *vestrisque discordiis*. Supra pro *concessit* habent *cessit* mei ante Naug. editi, postea etiam Camer. codicesque Barb. Guelf. & quatuor Britann. Infra Barb. & prior Ven. *atque partis*. GAR.

Ut in me omnis illa inclinatio) *In me unum* Pantagathus. F. URSINUS.

Ut in me unum omnis, &c.) Revocavi voculam *unum* jubentibus edd. vetustis & scriptis omnibus: neque dubitandum, quin sententiæ necessitatique serviat, & elegantiæ. GRUT. Vides igitur Pantagathi conjecturam firmari veteribus libris. GRÆV. Optime vox *unum* adest etiam in Barb. quam quidem ex meis editis omittere cœpit Naugerius, neque ab alio quoquam ante Grut. revocata est, nisi ab uno Car. Stephano, qui eam in MSo suo, ut reor, invenit. Male Rom. altera Ven. & Ald. omittunt vocem *illa*, & unus ex Britann. quorum ab altero vox *communium* abest. GAR.

In ruinis nostris, vestrisque discordiis) Ita cum Lambino duo e nostris MSis. Vulgo, *in ruinis vestris, nostrisque discordiis*. LALLEM. Plane absurda est Græviana lectio, quam ille communem habet cum Naug. cum repet. Lamb. Grut. Verb. & Oliv. Sed jampridem senior Aldus; tum Hervag. P. Man. & Car. Steph. recte dederant, ut nuper Lallem. restituit, quibus cod. Barb. accedit. Hanc eamdem lectionem in prima ed. secutum Lambinum arbitror, unde sumsit fortasse Oliverus notulam ab hac ejusdem sequente longe diversam. Nam certe in postrema ed. Lambinus, ut ex adnot. & ex ejus repet. constat, exhibuit. *in ruinis nostris, nostrisque discordiis*, eodem ex fonte permutationis, sed longe melius, quam Rom. & ambæ Ven. *vestris, vestrisque*. Nam *ruinæ* omnino unius Ciceronis sunt, ut ea declarant, quæ antecedunt, & quæ sequuntur. *Discordiæ* autem sunt optimatium cum Crasso, Pompejo, Cæsare, remp. obtinentibus, & cum Clo-

Digitized by Google

mis, opera, consolatione, omnes, me absente, meo sublevavit: quorum ego testimonio, ac precibus munus hoc meritum huic, et ut a principio dixi, justam, et debitam gratiam refero: speroque, judices, ut eos, qui principes fuerunt conservandæ salutis, aut dignitatis meæ, diligitis, et caros habetis: sic, quæ ab hoc pro facultate hujus pro loco facta sunt, et grata esse vobis, et probata. Non igitur a suis, quos nullos habet, sed a suorum, qui et multi, et potentes sunt, urgetur inimicis: quos quidem hesterno die Cn. Pompejus copiosa oratione, et gravi, secum, si vellent, contendens jubebat, ab hoc impari certamine, atque injusta contentione avocabat.

27.

Clodio, ejusque adjutoribus. Quamquam vero in optimatibus ipse Cicero esset, atque adeo tempestatem solus ea de causa maximam hauserit, unde illa c. 27. *dolorem alii, nos luctum mærorémque suscepimus*: tamen præfero, *vestrisque discordiis*, tamquam apertius, ne aut ruinæ cum aliis communicentur, aut discordiæ ad unam Tullii domum referri possint. Quod si contra libros sentire liberius liceret homini minime audaci, libenter legerem, *in ruinis nostris Cornelius*, mediis expunctis. In Barb. vox *vestris* delenda esse significatur. Ita quidem alium codicem habuisse indicatur, *in ruinis*, *nostrisque discordiis*: sed longius progredi ratio me jubet. Supra etenim dictum fuit, *in maximis nostris malis*, *atque discordiis*, quæ verba, quidquid Manutius velit, ad remp. universam pertinent. Quæ mala, inquit, atque discordiæ cum in me unum recidissent, non exsultavit Balbus in ruinis meis, sed sublevavit meos *omnis*; ita enim scribit Barb. edd. Rom. ambæ Ven. Ald. & Naug. Nonne hinc rectius abesse iterum inculcatæ illæ civitatis discordiæ videntur? Cum hæc ita scripsissem, cel. Ernesto eamdem suspicionem glossematis obortam cognovi, quo mihi justior est visa. In uno autem cod. Brit. vox ea plane deest, quam in Barb. punctis subnotatam diximus. GARAT.

Munus hoc merito) Malim legi *meritum*: paullo ante, ubi vulgati libri habent *vestrisque discordiis*, ego aliquot libros veteres secutus, *nostrisque* reposui. LAMB. Libri mei omnes habent *meritum*, uno excepto Car. Stephano, cujus, opinor causa Lambinus vulgatam retinens margini adscripsit, sic V. C. al. *merito*. Parœi refert, antea ipsi Lambino placuisse *merito*, aut etiam in illius repetitionibus contrariam, ei falso tributam esse sententiam. Non ille, non Ernestus summis eorum meritis umquam efficient, ut *merito* emendemus. Vide, quæso, ad VII. Philipp. 3. GAR.

Pro facultate hujus) Lamb. & Ald. nepos, *ejus*: sed haud scio, an Tullius dederit, *pro facultate*, *pro loco*. IDEM.

Ab hoc impari certamine) Antiquam scripturam adjuvi, quæ talis est, *ab hoc imperito certamine*: nam vulgata, *ab hoc improbo cert.* non placet: & videtur Latinis auribus inaudita: hæc autem, *certamen impar*, seu *inæquale*, ut & illa, *certatio iniqua*, usitatissima & probatissima est: conjecturam meam adjuvat id, quod sequitur, atque *injusta contentione*: *injusta* enim, id est, iniqua, inæquali. LAMBIN. *Ab hoc im-*

Digitized by Google

27. Et erat æqua lex, et nobis, judices; atque omnibus, qui nostris familiaritatibus implicantur, vehementer utilis, ut nostras inimicitas ipsi inter nos geramus, amicis nostrorum inimicorum temperemus. Ac, si mea auctoritas satis apud illos in hac re ponderis haberet, cum me præsertim rerum varietate, atque usu ipso jam perdoctum viderent, etiam ab illis eos majoribus discordiis avocarem. Ita enim contendere de republica, cum id defendas, quod esse optimum

impari) Ita diserte Pal. nonus, ceteri *imperito*; vulgata *improbo*. GRUTERUS. Egregiam Lambini conjectutum satis codex unus optimus adseruit. Aldus invexit, *improbo*: antea editi, & Barb. *imperito*, item omnes Britann. sed *impari* etiam Guelf. GAR.

Et erat æqua lex) Videtur Demosthenem in fine exordii orationis de corona præ oculis habuisse: Καν τοι προς εκαστον, ω ανδρες Αθηναιοι, τοις αλλοις δικαιοις, οις αν ειπειν τις ὑπερ Κτησιφωντος εχοι, και τουτ' εμοιγε δοκει, και μαλ' εικοτως αν λεγειν, ὅτι τας ἡμετερας εχθρας ἡμας εφ' ἡμων αυτων δικαιον ην τον εξετασμον ποιεισθαι, ου το μεν προς αλληλους αγωνιζεσθαι παραλειπειν, ἑτερῳ δ' ὁτῳ κακον τι δωσομεν, ζητειν. *Atqui præter alias rationes, Athenienses, quæ ad defensionem Ctesiphontis afferri possent, hoc mihi æquissimum dici videtur, ut ipsi nostras inimicitias inter nos disceptemus, non autem dimissa inter nos concertatione, quæramus alium, cui malum inferamus*. ABRAM.

Id enim contendere mihi videtur e republ. cum id defendas, quod esse optimum sentias: & id fortium virorum & magnorum hominum semper putavi) Aliter hic locus legitur in manuscriptis, & multo, ut mihi videtur, melius: *Ita enim contendere de rep. ut id defendas, quod esse optimum sentias, & magnorum hominum, & fortium virorum semper putavi*. F. URSINUS. *Id enim contendere mihi de rep.*) Sic Pall. omnes: & editio vetus, quæ quidem addit *videtur*, sed præter scriptos: vulgata, *mecum de rep.* GRUT. *Id enim contendere*) Locus videtur corruptus. Varie corrigitur & editur: sed nondum locus persanatus, neque subest ulla sententia. Libenter legerim: *Etenim contendere de repub. cum id defendas, quod esse optimum sentias, & fortium virorum & magnorum hominum semper putavi*. ABRAM. Erfurtensis: *Id enim contenderem de republica*. Vero simillima est emendatio F. Ursini, *ita enim contendere de rep.* & cum id hauserit ex MSS. merito amplectimur hanc scripturam. *Cum* tamen non ausus sum immutare in *ut*, quia Palatini, &, quos ego inspexi, libri refragantur, nec id respuit sententia: *eo id* bis positum esse a Tullio, paucis verbis interpositis, non ego credo. GRÆV. Lectio Ursini adnotationi præfixa P. Manutii est, Car. Steph. & Oliveti, fluitque facillime ex ed. Ven. MCDLXXX. in qua omnia eodem modo leguntur, hoc tantum levi discrimine, *mihi de rep. videtur*. Neque a Man. & Steph. discessit Lambinus, nisi quod pro *Id enim* reposuit *Ita enim*. Aldus senior, Naug. Cam. & repet. Lamb. *Id enim contendere mecum de rep. cum &c. & fortium &c.* quam lectionem servat cod. Barb. ed. princeps, & altera Ven. mutata tamen voce *mecum* in alteram *mihi*, plane ut ex Palatinis dedit Grut. & postea Verburg. In his una Lamb. lectio mendosa non est, sed est tamen interpolata. Quid viros doctos impediebat, quominus omnium optimam Ursini lectionem sequerentur? an de illius fide, MSoque dubitabant? hæc profecto viro præstanti

Digitized by Google

mum sentias, et fortium virorum, et magnorum hominum semper putavi: neque huic umquam labori officio, muneri defui. Sed contentio tamdiu sapiens est, quamdiu aut proficit aliquid, aut, si non proficit, non obest civitati. Voluimus quædam, contendimus, experti sumus: obtenta non sunt: dolorem alii, nos luctum, mœroremque suscepimus. Cur ea, quæ mutare non possumus, convellere malumus, quam tueri? C. Cæsarem Senatus et genere supplicationum amplissimo ornavit, et numero dierum novo. Idem in angustiis ærarii victorem exercitum stipendio affecit: im-

ti macula solet adspergi. Si P. Manutii testimonium, de quo diximus ad c. 14. dubitationem relinquit, ecce tandem alterum Lallemandi, qui, cum desertam Grævii lectionem merito revocaret, adnotavit eamdem non in Vrsini modo codice, verum etiam in duobus Parisiensibus ab se consultis exstare. Tantum is non declarat, sit ne in suis *ut*, an *cum*, quod cum Græv. edidit: qua de causa *etenim* emendanti Abramio subscribere aliquis cum Ernesto fortasse velit. GARATON.

Contentio tamdiu sapiens est) Pulchre in eandem sententiam idem Tullius in epistola illa insigni ad Lentulum lib. 1. *Id enim jubet idem ille Plato, quem ego vehementer auctorem sequor, tantum contendere in republica, quantum probare tuis civibus possis: Vim neque parenti, neque patriæ afferre oportere*. ABRAM. Quæ heic breviter perstringuntur, copiose Tullius exposuit illa epistola I. ad Div. 9. ex qua huc maxime ista faciunt. *Vehementer etiam res ipsa publica me movit, quæ mihi videbatur contentionem, præsertim maximis rebus a Cæsare gestis, cum illis viris nolle fieri, &, ne fieret, vehementer recusare*. Notanda etiam, quæ ibid. leguntur l. 8. *Neque, ut ego arbitror, errarent ne adversarii quidem ejus* (Pompeji, iidemque Cæsaris, & Crassi), *si, cum pares esse non possent, pugnare desisterent*. GAR.

Et numero dierum novo) Camerarius adnotat, in Venetis esse, *dierum* XV. Ego vero ita reperi editum in ipsius tantum Camerarii Hervagiana, & in repetitionibus Lambinianis: neque hujus lectionis initium magnopere quæro. Cum enim videam codd. Car. Steph. quatuor Brit. & Barb. edd. Rom. utramque Ven. Ald. & Naug. habere *dierum novem*, neque dubitem, quin idem sit in aliis plurimis MSis; emendationem hominis facile agnosco, qui, cum ex c. 11. de Prov. Cons. didicisset, supplicationem Cæsari dierum XV. fuisse decretam, eumdem numerum censuit heic legi debere. Sed longe felicius ex voce *novem*, quæ litteris omnibus perscripta in libris est, non autem numerali nota, fecerunt *novo* P. Manut. Car. Steph. & Lamb. Quibus etiamsi MSorum auctoritas expressa defuerit, non est mihi dubium, quin Grut. & Græv. eorum lectionem, libris egregiis volentibus, secuti sint. Librariorum fuit aberratio perfacilis, *dierum novem* ex *novo*: melioresque codices *novo* habuisse oportet, quamvis a nemine ullus nominetur. Tandem in quincto Britann. ita omnino repertum videri debet. Hæc novitas celebrari maxime debuit in illa Cæsaris supplicatione: in ea *dignitas verborum*, ut ait Cicero de Prov. Cons. l. c. *honos, & novitas, & numerus dierum Cæsaris ipsius laudi, gloriæque concessus est*. Ibid. *ergo ille cumulus dierum hominis est dignitati tributus*. Vide

Digitized by Google

imperatori decem legatos decrevit, lege Sempronia succedendum non censuit. Harum ego sententiarum et princeps, et auctor fui: neque me dissensioni meæ pristinæ putavi potius assentiri, quam præsentibus reipublicæ temporibus, et concordiæ convenire. Non idem aliis videtur: sunt fortasse in sententia firmiores: reprehendo neminem: sed assentior non omnibus: neque esse inconstantis puto, sententiam aliquam, tan-

Vide quæ notavimus ad c. 10. ejusd. orat. Tum in Pison. 19. Senatum ait eos, qui bene remp. gesserint, *novis honoribus & numero dierum, & genere verborum* adficere. Qui locus & ad eamdem Cæsaris supplicationem pertinet, & simul ostendit, recte Cortadium eodem retulisse *novos honores Cæsaris*, quorum est mentio I. ad Div. 9. his verbis: *Cæsar, rebus maximis gestis, singularibus ornatus, & novis honoribus, ac judiciis Senatus*. GARATON.

Lege Sempronia) *Trebonia*, Pantagathus ingeniose ex historia: quamvis *Sempronia* verior lectio sit. Tulit autem A. Trebonius Trib. pl. Pompejo & Crasso II. Cos. ut Cæsari imperium in Gallia in aliud quinquennium, quam quod ei Vatinia lege concessum erat, prorogaretur: ita Trebonius Senatui successoris mittendi potestatem ademit. Dio libro XXXIX. F. URSINUS. Nihil umquam vidi excogitatum absurdius. Qui enim legerit orationem de provinciis Consularibus, h. e. quæ futuris Consulibus erant lege Sempronia decernendæ, potuitne heic de lege Trebonia cogitare? qui noverit, lege Trebonia Senatus jura fuisse violata, ne Cæsari succederetur, potuitne hoc comminisci, Senatum ea lege succedendum Cæsari non censuisse? Leve jam sit Pantagathi peccatum in rationem temporum, quod tamen est gravissimum. GARAT.

Et concordiæ convenire) Convenientius huic loco censeo *inservire*, quam *convenire*: & sic Tullium scripsisse puto. GRÆV. Si omnes codices essent heic mendosi cum viro maximo judicandi, subaudiretur verbum *esse* ad ea, *putavi potius*, ut dicimus, *nihil mihi potius fuit*. Sed cave discedas a libris. Ordo est: *neque putavi convenire, me potius adsentiri dissensioni meæ pristinæ, quam præsentibus reip. temporibus, & concordiæ*. Confer c. 10. de Prov. Cons. ubi hæc inter alia huc pertinentia leguntur. *Ego me a C. Cæsare in rep. dissensisse fateor, & sensisse vobiscum: sed nunc* (cum Cæsarem orno, P. C.) *iisdem vobis adsentior, cum quibus antea sentiebam*. Neque vero ulla erat causa, cur Grævius, cum ferret, *adsentiri pristinæ dissensioni*, novum, & audax, aut parum apte positum existimaret, *adsentiri temporibus, & concordiæ*: quod ipsum imo Cicero usurpavit hujus ejusdem mutatæ sententiæ rationem P. Lentulo reddens I. ad Div. 9. *De quo sic velim statuas, me hæc eadem sensurum fuisse, si mihi integra omnia, ac libera fuissent. Nam neque pugnandum arbitrarer contra tantas opes: neque delendum, etiamsi id fieri posset, summorum civium principatum: neque permanendum in una sententia, conversis rebus, ac bonorum voluntatibus immutatis: sed temporibus adsentiendum*. Præclare Æschines de falsa Leg. p. 421. D. Wolf. p. 327. Reisk. Τοις γαρ καιροις συμπεριφερεσθαι αναγκη προς το κρατιστον, και τον ανδρα, και την πολιν. *Simul etenim cum temporibus circumagi oportet optima spectantem hominem, & civitatem*. GAR.

Sententiam aliquam) Deest *aliquam* in cod. Car. Steph. Mox primus ex meis editis Naug. addidit vocem *cursum*, quæ antea deerat: sed, cum in edd. XV. seculi, ut in cod. Barb. quoque, superesset *atque*, Aldus id

quo.

Digitized by Google

tamquam aliquod navigium, atque cursum ex reipublicæ tempestate moderari. Sed, si qui sunt, quibus infinitum sit odium, in quos semel susceptum sit, quos video esse nonnullos, cum ducibus ipsis, non cum comitatu, assectatoribusque confligant. Illam enim fortasse pertinaciam nonnulli, virtutem alii putabunt: hanc vero iniquitatem omnes cum aliqua crudelitate conjunctam. Sed si certorum hominum mentes nulla ratione placare, judices, possumus, vestros quidem animos certe confidimus non oratione nostra, sed humanitate vestra esse placatos.

28. Quid enim est, cur non potius ad summam laudem huic, quam ad minimam fraudem Cæsaris familiaritas valere debeat? cognovit adolescens: placuit homini prudentissimo: in summa amicorum copia cum familiarissimis ejus est adæquatus: in prætura, in consulatu præfectum fabrum detulit: consilium hominis pro-

quoque delerat. Etiam tres Britann. male carent eadem voce *cursum*. Id.

Ex reip. tempestate moderari) Vide epist. 9. lib. 1. ad familiares. Plancianam, & alibi sæpe. Non pauca protulimus pro Milone cap. 1. ad illa verba, *cederem tempori*. Abram.

In quos semel) Ita recte Lamb. omnibus postea obsequentibus, & ita cod. Erfurt. in V. L. nec dubito, quin ita fuerit etiam in aliis aliquibus Gruterianis. Monendum hoc fuit, quia cod. Car. Steph. & Barb. & ipsius Lamb. aliquis, ut notavit in marg. & duo Brit. tum vero omnes, quos habeo, ante Lamb. editi habent *in quo semel*. Facilis litterulæ omissio, ubi erat eadem bis ponenda. Alii nescio qui, ut Lamb. notat, *ex quo*. Garat.

Nulla ratione placare, judices, possumus) Diversa est in libris vocis *judices* collocatio. Prior Ven. Naug. Cam. Lamb. ejusque codices, item Barb. & Erfurt. *nulla ratione, judices, placare possumus*. Rom. altera Ven. Ald. P. Man. Car. Steph. & repet. Lamb. *n. r. placare possumus, judices*. In re levissima nihil præfinio: sed certe vulgatus ordo a Grut. invectus omnibus videtur infirmior. Iuvabit autem ipsius Ciceronis, quod attinebat ad se ipsum, erga hos homines voluntatem, consiliumque cognoscere. Sic ille II. ad Q. Fratr. 16. *Itaque, ut tibi places, damus operam, ne cujus animum offendamus, atque ut etiam ab iis ipsis, qui nos cum Cæsare conjunctos dolent, diligamur: ab æquis vero, aut etiam a' propensis in hanc partem vehementer & colamur, & amemur*. Idem.

In pretura, in consulatu præfectum fabrum detulit) *Præfecturam fabrum* est antiquo libro, & ita olim Pantagathus emendavit. F. Vasinus. *In pretura*) Sic hunc locum interpungo: *Cum familiarissimis ejus est adequatus in pretura: in Consulatu præfectum fabrum detulit*. Id est Cornelius nescio quem præfectum fabrum male se gerentem accusavit, & ad Cæsarem Consulem detulit: Cæsar consilium Cornelii probavit, fidemque ita est complexus ut alterum ex officio dejecerit, quod ad præfecturam fabrum promove-

Digitized by Google

probavit, fidem est complexus: officia, observantiamque dilexit: fuit hic multorum illi laborum socius aliquando: est fortasse nunc nonnullorum particeps commodorum: quæ quidem si huic obfuerint apud vos, non intelligo, quod bonum cuiquam sit apud tales viros profuturum. Sed quoniam C. Cæsar abest longissime, atque in iis est nunc locis, quæ regione orbem terrarum, rebus illius gestis imperium populi Romani definiunt: nolite, per deos immortales, judices, hunc illi acerbum nuntium velle perferri, ut suum præfectum fabrum, ut hominem sibi carissimum, et familiarissimum, non ob ipsius aliquod delictum, sed ob suam familiaritatem vestris oppressum sententiis audiat. Miseremini ejus, qui non de suo peccato, sed de hujus summi, et clarissimi viri facto: non de aliquo crimine, sed periculo suo de publico jure disceptat: quod jus si Cn. Pompejus ignoravit, si M. Crassus, si Qu. Metellus, si Cn. Pompejus pater, si L. Sul-

verit. De præfecto fabrum vide Valtrinum lib. 3. de re militari Rom cap. 10. ABRAM. Male hunc locum emendare studuit Ursinus, & pejus eum exposuit Abramius. Uterque perdidit operam. *Detulit* hic non est accusavit, sed in beneficiis detulit ad ærarium, detulit Cæsar tam cum pro prætore fuisset in Hispania, quam in proconsulatu in Gallia: quod & alios sensisse Manutius prodidit, nec tamen ipse valde probat, Balbum fuisse præfectum fabrum, qui erat honor & commendatio illorum hominum, qui deferebantur ad ærarium, ut recte I. Fr. Gronovius notavit lib. III. de pec. vet. cap. ult. Sic *deferre* apud eundem Ciceronem v. ad famil. epist 20. *Quod scribis de beneficiis, scito a me & tribunos militares, & præfectos, & contubernales duntaxat meos delatos esse*. GRÆV.

Nuncium velle perferri) Vulgati *deferri*. Pal. nonus *proferri*: sed alterum est ex S. Victor. Gembl. Erfurt. GRUT. Omnes mei libri vulgatam servant, nullo etiam Britannicorum excepto, quæ retinetur adhuc in Thes. L. L. Gesneri. Supra dedit optime *regione* primus, quantum scio, P. Manutius, cum antea esset pessime *regiones*, quod mendum tamen servant codices Car. Steph. Barb. & omnes Britann. GAR.

Sed de periculo suo de publico jure) Malim legi, *sed periculo suo de publico jure*, &c. LAMB. *Sed periculo suo de publico jure*, *&c.*) Editur passim, *sed de peric.* præter Pall. omnes, quorum auctoritate motus particulam eam expunxi; tanto libentius, quod & suspecta esset Lambino. GRUT. Unus deleverat male huc intrusam particulam jampridem Aldus, eaque caret etiam cod. Barb. GAR.

Si Cn. Pompejus pater) Fortasse verius Erfurt. *si Cn. Pompei pater*, antique pro *Pompeji*: modo enim præcessit filii mentio: quamquam cod. Barb. omnes Britann. edd. Rom. ambæ Ven. & Ald loco illo superiore *pater* addant, hoc autem loco ignorent, præter Barb. & Brit. duos, qui mendose inculcat utrobique, & prio-

Digitized by Google

Sulla, si L. Crassus, si C. Marius, si Senatus, si populus Romanus, si, qui de re simili judicarunt, si fœderati populi, si socii, si illi antiqui Latini; videte, ne utilius vobis, et honestius sit illis ducibus errare, quam hoc magistro erudiri. Sed, si de certo, de perspicuo, de utili, de probato, de judicato vobis jure esse constituendum videtis, nolite committere, ut in re tam inveterata quidquam novi sentiatis. Simul et illa, judices, omnia ante oculos vestros proponite: primum esse omnes etiam post mortem reos, clarissimos illos viros, qui fœderatos civitate donarunt: deinde Senatum, qui persæpe hoc judicavit: populum, qui jussit: judices, qui approbarunt: tum etiam illud cogitatote, sic vivere, ac vixisse Cornelium, ut cum omnium peccatorum quæstiones sint, non de vitiorum suorum pœna, sed de virtutis præmio in judicium vocetur. Accedat etiam illud, ut statuatis hoc judicio, utrum posthac amicitias clarorum virorum calamitati hominibus, an ornamento esse malitis. Postremo illud, judices, fixum in animis vestris tenetote, vos in hac causa non de maleficio L. Cornelii, sed de beneficio Cn. Pompeji judicaturos.

priorem Ven. quæ sola heic habet, *Cn. Pomp. filius*. Nam hic certior omnino, & aptior est patris locus. IDEM.

Si L. Crassus) Emendo, *P. Crassus*, ex c. 22. nam eo respicit Tullius, ubi hunc hominem bis nominavit. Cui quidem suum prænomen detractum, & novum ex antecedente Sullæ mentione additum ostendit varietas: nam Rom. sec. Ven. cod. Barb. duo Brit. *D. Crassus* (unde in alio Brit. *Drusus Crassus*) Erfurt. *si Sulla, si Crassus*. Sed optimo codici adsentiri non possum; tum quia omnibus suum æque prænomen adscribi convenit; tum præsertim quia duo Crassi nominantur, solo prænomine distinguendi. Sed, si tam perspicua editorum negligentia non ratione solum certissima, quæ profecto sufficit; sed etiam libri alicujus auctoritate corrigi, & propulsari debet, priori Venetæ testimonium denuntiabo: in qua cum invenerim hoc loco, *M. Crassus* (quod etiam in duobus Brit.) non L. supra vero, *Prætor Crassus*, ubi est in aliis omnibus *M. Crassus*, facile intellexi, mendose *Prætor* ex nota veri prænominis P. ibi exstitisse. Neque vero quidquam interest, quo loco hi homines positi sint, modo recte a prænomine distinguantur. Mox. eadem prior Ven. *si* S. P. Q. R. cod. Barb. omnibus litteris, *si Senatus, populusque Romanus*, unus Brit. *si Senatus p. Q. Romanus*. IDEM.

Quidquam novi sentiatis) *Censeatis* Pantagathus. F. URSIN.

M. T.

M. T. CICERONIS IN L. CALPVRNIVM PISONEM.

ORATIO TRICESIMA SEPTIMA.

ARGVMENTVM ASCONII.

ARgumentum hujus orationis breve admodum est: nam cum revocati essent ex provinciis Piso, et Gabinius sententia Ciceronis, quam dixerat de provinciis Consularibus, Lentulo, et Philippo Coss. reversus in civitatem Piso de insectatione Ciceronis in Senatu conquestus est, et in eum

ASCONIVS.

HÆc oratio dicta est Cn. Pompejo Magno II. M. Crasso II. Coss. ante paucos dies, quam Cn. Pompejus ludos faceret, quibus theatrum a se factum dedicavit: hoc intelligi ex ipsius Ciceronis verbis potest, quæ in hac oratione posuit. Dixit enim sic: *Instant post hominum memoriam apparatissimi magnificentissimique ludi*. Fenestella quidem posuit hanc inter eas orationes, quas dixit Cicero L. Domitio, Appio Claudio Coss. ultimam. Sed ut ego ab eo dissentiam facit primum, quod Piso reversus est ex provincia Pompejo & Crasso Coss. Gabinius Domitio & Appio; hanc autem orationem dictam ante Gabinii reditum, ex ipsa manifestum est: deinde, quod magis naturale est, ut in ipso recenti reditu invectus sit in Ciceronem, responderitque insectationi ejus, qua revocatus erat ex provincia, prius quam post anni intervallum: apparet autem Ciceronem respondisse Pisoni: (a) in summa, cum dicat in ipsa oratione Cicero, instare magnificentissimos apparatissimosque ludos, non video, quo modo hoc magis Domitio, & Appio Coss. dictum sit, quibus Consulibus nulli notabiliores ludi fuerunt, quam Pompejo, & Crasso: quo anno Pompejus exquisitissimis, magnificentissimisque omnis generis ludis theatrum dedicavit.

1. Tametsi hæc oratio sic inscribitur.

(a) *In summa*) In meo MS. legitur *in senatum* pro *in senatu*. GRÆV.

eum invectus, fiducia maxime Cæsaris generi, qui tum Gallias obtinebat. Pisoni Cicero respondit hac oratione.

ARGUMENTUM FR. HOTTOMANNI.

Habita de provinciis Consularibus oratione, L. Piso ex S. C. de provincia revocatus est, Pompejo II. *et Crasso* II. *Coss: Reversus graviter questus est in Senatu de Cicerone, et in eum acriter invectus. Ei statim Cicero hac oratione respondit: nam illis Coss. habitam, præter id, quod Pædianus profert, argumento est etiam, quod extrema fere oratione scribitur, legem judiciariam promulgari, quam esse lege Pompejam ab ipso secundo hoc suo consulatu latam, satis constat.*

ARGUMENTUM P. MANUTII.

Nemini, qui paullo sit humanior, et in hoc elegantioris doctrinæ studio vel minimum versatus, ignotæ sunt Ciceronis inimicitiæ cum L. Pisone, et A. Gabinio, ortæ ex eo, quod illi Consules, P. Clodio tribuno pl. rogationem in Ciceronem iniquissimam ferente, non modo non obstiterant pro consulari officio, ac potestate: verum etiam nefarios ejus conatus, et exitiosa reipublicæ consilia vehementer juverant, Abfuit Cicero Clodia lege pulsus per sexdecim menses: restitutus præcipua Lentuli consulis opera, memor injuriæ Pisonis, et Gabinii, cum aliis locis acerbe eos accusavit, tum vero, referentibus Marcellino, et

tur, *In L. Pisonem* (a), tamen non puto vos ignorare, hunc Pisonem ex ea familia esse, quæ *Frugi* appellata sit: & ideo dicit aspernari eum moribus nomen.

(a) *Tamen non puto*) Quid ergo? an multo id minus ignorarent, si hæc non esset inscriptio? nam hæc particulæ *tametsi* vis est. Fortasse ergo rectius, *tamen hoc puto*: filiis enim scribit & adolescentibus, & imperitis. Sic infra, *quis hic M. Piso fuerit, credo vos ignorare*, & sæpe alibi. HOTTOM.

Digitized by Google

et Philippo Coss. de provinciis consularibus lege Sempronia decernendis, summo studio egit in Senatu, habita, quæ exstat, oratione de provinciis, ut Piso e Macedonia, Gabinius e Syria revocarentur: in quam sententiam S.C. factum est. Piso prior, ut ex provincia, quæ propius aberat, rediit: et, ut hæc oratio declarat, questus est graviter in Senatu de sententia Ciceronis: ad eam querelam, nactus occasionem ulciscendi doloris sui, iracunde, et acerbe hac oratione Cicero respondit, Pompejo, et Crasso II. *Coss. quod Pædianus contra Fenestellam et sentit, et probat.*

ADNOTATIO LAMBINI.

In hac oratione tametsi neque nos deficerent codices veteres et Memm. et alii: tamen Faerni emendationes in plerisque locis secuti sumus, qui et ipse optimos codices secutus est, et mirus fuit veræ, et rectæ scripturæ ex antiqua depravata conjector.

Fragmenta principii ab Asconio servata.

CIRCA VERS. A PRIMO *.

* Quod minimum specimen in te ingenii: ingenii autem? immo ingenui hominis, ac liberi; qui colore ipso patriam aspernaris, oratione genus, moribus nomen.

CIRCA VERS. A PRIMO LXXX.

Hoc non ad contemnendam 1 Placentiam pertinet, unde se is ortum gloriari solet: neque enim hoc mea natu-

ASCONIUS.

1. Magnopere me hæsitare confiteor, quid sit, quare Cicero Placentiam municipium esse dicat: video enim in annalibus eorum, qui Punicum bellum secundum scripserunt, tradi, Placentiam coloniam deductam pridie Kal. Ian. primo anno ejus bel-

natura fert: nec municipii, præsertim de me optime meriti, dignitas patitur.

PAVLO POST.

[a] *De avo Pisonis paterno.*

Hic cum ad Padum Placentiæ forte consedisset, pau-

belli, P. Cornelio Scipione patre Africani (a), Ti. Sempronio Longo Coss. Neque illud dici potest, sic eam coloniam esse deductam, quemadmodum post plures ætates Cn. Pompejus Strabo, pater Cn. Pompeji Magni, transpadanas colonias deduxerat. Pompejus enim non novis colonis eas constituit, sed veteribus incolis manentibus jus dedit Latii, ut possent habere jus, quod ceteræ Latinæ coloniæ, id est, ut petendi magistratus gratia civitatem Romanam adipiscerentur. Placentiam autem sex millia hominum novi coloni deducti sunt: in quibus equites deducendi fuit causa, ut opponerentur Gallis, qui eam partem Italiæ tenebant. Deduxerunt triumviri P. Cornelius Asina, P. Papirius Maso, Cn. Pompejus sive Cn. Cornelius Scipio: eamque coloniam IV. deductam esse invenimus. Deducta est autem Latina. Duo porro genera earum coloniarum, quæ a populo Romano deductæ sunt, fuerunt. Erant enim aliæ, quibus jus Italiæ dabatur: aliæ item, quæ Latinorum essent. De se autem optime meritos Placentinos ait, quod illi quoque honoratissima decreta erga Ciceronem fecerant, certaverantque in ea re cum tota Italia, cum de reditu ejus actum est.

VARIORVM.

Municipii) Nullam fuisse causam, cur tantopere hic hæsitaret Asconius, omnes jam inde a XVI. seculo erudití consentiunt. Sed in ipsa re explicanda tam inter se discrepant, ut ex eorum dissensu Asconii dubitatio comprobari facile videatur. Turnebus I. Advers. II. Placentiam dicit ex colonia municipium esse factam, vel Senatus beneficio, vel ejus, qui colonias in ea regione deduceret: quam homini auctoritatem ille tribui existimat in legibus coloniarum deducendarum, iis verbis: *quæ colonia hac lege deducta, quodve municipium &c. constitutum erit*. Certe hujus mutationis exempla non desunt. At celeb. Spanhemius Orb. Rom. I. 14. easdem urbes putat in Gallia Cispadana modo *colonias* appellari, modo *municipia* cœpisse, postquam, civitatis juribus exæquatis, coloniæ ad suffragia, magistratusque admissæ fuerunt: non ut municipia coloniæ, sed ut coloniæ municipii quoque nomen haberent. Quam sententiam illorum temporum diligentia respuit, quibus constat rationem haberi magnopere consuevisse discriminum, quæ inter municipia erant, & colonias civium Romanorum. Hinc Everardum Ottonem, virum eximia præditum antiquitatis notitia, qui Tullium nostrum fatetur accurate horum discrimen verborum observasse, hoc loco ejus neglecti discriminis eumdem accusare miror, de

(a) MS. *De avo Pisonis materno.*

(b) MS. *patre Africani prioris*, GRÆV. *Cur non has duas verissimas sui MSi lectiones recepit Grævius? quarum prior est etiam necessaria.* GAR.

paucis post annis in [1] eam civitatem (nam tum erat civitas) ascendit. Prius enim Gallus, dein Gallicanus, extremo Semiplacentinus haberi cœptus est.

CIRCA VERS. A PRIMO *.

Lautiorem [2] pater tuus socerum, quam C. Piso * in illo luctu: non ei filiam meam collocavi, quem ego, potestas cum omnium fuisset, unum potissimum delegissem.

1. * * Iamne vides, bellua, jamne sentis, quæ sit

de Ædil. Col. & Mun. c. I. p. 34. Ego autem in jure publico Romanorum causam invenio, immo, ut nunc video, ante me invenit Ernestus, quæ Placentiam ex colonia Latina municipium fecerit. Cum enim ei parti Galliæ data civitas est, Latinæque coloniæ, quæ ibi erant, in civitatem receptæ, non hæ profecto poterant coloniæ civium Romanorum fieri, nisi deductio in eas nova fieret, aut in jus illud nominatim transcriberentur: sed, cum Latini coloni ex sociis, ac fœderatis populis essent, æque municipii jus statim adsequebantur, atque ceteræ sociorum urbes, quæ ab indigenis habitabantur. Quod tamen ita est intelligendum, ut pro loci dignitate municipia, præfecturæ, fora, conciliabula constituerentur. Talis autem erat certe Placentia, ut ex colonia Latina debuerit municipium evadere. GAR.

ASCONIVS.

1. Hic quoque dicit civitatem fuisse: ab eadem persuasione ponit Placentiam municipium fuisse. Avum autem Pisonis primo *Gallum* fuisse ideo ait, quod venisse eum in Italiam dicit trans Alpes; *Gallicanum*, quod in Italia consederit; *Semiplacentinum*, postquam ascitus sit a Placentinis; quod multo post ea tempora fuit, quibus Placentia colonia deducta est.

2. Quis fuerit socer Pisonis patris, supra dixit his verbis: *Insuper quidam fuit, idem mercator, & preco, is cum Romam cum filia venisset, adolescentem nobilem Cæsonium, hominis furacissimi filium, cujus est appellare; filiam collocavit*. Calventium ajunt eum appellatum, patris Pisonis, contra quem hæc oratio est, socerum. Rutilium Attilium Nudum Fenestella tradit. Cicero filiam (a) post mortem Pisonis generi P. Lentulo collocavit, apud quem illa ex partu decessit.

VARIORVM.

QVam C. Piso * in illo luctu: non ei filiam meam) In Asconio meo manuscripto post *C. Piso* est lacuna vacua minime duarum triumve vocum: ut & post illa verba *in illo luctu* est lacuna unius vocis. GRAV.

Jamne vides) Hic locus vel ideo obscurus est, quia exordium, a quo dependet, temporis injuria periit; neque enim audiendi sunt ii, qui integrum putant esse hujus orationis exordium; refragantur ea fragmenta quæ referuntur ab Asconio tantæ vetustatis & auctoritatis interprete. Et sane secundo fragmento, hæc verba præscripta sunt, CIRCA VER. A PRIMO

(a) *Post mortem Pisonis generi P. Lentulo*) MS. *Post mortem Pisonis Cn. P. Lentulo*. GRAV.

Digitized by Google

sit hominum querela frontis tuæ? nemo queritur, Syrum, nescio quem de grege novitiorum, factum esse Con-

MO LXXX. hæc igitur postrema pars est exordii qua Cicero dicit sibi magistratus ex virtutis opinione, Pisoni ex sola nobilitatis commendatione contigisse. Videtur hic esse correctio, quasi dicat: Iamne vides, quamvis quid peto an videas? cum hic sensus sit nobilior, quam ut tibi vilissimæ belluæ tribuatur? Iamne sentis salrem? qui sensus omnibus animantibus communis est, atque ex hac sensus ignobilitate Aristoteles problemate quodam ostendit voluptatem, quæ tactu percipitur, belluinam esse, & omnium fœdissimam: Δια τι κατα την της ἁφης και γευσεως ἡδονην γιγνομενην αν ὑπερβαλλωσιν ακρατεις λεγονται; *Quare qui in voluptate tactus & gustus modum excedunt, intemperantes dicuntur?* &c. Subdit: Ουσων δε των αισθησεων πεντε, τα αλλα ζωα απο δυο μονον των προειρημενων ἡδεται, κατα δε τας αλλας η ὁλως, ουχ ἡδεται, η κατα συμβεβηκος τουτο πασχει, &c. *Cum sentiendi genera quinque sint, cetera animalia duobus tantum quæ modo dixi, voluptatem sibi acquirunt, ceteris vel nihil omnino delectantur, vel per accidens ita officiuntur*. Vide Gellium lib. 19. cap. 2. ABRAM. Ed. Rom. princeps, & quatuor MSi Britann. *Iamne sentis, belua, jamne sentis*. Prior. Ven. *Iam vides*: unde orta videtur illa lectio mendosior: *Iam inde belua, jam nec sentis*: quam in Arusiano describendo librarii confecerunt. GAR.

Bellua) Eos belluas vocamus, qui ita se gerunt, ut non rationi, sed belluinis cupiditatibus obsecundent, unde in epist. Lysidis Pythagorei ad Hipparchum cupiditates feris silvam incolentibus conferuntur: Πυκναι γαρ και βαθειαι λοχμοι περι τας φρενας και την καρδιαν εμπεφυκαντι. *Densæ & profundæ silvæ circa mentem & cor nascuntur*. Deinde: Εγκαταδεδυκαντι δε τῳ δασει τουτῳ παντοιαι κακοτητες εκβοσκομεναι, και κωλυουσαι, και μηδαμως εωσαι προκυψαι τον λογον. *Omnimoda pravitas sub his umbraculis pascens delitescit, prohibens nec ullo modo sinens vel tantisper respicere rationem*. Hinc Aristoteles 3. politicon cap. 12. Ο' τον νουν κελευων αρχειν. δοκει κελευειν αρχειν τον θεον, και τους νομους. ὁ δ' ανθρωπον κελευων προστιθησι και θηριον. *Qui mentem imperare jubet, Deum jubet & leges imperare, qui hominem jubet, & belluam adjungit*. Siquidem homo ex ratione, qua ad Deum accedit, & ex bellua sive cupiditate conflatus est. Vide Platonem 9. de Rep. omnium pulcherrime cupiditatem cum bellua multicipite, iram cum leone, rationem cum homine comparantem. ABRAM.

Frontis tuæ) Qua ad severitatem composita sic in errorem inducti sunt, ut te ad honores & magistratus provexerint. IDEM.

Syrum) Servis nomina ex natione imponebant, ut Lydo & Syro: inquit Strabo lib. VII. & Donat. in Terent. HOTTOM. *Syrum*) Syri nomen plerumque pro servo usurpatur a natione. Sic apud comicos servum Syri nomine reperias: huc pertinet quod Cic. lib. 2. de orat. M. Ciceronis avi, ni fallor, sui dictum refert: *Nostros homines similes esse Syrorum venalium: ut quisque maxime Græce sciret, ita esse nequissimum*: & oratione de Provinciis Consular. *Syris & Iudæis nationibus natis servituti*. Xenophon certe lib. 2. de factis & dictis Socratis inter nationes servituti natas Syros etiam numeravit: talis ille a Iuvenale sat. 1. describitur:

> *Notus ad Euphratem, molles quod in aure fenestræ*
> *Arguerint, licet ipse neget*.

Et de Syris proprie sat. 6.

> —— *longorum vehitur cervice Syrorum*.

Martialis lib. 10. ep. 76.

> *Civis non Syriæve Parthiæve,*
> *Nec de Cappadocis eques catastis*.

ABRAM.

De grege) Gregem per contemptum appellat. Iuvenalis de Ægyptiis sat. 6.

Qui

Consulem: non enim nos color iste servilis, non pilosæ genæ, non dentes putridi deceperunt: oculi, super-

Qui grege linigero circumdatus, & grege calvo
Plangentis populi currit latrator Anubis.

Et sat 9.

—— & duo fortes
De grege Mysorum. ——

Item sat. 1.

Cum populum gregibus comitum premat hic spoliator
Pupilli prostantis.

Post reditum in Senatu non Syrum, sed Cappadocem dixit, *Cappadocem modo abreptum de gregre venalium diceres*. Idem.

Noviciorum) Post red. in sen. *Cappadocem modo abreptum de grege venalium*. Hottom. *Novitiorum*) Novitius venalitius dicitur, qui recens alicunde advenerit: qualis a Iuvenali sat. 1. describitur:

Neque in hanc urbem pedibus qui venerat albis.

Alphenus Iureconsultus tradit, *esse purum putum valde purum, sicut novum novitium dicimus, & proprium propitium, augere atque intendere volentes novi & proprii significationem*. Id Aulus Gellius lib. 6. noct. Attic. cap. 5. reprehendit, quam bene, judicet lector: *Id etiam mirum fuit, quod novitium per augendi figuram dictum existimavit: cum sit novitium, non quod magis novum sit, sed quod a novo dictum inclinatumque sit*. Porro novitii nomen etiam Plautus in Captivis servo conjunxit:

Recens captum hominem nuperum & novitium.

Vide Quintilianum lib. 8. cap. 9. *Et venales, novitios*. Marcianus D. de publicanis lege 15. *Veterana mancipia sunt, quæ anno in urbe servierunt: novitia autem intelliguntur, quæ anno nondum servierunt*. Notandus etiam Venuleji locus D. de Ædilitio edicto, lege 65. Abram.

Color iste servilis) Atrum colorem intelligit proprium, ut notat Ammianus lib. 33. Asiaticis nationibus aptis servituti: de Syris peculiariter Strabo: *Λευκοσυροι καλουνται ὡς αν οντων τινων Συρων και μελανων*. *Leucosyri vocantur ex eo quod sint alii Syri nigro colore*. Et Eustathius in Dionysii perlegesim: *Και λευκοσυροι λεγονται προς αντιδιαστολην των ἑτερων μελαγχροων Συρων*. *Ad distinctionem quorundam atri coloris Syrorum Leucosyri nominantur*. Plato in Phædro, inter alias pravæ indolis notas videtur numerare, si quis sit *μελαγχρως nigri coloris*, contra vero si *λευκος ιδειν*, de quo Aristoteles in physiognomicis est consulendus: lepidum est & illud Martialis:

Crine ruber, niger ore, brevis pede, lumine luscus:
Rem magnam præstas, Zoile, si bonus es.

Lucianus in Parasito: *Και το χρωμα ἡδυς, ου μελας δε, ουδε λευκος. το μεν γαρ, γυναικι. το δε δουλῳ προσεοικεν*. *Et colore jucundus, non ater, aut candidus: ille enim mulieri, hic servo quadrat*. Atri autem coloris fuisse Pisonem etiam superius testatus fuerat, in fragmentis, quæ ab Absconio referuntur, *qui colore ipso patriam aspernaris, oratione genus*. Patriam, id est Galliam, quæ nomen a lacte sortita est. Mox infra: *Fumosarum imaginum, quarum simile habes nihil, præter colorem*. Abram.

Pilosæ genæ) Festive pilosum describit Lucillius lib. 2. Anthologiæ cap. 26. *εις κουρεας* epig. 1.

Τον δασυν Ἑρμογενην ζητει ποθεν αρξεθ' ὁ κουρευς
Κειρειν την κεφαλην, ουτ' ὁλον ὡς κεφαλην.
Villosi Hermogenis tonsor petit unde capillos
Tondere incipiat, totus enim caput est.

Et lepidius Iulianus eodem l. c. 13. *εις δυσειδεις* epist. 15.

Αμμος πολυς εστι τελην κατα δασκιον οψιν
Τῃ σε χρη δρεπανοισι, και ου ψαλιδεσσι καρηναι.

Mul-

percilia, frons, vultus denique totus, qui sermo quidam tacitus mentis est, hic in fraudem homines impulit:

Multa tibi vultum cum barbæ messis obumbret
Tonderi facies tibi falce, haud forfice debet.

Plato in Phædro inter alia malæ indolis indicia ponit, si quis sit περι ωτα λασιος, *circa aures pilosus*. Et eam ob causam Antiocheni Iuliano pilos & barbam exprobrabant, ut ipse testatur in Misopogone: οτι εκ τε πωγωνος μυ πλεκειν δει σχοινια: *ex mea barba funes esse texendos*. Vide & Iosephum 6. de excidio, cap. 5. ubi tria superius dicta confirmat. 1. Syros abjectam fuisse nationem. 2. Colorem atrum. 3. Pilos esse abjectæ & ignavæ mentis indicia. Lepide Synesius in calvitii encomio: *Quemadmodum homo omnium quæ in terra degunt animantium est & prudentissimum & pilo maxime destitutum, sic in confesso est pecudum omnium stupidissimam ovem esse. Quare probabile est inter pilos & prudentiam bellum esse & discordias.* Subdit: οψις δε παντων θειοτατον, αλλα και ψιλοτατον: *visus omnium divinissimum, sed & glabrissimum.* Bene autem Cic. non pilos, sed pilosas genas, ad malæ indolis indicium nominavit: nam genæ sunt vel ipsæ palpebræ, vel pars oculis subjecta. Festus Pompejus: *Genas Ennius palpebras putat, cum dicit hoc versu,*

Pandite sulti genas, & corde relinquite somnum.

alii eas partes putant genas dici, quæ sunt sub oculis: qua de re Plinius cap. 37. lib. 11. est consulendus. Subdit Festus: *Pacuvius genas putat esse, qua barba primum oritur, hoc versu:*

Nunc primum opacat flore lanugo genas.

Virgilius 8.

Tum mihi prima genas vestibat flore juventus.

Statius 4. Th.

Dum roseis venit umbra genis.

Plinius loco citato: *Antiqui malas genas vocabant, quas 12. tabulis fœminis radi vetabant*: quem in locum vide Notas Dalecampii, ex quibus ni fallor, intelligis verba Platonis, τα περι ωτα λασιον, optime pilosis genis convenire; genæ enim hoc sensu acceptæ proxime auriculis subjectæ sunt. IDEM.

Non dentes putridi) Quia nimirum pituita & dentes putrescunt, & mens obtunditur: de mente Persius:

Somnia pituita qui purgatissima mittunt.

De dentibus Plinius lib. 7. cap. 16. *Dentes flammis indomiti cavantur tabe pituitæ*: & ideo alterum altero significatur, quod ab iisdem causis oriantur. Sidonius certe, *dentes buxeos*, pro malæ mentis indicio nominavit. IDEM.

Qui sermo quidam tacitus mentis est) Seneca in Hercule Œtæo:

——— licet ipsa neges,
Vultus loquitur quodcunque negas.

Heliodorus 2. Το κολυπτομενον βυλημα της ψυχης τω βλεμματι καταμηνυων. *Occultam animi sententiam vultu declarans.* Ovidius 1. de Arte:

Atque oculos oculis spectare fatentibus ignem:
Sæpe tacens vocem verbaque vultus habet.

Quintilianus lib. 9. *Sed in ipso vultu plurimum valent oculi, per quos maxime animus emanat, ut citra motum quoque & hilaritate enitescant, & tristitia quoddam nubilum ducant*: & Q. Cicero de petitione Consulatus vultum & frontem, *animi januam*, M. Tullius prima Tusculana oculos *animi fenestras* appellat. Latinus Pacatus in panegyrico: *Fingit quidem ut scimus timor gaudium, sed ita intimos mentis affectus proditor vultus enuntiat, ut in speculo frontium imago exstet animorum.* Vide Plinium undecimo libro, cap. 36. & Aristotelem in physiognomicis, & D. Basilium homilia ultima in Hexæmeron. IDEM.

Hic in errorem homines impulit) Pro *in errorem*, in uno quidem libro scriptum, in alio autem emendatum est, *in fraudem*, atque illæmet duæ dictiones infra positæ post *fefellit*, in duo-

Digitized by Google

pulit: hic eos, quibus erat ignotus, decepit, fefellit, induxit: pauci ista tua lutulenta vitia noveramus, pauci tarditatem ingenii, stuporem debilitatemque linguæ: numquam erat audita vox in foro, numquam periculum factum consilii, nullum non modo illustre, sed ne notum quidem factum aut militiæ, aut domi: obrepsisti ad honores errore hominum, commendatione fumosarum imaginum: quarum simile habes nihil, præ-

duobus libris scriptis (tres autem ex nostra privata Bibliotheca habebamus præ manibus) non habentur: quare totum locum ita legimus, *hic in fraudem homines impulit*, *hic eos*, *quibus erat ignotus*, *decepit*, *fefellit*, *induxit*. FAERNUS. *Hic in fraudem homines impulit*) Sic Pal. sec. & oct. nam sec. *fraudes*: vulgata *in errorem*. GRUTER. *In fraudem* firmat Erfurt. GRÆV.

Induxit) Delendum curavi hoc totum, *in fraudem*, quod libri vulgati habent ante *induxit*: & supra, ubi libri vulgati habent, *in errorem impulit*, ibi, secutus manuscriptos, jussi excudi, *in fraudem impulit*. LAMBIN. *Decepit*, *fefellit*, *induxit*) Aliæ fere edd. *in fraudem induxit*, sed præter Pal. pr. ac sec. & Faernianos. GRUT. His accedit Erfurtensis. GRÆVIUS. Cum optimis MSis etiam editiones meæ veteres quatuor habent, *hic in fraudem homines impulit*, *hic eos*, *quibus erat ignotus*, *decepit*, *fefellit*, *induxit*. Sunt autem, Romana princeps, Veneta MCDLXXXIII. Aldi senioris editio, & Hervagiana. Iis accedunt quatuor MSi Britannici: sunt autem in hac oratione quinque. Confer etiam Victorium XXI. Var. Lect. 15. Quod autem omnes latuisse demiror, Faernianæ restitutioni Gellius XIII. 24. auctor accedit luculentissimus. Sed quidnam est, quæso, *hic* (vultus) *eos*, *quibus erat ignotus*, *decepit*? Lallem. nuper dedit, *quibus eras ignotus*: recte sane, & ad superiorem verborum rationem, & præcipue ad sequentium, *pauci ista tua lutulenta vitia noveramus*. Sed, cum libros omnes, & Gellium erat summo consensu exhibere videam, nihil mutare audeo: idque ita defendo, ut alias personæ mutationes ad c. 31. ubi vide. Nimirum ad Pisonem hoc refero in tertia persona, quamvis cetera in secunda sint, & vox antecedens *vultus* nonnihil ambiguitatis inducere videatur. *Quibus*, inquit, Piso, vel, ut solet loqui Cicero, iste *erat ignotus*. GARAT.

Numquam periculum factum consilii) Ex hoc loco putavi in ea post red. in sen. legendum, *Non consulendi studium*, *non discendi initia rei militaris*. HOTTOM.

Obrepsisti ad honores) Obrepere ad magistratum dicitur, qui falsa specie vel probitatis, vel doctrinæ ad magistratus assumitur: &, ut vulgo loquimur, per hypocrisim: *Obrepsisti ad honores*, παρεισῆλθες εἰς τὰς ἀρχάς. Pro Plancio: *Quid si doceo*, *Cn. Plancium non obrepsisse ad honores*, *sed eo venisse cursu*, *qui semper patuerit omnibus hoc nostro equestri loco?* ABRAM.

Commendationem fumosarum imaginum) Fumosas appellat, quia fuliginem ipsa vetustate contraxerant. Seneca ep. 44. *Quid est ergo generosus? ad virtutem bene a natura compositus: hoc unum est intuendum: alioqui si ad vetera revocas, nemo non inde est, ante quod nihil est, a primo mundi ortu usque in hoc tempus perduxit, nos ex splendidis sordidisque alternata series: non facit nobilem atrium plenum fumosis imaginibus*. Iuvenalis sat. 8.

—— multa deducere virga
Fumosos equitum cum Dictatore Magistros.

Boetius in suæ consolationis exordio vestes ipsius Philosophiæ manu contex-

præter colorem. Is mihi etiam gloriabitur, se omnes magistratus sine repulsa assecutum? mihi ista licet de me vera cum gloria prædicare: omnes enim honores populus Romanus mihi ipsi, homini novo, detulit. Nam

textas describit: *Quarum speciem, sicut fumosas solet imagines, caligo quædam obduxerat*. Fumosas autem vocat, quod in atrio ignis fieret, ut vel ex Beato Luca quidam ostendunt, & imagines in atrio poneretur. Iuvenal. sat. 8.

Tota licet veteres exornent undique ceræ Atria.

Seneca de beneficiis lib. 3. cap. 28. *Nemo altero nobilior, nisi cui rectius ingenium, & artibus bonis aptius. Qui imagines in atrio exponunt, & nomina familiæ suæ longo ordine ac multis stemmatum illigata flexuris in parte prima ædium collocant, noti magis, quam nobiles sunt*. IDEM.

Is mihi etiam) L. Piso de Ciceronis insectatione querens in Senatu, suos mores vitamque civibus probatam esse, eo maxime argumento demonstraverat, quod ipsi populus omnes honores sine repulsa, communi suffragio detulisset: hinc est quod Noster per indignitatem exclamet. IDEM. Rom. sec. Ven. & quatuor Britann. *is mihi etiam gloriabatur*: prior Ven. *is etiam gloriatur*. GAR.

Sine repulsa) Quam gloriosum esset sine repulsa consequi magistratus, colligi potest ex repulsa, sive dolore, sive infamia: quam ad rem unus Plutarchi locus e Catone Vticensi suffecerit: *In petitione magistratus tulit repulsam: cum vero id non iis solum qui repulsam passi fuerant, sed etiam amicis & familiaribus tristitiam cum pudore & luctum ad multos dies adferre consuesset, tanta animi æquitate pertulit id quod evenerat, ut unctus in campo pila luserit*. Plinius lib. 7. cap. 36. *P. Rutilius morbo levi impeditus nuntiata fratris repulsa in petitione Consulatus illico exspiravit*. ABRAM.

Omnes enim honores) *Omnes cunctis suffragiis adepti sumus, nostro quidem anno*: inquit, Offic. II. HOTTOM. *Omnes enim honores*) Omnes magistratus populus Romanus, mihi ipsi, non familiæ & majoribus detulit, homini novo, qui primus in meam familiam curulem magistratum invexi, jusque imaginis tradendæ posteris ad perpetuam nobilitatis memoriam, sum consecutus. ABRAM.

Mihi ipsi, homini novo) Novo displicet veteris libri scriptura, *mihi ipsi non nomini*. F. VRSIN. *Mihi ipsi, homini novo*) Novus homo est, qui magistratuum curulium adeptione primus suæ familiæ ad nobilitatem emergeret, jusque imaginis tradendæ posteris esset consecutus. Tullius Verrina 6. *Ne ista præclara nobilitas desinat queri populum Romanum hominibus novis atque industriis libenter honores mandare, semperque mandasse*. Sallustius in Catilina de Cicer. *Namque antea pleraque nobilitas invidia æstuabat: & quasi pollui Consulatum petebat, si eum quamvis egregius novus homo adeptus foret*: & alibi sæpe. Marius apud Sallustium in Iugurtha sic gloriatur: *Quod ex aliena virtute sibi arrogant, id ex mea non concedunt, scilicet quod imagines non habeo, & mihi nova nobilitas est*. Tullius, licet jam antea Quæstor fuisset, & omni genere virtutis in republica floruisset, non ante ædilitatem curulem id jus adeptus est. Verrina ultima 35. *Nunc sum designatus Ædilis: habeo rationem quid a populo Romano acceperim, &c. ob earum rerum laborem ac sollicitudinem fructus illos datos, antiquiorem in Senatu sententiæ dicendæ locum, togam prætextam, sellam curulem, jus imaginis ad memoriam posteritatemque prodendæ*. Quod autem soli curules magistratus jus imaginis impertirent, liquet tum ex prædicta Ciceronis quæstura, tum ex alterius Ciceronis tribunatu anno ab V. C. trecentesimo, duobus annis ante Decemviros. Livius lib. 3. Quod item sine magistratu curuli nemo ad nobilitatem pervenerit, quantumvis ejus

Digitized by Google

Nam, tu cum Quæstor es factus, etiam qui te numquam viderant, tamen illum honorem nomini mandabant tuo. Ædilis es factus. Piso est a populo Romano factus, non iste Piso. Prætura item majoribus delata est tuis: noti erant illi mortui, te vivum nondum

ejus majores floruissent, ex eo constat quod nostrum Tullium fuisse tradunt etiam a Regibus oriundum. Silius Italicus libro 8. de quodam Tullio e Ciceronis majoribus:

Tullius æratas raptabat in agmine turmas
Regia progenies & Tullo sanguis ab alto
Indole pro quanta juvenis, quantumque daturus
Ausoniæ populis ventura in secula civem!
Ille super Gangem super exauditus & Indos
Implebit terras voce, & furialia bella
Fulmine compescet linguæ, nec deinde relinquet
Par decus eloquii cuiquam sperare nepotum.

Vide & Plutarchum in Cicerone. ABRAM. Videndum est, num lectio mendosa editionum Rom. Venetarum, & Ald. item omnium codicum Britann. *mihi ipsi homini detulit*, ab ea profluxerit, quam Ursinus protulit, *mihi ipsi, non nomini, detulit*. Primus Naug. *novo* addidit, quod orationi mancæ supplendæ addi potuit; sed aliorum silentium nos jubet ab optimis libris Naug. lectionem confirmatam existimare. GAR.

Nam, tu cum Quæstor) Ita primum Aldus senior: ante illum editi, quos habeo, *nam tum, cum Quæstor*, atque ita etiam tres MSi Britannici. IDEM.

Nomini mandabant tuo) Hunc honorem tibi propter nobilitatem tuam solumque Pisonis nomen tribuebant, quod a Pisone Frugi esses oriundus. ABRAM.

Ædilis es factus) Nota repetitionem lepidissimam, quæ duplicem anadiplosim complectitur: quarum altera duo membra eodem vocabulo terminantur: *Ædilis es factus, Piso est a populo Romano factus*; altera ad idem verbum redit, unde exorsa fuerat oratio: *Piso est a populo Romano factus, non iste Piso*. Hanc figuram Fabius πλοκὴν appellat, profertque exemplum: *Vestrum jam hic factum deprehenditur, P. C. non meum, at pulcherrimum quidem factum, verum, ut dixi, non meum, sed vestrum*: qua figurarum mira mixtura, ut cum Fabio loquar, *& primo verbo longo post intervallo redditum est ultimum, & media primis & mediis ultima congruunt*. IDEM.

Piso est a populo Romano factus) Nobilitati & familiæ tuæ non moribus & vitæ delata est ædilitas: hic ad Platonicas ideas videtur alludere: interim nota quot modis rem eandem expresserit. Cicero Verrina sexta: *Ne ista præclara nobilitas desinat queri, populum Romanum hominibus novis atque industriis honores mandare, semperque mandasse*. Sallustius in Iugurtha: *Ita perculsa nobilitate post multas tempestates novo homini consulatus mandatur*. Et ne te morer, alibi sæpissime, ut apud Livium lib. 24. quadam Fabii concione: *Vestris studiis, quæ in campum ad mandandos, quibus velitis, honores adfertis*. De Pisonum nobilitate vide incerti auctoris poema, quod alii Nasoni, alii Lucano adscribunt. Multi sunt scriptores, qui a Numa Pompilio secundo Romanorum Rege deduxerint: unde & Pisones apud Horatium in Arte, *Pompilius sanguis* nominantur. Vide Plutarchum in Numa. Trebellius triginta tyrannis: *Vir summæ sanctitatis, & temporibus suis Frugi dictus, & qui ex illa Pisonum familia ducere originem diceretur, cui se Cicero nobilitandi causa sodaverat*. IDEM.

Ædi-

dum noverat quisquam. Me cum Quæstorem in pr
mis, Ædilem priorem, Prætorem primum cunctis su
fragiis populus Romanus faciebat, homini ille hon
rem, non generi; moribus: non majoribus meis; vi
tuti perspectæ, non auditæ nobilitati deferebat. Na
qui

Ædilem priorem) E duobus curulibus. HOTTOM. *Ædilem priorem*) Quæ ad ædilitatem cum plebejam tum curulem spectant, multi diligentissime sunt exsecuti, præsertim Pighius ad annum CCLX. agens de ædilitate plebeja libro 2. annalium, & lib. 4. ad annum CCCXXCVII. de curuli. Duos vero tantum fuisse Ædiles curules, cuivis etiam indocto compertum est; quare hic non immoramur. ABRAM.

Prætorem primum) Adstipulatur Plutarchus: *Multis vero & magnis viris Præturam cum eo petentibus, primus omnium est renuntiatus*. Prætor autem primus is, ni fallor, dicebatur, qui tulisset plura suffragia, vel qui juri inter cives dicendo præsideret: unde & *urbanus* aut etiam *major* diceretur: teste Festo Pompejo, *Majorem Consulem Lucius Cesar putat dici, vel eum penes quem fasces sint; vel eum qui prior factus sit: Pretorem autem majorem, urbanum, minores ceteros*. De Prætura sua Tullius in toga candida sic alloquitur competitorem Antonium: *Nescis me Pretorum primum esse factum; te concessione competitorum, & collatione centuriarum, & meo maxime beneficio e postremo in tertium locum esse subvectum.* Alius tamen fuisse videtur Prætor maximus, alius Prætor major sive primus. Livius lib. 7. pene sub initium: *Lex vetusta est priscis litteris verbisque scripta, ut qui Prætor maximus sit, Idibus Septembribus clavum pangat.* Et lib. 3. Sed refellitur hæc interpretatio, quod his temporibus nondum Consulem judicem, sed Prætorem appellari mos fuerit. ABRAM. Prætorem primum dici, qui plura tulerit suffragia falsum est. Sic appellabatur Prætor Urbanus. Prætor Maximus est Consul primo loco designatus. GRÆV. Imo Prætorem se Tullius dicit primum omnium est renunciatum, ut ex Plutarcho docet hic Abramius, & Hottoman. ad c. pro L. Man. Adde Indicem Ernesti p. 687. & Ferratium III. Epist. 4 qui tamen ostendit, non eum dic *primum*, qui plura suffragia tulerit sed qui primus omnium numerum Centuriarum necessarium expleverit. Ex CXCIII. centuriis qui XCVIII centurias primæ classis, quæ prior intro vocabatur, tulisset, is a majore populi parte factus erat, statimque renunciabatur. Nihil dici potest absurdius, quam Prætorem urbanum hic significari, cum innumeris ex locis constet, sorte ductam fuisse urbanam provinciam, & ipsum Tullius de repetundis, ut vidit l. c. Hottomannus, quæsisse sciamus. GAR.

Cunctis suffragiis) Initio Manilianæ, *cunctis centuriis*: quod verius est. HOTTOM.

Virtuti perspectæ non auditæ nobilitati) Vulgatum est illud Iuvenalis sat. 8. hoc tractantis ex professo,

—— *nobilitas sola est atque unica virtus*.

Phalaris epistola 120. Εγω δε μιαν ευγενειαν αρετην οιδα. *Ego vero unam nobilitatem virtutem esse scio*. D. Gregorius Nazianzenus quodam carmine, quod εις ευγενη δυςροπον in nobilem male moratum inscribitur, non abludit:

Αἵματος εξ αγαθȣ τις, ἐπην κακον, ανδρι γενος μεν
Ου των ευπατερων, ἐ᾽αλλα δε θαυμασιων. male legebatur θαυμασιων.
Πρυφερε τȣς προγονȣς. και ὁ'ς μαλα ηδυ γελασσαις
Ειπε λογον μνημης αξιον, ὡς το γενος
Εςιν ονειδος εμοιγε, γενει δε συ. τȣτο φυλασσε

Ω'ς

quid ego de Consulatu loquar? parto vis, anne gesto? Miserum me! cum hac me nunc peste, atque labe confero? sed nihil comparandi causa loquar: ac tamen ea, quæ sunt longissime disjuncta, comprehendam. Tu Consul es renuntiatus, nihil dicam gravius, quam

Ως μη της αρετης αλλο τι προσθεν αγοις.
Nobilis at gravibus vitiis adopertus, honesto
Non tamen illustri commemorabat avos.
Risit ad hæc alter sciteque hoc retulit: ut mi
Dedecori genus est, sic quoque tu generi.
Hoc memori condas animo, repetasque subinde,
Vt virtute tibi nil prius esse queat, &c. ABRAM.

Nam) Vim habet transitionis: vide in Cœlianam. IDEM.

Cum hac me peste) Ex omnibus libris post *me* interpone adverbium *nunc*, ut sit, *cum hac me nunc peste*; & post pauca ubi est, *quin ii a quibus dicebare consul*, pro *ii* legendum *iis*; & dictio *quin* transferendæ post *consul*. FAERNUS. *Cum hac me*) Puto corrigendum, *qui cum hoc me*. HOTT. *Cum hac me peste*) Retractatio est cum exclamatione, qua oratorie reprehendit comparationem, quam inter se & Pisonem instituere inceperat. Miserum me, inquit, summam mihi ipsi facio injuriam, qui me civem clarissimum & reipublicæ salutarem, cum hoc pestifero cive comparo, qui urbem suorum scelerum contagione funestat, labefactatque rempublicam. Tamen non dicit *pestifero*, sed *peste*, non *labefactatore reip.* sed *labe*, ut majorem vim habeat oratio, si Piso non pestifer in concreto, sed mera puta pestis in abstracto nuncupetur. ABRAM. Inserunt *nunc* etiam veteres ambæ Ven. & Romana princeps: retinet Olivet. Oxoniensium silentio. GAR.

Ac tamen ea, quæ sunt, &c.) Turnebus libro XXI. cap. 15. malebat, *attamen*; quod in contextum recepit Lambinus. GRUT. Turnebo, & Lambino paruit Lallemandus: sed ego jampridem *attamen* editum reperi in Rom. & utraque Ven. Postea paruit etiam Ernestus, qui disjunctim dedit, *at tamen*, quomodo in quatuor Britann. est denique inventum. GAR.

Quæ sunt longissime disjuncta) Utriusque consulatum, quorum plenus est meus dignitate & virtutibus, tuus infamia & flagitiis. ABRAM.

Tu Consul es renuntiatus) Tu Consul es declaratus voce præconis & Consulis, cum libera non esset reipublica in ferendis suffragiis, cum Iul. Cæsar & M. Bibulus illius anni Consules adeo diffidebant, ut nullas Bibulus a Cæsare leges ferri pateretur de cœlo servans, & obnuntians: Cæsar vero Bibulum e foro ejecerit, solusque quodammodo administrarit rempublicam. Duplex videtur fuisse magistratuum renuntiatio, altera voce præconis, altera voce ipsius Consulis, vel cujusvis alterius magistratus, qui comitiis præsidebat. De priore 7. in Verrem: *Tu cum prætor renuntiatus es, quoquo modo, mitto enim ac prætereo quid tum actum sit, cum es renuntiatus, ut dixi, non ipsa præconis voce excitatus es, qui te toties seniorum, juniorumque centuriis illo honore affici pronuntiavit*. Varro lib. 5. de lingua Latina: *Olli valet dictum illi ab olla & ollus, quod alterum comitiis cum recitatur a præcone dicitur, olla centuriæ, non illa*. De posteriore Vellejus lib. 2. *Egnatium florentem favore publico, sperantemque ut præturam Ædilitati, ita Consulatum Præturæ se juncturum, profiteri vetuit*. C. Sentius Saturninus Consul: *& cum id non obtinuisset, juravit etiamsi factus esset Consul suffragiis populi, tamen se eum non renuntiaturum*. Quæ verba vides intelligi debere de renuntiatione, quæ ipsius Consulis voce

Digitized by Google

quam quod omnes fatentur, impeditis reipublicæ temporibus, dissidentibus Consulibus Cæsare, et Bibulo, cum hoc non recusares, quin ii, a quibus dicebare Consul, te luce dignum non putarent, nisi nequior, quam Gabinius, exstitisses. Me cuncta Italia, me omnes

voce fiebat. Cicero pro Muræna: *Illo die quo auspicato comitiis centuriatis Lucium Murenam Consulem renuntiavi*. Vide plura apud Brissonium lib. 1. formulis. Idem.

Nihil dicam gravius) Cavet, Cæsaris & Pompeji offensionem, qui Pisonem & Gabinium suis factionibus ad Consulatum provexerant. Plutarchus in Catone Uticensi: Πυπλιον δε Κλωδιον εκ πατρικιων εις δημοτικυς παρανομως μεταςησαντες απεδειξαν δημαρχον επι μισθῳ τη Κικερωνος εξελασει, παντα προς χαριν εκεινοις πολιτευομενον. ὑπατυς δε Πεισωνα τε και Καλπυρνιον, ὃς ην πατηρ της Καισαρος γυναικος, και Γαβινιον Παυλον εκ των Πομπηιυ κολπων ανθρωπον, ὡς φασιν οἱ τον τροπον αυτυ, και τον βιον ειδοτες. *P. Clodium e patriciis ad plebejos contra leges traductum Tribunum plebis fecerunt, ea conditione ut Ciceronem expelleret, & ad eorum libidinem gereret tribunatum. Consules vero fecerunt Calpurnium Pisonem Cesaris generum, & Aulum Gabinium Pompeji familiarem, levem hominem & nequam, ut ajunt, qui mores ejus perspectos habuerunt*. Ex quibus vides, quam multi & aperti errores in optimum scriptorem irrepserint. Quid enim illud est? Πεισωνα τε και Καλπυρνιον, lege, Πεισωνα τε Καλπυρνιον: & loco Παυλον, lege, Αυλον: & post ανθρωπον, subdendum ni fallor aliquid, puta, vel μοχθηρον. vel φαυλον, vel ακολαςον, vel quid ejusmodi. Idem.

Dissidentibus Consulibus Cesare, & Bibulo) Vide Vellejum Paterculum lib. 2. *Bibulus collega Cesaris cum actiones (& presertim leges agrarias de agro Campano plebi dividendo) ejus magis vellet impedire quam posset, majore parte anni domi se tenuit, quo facto dum augere vult invidiam, collega auxit potentiam*: unde natum est illud epigramma, quod refert Suetonius:

> *Non Bibulo quidquam nuper, sed Cesare factum est:*
> *Nam Bibulo fieri Consule nil memini.*

Suetonius in Iulio, Dio lib. 38. Appianus 2. civilium, & passim alii consulantur. Idem.

Cum hoc non recusares, quin ii &c.) Codices Faerni tres, & nescio, utrum iidem, an Memmiani ad Lambini marginem, tum Britann. quatuor, editiones denique Rom. & Venetæ veteres, *cum hoc non recusares iis, a quibus dicebare Consul, quin te luce &c.* Probabat hanc lectionem vir Latine scientissimus Faernus, tamen videtur altera recte præferri. Mox prior Ven. *nisi nequior esset, quam Gabinius exstitisset*. Gab.

Nisi nequior) Significare videtur, eum in hæc verba sponsionem fecisse. Hottom.

Me cuncta Italia) Non mirum si cuncta Italia Consulem declararet, siquidem bello sociali jus civitatis ferendique suffragii fuerat consecuta. Vellejus 2. *Romani victis afflictisque ipsi exarmati, quam integris universis civitatem dare maluerunt*. Id enim jus ut extorquerent, sociale bellum exarserat. Quamvis Appianus 1. civilium nonnihil a Vellejo dissentire videatur: *Libertinis tum primum conscriptis ob virorum paucitatem decrevit* Senatus, *ut ex Italis ii, qui in fide permanserant, jus civitatis obtinerent, quod universi maxime cupiebant*. De universis subdit: *Universa Italia concessit in jus Romane civitatis, preter Lucanos & Samnites eo tempore: videntur enim etiam ii, que petebant, aliquanto post adepti fuisse, & in tribus instar priorum singuli*

mnes ordines, me universa civitas non prius tabella, quam voce, priorem Consulem declaravit. 2.

guli relati sunt, ne si veteribus civibus miscerentur, in comitiis multitudine superarent. Quæ postrema verba indicant omnes nominis Italici ita jus habuisse civitatis, ut tamen eorum essent distincta suffragia. Planius idem paulo ante: *Romam noves cives non in quinque & triginta tribus, quæ tunc ipsis erant, retulerunt, ne propter multitudinem veterum civium in magistratibus mandandis suffragia superarent, sed decimas alias tribus fecerunt, in quibus novi cives omnium postremo ferebant suffragia, & frequenter inutile erat eorum suffragium, quippe cum priores quinque & triginta tribus novas illas duplo superarent, quod aut ignoratum tunc temporis, aut ab iis vel sic civitatem adipisci contentis exceptum, postea ubi cognitum fuit novas turbas concivit*. Marius enim paulo post: *Recentes cives ex Italia minus valentes in suffragiis in spem adduxit fore, ut eos in omnes tribus distribueret*. Aliter Vellejus: *Cum ita civitas Italiæ data esset, ut in octo tribus contribuerentur novi cives: ne potentia eorum & multitudo veterum civium dignitatem frangeret, plusque possent recepti in beneficium, quam auctores beneficii: Cinna in omnibus tribubus eos se distributurum pollicitus est*. ABRAM.

Omnes ordines) Senatorius, equester, plebejus: tamen a M. Manilio libro ultimo quatuor ordines numerantur:

Vtque per ingentem populus describitur urbem,
Præcipuumque patres retinent, & proximum equester
Ordo locum, populumque equiti, populoque subire
Vulgus iners videas.

Vbi per *vulgus iners* capite censos intelligit: eos videlicet qui ob paupertatem in sextam classem rejecti a bello vacabant. Vide Dionysium 4. Romanorum antiquitatum. IDEM. Hinc inscriptio epistolæ Lepidi apud Cic. 10. 35. *Lepidus Imp. it. Pont. Max. Senat. pop. pl. Q. R. S. D.* hoc est, *Lepidus Imperator iterum Pontifex Maximus Senatus populo plebique Romanæ salutem dicit*. Omissus est equester ordo, qui in aliis additur. Martialis:

Dat populus, dat gratus eques, dat thura senatus,
Et ditant Latias tertia dona tribus.

hoc est plebem. GRÆV.

Non prius tabella, quam voce) Omnes suam sententiam præ se ferebant. HOTT. *Non prius tabella, quam voce*) Cic. agraria 2. *Meis comitiis non tabellam vindicem tacitæ libertatis, sed vocem vivam pro vobis, indicem vestrarum erga me voluntatum, & studiorum tulistis*. Sed vide Notas nostras in Sextianam cap. 48. ABR.

Consulem priorem) Ausonius in gratiarum actione cum hæc verba Gratiani retulisset: *Te Consulem designavi, & declaravi, & priorem nuncupavi*; subjecit: *Num est hæc gloria ignota Ciceroni? Prætorem me, inquit, populus Romanus primum fecit, Consulem priorem*. Et Festus Pompejus: *Majorem Consulem Lucius Cæsar putat dici, vel eum penes quem fasces sint, vel eum qui prior factus sit*. Is igitur, ut opinor, prior Consul erat, cujus nomen in Fastis priorem locum obtinebat, & penes quem fasces erant anno ineunte: alternis enim mensibus fasces habebant teste Dionysio libro 5. Idem libro 9. *Eo mense Quintius potestatem habebat, adeo ut alter Consulum eo invito facere nihil posset*. De his alternis fascibus Suetonius quoque in Iulio cap. 20. Neque vero solum in urbe, sed etiam in exercitu, utroque Consule præsente, usurpata erat ista fascium alterna mutatio. Dionysius libro 10. *Ille diebus bellandi potestatem Romilius obtinebat, & ipse tesseram dare, instruere aciem, tempus pugnæ, receptusque moderari suo jure, & auctoritate poterat*. Ex quibus; ni fallor, haud obscure colligi potest eum priorem Consulem fuisse, qui prior nominis inscriptione fastos aperiret, primoque mense jus fascium ob-

2. Sed omitto, ut sit factus uterque nostrum: sit sane Fors domina campi. Magnificentius est dicere, quemadmodum gesserimus Consulatum, quam, quemadmodum ceperimus. Ego Kalendis Ianuariis Senatum, et bonos omnes legis Agrariæ, maximarumque largitionum metu liberavi: ego agrum Campanum, si dividi non oportuit, conservavi: si oportuit, melioribus auctoritabus reservavi: ego in C. Rabirio, perduellionis reo, XL annis ante me Consulem interpositam Senatus auctoritatem sustinui contra invidiam, atque

obtineret. In hac re ratio ætatis habebatur. Gellius lib. 2 cap. 5. *Si vero ambo & mariti, & patres totidem liberorum sunt, tum ille pristinus honos instauratur, & qui major natu est, prior fasces sumit*. Vide locum ubi de lege Iulia, & fascium sumptione permulta. Addam postremo in exercitu non alternis mensibus, sed diebus hanc fascium permutationem factam videri, licet superiore loco Dionysius paulo secus dicere videatur. Vide Polybium lib. 3. quem vertit pene ad verbum Livius lib. 2. decad 3. *Itaque Varro postero die, cui sors ejus diei imperii erat, nihil consulto collega, signum pugnæ proposuit. Propterea quod moris habeant Consules alternis diebus imperare*. ABRAM. Sane Romæ quoque post invaluisse ut alternis diebus fasces haberent Consules patet ex antiquo actorum urbanorum fragmenta, quod inserui notis in Suet. Iul. Cæsarem. GRÆV. Sed falsi hæc acta convincuntur, ut diximus ad I. in Verr. 46. GAR.

ASCONIUS.

CIRCA VERS. A PRIMO CCLXX. *Ego in C. Rabirio perduellionis reo XL annis ante me consulem interpositam Senatus auctoritatem sustinui contra invidiam, atque defendi*) Possit aliquis credere, lapsum memoria Ciceronem, qui dicat, XL. annis ante se Consulem factum esse S. C. adversus L. Apulejum Saturninum Tribunum; cum XXXVI. anni a C. Mario, & L. Valerio Flacco Consulibus numerentur; sed hic non subtilis computatio annorum facta est, verum summatim tempus comprehensum est: & perinde accipiendum, ac dixerit, *prope XL annis*: hæc enim consuetudo est ipsius Ciceronis: itaque idem in ea quoque, quam habuit in Catilinam in Senatu, cum octavus decimus dies esset, posteaquam factum S. C. ut viderent consules ne quid respublica detrimenti caperet, dixit: *Vicesimum jam diem patimur hebescere aciem horum auctoritatis, habemus enim S.C. verumtamen inclusum in tabulis, tamquam gladium in vagina reconditum*.

VARIORUM.

Magnificentius) Ex hoc loco mendum, quod in Flavii Vopisci Tacitum irrepsit, emendes. Sic enim in impressa quondam legitur: *Cum Tullius dicat magnificentius esse dicere, quemadmodum ceperit consulatum, at in isto viro magnificum fuit, quod tanta gloria cepit imperium*: (lege, *quemadmodum gesserit*,) *quam quemadmodum ceperit consulatum*. ABRAM. Est locus ibi cap. XIII. ubi Casaub. male in re facili conjectabat; Salmas. autem, *quemad. gesserit Cons. quam quemad. ceperit*. Sed melius etiam Abram. ita supplementum inseruit, ut appareat, repetitionem v. *quemadmodum* omissionis caussam fuisse. Locutionem autem hanc, *capere Consulatum*, egregie, atque copiose illustravit Pareus Lex. Crit. p. 169. GAR.

Ego) Plinius lib. 7. cap. 30. paucis totum Tullii Consulatum complexus est, quem vide. ABRAM.

Melioribus auctoribus) C. Cæsari, qui

Digitized by Google

atque defendi. Ego adolescentes bonos, et fortes, sed usos ea conditione fortunæ, ut, si essent magistratus ade-

qui postea divisit. HOTTOM. Adde Pompejum, & Crassum. GAR.

Ego in C. Rabirio perduellionis reo) De L. Apulejo Saturnino, quem C. Rabirius eques Romanus, vel, ut ait Noster, Scæva servus Qu. Crotonis occiderat, Appianus primo civilium, & epitome Liviana libro 9. decadis septimæ: de causa Rabirii Dio Cassius lib. 37. & Cic. præsertim in Rabiriana sunt consulendi. *Tunc autem est perduellio, cum vel in ipsam rempublicam, vel in personam magistratus aut principis infertur injuria*: Manutius de legibus Romanis. Porro *perduellionis crimen*, ut notat Budæus in Pandectas, *Rabirio Labienus impegerat ob Saturnini mortem, qui contra fidem publicam occisus fuerat*. ABRAM.

XL. *annis*) Dio XXXVI., sed Pædianus satisfacit. HOTT.

Interpositam Senatus auctoritatem) De eodem in Oratore perfecto gloriatur, quod scilicet coram populo Senatus auctoritatem defenderit, & vere; auctor enim fuerat Senatus, ut contra Saturninum & Glauciam arma caperentur. ABRAM.

Adolescentes bonos.) Significat proscriptorum liberos. L. Sulla eos lege lata petendorum honorum potestate privarat. Cum nihilominus petere vellent, Cicero contra eos orationem habuit: de qua Plinius lib. VII. *Te orante Cicero proscriptorum liberos honores petere puduit*. Et Quinctil. lib. XI. ex ea hæc profert: *Quid enim crudelius, quam homines honestis parentibus ac majoribus natos a rep. submoveri.* HOTT.

Adolescentes bonos) Legem hanc Corneliam nonnulli reprehendunt. Seneca 2. de ira cap. 34. *Inter Sullanæ crudelitatis exempla est, quod a republica liberos proscriptorum submovit, nihil est iniquius, quam aliquem heredem paterni odii fieri*. Illustris est Dionysii Halicarnass. lib. 8. locus in hanc sententiam, quem proinde juverit totum exscribere: *Cum vero nonnulli urgerent tollendos etiam filios Cassii, atrox Senatui & perniciosum exemplum visum est; remissaque ex Senatusconsulto pœna, permissum adolescentibus in patria vivere, absque omni periculo sine ulla infamia, aliave mulcta: & ex eo tempore usque ad nostram ætatem mos hic Romæ invaluit, ut parentum peccata impune liberis, sive illi tyranni, sive parricidæ fuerint, sive proditores, quod apud Romanos crimen est gravissimum, & qui morem hunc antiquare aggressi sunt nostris temporibus, circa finem Marsici & civilis belli, & proscriptorum a Sulla liberos curia paternisque honoribus, quamdiu rerum potiti sunt, prohibuerunt, visi sunt rem dignam hominum invidia Deorumque indignatione facere. Quapropter procedente tempore non evaserunt ultionem justissimam ex altissimo fastigio sic dejecti, ut ne genus quidem eorum nisi per fœminas deductum, sit reliquum.* Subdit: *Ceterum apud Græcos nonnullos diversa lex est: nam ex tyrannis natos, alii cum patribus necandos censent, alii perpetuo exsilio mulctant, quasi natura non ferat bonos filios nasci e malis patribus, aut malos e bonis*. Plato octavo de legibus mediam viam insistit: *Ut verbo dicam, filii paterni supplicii, aut infamiæ heredes ne sint, nisi si cujus pater, avus, & atavus capite damnati fuerint.* Non injuria tamen eos Cicero quamvis ceteroquin innocentes comitiorum ratione privavit: licet enim, ut ait Aristoteles 3. polit. cap. 1. jus civitatis potissimum in judiciorum & magistratuum participatione consistat, nulla tamen fit iis civibus injuria, qui ab honoribus petendis prohibentur, si ex eorum magistratibus aut publicum exitium, aut certe periculum consequeretur; nec prudenter, ut plurimum, fecerit, qui viri publico judicio damnati liberos reipublicæ gubernaculis admoverit. Eleganter suo more Demosthenes sive Dinarchus oratione in Aristogitonem: *An quia patrem ejus capite damnastis, & matrem ipsius desertionis convictam vendidistis, idcirco eum vobis benevolum fore arbitramini? Sed, hoc per Jovem ceterosque Deos, absurdum est: si enim illis*

Digitized by Google

adepti, reipublicæ statum convulsuri viderentur, meis inimicitiis, nulla Senatus mala gratia, comitiorum ratione privavi. Ego Antonium collegam, cupidum provinciæ, multa in republica molientem, patientia, atque obsequio meo mitigavi. Ego provinciam Galliam,

illis est benevolus, & legem ab ipsa natura insitam conservat, quæ & hominibus & belluis una eademque communis est parentes amare, male affectus est in illos, qui parentibus necem intulerunt: liquet eum & legibus, & reipublicæ eorum esse infensum: si vero nullam habet istorum rationem, scire velim quisnam animadverteret istum pietatem in parentes & benevolentiam prodidisse, huic benevolentiæ fidem adhibeas, quam nunc populo pollicetur. Ego certe infidelem, & Diis, non solum hominibus inimicum duco eum qui parentes neglexerit. Non igitur injuria noster orator & proscriptorum liberos laudat, & tamen eos se comitiorum ratione privasse gloriatur: nam & juste illi de Sullæ crudelitate conquerebantur, & juste a Tullio petendorum honorum jure prohibiti fuerunt. Atque hæc a me dicta sunt, ut factum hoc Ciceronis ab injustitia vindicarem. Abram. Recte fecit Cicero. Salus enim populi suprema lex. Mala quædam in republ. sunt ferenda communis salutis caussa. Sunt quædam, quæ tempore fiunt, & sunt justa, quæ alias essent injustissima, ut ipse Cicero multis disputat xi. de Officiis. Grav.

Nulla Senatus mala gratia) Cato Censorius oratione pro Hispanis apud Charisium libro 2. *De frumento utrobi bona, utrobi mala gratia capiatur, utrinde iram, utrinde factiones tibi pares.* Gratia in malam partem. Apulejus apologia 2. *At tibi, Æmiliane, pro isto mendacio, aut Deus iste superum, & inferum commeator, utrorumque Deorum malam gratiam, semperque obvias species mortuorum, quidquid umbrarum est usquam, quidquid lemurum, quidquid manium, quidquid larvarum, oculis tuis oggerat: omnia noctium occursacula, omnia bustorum formidamina, omnia sepulchrorum terriculamenta*, &c. Sic Plautus Aulularia malam malitiam dixit:

Te civem sine omni mala malitia
Semper sum arbitratus. ——

Abram.

Ego Antonium collegam) Culpam in Antonio conjurationis aliquam fuisse ipse Cicero, qui reum defenderat, oratione pro Sextio confitetur. *Atque*, inquit, *de Antonio nihil dico præter unum, numquam illum in illo summo timore ac periculo civitatis, neque communem metum omnium, neque propriam nonnullorum de ipso suspicionem, aut inficiando tollere, aut dissimulando sedare voluisse.* Quod autem legibus Agrariis aliisque novis rebus studuerit, patet ex Plutarcho in vita Tullii de Catilina: *Spem magnam conceperat fore, ut Consulatum gereret cum Antonio, qui per se quidem neque ad bonum, neque ad malum dux esse, sed alteri incipienti opem & potestatem addere potuisset.* De damnatione Antonii pluribus 2. Philipp. Idem.

Multa in rep. molientem) Ex omnibus libris scriptis lege *multaque*, & sequenti folio, pro *compitalitiorum*, lege *compitaliorum*; & pro *Fusia*, *Fufia*; & sic semper: sicut etiam infra, *Fufidium* non *Fusidium*. Fabrnus. *Multa in rep. molientem*) Studentem legibus Agrariis, & Catilinæ, ut vel Decemvir fieret per leges Agrarias, vel per Catilinam novis tabulis confectis ære alieno se liberaret. Abram. *Multaque* habet unus quoque Britann. Garat.

Ego provinciam Galliam) Consules solebant provincias sortiri, vel inter se comparare, id est, extra sortem convenire inter se, quam quisque provinciam in annum sequentem obtineret. Cicero cum Antonium Macedoniæ cupidum videret, eam ultro ipsi sine sorte concessit, ut Collegam

hoc

liam, Senatus auctoritate exercitu, et pecunia instructam,

hoc obsequio mitigatum ad reipublicæ partes adduceret: ac ne Galliam quidem, quam in illa provinciarum comparatione obtinuerat, retinuit, sed eam deinde in concione deposuit, quod id putaret reipublicæ rationibus expedire. Dixi, duos Consules comparavisse inter se provincias, partim quod ad Plutarchi mentem facere videretur, partim ne a recepta lectione discederem: tamen monet Freigius, legendum esse non *communicavi*, sed *commutavi*. Siquidem auctore Dione Cicero *sortitus fuerat Macedoniam: sed nec in eam (collegæ enim propter rerum forensium studia concessit) neque in Galliam citeriorem propter præsentem reipublicæ statum profectus est*. Sed, ut jam alibi monui, in his quæ ad Tullium spectant, vix ulla Dioni fides debet haberi. Vt enim Plato Xenophonti, Xenophon Platoni, eidem Aristoteles, Plutarchus Herodoto, ita Tullio, & Senecæ Dio vir ceteroqui magnus, infensus est: adeo ne magni quidem viri abjectissimum parvi animi vitium effugere potuerunt. Magis ingenue Plutarchus: *Primum quidem Cicero obsequio sibi devinciens Antonium, illi provinciam Macedoniam concessit, Galliam sibi datam deprecatus est, & hoc beneficio sibi conciliavit Antonium, ut tanquam actor mercenarius secundas partes pro patria teneret*. Vide epist. 2. libri 5. ad familiares, ad Metellum Celerem. ABRAM.

Senatus auctoritate) Nam provinciarum ornamenta in Senatus erant potestate. HOTTOM. Quod cel. Ernest. putat unum excidisse verbum, ad quod Senatus auctoritas pertineret, ut fuerit, *Senatus auctoritate mandatam*, vel *acceptam*: deterrere illum ab omni conjectura poterat locus similis XI. Phil. 10. *Imitare me, quem tu semper laudasti: qui instructam, ornatamque a Senatu provinciam deposui, ut incendium patriæ, omissa omni cogitatione, restinguerem*. Mitto Galliam nominatim a Senatu non fuisse Ciceroni decretam, quamvis Plutarchus in Cic. XII. utatur verbo ἐψηφίσατο, sed privata cum Antonio collega pactione a Tullio sumptam, ut recte Sallustius XXVI. 4. GARAT.

Quam cum Antonio communicavi) Videtur legendum, *commutavi*. Macedoniam enim sortitus fuerat, quam cum Gallia, quæ Antonio obvenerat, commutavit: ut Dio scribit; Sallustius autem: *Collegam*, inquit, *suum Antonium pactione provinciæ perpulerat, ne contra rempublicam dissentiret*. Plutarchus autem obscure rem ita narrat: και τυτο πρωτον θεραπευων ὁ Κικερων, εκεινῳ μεν εψηφισατο των επαρχιων Μακεδονιαν, αυτῳ δε την Γαλατιαν διδομενην παρῃτησατο. *Vt primo quoque tempore huic malo mederetur, illi quidem Macedoniam e duabus provinciis consularibus decrevit*: (hoc excusari non potest) *desponsam autem sibi Galliam recusavit & in concione deposuit*. HOTT. *Quam cum Antonio commutavi*) Sic legendum, non, ut habent libri vulg. *communicavi*. LAMB. *Quam cum Antonio communicavi*) Nihil discrepant libri veteres: propugnat tamen Lambini *commutavi*, Hottomannus libro VIII. Observat. cap. 7. GRVT. Ciceroni, & G. Antonio, antequam designarentur Consules, Macedonia, & Gallia provinciæ decretæ fuerant a Senatu lege Sempronia, Cicero autem sortitus Macedoniam, eam ultro collegæ concessit, & ipsam Galliam, quam vicissim acceperat ab Antonio, in concione deposuit: quorum alterum ex Dione colligitur lib. XXXVII. alterum hic dicitur. Reip. autem causa provinciam deposuit, ne scilicet ab urbis custodia periculosissimo tempore discederet. Cum hæc evidenter pateant, illud unum dubitationis aliquid habere potest, qua ratione Cicero Galliam cum Antonio communicaverit. Neque enim prima illa permutatio provinciæ, quæ paullo post sortem facta est, significatur: tum quia non dicitur id cum altero communicari, quod permutatur; tum etiam quia Gallia, non Macedonia, dicitur communicata. Bellum Catilinarium, teste Sal-

ctam, et ornatam, quam cum Antonio communicavi, quod

lustio, in Gallia citeriore, eidemque finitimis regionibus gestum est: cujus proinde administratio ex vetere instituto demandanda erat Ciceroni, eam provinciam obtinenti. Cum passus fuerit adversus Catilinam mitti cum exercitu C. Antonium extra ordinem, re ipsa suam cum collega provinciam Galliam communicavit, idque prius, quam in concione illam deponeret: & utrumque fecit reip. causa. Ferratius. Fr. Fabricius in Hist. Cic. ad A. V. DCXC. fortasse rectius, inquit, *commutavi*. Hanc emendationem ab Hottom. comprobatam cum Lamb. recepit Ernestus. Ei quidem verbo reciprocam inesse significationem scio: quod pluribus ex locis patet, observavitque Bartonus ad Plutarch. Cic. T. IV. ed. Lips. p. 948. Nihilominus, *provinciam Galliam cum Antonio commutavi*, sic explicare, ut valeat, *prov. Galliam commutatione accepi ab Antonio*, videtur mihi duriusculum. Quod si *cum Antonio* planius intelligas *cum Antonii provincia*, erit absurdum: ipsa etenim Gallia erat Antonii provincia. Si denique provincias comparasse inter se Consules cum Abramio putes, & Cortio ad Sallust. Catil. XXVI. 4. neque ulla commutatio intercesserit, neque Galliae communicatio. Sed omnino Dioni credendum est adfirmanti, forte Macedoniam Ciceroni, Antonio Galliam obvenisse: praesertim cum sortem provinciarum inaequalitas postularet. Vide infra c. 21. de P. Lentulo: sed inprimis attende quod c. 15. de Prov. Cons. dicitur. *Sortietur, an non? nam & non sortiri absurdum est, & quod sortitus sis, non habere*. Iam vero commode a Ferratio vulgata explicatur: sed repugnat is, quem ipse auctorem vult habere, Sallustius. Sic etenim ille Catil. LVI. 4. *Sed postquam Antonius cum exercitu adventabat, Catilina per montes iter facere, ad urbem modo, modo in Galliam versus castra movere*. LVII. 1. *reliquos Catilina per montis asperos magnis itineribus in agrum Pistoriensem abducit, eo consilio, uti per tramites occulte perfugerent in Galliam*: LVIII. 4. *quoque modo, dum ex urbe praesidia opperior, in Galliam proficisci nequiverim*: ibid. 6. *Exercitus hostium duo, unus ab urbe, alter a Gallia, obstant*; unus nimirum Antonii ab ea parte, qua itur ad urbem, alter Q. Metelli Celeris ab ea, qua itur in Galliam. Quin adeo cum hoc potius Metello citeriorem Galliam, provinciam suam, communicasse Tullium colligas ex Dione XXXVII. 33. Sed is agrum Gallicum cis Rubiconem fidei Metelli cum Piceno creditum manifesto cum ea provincia confundit, hominesque doctos aliquos in errorem induxit, veluti Cortium ad Sallust. Cat. XLIII. 3. Has regiones probe distinguunt Manut. ad V. Ep. ad Div. 1. Cellar. G. A. II 9. 36. Ernest. in Ind. Geogr. p. 64. Tamen Gallia citerior & a Tullio deposita, & facta Praetoria sic fuerat, ut Consulare imperium in Praetorum sortitione retineret, & jam eidem Metello Praetori obvenerat, antequam in Catilinam proficisceretur Antonius Sic enim ad ipsum Metellum Cicero V. ad Div. 2. *Illud dico, me, ut primum in concione provinciam deposuerim, statim, quemadmodum eam tibi traderem, cogitare coepisse. Nihil dico de sortitione vestra: tantum te suspicari volo, nihil in ea re per collegam meum, me insciente, esse factum*. Si ergo ei sortitioni collega Ciceronis Antonius praefuit, ante illam expeditionem fuit certe peracta, in qua fuit ille ad exitum Consulatus. Ordo autem temporum servatur a Tullio tum hoc Pisonianae loco, tum in enumeratione orationum Consularium suarum II. ad Att. 1. *sexta, cum provinciam in concione deposui: septima, qua Catilinam emisi*: Media inter has orationes illa sortitio fuit, siquidem praesente Metello facta, quod patet ex sequentibus ejusdem epistolae verbis. *Recordare &c.* Metellus autem in Picenum est missus circa Novembris initium, ex Sallust. Cat. XXX. & Cic. II. in Catil. 3.

quod ita existimabam tempora reipublicæ ferre, in concione deposui, reclamante populo Romano. Ego L. Catilinam, cædem Senatus, interitum urbis non obscure, sed palam molientem, egredi ex urbe jussi: ut, a quo legibus non poteramus, mœnibus tuti esse possemus. Ego tela extremo mense Consulatus mei intenta jugulis civitatis de conjuratorum nefariis manibus extorsi. Ego faces jam accensas ad hujus urbis incendium comprehendi, protuli, extinxi.

3. M. Q. Catulus, princeps hujus ordinis, et auctor

12. Antonius denique, Catilina egresso, profectus est, eodem Sallustio auctore XXXVI. 3. cum jam ille Manlio se conjunxisset. Quid ergo? An, refutato Ferratio, *commutavi* necessario legendum statuero? nolim profecto, si liceat. Plautus Trin. I. 2. 152. *Nunc ego te quæso, ut me opera, & consilio juves, communicesque hanc mecum meam provinciam*. Hoc ita explicavit Gronovius IV. Observ. 3. ut egregie ipso etiam ex Cicerone docuerit, reciprocum esse verbum quoque *communico*, & non modo participem facere, sed etiam participem fieri significare: cum alienum aliquid ultro suscipimus, pro nostro ducimus, in ejus partem, juvandi præsertim causa, venimus. Ad hanc rationem Cicero dixerit, *provinciam Galliam cum Antonio se communicasse*, ut significaret, Galliam, quæ ad Antonium jure, ac sorte spectabat, in illius gratiam ultro se suscepisse, idque privata pactione, qua non fiebat, ut ea minus Antonii esset, sed ut eam Cicero pro Antonio haberet, atque administraret. Sortitio autem illa horum Consulum, & deinde pactio prope Consulatus initium collocanda videtur ex Sallustio Catil. XXVI. 4 & Plutarcho in Cic. XII. ut per aliquot menses communio quædam fuerit provinciarum; cum uterque Consul alteram jure haberet, alteram facto, atque pactione: quod tamen beneficio Ciceronis evenit, qui provinciam suam Macedoniam longe fructuosiorem collegæ concessit. GARAT.

Tempora reipublicæ ferre) Vid. epist. 1:. lib. famil. v. *Meæ enim*, inquit, *rationes ita tulerunt, atque ejus mei consilii majorem in dies singulos fructum voluptatemque capio. Illud dico, me, ut primum in concione provinciam deposuerim, statim, quemadmodum eam tibi traderem, cogitare cœpisse*. Plutarchus causam exponit, quod Antonius propter æris alieni magnitudinem Catilinariis consiliis implicabatur. HOTT.

Jussi) Non pro imperio consulari, sed auctoritate S. C. extremæ necessitatis. IDEM.

Extremo mense) Non. Decemb. de quibus dixi in orat. post reditum. IDEM.

Faces jam accensas) Effectum ponit pro causa, non enim faces jam accensas, sed conjuratorum litteras, per L. Flaccum Prætorem in ponte Milvio comprehendit, protulit, & in Senatu recitavit. ABRAM.

Q *Catulus*) Sic & in Sextiana, & in ea post redit. Plutarchus autem & Appianus *Catonem* nominant. HOTOMANNUS. Q. *Catulus*) Ex hoc loco videas Plutarchum lapsum fuisse memoria, qui Catoni hanc rem tribuit non Catulo. Sed nihil obstat quo minus eum Catulus in Senatu, & Cato in concione Patrem patriæ nominarit: qui honor, etsi gliscente adulatione ad mulierculas etiam, si superis placet, devenerit: Tacitus primo annalium, *Multa Patrum & in*

Digitized by Google

ctor publici consilii, frequentissimo Senatu, parentem patriæ nominavit. Mihi hic vir clarissimus, qui propter te sedet, L. Gellius, his audientibus, civicam coronam deberi a republica dixit. Mihi togato Senatus, non ut multis, bene gestæ, sed ut nemini, conser-

Augustam adulatio: alii Parentem: alii Matrem patriæ appellandam, &c. dicebant, non tamen adeo vulgaris fuit, ut passim Imperatoribus decerneretur. Iulius Capitolinus in Pertinace: *Primus sane omnium ea die, qua Augustus est appellatus, etiam Patris patriæ nomen recepit.*. Vid. & Lampridium in Alexandro. Plinius Tullium lib. 7. cap. 30. sic compellat, *Salve primus omnium Pater patriæ appellate*. ABRAM.

Civicam coronam deberi a populo Romano dixit) Ex nostris cod. hoc est, Memm. sic reposuimus: nam vulgati, a quibus non discrepat exemplum a Faerno emendatum, habent, *deberi a rep.* Videtur autem A. Gellius lib. 5. c. 6. hæc spectasse, ubi ita scribit: *Hac corona civica L. Gellius, vir censorius, in Senatu Ciceronem consulem donandum a populo Romano censuit*. Ex quibus verbis quidam hic legi volunt, *vir censorius*, pro, *vir clarissimus*. LAMBIN. *Civicam coronam deberi a republ.*) Vide Gellium cap. 6. lib. 5. noct. Attic. & de corona civica, Plinium lib. 16. cap. 4. *Civica iligna primo fuit, postea magis placuit ex esculo Iovi sacra: variataque in hoc cum quercu est*: & Plutarchum in Romanis problemat. nonagesimum primum hoc proponit. De causis & conditionibus requisitis, vide Senecam de clementia, & Plinius lib. XVI. cap. 4. & Massurium Sabinum apud Gellium, qui videtur adversari Gellio, sed a Plinio facit, quod ut tum idem ait lib. 7. cap. 27. tum Polyhistor. cap. 6. M. Sergius, *a Thrasymeno, Trebia, Ticinoque coronas civicas retulit*: & quod *Africanus de patre accipere noluit apud Trebiam*, quibus præliis hostes loco potiti sunt. Dionysius lib. 10. Luc. Siccium, vel ut Plinius & Solinus appellant, Sicinium Dentatum, ita loquentem inducit, τεσσαρας και δεκα μεν στεφανους πολιτικους, οἷς ανεδησαν με οἱ σωθεντες εν ταις μαχαις ὑπ' εμου. *Quatuordecim civicas coronas, quibus me servati cives in prælio coronarunt*. ABRAM.

Sed ut nemini) Sapienter honores sibi decretos exaggerat ex eo, quod vel paucis, vel nemini decreti fuerint; cum enim, ut philosophi post Aristotelem testantur, honor sit aliud nihil, quam quædam excellentiæ testatio, paucique adeo sint excellentes viri, tanto magis erit expetendus honor, quo paucioribus conferetur. Vide Senecam libro primo de beneficiis cap. 13. de *Alexandro Macedone cum Corinthii* (Megarenses vocat alicubi Plutarchus) *per legatos ei gratulati sunt, & civitate illum sua donaverunt*. Et lib 6. c. 18. de *Platone flumen nave transeunte*. Ceterum eum sibi soli togato dicat orator supplicationem fuisse decretam, id hyperbolice dictum videri possit, siquidem, ut auctor est Dionysius 5 antiquit. Rom. Servilio Sulpitio Camerino, qui conjurationem pauperum exitialem sane reipublicæ futuram, nisi ipsi duces spectris & somniis deterriti rem ultro ad Consulem detulissent, prudenter togatus extinxerat, supplicatio decreta est, paucis annis post Tarquinios exactos: *Senatusconsultum factum est, ut tota lustraretur civitas, quod necessitate coacta esset civilis cædis auctor fieri: cum nefas esset ad sacra accedere, & victimas immolare, antequam facinus expiatum esset, luesque solitis lustrationibus abolita: cumque universas religionis cerimonias patrio ritu peregissent divini cultus antistites, Senatus tum demum sacra ad agendas Diis gratias, & ludos celebrari jussit, tresque huic rei dies festos instituit*. Nemini autem a republica civicam coronam datam hactenus fuisse potiori jure dicere

servatæ reipublicæ, singulari genere supplicationis, deorum immortalium templa patefecit. Ego cum in concione, abiens magistratu, dicere a Tribuno plebis prohiberer, quæ constitueram: cumque is mihi tantummodo, ut jurarem, permitteret, sine ulla dubitatione juravi, rempublicam, atque hanc urbem mea unius

cere potuisset; nemo enim ad eam ætatem a republica hujusmodi coronas acceperat: quamvis secutis temporibus ea quoque ad ceteram adulationem frequenter accesserit. Vid. Plinium cap 4. lib. 16. Sic Iulio Cæsari, cujus in rempublicam impressio centum & septuaginta civium millibus mortem acciverat, ut Plutarchus in ejus vita tradit e censoriis tabulis constitisse, huic inquam statuas civica corona redimitas per summam adulationem excitarunt. Vid. Appianum 2. civilium. Sed hæc, ut dixi per adulationem, at

Roma patrem patriæ Ciceronem libera dixit.

& vir gravissimus ei civicam coronam a republica dandam putavit: cujus dignitas eo fit illustrior quod etiam a privatis: *Accepta licet uti perpetuo: ludos ineunti semper assurgi etiam ab Senatu in more est. Sedendi jus in proximo Senatui. Vacatio omnium munerum ipsi, patrique, & avo paterno*: ut tradit Plinius loco proxime citato. ABRAM.

ASCONIUS.

CIRCA VERS. A PRIMO CCC.

Ego, cum in concione abiens magistratu a Tribuno pl. dicere prohiberer ea, quæ constitueram, cum is mihi tantummodo jurare permitteret, sine ulla dubitatione juravi, rempublicam, atque hanc urbem mea unius opera esse salvam) Diximus jam antea, a Q. Metello Nepote Tribuno pl. Ciceronem consulatu abeuntem prohibitum esse concionari de rebus, quas in eo magistratu gessit.

VARIORUM.

Conservatæ reip. singulari) Ita Pall. & editio vetus, at Lambinus, *reip. testimonium dedit, & singulari*: vellem scire, e quibus scriptis: nam ipse tacet. GRUT. Imo vero Lambinus in margine testatur, se additionem illam ex MSis protulisse. Cum taceat Faernus, ista in Memmianis fuisse videntur, quæ quidem optima sunt, Tullioque plane digna. Lambinum reprehendi nolim, quod ea receperit; quamvis intelligam, ea glossæ nomine suspecta merito esse posse cautioribus. Primum autem observo, vulgatam ceterorum omnium librorum lectionem levissima emendatione ad formam Tullio usitatam redigi, si legamus; *non ut multis, bene gesta, sed ut nemini, conservata republica*: quod lubens amplecterer, si quis codex offerret. Ita enim XV. ad Divers. 4. *Tu idem mihi supplicationem decrevisti togato, non ut multis, rep. bene gesta, sed, ut nemini, rep. conservata*. Quid potest esse similius? item III. in Catil. 6. *quæ supplicatio si cum ceteris supplicationibus conferatur, Quirites, hoc interest, quod ceteræ, bene gesta, hæc una, conservata republica, constituta est*. Denique IV. in eumd. 10. *ceteris enim, bene gesta, mihi uni, conservata rep. gratulationem decrevistis*. Verumtamen nihil mutare audeo, cum ferri vulgata possit, & illa ipsa MSorum additio inde proficisci facile potuerit, quod ellipsin vocis *causa* hoc loco fieri Grammatici non intelligerent: quæ tamen Ciceroni, optimisque omnibus est aliquando usitata, ut jam ad I. in Verr. 6. monuimus. Nolo enim cuiquam parum consideratus videri; quamquam emendatio illa mea longe absit a temeritate, atque impudentia. GARAT.

Tribuno plebis) Q. Metello. Vide epist. 11. lib. famil. v. GOTTOM.

Dicere a Tribuno plebis &c.) Solus Asconius habet, *a Tribuno pl. dicere prohiberer ea, quæ constitueram, cum is mihi*

unius opera esse salvam. Mihi populus Romanus universus illa in concione non unius diei gratulationem, sed æternitatem, immortalitatemque donavit, cum meum jusjurandum tale, atque tantum juratus ipse una voce, et consensu approbavit. Quo quidem tempore is meus domum fuit e foro reditus, ut nemo, nisi

mihi tantummodo jurare permitteret. Vulgatum illud, *ut jurarem*, firmari video a loco simili, V. ad Div. 2. *Nam cum ille mihi, nihil, nisi ut jurarem permitteret, &c.* GAR.

Juravi) Plutarch. scribit, cum Cicero concionem habiturus esset, Metellum, & Bestiam Tribunos pl. obstitisse, & pro rostris subsellia collocasse, ne conscenderet, neque aliud ei permisisse, quam ut ex inferiore loco magistratum ejuraret. Ciceronem autem non usitatum, sed novum jusjurandum jurasse. HOTTOM.

Non unius diei gratulationem) Tantum ex eo populi R. studio & approbatione in meum nomen decoris gloriæque manavit, ut honos ille non cum unius diei gratulatione finitus sit, sed ad æternitatem nominis mei redundarit. Hanc enim gratulationem excipient omnes anni consequentes, nec ulla unquam ætas de populi Romani in me studiis conticescet. ABRAM.

Cum meum jusjurandum) Cum meum jusjurandum eo consensu excepit, ut ipse juraret mea unius opera salvam esse rempublicam, meque proinde haudquaquam pejerare. Duo reperio fuisse tempora, quibus magistratus jurejurando fidem obligabant: alterum cum initio magistratus IN LEGES jurarent, alterum cum magistratum doponerent: de priore Livius libro primo Decadis quartæ: *Cujus Valerius Flaccus quem præsentem Ædilem creaverant, quia Flamen Dialis erat, jurare in leges non poterat, magistratum autem plus quinque dies, nisi qui jurasset in leges, non licebat gerere*. Subdit de fratre ipsius Flacci, qui pro fratre juravit. De posteriore non obscure Tullius hoc loco, & Plutarchus in vita Ciceronis innuens jusjurandum ab iis, qui magistratum deponerent, conceptum fuisse more majorum: *Cæsarem Prætorem, Metellum, & Bestiam tribunos, qui magistratum ineuntes paucis diebus ante quam Cicero abiret Consulatu, non permiserunt ei habere concionem, sed in rostris tribunalia ponentes non sinebant loqui: sed tantummodo jubebant, ut de magistratu juraret, & mox descenderet, & ille his conditionibus, tanquam juraturus ascendit, factoque silentio juravit, non patrium, sed proprium quoddam & novum jusjurandum, sua opera patriam & imperium esse servatum, quod jurejurando excepit populus universus*. Quæ ideo placuit verbatim exscribere, quod viderentur quasdam circumstantias ad cognitionem historiæ necessarias continere: vide epist. 2. lib. 5. ad familiares. Patrii autem & recepti more majorum jurisjurandi formulam Plinius Junior in panegyrico sic expressit: *Itaque & abiturus Consulatu jurasti te nihil contra leges fecisse*. Vide auctorem ibidem de priore Consulum jurejurando fusissime juxta & pulcherrime differentem. Herodianus lib. 4. *Deferunt per sacram viam, & in veteri foro locant, ubi Romanorum magistratus abjurant*. IDEM.

Juratus ipse) At idem populus, ut auctor est Plutarchus in Præceptis politicis ad Trajanum: Ὁ Ῥωμαίων δῆμος ὑπισχνουμένου τι Κάρβωνος, καὶ προστιθέντος ὅρκον δή τινα καὶ ἀρὰν ἀντώμοσεν ὁμοῦ μὴ πιστεύειν. *Populus Romanus Carbone aliquid cum jurejurando, & execrationibus pollicente, juravit una voce, se fidem haudquaquam habere*. Ibidem refert & hoc in honorem nostri Ciceronis. IDEM.

Is meus domum fuit e foro reditus) Solebant antiqui, ut sua in primarios cives studia demonstrarent, eos comi-

nisi qui mecum esset, civium esse in numero videretur. Atque ita est a me Consulatus peractus, ut nihil sine consilio Senatus, nihil non approbante populo Romano egerim, ut semper in Rostris curiam, in Senatu populum defenderim: ut multitudinem cum principibus, equestrem ordinem cum Senatu conjunxerim.

4. Exposui breviter Consulatum meum. Aude nunc, o furia, de tuo dicere: cujus fuit initium ludi Compi-

mitari, & honoris caussa deducere. Quadrigarius apud Gellium, *Metellus in Capitolium venit cum multis mortalibus: inde eum domum proficisceretur, tota civitas eum reduxit*: quo in genere illustris est illa ad Capitolium Scipionis Africani deductio, de qua Livius decadis 4. lib. 8. Appianus in Syriacis, & alii passim: sed ne longius evagemur, pulchre Plutarchus de nostro Cicerone, postquam conjuratos jussit in carcere jugulari: *Iam advesperascebat, & per forum in aedes suas ascendebat, non jam silentibus civibus, aut ipsum ordine deducentibus, sed voce & applausu excipientibus iis ad quos pervenerat, servatorem & conditorem patriae appellantibus, frequentes faces in triviis lucebant, singulis lampadas & taedas in aedium suarum janua ponentibus: matronae vero e tectis respectabant ut eum honorarent & viderent cum magna deducentium Procerum corona adscendentem*. Abram.

ASCONIUS.

Circa vers. a primo cccxx.

Cujus fuit initium ludi Compitalitii) Dicit de ludis Compitalitiis, quos Q. Metellus fieri vetuit.

VARIORUM.

In Rostris curiam, in Senatu populum defenderim) Bene gloriatur quod ordines inter se conjunxerit; id enim & ad dignitatem reipublicae, & ad pacem otiumque civium pertinebat, quae duo Consuli spectanda sunt. Noster pro Sextio: *Quid est igitur propositum his reipublicae gubernatoribus, quod intueri, & quo cursum suum dirigere debeant? id quod est praestantissimum, maximeque optabile omnibus sanis, & bonis, & beatis cum dignitate otium, hoc qui volunt, omnes optimates: qui efficiunt, summi viri & conservatores civitatis putantur*, &c. Abram.

O furia) Furiam porro appellat, quia patriae fuerat Erinnys, ut cum Marone loquar, & rempublicam seditionibus factionibusque turbaverat. Idem.

Cujus fuit initium) Cum ludos Compitalitios & sacrificia servi Diis Laribus solerent exhibere, Senatus veritus ne servi praetextu & occasione ludorum aliquid contra salutem reipublicae molirentur, eos ludos fieri prohibuit, Luc. Metello & Q. Marcio Consulibus decem annis ante Pisonis & Gabinii Consulatum. Publius igitur Clodius, cum statuisset omni scelere vexare rempublicam, & faecem populi contra optimates, servitia contra liberos concitare, Sextum Clodium scribam suum, quem Cicero paulo post Clodianum canem appellat, impulit, ut ludos illos Senatus auctoritate sublatos renovaret. Id Tullius hoc loco reprehendit, quod Piso ipso sui Consulatus initio ludos hujusmodi fieri permiserit. Id.

Cujus initium) Bene totius rei specimen editurus ipsum initium assumit. Notum est illud Horatii:

Dimidium facti, qui coepit, habet:

quod habetur apud Lucianum in somno,

Ἀρχὴ δέ τοι ἥμισυ παντός.

Aristoteles 1. Ethic. cap. 7. Δοκεῖ πλεῖον ἢ τὸ ἥμισυ τοῦ παντὸς εἶναι ἡ ἀρχή.

pitalitii, tum primum facti post L. Metellum, et Q. Marcium Consules, contra auctoritatem hujus ordinis: quos

αρχη. *Videtur plus quam medium totius esse principium*. Plato 6. de legibus: Αρχη λεγεται μεν ἡμισυ παντος, εν ταις παροιμιαις, εργου. και το γε καλως αρξασθαι παντες εγκωμιαζομεν ἑκαστοτε. το δε, εστι τε, ὡς εμοι φαινεται πλεον η το ἡμισυ, και ουδεις αυτο καλως γενομενον εγκεκωμιακεν ἱκανως. *Principium communi proverbio dicitur omnis operis principium. Et bonum initium laudamus omnes. Hoc vero, mea sententia plus est quam dimidium: & quod pulchre positum fuerit principium, nemo laudavit satis hactenus pro rei dignitate*. Elegantissime omnium Pindarus ode 1. Pythiorum epodo 2.

Ναυσιφορητοις
Δ' ανδρασι πρωτα χαρις
Ες πλοον αρχομενοις πομ-
παιον ελθειν ουρον, εοικοτα γαρ
Και τελευτα φερτερου νοστου τυχειν.

Navigantibus viris prius gratia est navigationem auspicantibus ventum secundum aspirare, par est enim ut, etiamsi desierit, felicem reditum consequantur. Idem.

Ludi Compitalitii) Festus Pompejus: *Compitalia Festa, quae in compitis peragebant*. Glossae: *Compitalia* Θεων αγυιαιων ἑορται αἱ γινομεναι εν τοις τριοδοις ὑπο των πρεσβευοντων τοις νεκροις. *Festa Diis viarum praesidibus sacra, in compitis celebrari solita a mortuorum affinibus*. Per hos autem Θεους αγυιαιους viarum praesides lares intelligit, quibus compitalia solebant celebrari. Festus in voce pilae: *Pilae & effigies viriles & muliebres ex lana compitalibus suspendebantur in compitis, quod hunc diem festum esse Deorum inferorum, quos vocant lares, putarent, quibus tot pilae, quot capita servorum, tot effigies, quot essent liberi, ponebantur, ut vivis parcerent, & essent his pilis & simulachris contenti*. Ante quem Varro lib. 5. de lingua Latina: *Compitalia dies attributus laribus*. Naevius apud Festum v *Penis*, ut sequar Scaligeri lectionem:

Theodotum compella, qui aris compitalibus
Sedens in cella circumtecta tegetibus
Lares ludentes peni pinxit bubulo.

De laribus vide quae dicta sunt in Vatinianam: & 2. Philipp. Nunc quod ad rem spectat, Senatus Q. Metello, Q. Marcio Cons. eam ob causam videtur ludos Compitalitios sustulisse, quod cum proxime Italia bellis servilibus arsisset, providendum fuit, ne servi ad eos ludos & sacrificia convenirent, neve inde nova conspirationis occasio nasceretur. Solitos enim fuisse servos hujusmodi sacrificiis adhiberi ex Dionysio libro 4. compertum est. *Deinde per omnia compita mandavit, ut viciniae sacella lignea dedicarent Geniis compitalibus, & quotannis eis sacra facerent, conferentibus liba singulis domibus. Sacrificiis qui Compitalium tempore pro vicinis sacra facerent, non ingenuos, sed servos adesse & ministrare voluit: quasi Geniis illis gratum esset servorum ministerium: quod festum nostra quoque aetate Romani agitant, paucis diebus post Saturnalia summa cum veneratione ac magnificentia, & Compitalia a compitu appellant*. Ann. Sicut Faernus in suis reperit *Compitalii*, sic & legitur in Asconio MS. Grav.

Post L. Metellum, & Q. Marcium Coss.) Novem ab hinc annis. Olim legebatur *Luscellium*, ut fortasse *L. Cecilium* legendum sit. Hotton. *Post L. Metellum & Q. Marcium Coss.*) Est a P. Manutio, sive Gabr. Faerno, cujus notas aveam videre: prius cusi, *post L. Aurelium & C. Marium*, at Victoriana, *post L. Luscellium & C. Marium*, quomodo item mss. nostri: sed monuit lib. XXI. Adversar. cap. 15. Turnebus, auctore Asconio, legendum *L. Julium & C. Marium*. Grut. *L. Metellum & Q. Marcium Coss.*) Utrumque Consulem appellat, licet solus Marcius gesserit Consulatum. Dio fragment. lib. 34. *Q. M. Consulatu, hic enim, quamvis non solus Consul declaratus, solus tamen gessit Consulatum: nam & L. Metellus cum eo factus Con-*

quos Q. Metellus (facio injuriam fortissimo viro mor-
tuo,

Consul anno ineunte vita defunctus est : & qui in ejus locum suffectus fuerat, priusquam magistratum iniret diem obiit, & eam ob rem nemo alius Consul est creatus : verti *suffectus fuerat*, quamvis *ἀφαιρεθεὶς* aliud sonare videatur : sed sententiæ potius, quam vocis habendam statuo rationem, ut & fecit Xylander. ABRAM. Sane pro *L. Cæcilio*, *Q. Marcio*, ut nunc legitur in editionibus Asconii, in meo manuscripto habetur *L. Iulio C. Mario*. GRÆV. Miror equidem, qui fieri potuerit, ut nomina illa Consulum, *L. Iulio*, *C. Mario*, in Asconium irrepserint, quæ codices Hottom. & Græv. editique ante P. Man. habent; si cum Turnebo legendum non est, *L. Iulio*, *C. Marcio* : quod ille par Consulum, adjectione litteræ unius erutum, ex Asconio immittebat in Tullium : cum præsertim veteres omnes editi, scriptique Tulliani *C. Marium* exhibeant. Manutius enim in not. ad Ascon. profitetur, se *L. Cæcilii*, & *Q. Marcii* nomina de conjectura Ciceroni, & Asconio reddidisse. Quæ quidem Hottomanno quoque probata conjectura est, debetque certissima existimari, si sana illa sunt Asconii verba ; *post novem deinde annos, quam sublata erant, P. Clodius Tribunus pl. lege lata restituit collegia*. Tribunatus enim Clodii, h. e. annus DCXCV. novem plane annis distat ab anno DCLXXXV. quo Consules fuerunt L. Cæcilius Metellus, & Q. Marcius Rex, utroque termino excluso, ut solet Asconius : qui & hic *ante biennium, quam restituerentur collegia*, designatum Consulem dicit Metellum Celerem, cum anno DCXCII. designatus fuerit; & supra ad c. 2. eodem modo numerat annos XXXVI. inter annum DCLIII. & DCXC. a Mario sextum Consule ad Consulem Ciceronem. Bene quoque, *L. Cæcilio*, & *post L. Cæcilium* ; quamquam *Metellum*, si quis hoc malit, defendent ea, quæ notavimus ad c. 4. pro Sulla ; & ipse Asconius in arg. Cornel. habet, ut eo loco Tullius, *M. Lepido*, *L. Volcatio Coss.* Quod si L. Iulius Cæsar, & C. Marcius Figulus Consules an. DCLXXXIX. hic nominati fuerint, tunc mendose Ascon. *post novem deinde annos*, & emendandum esset, *post quinque*. Atque adeo in hoc Consulatu constare sibi videtur Asconius, ita in Cornel. scribens p. 967. Græv. *Frequenter tum etiam cœtus factiosorum hominum sine publica auctoritate fiebant malo publico : propter quod postea collegia S. C. & pluribus legibus sunt sublata, præter pauca, atque certa, quæ utilitas civitatis desiderasset, ut Fabrorum, Lictorumque*. Cornelius autem Tribunus pl. fuerat anno DCLXXXVI. qui cum de Tribunatus actis accusaretur, a Tullio defendebatur anno DCLXXXVIII. Collegia igitur non ante L. Iulii, & C. Marcii Consulatum sublata fuerint : nisi vox *postea* deleatur. Porro I. A. Fabricius ad Dion. Cass. XXXV. 4. nullum alium Consulem putat L. Metellum, qui anno ineunte decessit, fuisse suffectum : & sane *ἀφαιρεθεὶς*, ut ille legit, invenisse jam editum videtur Abramius. Sed rectius malle Reimarum puto *ἀνθαιρεθεὶς*, *qui suffectus fuerat* : videntur enim illa, *ἐν ἀρχῇ τοῦ ἔτους*, *initio anni*, & *πρὶν ἐπιβῆναι τῆς ἀρχῆς*, *antequam magistratum iniret*, inter se pugnare, si de uno L. Metello dicantur : quem illo anno solum cum Rege Consulatum iniisse constabit, si annum ejus nomine, quamvis cito mortui, Tullius h. l. signaverit. GAR.

ASCONIUS.

Quos Q. Metellus (facio injuriam fortissimo viro mortuo, qui illum, cujus paucos pares hæc civitas tulit, cum hac importuna bellua conferam) sed ille designatus Consul, cum quidam tribunus pl. suo auxilio magnos ludos contra S.C. facere jussisset, privatus fieri vetuit : atque id, quod nondum potestate poterat, obtinuit auctoritate. Tu, cum Kalendis Ian. Compitalitiorum dies incidisset, Sex. Clodium, qui nunquam antea prætextatus fuisset, ludos facere, & prætextatum volitare passus es) L. Cæcilio, Q. Marcio Coss. quos & ipse Cicero supra memoravit, S. C. col-

legia

Digitized by Google

tuo, qui illum, cujus paucos pares hæc civitas tulit, cum hac importuna bellua conferam) sed ille designatus Consul, cum quidam Tribunus plebis suo auxilio

legia sublata sunt, quæ adversus rempubl. videbantur esse. Solebant autem magistri collegiorum ludos facere, sicut magistri vicorum faciebant, Compitalitios prætextati, qui ludi sublatis collegiis discussi sunt. Post novem deinde annos, quam sublata erant, P. Clodius tribunus pl. lege lata restituit collegia. Invidiam ergo & crimen restitutorum confert in Pisonem, quod, cum consul esset, passus sit ante, quam lex ferretur, facere prætextatum ludos Sex. Clodium. Is fuit familiarissimus Clodii, & operarum Clodianarum dux: quo auctore postea illato ab iis corpore Clodii, curia cum eo incensa est. Quos ludos tunc quoque fieri prohibere tentavit L. Mummius trib. pl. Ante biennium autem, quam restituerentur collegia, Q. Metellus Celer consul designatus magistros ludorum ludos Compitalitios facere prohibuerat, ut Cicero tradit, quamvis auctore tribuno pleb. fierent, cujus tribuni nomen adhuc non inveni.

VARIORUM.

Quos Q. Metellus) Qu. Metellum Celerem paulo ante Clodiæ scelere extinctum intelligit: pro Cælio § 59. Ceterum locus est involutus, & quem nemo nisi scripturam emendet possit evolvere. Placet mihi Manutii conjectura, qui legit adjuvante Asconio Pediano: *Magistros ludorum ludos contra S. C. facere jussisset*: quo posito res est expedita. Quos quidem ludos Compitalitios, cum quidem Tribunus plebis eos contra S. C. fieri jussisset a magistris ludorum, Qu. Metellus Consul quidem designatus, sed adhuc privatus fieri vetuit. Neque vero est quod illa verba *sed ille* quemquam obturbent: siquidem propter parenthesim adjecta sunt. Mihi venit aliquando in mentem posse legi *ludos*, &c, *fieri jussisset*: quasi τὸ *magnos* ex imperiti cujusdam nota ad marginem adscripta in textum irrepserit: vel, *hos & magnos ludos contra S. C. fieri jussisset*: cujus conjecturæ reddam in Notis rationem. ABRAM.

Cum hac importuna bellua compares) Videtur respexisse ad Æschynis locum ex oratione contra Ctesiphontem, *οὐδ' ἐν ταῖς αὐταῖς ἡμέραις ἄξιον ἡγοῦμαι μεμνῆσθαι τοῦ θηρίου τούτου καὶ ἐκείνων τῶν ἀνδρῶν*. *Neque his diebus dignum arbitror meminisse hujus belluæ, atque istorum hominum*. F. VASIN. Cod. Lamb. omittit *hac*: ipse autem Lamb. *cui paucos pares*, nullo laudato libro, at prorsus immerito. Putavit enim, opinor, genitivum hic Latinorum consuetudini adversari. Sed ipse Tullius alibi quoque sic loquitur, & alii optimi, ut ostendit Mencken. in Obs. L. L. p. 707. 708. GAR.

Quidam tribunus plebis) L. Mummius. HOTTOM. Pessime. Tribunus hic est, cujus nomen Asconius se nondum ait invenisse. Clodio autem restitisse idem narrat illius in Tribunatu collegam L. Mummium: quo tamen in nomine mendum esse apud Asconium videtur. In ed. Opor. est *L. Mumius*, quod factum de more arbitror ex *L. Ninnius*: vide ad c. 31. pro Sext. Hic enim est Ninnius, qui Ciceroni opem ferre conatus est illo ipso turbulentissimo anno, totiesque laudatur in his orationibus. Si licet autem in re ab Asconio ignorata conjecturam interponere, me suspicari dicam, Tribunum illum, cui Metellus restitit, C Herennium fuisse. Cum enim, postquam designatus Consul fuit Metellus, Compitalia mense Decembri primum redire debuerint, & malarum partium Tribunum illum fuisse oportuerit; C. Herennius & eo mense post Nonas Tribunatum iniit, & P. Clodii amicus erat, quem traducebat ad plebem, ex I. ad Att. 18. Quod si Compitalia liceret ante Tribunorum mutationem indicta censere, is tunc fuerit Q. Fusius Calenus: nam I. ad Att. 14. *præter Fusium*, inquit, *bonis utimur Tribunis pl.* quæ scripta epistola est Idibus Februariis Mes-

lio magistros ludos contra Senatusconsultum facere jus-

Messala, & Pisone Coss. Gar.

Magnos ludos contra S. C.) Legendum esse *magistros* scripsi olim in Asconio meo. Hott. *Magistros ludos & contra S. C. &c.*) Est a Turnebo; sed respondent mss. Erfurd. Pall. pr. ac sec. vulgo erat *magnos*: inepte: ut pluribus hauries e Pighio nostro ad annum V. C. DCXCII. in Fastis Annal. Rom. Gryt. Non de ludis magnis, sed Compitalitiis loquitur Cicero, quos magistri vicorum facere solebant ante collegia sublata. Pisonem igitur accusat Cicero, quod Consul eos primum post sublata collegia contra S. C. fieri permisisset. Itaque legendum pro *magnos magistros*. Hanc correctionem non oscitabundus lector ex ipsa Pædiani commentatione haud difficulter colliget atque approbabit, quamvis in eadem quoque menda lateat. Nam pro *magistros ludorum* legendum est *magistros vicorum*. Hos enim scribit paullo ante ludos compitalitios facere solere prætextatos priusquam collegia S. C. e rep. sustollerentur. Hosque etiam primum, Pisone Consule permittente, contra Senatus auctoritatem postea fecisse Sex. Clodium inimici sui sodalem, qui nunquam antea prætextatus fuerat conqueritur ipse Cicero. Steph. Pighius. *Magnos ludos*) Malim *magistros virorum ludos*, &c. Nam in eo Tullius Pisonem Qu. Metelli comparatione reprehendit per antithesim. Primo quod Metellus prohibuerit, Piso ludos fieri permiserit; Piso jam Consul, Metellus designatus duntaxat; Metellus exhiberi vetuerit per eos, qui purpuræ jam antea jus habuissent, Piso ab eo fieri permiserit, qui nunquam antea prætextatus fuisset. Adde quod si magistros ludorum dixit, vel magistros omnium ludorum, vel duntaxat magistros ludorum Compitalitiorum intelligit: non omnium ludorum, siquidem plerosque Ædiles, & majores alii magistratus exhibebant; nec Compitalitiorum, siquidem iis Senatus auctoritate sublatis, nulli horum ludorum magistri erant instituti. Jam quod vicorum magistri alio quam ludorum nomine proprii scilicet magistratus prætextæ jus obtinerent, constare videtur ex Livio libro 4. decad. 4. *Magistris vicorum toga prætexta jus permittemus?* Et ex Dione lib. 55. *Compita vicique suos e plebe procuratores habuerunt, quos vocamus magistros compitorum. Et iis concessum est, ut prætexta, duobusque lictoribus, in iis locis, quibus præsunt, certis diebus utantur.* Στενωπάρχας *vicorum sive compitorum magistros* appellat, ad quos proinde, ludorum Compitalitiorum, si ceteroqui permissi fuissent, procuratio pertinebat: duplici igitur nomine reprehenditur Piso, & quod ludos fieri, & quod per alium quam per vicorum magistros fieri permiserit. Abram. Primo tenendum est, non omnia SCto illo sublata fuisse collegia; quod vidit, docuitque ex Asconio Manutius ad c. 15. pro Sext. Eo fortasse pertinet Q. Ciceronis locus de petit. Cons. 8. *Deinde habeto rationem urbis totius, collegiorum omnium, &c.* Est enim anno DCLXXXIX. conscriptus libellus. Heic itaque *magistros* intelligere licet eorum, quæ supererant, collegiorum. Potuit ipse Sex. Clodius magister Scribarum esse, quorum collegium sublatum certe non fuerat. Sed vicorum magistros admiscet Asconius: *Solebant*, inquit, *magistri collegiorum ludos facere, sicut magistri vicorum faciebant, Compitalitios prætextati*. Sana, nec ne, ista sint, non disputo. Illa certe corrupta: *Q. Metellus —— magistros ludorum ludis Compitalitios facere prohibuerat*. Vox *ludorum* ridicule inserta: deest omnino necessaria illa, quam summopere desideramus, explanatio. Nihil equidem obstare admodum puto, quin aliquo modo iis temporibus magistri vicorum aliqui exstiterint. Hoc mihi pati videntur Svetonii Aug. XXX. & Dionis LV. 8. qui adferuntur, loci; ex quibus novam ἐποχὴν, novaque plurima in his magistris ita repetere ab Augusto jubemur, ut inauditum tamen eorum nomen antea, munere aliquo adjuncto, existimare pre-

Digitized by Google

jussisset, privatus fieri vetuit: atque id, quod nondum potestate poterat, obtinuit auctoritate. Tu, cum in III. Kalendas Ianuarias Compitaliorum dies incidissent,

propterea non cogamur. De horum prætexta fallitur Abramius: quam ipse in certos dies, & locos iis concessit Augustus. Satis est, si ludis Compitalitiis usi fuerint, idque cum Asconio significarit Livius XXXIV. 7. Iam vero sive soli collegiorum, quæ superant, sive simul vicorum magistri eos ludos facere conati sint: utramvis ob causam in Asconium vocem *vicorum* pro *ludorum* intrudere, atque inde cum Pighio, Abramio, & Ernesto in Ciceronem ipsum transferre non ausim. Erraret ipse vehementer Asconius, si hos ludos magistri vicorum soli curarint. Tantum moneo, crebram esse apud Tullium in Clodianis collegiis *vicorum* mentionem: veluti pro Domo 21. de Har. Resp. 11. pro Sext. 15. quos locos inspice. GAR.

Privatus) Consul tamen designatus. HOTTOM.

Tu cum III. Kalend. Ian. &c. Turnebus reponit *in III. Kalend. Ian.* & quidem e mss. quod cum etiam adnotasset Ahala, ausus sum exhibere quod videtis, secutus membranas nostras: *in* enim facile migret in III. Hottomannus quidem lib. VIII. Observat. cap. 7. improbat hanc emendationem, sed tamen non enervat argumenta pro Turnebo militantia. GRUT. Erfurt. *Tum cum in Kalendas Januar.* ut ceteri MSS. GRAEV. Legendum censeo, *cum in Kalendas Ianuarias Compitaliorum dies incidisset*. Omnes ante Grut. editi cum optimo Erfurt. aliisque MSis recte *in Kal.* ut ab Oliv. & Lallem. restitutum fuit. Nobis favet ea permutatio, de qua Grut. monet (quem *in III. Kal.* dare voluisse putat Ernestus: sed potuit *cum* III. *Kal.* ab ipso, ejusque MSis esse) & Drak. ad Liv. XXIX. 15. duasque lectiones conjunxit Turnebi codex, & si qui alii habent, *cum in* III. *Kal.* Apud Ascon. haud absurde quidem editur, *cum Kalendis Ianuariis*: sed videtur præpositionem absorbuisse antecedens littera, tum notæ perperam explicatæ, quas extitisse subindicat ed. Oporini habens *Kalend.* Iam apud Cic. tres MSi Brit. *in Kalendis Ianuariis*, medio inter has varietates errore. Pro sua lectione Turnebus XXI. Adv. 15 nullum aliud argumentum adfert, nisi Compitalia in ipsas Kal. incidisse, ab se non putari. Contra Hottom. & hic, & in Observat. solide nostram firmat: & modo ipse Tullius de Pisonis Consulatu dicere incipiens, *cujus*, inquit, *fuit initium ludi Compitalitii*. Quis autem tradidit, triduo post Compitalia hos fieri ludos consuevisse? Recte item scribitur *Compitaliorum* ex MSis Faerni, Turnebi, & Lambini, aliisque, item ex Rom. & sec. Ven. Male *Compitalitiorum* retulerunt Oliv. ac Lallem. qui tamen bene *incidisset*, ut in cod. Asconii reperit Hottom. & fortasse Grævius; quod mihi suffragium sufficit in ea re a Man. Lamb. & Hott. abunde demonstrata; ipso quoque Tullio facem præferente, dum unum diem nominat, in quem inciderint Compitalia. Sed accedunt quatuor MSi Britann. quibus etiam volentibus Oxonienses dederunt *Compitaliorum*, Oliveto recte deserto. Bene omnia Oudend. ad Svet. Aug. XXXI. nisi quod *in III. Kal.* præferebat. GAR.

Compitaliorum dies incidissent) Asconius, *incidisset*: quod probo, cum unus tantum dies eorum ludorum esset. Adr. Turnebus vir summus reponit ex aliquo lib. *In* III. *Kal.* non recte: nullam enim tum ejusmodi potestatem Piso habebat. Itaque modo Q. Metellum designatum Consulem Pisoni jam Consuli, & imperium obtinenti, & potestatem in Sex. Clodium habenti opposuit. HOTTOMANN.

Compitaliorum dies incidisset) Sic legendum, non *Compitalitiorum*: & ita habent etiam nostri cod. Compitalia, dies

sent, Sex. Clodium, qui numquam antea prætextatus fuissset, ludos facere, et prætextatum volitare passus es,

dies festus: est enim unus, ex quo ludi Compitalitii nominati. LAMB. *Compitaliorum dies incidissent*) Lambinus secutus Manutium *incidisset*, sed nolentibus libris. GRUT. *In Kal. Ian. Compitaliorum dies incidissent*) Legit Manutius, *incidisset*, quod nec plures dies in unas Kalendas incidere potuerint, & ex Varrone unus dies esset Laribus attributus. Bene autem in Kalendas Ianuarias incidit; nam ut supra e Dionysio retulimus, solebat paucis diebus post Saturnalia celebrari. quæ Decembri mense contingebant. Vnus in re tam comperta Senecæ locus suffecerit, epist. 18. *December est mensis, quo maxime civitas desudat, jus luxuriæ publice datum est: ingenti apparatu sonant omnia: tanquam quidquam inter Saturnalia intersit, & dies rerum agendarum: adeo nihil interest, ut non videatur mihi errasse, qui dicit, olim mensem Decembrem fuisse, nunc annum.* Nec immerito sane Compitalia Saturnalibus annexa celebrabant: ut enim Compitalibus servi publice, sic domi Saturnalibus auctoritatem obtinebant. Idem Seneca ep. 47. *Instituerunt diem festum, quo non solum cum servis domini vescerentur, sed utique honores illis in domo gerere, jus dicere permiserunt, & domum pusillam rempublicam esse judicaverunt.* Sed de his plura Lipsius, & Macrobius. Sed nota hunc festum a Cretensibus videri deductum: licet Creticam servorum libertatem Romani sua prudentia temperarint. Athenæus lib. 6. *His vero sunt statæ quædam festivitates in Cydonia, quibus non ingrediuntur urbem liberi, sed servi summam habent omnium potestatem, jusque liberos virgis cædendi.* Sed ad rem. Quamvis Compitalia Saturnalibus succederent, certus tamen dies non erat iis attributus: vides hic in Kalendas Ianuarias incidisse. At lib. 7. ad Atticum: *Ego, quoniam IV. Non. Ian. Compitalitius dies est, nolo eo die in Albanum venire molestus familiæ.* Festus: *Conceptivæ feriæ festa dicebantur, quæ incertis diebus servabantur quotannis, ut sementinæ, compitalitiæ.* Varro 5. de lingua Latina: *Compitalia dies attributus laribus, quotannis is dies concipitur*: id est, constituitur pontificum, vel magistratuum arbitratu, & nunc hoc nunc illo die celebrandus indicitur. Macrobius lib. 1. Saturnal. c 4. refert hæc verba ex edicto Prætoris has ferias indicentis: *Die nono post Kal. Ian. Quiritibus compitalia erunt.* ABRAM.

Prætextatus fuisset) Prætextæ jus habuerunt ludorum editores: vide quæ de funerum arbitris dicta sunt ad Vatinianam cap. 12. Festus Pompejus, ut Iosephus Scaliger odoratur ex tenuibus scripturæ vestigiis: *Prætexta nulli alii licebit uti, quam ei qui jure magistratus haberet, & in loco publico ludos faceret. Is enim ea utitur, & scribam habet, ob eos, quos facit, ludos*: vide Scaligerum in hunc locum: adstipulatur Asconius hic, & Cic. paulo post. IDEM.

Volitare) Verbum *volitare* tum impunitatem ostendit, ut in Sextiana: *Non solum alacres lætique volitare, sed etiam voluntarios fortissimis atque optimis civibus periculum moliri, de se nihil timere*: tum ostentationem

Ductores ostro volitant, auroque decori.

Græci eadem translatione dicunt ἀεροβατεῖν, & πέτεσθαι: vide lepidissima apud Divum Chrysostomum in morali homilia vicesima in epistolam ad Romanos. Quod Sophocles sic expressit in Ajace:

Ὑψηλ' ἐχόμενος κατ' ἄκρων ὀνύχων...

Εἰώθασι γὰρ, ait interpres Aristophanis, ἀλαζόνες ἐπ' ἄκρων ὀνύχων βαδίζειν. *Solent enim superbi extremis unguibus insistentes incedere*: unde fortasse & ὑπερφίαλοι, quod ita leviter terram tangant, ut super phialas ambulare videantur. IDEM.

es, hominem impurum, atque non modo facie, sed etiam oculo tuo dignissimum. Ergo his fundamentis positis Consulatus tui, triduo post, inspectante, et tacente te, a P. Clodio, fatali portento, prodigioque reipublicæ, lex Ælia, et Fusia eversa est, propugnacula,

ASCONIVS.

PAVLO POST. *Ergo his fundamentis positis consulatus tui, triduo post, inspectante, & tacente te, a P. Clodio fatali portento, prodigioque reip. lex Ælia, & Fusia eversa est, propugnacula, murique tranquillitatis, atque otii: collegia, non ea solum, quæ Senatus sustulerat, restituta, sed innumerabilia quædam ex omni fæce urbis, ac servitiorum constituta, ab eodem homine in stupris inauditis, nefariisque versato, vetus illa magistra pudoris, & modestiæ censoria severitas sublata est*) Diximus, L. Pisone, & A. Gabinio Coss. P.Clodium Tribunum pl. quatuor leges perniciosas tulisse. Annonariam, de qua Cicero hoc loco mentionem non facit, (fuit enim summe popularis) ut frumentum populo quod antea (1) semis æris, ac trientibus in singulos modios dabatur, gratia daretur. Alteram, ne quis per eos dies, quibus cum populo agi liceret, de cœlo servaret: propter quam rogationem ait legem Fusiam, & Æliam, propugnacula, & muros tranquillitatis, atque otii, eversam esse: obnunciatio enim, qua perniciosis legibus resistebatur, quam Ælia lex confirmaverat, erat sublata. Tertiam de collegiis restituendis, novisque instituendis, quæ ait ex servitiorum fæce constituta. Quartam, ne quem censores in senatu legendo præterirent, neve qua ignominia afficerent, nisi qui apud eos accusatus, & utriusque censoris sententia damnatus esset. Hac ergo ejus lege censuram, quæ magistra pudoris, & modestiæ est, sublatam ait.

VARIORVM.

Ergo his fundamentis) Postquam ludos Compitalitios fieri sinens, totius magistratus gerendi specimen edidisti. ABR.

Triduo post) Pridie nonas Ianuarias passus es P. Clodii Tribuni pl. rogatione leges Æliam, & Fusiam abrogari. IDEM.

Fatali portento) Qui quasi fatis esset missus videri potuit ad lacerandam perdendamque rempublicam. ID.

Lex Ælia, atque Fusia eversa est) Pighius noster in Fastis ad annum Vrbis DXCVII. tentat *legg. Ælia*, &c. *eversæ*: duæ enim erant leges, ut existimat P. Manutius. GRVT. *Lex Ælia & Fusia*) Quid istæ leges continerent, satis pro Sextio explicatur: *Lata lex est*, inquit, *ne auspicia valerent, ne quis obnunciaret, ne quis legi intercederet, ut omnibus festis* (alias *fastis*) *diebus legem ferri liceret, ut lex Ælia, lex Fusia ne valeret*. Hæc autem erat, ut ostendit Manutius fusissime libro de legibus Romanis, inter utramque distinctio, quod lex Ælia de auspiciis esset, obnunciatione Augurum, & magistratuum, & intercessione Tribunorum, juberetque ut eo die, quo obnunciatum, aut intercessum fuisset, comitia solverentur, nec omnino cum populo ageretur. Lex vero Fusia diebus fastis cum populo agi prohiberet, diesque tantummodo nonnullos relinqueret, qui a comitiis habendis comitiales dicerentur. Has autem leges propugnaculum reipublicæ vocat, quod hac ratione tolleretur legum Tribunitiarum multitudo, quas si singulis diebus sine

(1) Semis æris. *Ita recte Manut. ex c. 25. pro Sext. & ita forte cod. Mem. qui tacet. Antea corrupte*, senis æris. GAR.

cula, murique tranquillitatis, atque otii: collegia non ea solum, quæ Senatus sustulerat, restituta, sed innumerabilia quædam nova ex omni fæce urbis, ac servitio concitata: ab eodem homine, in stupris inauditis, nefariisque versato, vetus illa magistra pudoris, et modestiæ, severitas censoria sublata est: cum tu in-

sine intercessione & obnunciatione ferre licuisset, multæ seditiones exstitissent. Post reditum ad Quirites: *Quo inspectante, ac sedente legem Tribunus plebis tulit, ne auspiciis obtemperaretur: ne obnunciare concilio, aut comitiis, ne legi intercedere liceret: ut lex Ælia, ut Fusia ne valeret: quæ nostri majores certissima subsidia reipublicæ contra tribunitios furores esse voluerunt.* ABRAM.

Propugnacula, murique tranquillitatis, atque otii) Vide Burmann. Sec. Tom. I. Anthol. Lat. p. 84. Ferratii epistolam de his duabus legibus, quam exhibere ad calcem vol. VII. ut ad c. 5. p. r. in Sen. promissum fuerat, non potuimus, cum chartæ a libro Ferratii eum in usum abscissæ perierint, nunc demum, alio reperto exemplo, haud minus opportune in hujus voluminis extrema parte recusam invenies. GAR.

Restituta, sed innumer. &c. concitata) Haud aliter Pall. omnes, tres scilicet pr. sec. oct. item editio vetus: ne laudem Erfurdiensem codicem a Suffrido consultum. GRUT. Quibus accedit Pith. Asconius tamen legit cum multis editis *constituta*, & hoc sententia postulat. GRÆV. *Concitata* erat in Rom. utraque Ven. Ald. & Naug. sed recte cum Asconio Hervag. P. Man. S. Gryph. C. Steph. Lamb. Oliv. ac Lull. *constituta*, Britannicis MSis omnibus, ut puto, confirmantibus, quorum nulla, ut neque Memmianorum, varietas adnotatur. Immo videtur Asconio in eo quoque parendum, quod solus habet, *servitiorum*. Utramque ipse lectionem suam in interpretatione confirmat iis verbis: *quæ ait ex servitiorum fæce constituta*. Oliv. & Lall. *restituta sunt*, quomodo ab Aldo seniore ad Gruterum obtinuit: sed ab hujus, & Lamb. codicibus, & ab uno Britann. item ab ed. Rom. & utraque Ven. atque ab Asconio abest verbum *sunt*. Omittit etiam Asconius vocem *nova*, quamvis adnotet, *novisque instituendis*. Eam vero præter Tullianos codices firmat locus etiam similis pro Sext. 25. *ut collegia non modo illa vetera contra SCum restituerentur, sed ab uno gladiatore innumerabilia alia nova conscriberentur*. At cel. Ernest. in prima editione Asconii reperit *concitata*, idque præfert, atque propugnat. Me tamen sententiæ nondum meæ pœnitet: cum intelligam, Clodianas heic leges enumerari, ut eo Sextianæ loco, neque lege *concitata* collegia putem, sed ex infima plebe, servisque *constituta*: verum concitationi tum denique locum esse, cum pro tribunali Aurelio legis jussa peragerentur, qua de re tum infra c. 5. tum alibi, tum ita pro Domo 21. *cum in tribunali Aurelio conscribebas palam non modo liberos, sed etiam servos, ex omnibus vicis concitatos*. Hæc autem nova collegia Cæsarem postea sustulisse narrat in illius vita Svetonius c. XLII. ut jam eruditi viderunt, cum is reliquerit *antiquitus constituta*. Cujus quidem rei, nisi juvaret Cicero, difficiliorem faceret explicationem Dion. XXXVIII. 13. ubi de hac lege Clodii hæc tantum habet: *τα εταιρικα, Κολληγια επιχωριως καλουμενα, οντα μεν εκ του αρχαιου, καταλυθεντα δε χρονον τινα, ανενεωσατο: sodalitates, quæ Collegia Romani vocant, antiquas quidem illas, verum per tempus aliquod dissolutas, renovavit*. GAR.

Vetus illa magistra pudoris & modestiæ, severitas censoria) Lucanos ita commendat Nicolaus Damascenus; *Lucani judicia habent ut de aliis injuriis, ita & de intemperantia & inertia*

 con-

interim, bustum reipublicæ, qui te Consulem tum Romæ dicis fuisse, verbo numquam significaris sententiam tuam tantis in naufragiis civitatis.

5. Nondum quæ feceris, sed quæ fieri passus sis, dico:

constituta. At Romani magistratum habuerunt, qui in cujusvis mores inquireret. Plutarchus in Catone Censorio de Censura loquens: *Hic magistratus omnium honorum est fastigium, & quodammodo vitæ politicæ perfectio, tum quoad cetera magnam potestatem habens, tum in primis inquisitionem in mores cujuscunque civis: neque enim nuptias aut matrimonium cujusquam, neque vitæ degendæ rationem, aut convivium sine judicio & examine arbitrabantur esse relinquendum, quin de cujusvis cupiditatibus, & animi inductione inquirerent, multo magis in rebus hujusmodi, quam in publicis actionibus hominum mores elucere arbitrati, custodem & moderatorem & punitorem, ne quis voluptatibus adductus, a patriis moribus, & communi vita deflecteret, elegerunt ex patriciis unum, unum item ex plebejis*. Livius libro 4. *Tanto incremento aucta est censura, ut morum disciplinæque Romanæ penes eam regimen, Senatus equitumque centuriæ, decoris, dedecorisque discrimen sub ditione ejus magistratus, publicorum jus privatorumque locorum & vectigalia populi Romani sub nutu atque arbitrio essent*. Atque ut de severitate pœnisque censoriis pauca dicamus: *Censores eos vocabant potestatem habentes equos equitibus detrahendi, & Senatu movendi eos, qui intemperanter & inordinate vixissent*. Si gravius Senatores peccaverant, non eos solum in recensione Senatus præteribant, neque solum equitibus equum publicum adimebant, sed etiam tribu movebant & ærarios faciebant, id est cogebant certum tributum ærario pensitare. Sexcenta apud Livium exempla sunt: vid. lib. 24. & librum 27. etiam de equitibus loquens, *omnes ærarios fecerunt*: lib. 34. & alibi. Libro 4. Censores ægre passi Mamercum, quod magistratum populi Romani minuisset, *tribu moverunt octuplicatoque censu ærarium fecerunt*. Nonnunquam autem quibus equos adimebant, eos equis privatis militare cogebant: lib. 37. *Iis omnibus (& multis erant adempti equi, qui Cannensium legionum equites in Sicilia erant,) addiderunt acerbitati etiam tempus, ne præterita stipendia procederent iis, qui equo publico meruerant, sed dena stipendia equis privatis facerent*. Iam vero quam pudori, pudicitiæque consultum vellet severitas Censoria, illud Catonis exemplo sit: *Senatu movit Manilium, qui Consul futurus videbatur, propterea quod suam uxorem interdiu, & vidente filia fuerat osculatus*. Atque ut postremo & Censoriæ severitatis exemplum habeamus, & ne longius abeamus: *C. Lentulus & L. Gellius Censores asperam censuram egerunt, quatuor & sexaginta Senatu motis*: ut habetur in epitome Liviana dec. decimæ, lib. 8. vide Gellium lib. 4. Noct. Attic. de eo qui pene damnatus est, quod coram Censore clare nimis & sonore oscitasset. Multa censoriæ severitatis exempla congessit Petrus Herodius in suas pandectas rerum judicatarum. Ass.

Sublata est) Clodius tum in aliis rebus eorum minuebat auctoritatem, tum prohibebat, ne Censores quemquam Senatu dejicerent, nisi qui apud eos accusatus, damnatusque fuisset Censoris utriusque sententia. In.

Bustum reipublicæ) Tradit alicubi Cic. ne naufragio finias, cum ab incendio & flamma inceperis: apte tamen hoc loco utraque translatione reipublicæ calamitatem exaggerat, quasi flamma cum fluctibus conjurarit ad reipublicæ perniciem. Idem.

Nondum quæ feceris) Prudenter hæc addit, partim ut objectionem occupet, viamque defensionis omnem præcludat, partim ut auditorum animos majorum scelerum exspectatione suspensos ad attentionem invitet. Idem.

Neque vero multum interest) Quisquis enim

dico: neque vero multum interest, præsertim in Consule, utrum ipse perniciosis legibus, improbis concionibus rempublicam vexet, an alios vexare patiatur. An potest ulla esse excusatio, non dicam male sentienti, sed sedenti, cunctanti, dormienti in maximo reipublicæ motu Consuli? centum prope annos legem Æliam, et Fufiam tenueramus; quadringentos ju-

enim patitur peccare peccantem, is vires subministrat audaciæ, ait Arnobius lib. 4. Ioannes Xiphilinus in Galba: *Nam etsi satis est privatis hominibus nullam injuriam facere, tamen principem etiam providere oportet, ne ceteri faciant: propterea quod nihil interest eorum, qui injuriam patiuntur, a quo eam acceperint. Itaque Galba licet ipse nihil per injuriam faceret, tamen quod sineret libertos facere, aut quod ea, quæ ab aliis gererentur, ignoraret, male audiebat*. Seneca in Troade, actu secundo Agamemnonem ita loquentem inducit:

—— *in me culpa cunctorum redit.*
Qui non vetat peccare, cum possit, jubet.

Idem. Hunc locum sic adfert Capella p. 422. Rhet. Capp. *Nihil interest, utrum ipse Consul improbis concionibus, perniciosis legibus rempublicam vexet, an alios vexare patiatur*. Gar.

Sedenti) Oscitanti, non auxilianti. Livius lib. 7. *Quid enim aliud esse causæ credamus, cur veteranus Dux, fortissimus bello, compressis, quod ajunt, manibus sedeat*. Demosthenes Olynthiaca 2. Ἀλλ', οἶμαι, καθήμεθα οὐδὲν ποιοῦντες· οὐκ ἔνι δ' αὐτὸν ἀργοῦντα, οὐδὲ φίλοις ἐπιτάττειν ὥσπερ αὐτῷ τι ποιεῖν μή τί γε τοῖς θεοῖς. *Nos vero sedemus nihil facientes: atqui non licet eum qui otiatur, amicum hortari, ut quicquam pro se moliatur: multo minus Deos ii sibi*. Maro 3. Georgicon:

Dum medicas adhibere manus ad vulnera pastor
Abnegat, & meliora Deos sedet omnia poscens. Abram.

Adde Victor. XVI. Var. Lect. 20. Garaton.

Centum prope annos) Bene legem commendat a vetustate: nihil enim periculosius, quam si quid in legibus innovetur. Thucydides lib. 3. *Omnium vero gravissimum est, si de quibus decrevimus, eorum nihil firmum fixumque teneamus, neque noverimus meliorem esse statum civitatis, quæ deterioribus legibus, sed stabilioribus utitur, quam quæ bonis quidem, sed instabilibus fuerit constituta*. Vide Augustum apud Dionem 53. Romanis Remp. redditurum. Plato 7. de legibus multa in hanc sententiam & suo more pulcherrima: *Mutationem enim omnium præter quam malorum multo periculosissimam inveniemus, in anni tempestatibus, in ventis, in vivendi rationibus, in moribus animorum. Quare si quis frequenter novas leges veteribus subrogarit, nullam ea majorem civitati pestem esse dixerimus*. Eamque ob rem sic in principio libri secundi laudat Ægyptios, quod ritus antiquos retinerent: *Fas non erat aut pictoribus, aut aliis, qui aut figuras aut alia hujusmodi delineant, quicquam innovare, neque in illis, neque musica universa. Si adverteris, invenies ibi picturas & figuras jam a decem annorum millibus depictas (quod verbi gratia non dixi, sed veritatis) a decem, inquam millibus annorum, quæ neque elegantius, neque deterius, quam nunc fiant, sed eadem penitus arte effecta sunt*. Vide Demosthenem contra Timocratem. Ideoque Aristoteles 2. politic. cap. 6. non immerito reprehendit Hippodamum, *quod legem posuerit, ut iis honos haberetur, qui aliquid utile reipublicæ invenirent*. Subdit rationes cur id non probet: *Cum enim quod melius est parvum fuerit, consuetudo vero leges facile solvendi mala, liquet satius esse quædam errata tum legum, tum magistratuum relinqui, neque enim tanta utilitas ex* hac

judicium, rationemque censoriam: quas leges ausus est non nemo improbus, potuit quidem nemo, convellere

hac mutatione consequetur, quantum detrimentum capient ii, qui non esse dicto audientes magistratibus assuescent. Paulo post: *Neque enim lex ullam vim habet ad persuadendum, nisi quam a consuetudine acceperit: hoc vero sola temporis longinquitate fieri potest: quare qui facile receptas leges immutant, nihil aliud agunt, quam legis vim infirment*. Abr.

Judicium notionemque censoriam) Notationem legendum potius videtur: notionem tamen habent omnes libri & manuscr. & impressi: quos quidem viderim. Lambin. *Iudicium rationemque censoriam*) Turnebus XXI. Advers. cap. 9. istud præferebat, quomodo publicarat Victorius: malebat Lambinus *notationem*: sed non adsentiuntur libri & edd. vett. Palatinique nostri propugnant istud nostrum, quamvis habeat Manutius *notionem*. Grut. In contextu tamen secutus est Manutium Gruterus, & qui eum sunt secuti. Sed Erfurt. Franc. MSS. ed. prima, Mediol. & aliæ vetustiores cum Victoriana omnes *rationem*, quod refingere sine codicibus melioribus non ausim, quamvis si suffragarentur libri, mallem & ipse *notionem*, quod proprium in hac re verbum est. Cum tamen *ratio censorum* sit id, quod censores soliti sunt in censu agendo semper sequi; nam *ratio* est Tullio id, quod quis solet agere, ut, *hæc ratio mea est*, sic soleo agere, & vivere; non ausus sum repudiare tot librorum tam scriptorum manu, quam editorum consensum, quamvis, ut dixi, mallem cum Manutio, *notionem*. Gell. XVII. 18. *C. Sallustium scriptorem seriæ illius, & severæ orationis, in cujus historia notiones censorias fieri, atque exerceri videmus*. Grav. Tamen sine ulla dubitatione restituo cum recentioribus, *judicium, notionemque Censoriam*. Quid enim? non satis huic lectioni auctoritatis dabunt Lambini codices, qui egregias persæpe præbent? an testimonio Lambini non creditur, ne tum quidem, cum sibimet ipsi adversantia testatur? Neque enim *notionem* ille volebat, quod tam in MSis, quam in edd. Car. Steph. P. Man. & a Manutiana descriptis, quas solas inspexit, invenit; sed *notationem*, cui verbo eruendo non erat inutile alterum illud *rationem*, a Britann. quoque servatum omnibus; quippe quod inde profluxit; cum antea *notationem* librarii de more pro *notionem* supposuerint, ut accidit III. de Offic. 31. pro Sext. 25. &c. Celebris est in primis I. F. Gronovii adnotatio ad Liv. XXVI. 25. cujus partem descripsit ipse Grævius ad duos, quos laudavi, Ciceronis locos: quæ tum ad eam permutationem pertinet, tum ad *notiones Censorias* Tullianis locis compluribus, adferendas, inter quos & hic ipse noster est, & ille pro Sext. & de prov. Cons. 19. quibus locis omnibus *judicium*, & *notionem Censoriam* Cicero ait Clodii lege fuisse sublatam. Non est itaque, cur ab summi Gronovii judicio hic discedamus, quod & Lamb. MSi, & duo simillimi Ciceronis loci mirifice comprobant. Adde Pareum Lex. Crit. p. 802. Drakenborchium autem ad Liv. l. c. hanc Grævii adnotationem citantem miror hominis scrupulum non evellere. Garaton.

Non nemo improbus) Vatinius. Vatiniana cap. 7. *Lex Ælia, & Fusia, quæ leges sæpenumero tribunitios furores debilitarunt, & represserunt, quas contra, præter te nemo unquam est facere conatus*. Abram.

Potuit quidem nemo unquam convellere) Detracta dictione *unquam*, quæ in nullo libro est, & interposita parenthesi, ita hunc locum legito, *quas leges ausus est non nemo improbus* (*potuit quidem nemo*) *convellere*; & post aliqua, ubi est, *turpe duxit*, interpone verbum *esse*. Faernus. Delevi *unquam*, non solum quia hanc vocem Faernus non invenerat in suis, sed quia nec ego illam in Erfurt. Franc. & edit. prima inveni. Grav. Abest *unquam* etiam ab ed. Rom. & utraque

Digitized by Google

re: quam potestatem minuere, quo minus de moribus nostris quinto quoque anno judicaretur, nemo tam effuse petulans conatus est. Hæc sunt, o carnifex! in gremio sepulta Consulatus tui. Persequere connexos his funeribus dies. Pro Aurelio tribunali, ne con-

que Ven. Omisit id postea Lamb. & cum Grævio Verb. Olivetusque, tacentibus Oxoniensibus, tum Lall. & Ernestus. Mox autem Lamb. *nemo quantumvis effuse petulans*, nescio quo auctore. Vulgata omnium librorum, ut credendum est, lectio βραχυλογιαν elegantem continet, qua significatur, neminem tam effuse petulantem fuisse, ut eam potestatem minuere conatus sit. Neque durior hæc fuerit, quam quæ observantur a Wopkensio I. Lect. Tull. 16. p. 91. Gar.

ASCONIUS.

PAULO POST: *Persequere connexos his funeribus dies: pro Aurelio tribunali, ne conivente quidem te, quod ipsum esset scelus, sed etiam hilarioribus oculis, quam solitus eras, intuente, delectus servorum habebatur ab eo, qui nihil sibi unquam nec facere, nec pati turpe duxit*) Profecto intelligitur, P. Clodium significari.

VARIORUM.

Quam potestatem) Studuit tamen potestatem hanc minuere Mamercus Æmilius Dictator, qui legem tulit, ut censura, quæ ante per quinquennium gerebatur, anni & sex mensium spatio finiretur: vide Liv. IV. 24. donec id denuo vi quadam immutatum fuit ab Appio Claudio Cæco: vid. Liv. IX. 33. vide & de C. Claudio Pulchro, & Tiberio Sempronio Graccho Censoribus Liv. 45. cap. 15. Abr.

Carnifex) Terentius Andria, act. 1. sc. 3.

Carnufex quæ loquitur.

ubi Donatus, *aut excarnificans dominum, aut ipse dignus carnifice, ut saro fiat, id est lanietur*. *Lucilius*,

—— *carcer vix carcere dignus*.

Carnifex igitur Piso, vel quod excarnificasset rempublicam, vel quod esset dignus carnifice. Idem.

Connexos his funeribus dies) Dies funeri connexos vocabant eos, opinor, qui inter ipsum diem funeris, & novendiale sacrum intercedebant, quo dierum interstitio expiationem familiæ, ludos gladiatorios, epulas funebres tum privatas, tum publicas, silicernium, & alia ejusmodi exhibebant. De expiatione familiæ pro Milone cap. 24. De ludis gladiatoriis, & bustuariis infra cap. 9. De epulis, & silicernio in Vatinium cap. 12. & 13. De novendiali sacro cuivis compertum est ex Interpretibus Maronis in quintum Æneidos:

—— *nonamque serena*
Auroram Phaethontis equi jam luce vehebant.

& :

Præterea si nona dies mortalibus almam
Extulerit lucem. ——

Et Flacci:

Novendiales dissipare pulveres. Ia. Turneb. XXI. Adv. 15. pro *connexos* in Asconio, ait se reperisse *continentes*. Nescio, utrum in ed. aliqua veteri, atque in his ipsis verbis recitandis, an vero alio loco eadem tantum significatione id apud Ascon. sit. Gar.

Pro Aurelio tribunali) In Tribunali, quod ab Aurelio Cotta nomen acceperat: vide pro Sextio, pro domo, item post reditum ad Quirites, ubi de eadem re agit. Abram. Apud Arusianum habemus: *pro tribunali Aurelio delectus servorum habebatur*: mediis, quorum usus erat ei tum nullus, omissis. Agit enim de particula *pro*. Sed firmat, quod ex MSis Lamb. & Græv. soli adsciverunt, *delectus*, uno etiam adsantiente Britannico. In ceteris cum vulgo scribitur *delectus*. Lamb. in marg. *non modo* addendum conjiciebat, ut esset, *non modo ne conivente quidem te, sed etiam*

Digitized by Google

connivente quidem te, quod ipsum esset scelus, sed etiam hilarioribus oculis, quam solitus eras, intuente, dilectus servorum habebatur ab eo, qui nihil sibi umquam nec facere, nec pati turpe esse duxit: arma in templo Castoris, o proditor templorum omnium! vidente te, constituebantur ab eo latrone, cui templum illud fuit, te Consule, arx civium perditorum, receptaculum veterum Catilinæ militum, castellum forensis latrocinii, bustum legum omnium, ac religionum. Erat non solum domus mea, sed totum Palatium Senatu, equitibus Romanis, civitate omni, Italia cuncta, refertum; cum tu non modo ad eum Ciceronem; mitto enim domestica, quæ negari possunt,

---

&c. Delendum potius *etiam*, si formam usitatiorem volumus, ut apud Livium III. 10. *jam ne virtute quidem premi libertatem populi Romani, sed arte eludi*. Sed recte, ut libri omnes exhibent, adsurgit oratio: quod gravius est, adjuncto *etiam*, simul contrarium esse antecedenti significatur. GARATON.

Pati turpe duxit) Cur deleverunt *esse*, quod est in Erfurt. Franc. ut & ed. prim. Mediol. Victor. aliisque in quibus legitur: *pati turpe esse duxit*; & sic in suis repererat Faernus. Cicero tamen scripsisse videtur: *qui nihil sibi unquam nec facere, nec pati turpe, turpe esse duxit*. GRAEV. Soli quidem P. Man. & Car. Steph. olim verbum *esse* omiserunt, sed optimo duce, Asconio. Sic infra c. 12. *an vero reliquo tempore Consulem te quisquam duxit?* Quinctil. I. O. I. 2. p. 30. *turpe ducet cedere pari, pulchrum superasse majores*. Quam sæpe id verbum fuerit a librariis inculcatum, & norunt omnes, & nos ipsi centies observavimus. Gruterum itaque, Verb. Oliv. Ernestum laudo, quod Asconio, & Manutio sint obsecuti: quamquam in omnibus quoque Britann. *esse* repertum sit. Pro Mil. 27. *eum* (Clodium) *cui nihil unquam nefas fuit nec in facinore, nec in libidine*. Conjectura vero Græviana carere facile poteramus. GAR.

O proditor templorum omnium) Qui templum Castoris, & ædem Nympharum, ut a Clodio incenderetur, prodidisti. Vel quia qui unum templum violari permiserat, facile alia templa esset proditurus, vel quia etiam alia templa prodiderat, ut vidimus de æde Nympharum. Tertullianus in apologetico cap. 6. *Serapidem, & Isidem, & Harpocratem cum suo Cynocephalo, Capitolio prohibitos inferri, id est curia Deorum pulsos, Piso, & Gabinius Consules non utique Christiani, eversis etiam aris eorum abdicaverunt, turpium, & otiosarum superstitionum vitia cohibentes: his vos restitutis summam majestatem contulistis*. Ad hanc fortasse ararum eversionem orator respexerit. De harusp. resp. *Pisonem quis nescit his ipsis temporibus maximum, & sanctissimum Dianæ sacellum in Caliculo sustulisse*. ABR.

Bustum legum omnium, ac religionum) Quo templo a seditiosis occupato leges Ælia, & Fusia deflagrarunt, quæ leges auspicia hactenus summa religione servata continebant. IDEM.

Erat non solum) Cum plerique omnes ex Senatu, & equestri ordine, neque solum ex veteribus civibus, sed etiam ex Italia post bellum socia-

Digitized by Google

sunt, hæc commemoro, quæ sunt palam; non modo, inquam, ad eum, cui primam comitiis tuis dederas tabulam prærogativæ, quem in Senatu sententiam rogabas tertium, numquam adspirasti: sed omnibus consi-

ciale recens in civitatem adscriptis, ita frequenter auxilii, consiliique dandi causa domum meam convenirent, ut redundante multitudine totum montem palatinum, in quo mea domus est, opplerent: nunquam accedere conatus es, ut amico indignissime vexato aliquid opis Consul adferres. Idem.

Comitiis tuis) Comitiis consularibus, ait Manutius, non opinor: neque enim Piso tabulam prærogativæ Tullio deferre potuit, iis comitiis consularibus, quibus fuerat candidatus: magis enim consentaneum est, ut is, qui præerat comitiis, prærogativæ tabulam alicui deferret, quam candidati, quia id factum fuisse videtur ad vitandas fraudes, ne in gratiam candidatorum falsa pro veris subjicerentur suffragia. Neque item de comitiis, quibus Piso præfuerat, ut crearentur Consules in annum consequentem. Cicero enim ejectus fuerat Pisonis consulatu a paucis mensibus ineunte: quo tempore vix crediderim habita fuisse comitia consularia: sed quædam aliorum magistratuum creandorum causa, quibus Piso præfuerit. Idem.

Dederas tabulam) Qui vel comitiis præerant, vel saltem qui erant candidati, quantum liquet ex Cicerone, alicui ex amicis honoris causa primam prærogativæ tabulam deferebant, ut ille primus in prærogativa, atque adeo in totis comitiis ferret suffragium: ut voluisse videtur Manutius, licet in prærogativæ explicatione cespitarit: vel potius ut centuriæ prærogativæ præesset, videretque, ne quid in suffragio ferendo fraudis obreperet, neve candidati tabulas & suffragiorum puncta clam subjicerent: post reditum in Senatu: *quem comitiis prærogativæ primum custodem præfeceras*. Hæc igitur hujuce loci videtur esse sententia: Cum omnes ordines obsequium mihi suum contra vim Clodianam deferrent, ad me nunquam te contulisti, cui tamen tantum tribuebas, ut in tuis comitiis, quibus Consul præeras, honoris causa primam tabulam prærogativæ centuriæ custodiendam deferres. Abram. *Comitiis tuis* omnino valet, iis comitiis, quibus Consul creatus es. Locum adversus Manutium explicat recte Gruchius, cumeoque Ferrat. III. Epist. 4. & Hott. ad c. 7. post red. in Sen. Gar.

Prærogativæ) Res est obscurior. Festus: *Prærogativæ centuriæ dicuntur, ut docet Varro rerum Romanarum libro sexto quæ rus . . .* (lego *quæ primæ rogabantur ut*) *rustici Romani, qui ignorarent petitores, facilius eos animadvertere possent. Verrius probabilius judicat esse, ut cum essent designati a prærogativis, in sermonem res veniret populi de dignis indignisve, & fierent ceteri diligentiores ad suffragia de his ferenda.* Asconius Pædianus in divinationem: *Prærogativæ*, inquit, *sunt tribus quæ primæ suffragium ferunt ante jure vocatas. Mos enim fuerat, quo facilius in comitiis concordia populi firmaretur, bina de iisdem candidatis comitia fieri, quorum tribus primæ dicebantur quos vellent Consules fieri* (libenter legerim, *quæ tribus primæ rogabantur.*) *Secundæ jure vocatæ, quod in his sequente populo, ut sæpe contulit, prærogativarum voluntatum jure omnia complectentur.* Hæc Asconius: qui locus, etsi corruptus videtur, ostendit tamen hanc fuisse inter prærogativas tribus & jure vocatas distinctionem, quod prærogativæ primæ omnium ferrent suffragium: de utroque Ausonius in gratiarum actione: *Valete classes populi, & urbanarum tribuum prærogativæ & centuriæ jure vocatæ.* Hæc autem quantum colligi potest erat diversitas, quod prærogativæ sortitione, & quasi divina voluntate non humano sensu legerentur,

siliis, quæ ad me opprimendum parabantur; non interfuisti solum, verum etiam crudelissime præfuisti.

6. Mihi vero ipsi coram genero meo, propinquo tuo, quæ dicere ausus es? egere, foris esse Gabinium: sine provincia stare non posse: spem habere a Tri-

tur, quæ primæ omnium ferrent suffragium, ut innuit Cicero primo de divinatione: *Prærogativam etiam majores omnes justorum comitiorum esse voluerunt*: & secunda Philippica: *Ecce Dolabellæ comitiorum dies; sortitio prærogativæ quiescit: renuntiatur, tacet*: atque hæc de prærogativis, tum de classibus classiumque centuriis jure vocatis: *Prima classis vocatur, renuntiatur: deinde ut assolet suffragia: tum secunda classis: quæ omnia citius sunt facta, quam dixi*. Quod facilius ut intelligatur de comitiis Centuriatis agendum, & sciendum est ex Dionysio libro quarto, id a Servio Tullio fuisse institutum, comitiis quæ antea per tribus fiebant ad centurias revocatis, ut prima classis quæ octoginta peditum & octodecim equitum centurias plures nimirum, quam ceteræ quinque classes sola continebat, omnium prima ferret suffragium, quo pacto, ut ait ὁ Τυλλιος επι τους πλουσιους μετεθηκε το των ψηφων κρατος. *Ad divites transtulit omnem potestatem in ferendis suffragiis*. Cum igitur secutis deinde temporibus præreptam sibi omnem in comitiis auctoritatem, & ad primam classem translatam esse postremæ classes adverterent, crebrasque turbas ideo concitarent, *quo facilius*, ut verbis utar Asconii, *in comitiis concordia firmaretur*, mos invaluit ut bina fierent comitia de iisdem candidatis, & primis quidem comitiis Centuria quæ prima omnium latura esset suffragium non ordine classium, sed sortitione legeretur, ideo prærogativa quasi præ ceteris rogata diceretur: posterioribus vero comitiis Centuriæ non jam sortitione, sed jure, id est secundum ordinem classium a Servio Tullio institutum vocatæ ferrent suffragium. Abram.

Prærogativæ sunt centuriæ, quæ primæ citantur, & suffragium rogantur, ante jure vocatas. *Jure vocatæ*, quæcunque rogantur post illas, sic dictæ, quod in his sequenti populo prærogativarum voluntatem jure omnia complerentur, ut sane vult Asconius Pædianus in Divinationem. Ceterum ut ego existimo, quod illæ jam jure, hoc est, legitimo ordine, non classium modo, sed ipsarum etiam centuriarum, quo in censorum, quive censum egerant, tabulis descriptæ essent, non forte prælatæ postpositæve, ad suffragium ferendum citarentur. Sic comitiis curiatis curiæ, tributis tribus aliæ prærogativæ, aliæ jure vocatæ, ex instituto fiebant. I. Fr. Gronov. IV Observ. cap. 1. vide & Gruch. lib: 1. de comit. cap. 4. in thesauro meo antiquitatum Romanarum, ut & Sigon. de antiquo jure civium Romanorum, & utriusque disputationes de lege Curiata variis in locis. Græv.

Genero meo) Pisone Crassipede Tulliæ meæ marito. Abr. Iterum duos Ciceronis generos confundit, ut fecerat ad c. 31. pro Sext. Gar.

Egere, foris esse Gabinium) Hic locus integer est, & ab omni mendo purus. Quare delendus asteriscus, qui huc appingitur in libris vulgatis: dicitur autem *foris esse* debitor, qui latitat, neque facit sui conveniendi copiam. Lambin. *Foris esse Gabinium*) Interpretor non esse in suis nummis, sed in ære alieno, quod qui sunt in ære alieno non possint facile domi suæ conveniri, ut & illum lib. 4. ad Atticum, epist. 16. locum intelligo: *Candidati Consulares omnes rei ambitus: accedit etiam Gabinius, quem P. Sulla non dubitans, quin foris esset, postularat*. Hinc *foris esse* est, esse in ære

a Tribuno plebis, si tua consilia cum illo conjunxisses, a Senatu quidem desperasse: hujus te cupiditati obsequi, sicuti ego fecissem in collega meo: nihil esse, quod præsidium Consulum implorarem: sibi quemque consulere oportere. Atque hæc dicere vix audeo: vereor, ne qui sit, qui istius insignem nequitiam, fron-

ære alieno, extra suos nummos, & quasi extra rem familiarem constitutum: sic alicubi Cicero: *At eum video non modo in ære alieno nullo, sed etiam in suis nummis multum esse*. Alii sic locutum Cic. putant, quod debitores cum a creditoribus conveniuntur, abdant se in latebras, & per servos se foris esse respondeant. Nihil tamen assero. Eodem sensu, ut quidam legunt, & interpretantur, Vlpianus D. *de evictionibus* debitores vespertiliones appellat, quod vespertilionum instar interdiu domum se abstrudant, noctuque duntaxat compareant. Vide notas nostras in Sextianam cap. 12. *Non minus perturbato animo atque vultu, quam si paucis ante annis in creditorum manus incidisset*: & in Cœlianam cap. 18. *Ne fœnore trucidetur*. Adde tantum quod propter hoc mentiendi, renuntiandique se domi non esse periculum, ut auctor est Herodotus lib. 1. de Persarum moribus disserens: *Αισχιςον αυτοισι το ψευδεσθαι νενομιςαι. δευτερα δε το οφειλειν χρεος, πολλων μεν και αλλων εινεκα, μαλιςα δε αναγκαιην φασι ειναι τον οφειλοντα και τι ψευδος λεγειν*. *Apud eos omnium fœdissimum putatur mentiri; secundo loco esse in ære alieno: tum ob alias caussas, tum maxime quod ajunt, ei qui debet mentiendi necessitatem incumbere*. Abram. Locus Ciceronis ex epistola 16. lib. 4. non loquitur de aere alieno, cujus est sententia: P. Sulla non dubitabat, quin excluderetur divinatione, quia inter ipsum & alios accusatores, in primis Torquatum certandum erat, quis inter omnes, vel uter accusaret. Graev.

A Tribuno plebis, si tua consilia cum illo conjurasses) *Conjunxisses*, corrige, ut aliis in libris omnibus. Hotom. *Si tua consilia cum illo conjurasses*) Magis placeret si legeretur *conjunxisses*: alii delent vocem, *consilia*. F. Urs. Erfurt. & Pith. *A tribuno plebis Clodio Antonio, si sua consilia cum illo conjunxeris*. Graev. Prior Ven. *a Tribuno pl. Clodio, si sua consilia cum illo conjunxeris*. Rom. altera Ven. Ald. Naug. & Hervag. *a Tribuno plebis, si tua consilia cum illo conjunxeris*: quod firmant omnes Britann. mendo *sua* pro *si tua*; quo unus tantum eorum caret, sublato. Ita vero licet legere, tot libris auctoribus. Neque aliter Gryph. ut nesciam, qua in ed. fuerit, *conjurasses*. Pessime Lamb. *in spem habere*: nam hæc omnia pertinent ad Gabinium, ut ostendunt sequentia, *hujus te cupiditati obsequi*. Garat.

A Senatu desperasse) Non fuit in potestate Senatus ei provinciam denegare: nam legibus populi Romani Consulibus designatis decernendæ erant provinciæ. Puto igitur, hoc potius ad ornamenta provinciarum pertinere, veluti ad exercitium & pecuniam. Sic supra: *Ego provinciam Galliam Senatus auctoritate, exercitu, & pecunia instructam, & ornatam, &c.* Hott. *A Senatu*) Cujus erat decernere, quænam essent in sequentem annum futuræ provinciæ Consulares lege Sempronia: vide orat. de Provinc. Cons. Abr. Mei omnes ante P. Manutii editi, *sed a Senatu quidem desperasse*: quod etiam in Britann. omnibus, sed mendose. Vide num binæ voces, *conjunxeris*; *sed*; quarum altera certe adjectitia est, in unam coaluerint, *conjunxisses*: an vero hæc potius in duas illas dissoluta videatur. Si prius placeat, unus optime locum constituerit Gryphius, adstipulantibus Erfurt. & Pith. siquidem diligenter collati fuerint. Gar.

Fron-

frontis involutam integumentis, nondum cernat: dicam tamen: ipse certe agnoscet, et cum aliquo dolore, flagitiorum suorum recordabitur. Meministine, cœnum, cum ad te quinta fere hora cum C. Pisone venissem, nescio quo e gurgustio te prodire, involuto capite, soleatum? et, cum isto ore fœtido teterri-

Frontis involutam integumentis) Vide quæ paullo post dicentur de Pisonis supercilio, de frontis nubecula cap. 9. de Pisonis simulatione pro Sextio, post reditum, & alibi sæpe. Porro Pisonem magna existimatione fuisse apud homines tum ipse Cicero fatetur, tum delata paulo post ei Censura testatur, tum eum a splendore vitæ commendat Appianus libro 3. civilium: *ανηρ εν τοις μαλιςα επιφανης*, *vir cumprimis illustris*. Item: Πεισωνος *αυτε παρελθοντος η τ' αλλη βυλη κατ' αιδω τυ ανδρος ησυχασε*, &c. *Ipso Pisone prodeunte tum reliquus senatus viri reverentia conquievit*. Abr. Confer. Victor. VI. Var. Lect. 22. Garat.

Meministine) Ipsius conscientiam testatur, ut tanto plus momenti habeat oratio. Abram. Hunc totum locum ita recitat Arusianus: *Meministine, cœnum, cum ad te hora V. cum C. Pisone venissem, nescio quo te e gurgustio prodire, involuto capite, soleatum*. Trita est illius observatio de præsenti, quod heic in re præterita usurpatur: adeo ut *memini* cum infinitivo præteriti temporis damnarit Agrætius, nostri autem homines defendere coacti sint. Vide Cellar. Cur. Post. de Barb. p. 97. ed. quartæ, & Drak. ad Liv. XXXVI. 34. Tamen similem Tullii locum addere lubet ex fragm. orat. in toga candida. *Quod cum sepius ageres, & impudentius a me contenderes, meministi, me tibi respondere, impudenter te facere*, &c. Gar.

Cœnum) Homo tam lutulente, & in tam sordidis vitiis toto corpore volutate, ut non tam cœnosus, & sordidus, quam ipsum cœnum, dicendus esse videaris. Abstractum loco concreti sæpissime. Lepide Martialis:

Mentitur qui te vitiosum, Zoile, dicit,
Non vitiosus homo es, Zoile, sed vitium. Abr.

Quinta fere hora) Cum sub meridiem nondum pridianam crapulam exhalasset. Hottom. *Quinta fere hora*) Quatuor horis antequam alii soleant mensis accumbere. Abr.

Gurgustio) *Genus habitationis angustum, a gurgulione dictum*, ait Festus. Glossæ: *Gurgustium οικηματιον βραχυ*. Hott.

Involuto capite) Utrumque dicit tanquam a Romanis moribus alienum, neque enim caput nisi tempore pluvio solebant involvere, neque soleis, sed calceis nisi tempore conviviorum uti consuerant. Solebant libidini & popinis vacaturi caput involvere. Suetonius in Nerone cap. 26. *Post crepusculum statim arrepto pileo, vel galero popinas inibat*. Iulius Cap. in Vero: *Ut vagaretur nocte per tabernas ac lupanaria, obtecto capite, cucullione vulgari viatorio*. Horatius lib. 2. sat. 7.

Turpis odoratum caput obscurante lucerna.

Iuvenalis:

Tempora Santonico velas adoperta cucullo.

Plautus in Captivis act. 3. sc. 1. quendam suorum temporum mores carpentem inducit:

Ipsi de foro tam aperto capite ad lenones eunt:
In tribu quam aperto capite sontes condemnant reos.

Et alii sæpe. An igitur alias caput non obtegebant? Vide Lipsium de amphitheatro cap. 18. ubi probavit aperto capite fuisse Romanos, convivas vero fuisse pileatos. Horatius suspicionem clare facit. Cum ait Noster *capite involuto* fuisse Pisonem, id

r nam nobis popinam inhalasses, excusatione te uti aletudinis, quod diceres, vinolentis te quibusdam nedicaminibus solere curari? quam nos causam cum .ccepissemus, quid enim facere poteramus? paullisper stetimus in illo ganearum tuarum nidore, atque fumo: unde tu nos cum improbissime respondendo, tum turpissime eructando ejecisti. Idem illo fere biduo pro-

id non tam de pileo quam de togæ palliive Græcanici lacinia in caput rejecta, qua Piso caput obnubebat, debet intelligi: quæ res suspicionem luxus non mediocrem adferebat. Seneca de Mæcenate epist. 115. *Hunc esse qui in tribunali, in rostris, in omni publico cœtu sic apparuerit, ut pallio velaretur caput, exclusis utrimque auribus; non aliter, quam in mimo divite fugitivi solent.* Qui accumbentium ritus erat. Plutarchus in Pompejo de Demetrio ipsius liberto: *In Pompeji conviviis, cum Pompejus exspectaret, & convivas exciperet, frequenter ille jam accumbere solitus fertur, cum magno fastu vestem habens per caput ad aures adductam.* Petronius describens accubitum Trimalcionis hominis mollissimi: *Pallio*, inquit, *coccineo adrasum incluserat caput, circaque oneratas veste cervices laticlaviam immiserat mappam fimbriis hinc atque illinc pendentibus.* Huc etiam trahi possit illud Philipp. 2. *Delituit in quadam cauponula, atque ibi se occultans perpotavit ad vesperam: inde cisio celeriter ad urbem advectus, domum venit capite involuto.* Eo scilicet habitu, quo in popina potaverat: vid. Plinium epist. 12. lib. 3. Ceterum e dictis libenter emendaverim Afranium, apud Nonium, itaque legerim:

Quis tu es ventoso in loco
Soleatus, intempesta nocte, sub divo
Operto capite scilicet cum findat gelu.

Operto, inquam, non ut legitur, *aperto*. Abr.

Cum isto ore fœtido) Quod jam dentium putrefactione satis fœtidum est, etiamsi ex vino, & crapula fœtor alius non accesserit. Idem.

Popinam) Teterrimum odorem in popina contractum. Idem.

Excusatione te uti valetudinis) Bene: nam & valetudine plurimum utebatur infirma, τα τε γαρ πολλα ηρρωστει: ut auctor est Dio, & caput involvere ægrotos haudquaquam dedecebat. Suetonius in Augusto: *Solis ne hyberni quidem patiens domi quoque non nisi petasatus sub divo spatiabatur.* Ovidius:

Arguat & macies animum, nec turpe putaris
Pileolum nitidis imposuisse comis.

Nam iis fas erat uti palliolis ad caput obtegendum. Suetonius in Claudio cap. 2. *Ob valetudinem gladiatorio munere palliolatus præsedit.* Quinctilianus lib. 11. *Palliolum sicut fascias & focalia sola excusare potest valetudo.* Seneca: *Videbis quasdam graciles, & palliolo focalique circumdatos, pallentes & ægros.* Idem.

Vinolentis te quibusdam medicaminibus) Notum est illud Plinii lib. 22. cap. 24. *Pollio Romulus Augusto rogatus qua arte ad centum annos, & ultra vegetus pervenisset, respondit, Intus mulso, foris oleo.* Vidi ego, qui cum eamdem ætatem attigisset, dicebat duobus usum fuisse remediis, altero, ut nulla medicina, altero, ut vino meracissimo semper uteretur. *Apud Locrenses Epizephyrios, si quis medico non imperante merum bibisset, lege Zaleuci morte plectebatur.* Athen. lib. 10. Idem.

Turpissime eructando) Lamb. *ructando*, sane probabiliter; & facile potuit E duplicari. Sed libri repugnant, neque dicere ausim, mendosam esse vulgatam, neque definire, utrum solo

frontis involutam integumentis, nondum cernat: dicam tamen: ipse certe agnoscet, et cum aliquo dolore, flagitiorum suorum recordabitur. Meministine, cœnum, cum ad te quinta fere hora cum C. Pisone venissem, nescio quo e gurgustio te prodire, involuto capite, soleatum? et, cum isto ore fœtido teterri-

Frontis involutam integumentis) Vide quæ paullo post dicentur de Pisonis supercilio, de frontis nubecula cap. 9. de Pisonis simulatione pro Sextio, post reditum, & alibi sæpe. Porro Pisonem magna existimatione fuisse apud homines tum ipse Cicero fatetur, tum delata paulo post ei Censura testatur, tum eum a splendore vitæ commendat Appianus libro 3. civilium: *ανηρ εν τοις μαλιστα επιφανης, vir cumprimis illustris*. Item: Πεισωνος *αυτε παρελθοντος η τ᾽ αλλη βελη κατ᾽ αιδω τε ανδρος ησυχασε*, &c. *Ipso Pisone prodeunte tum reliquus senatus viri reverentia conquievit*. Abr. Confer. Victor. VI. Var. Lect. 22. Garat.

Meministine) Ipsius conscientiam testatur, ut tanto plus momenti habeat oratio. Abram. Hunc totum locum ita recitat Arusianus: *Meministine, cænum, cum ad te hora V. cum C. Pisone venissem, nescio quo te e gurgustio prodire, involuto capite, soleatum*. Trita est illius observatio de præsenti, quod heic in re præterita usurpatur: adeo ut *memini* cum infinitivo præteriti temporis damnarit Agrætius, nostri autem homines defendere coacti sint. Vide Cellar. Cur. Post. de Barb. p. 97. ed. quartæ, & Drak. ad Liv. XXXVI. 34. Tamen similem Tullii locum addere lubet ex Fragm. orat. in toga candida. *Quod cum sepius ageres, & impudentius a me contenderes, meministi, me tibi respondere, impudenter te facere*, &c. Gar.

Cænum) Homo tam lutulente, & in tam sordidis vitiis toto corpore volutate, ut non tam cœnosus, & sordidus, quam ipsum cœnum, dicendus esse videaris. Abstractum loco concreti sæpissime. Lepide Martialis:

Mentitur qui te vitiosum, Zoile, dicit,
Non vitiosus homo es, Zoile, sed vitium. Abr.

Quinta fere hora) Cum sub meridiem nondum pridianam crapulam exhalasset. Hottom. *Quinta fere hora*) Quatuor horis antequam alii soleant mensis accumbere. Abr.

Gurgustio) *Genus habitationis angustum, a gurgulione dictum*, ait Festus. Glossæ: *Gurgustium οικημάτιον βραχυ*. Hott.

Involuto capite) Utrumque dicit tanquam a Romanis moribus alienum, neque enim caput nisi tempore pluvio solebant involvere, neque soleis, sed calceis nisi tempore conviviorum uti consuerant. Solebant libidini & popinis vacaturi caput involvere. Suetonius in Nerone cap. 26. *Post crepusculum statim arrepto pileo, vel galero popinas inibat*. Iulius Cap. in Vero: *Ut vagaretur nocte per tabernas ac lupanaria, obtecto capite, cucullione vulgari viatorio*. Horatius lib. 2. sat. 7.

Turpis odoratum caput obscurante lucerna.

Iuvenalis:

Tempora Santonico velas adoperta cucullo.

Plautus in Captivis act. 3. sc. 1. quendam suorum temporum mores carpentem inducit:

Ipsi de foro tam aperto capite ad lenones eunt;
In tribu quam aperto capite sontes condemnant reos.

Et alii sæpe. An igitur alias caput non obtegebant? Vide Lipsium de amphitheatro cap. 18. ubi probavit aperto capite fuisse Romanos, convivas vero fuisse pileatos. Horatius suspicionem clare facit. Cum ait Noster capite involuto fuisse Pisonem, id

Digitized by Google

rimam nobis popinam inhalasses, excusatione te uti valetudinis, quod diceres, vinolentis te quibusdam medicaminibus solere curari? quam nos causam cum accepissemus, quid enim facere poteramus? paullisper stetimus in illo ganearum tuarum nidore, atque fumo: unde tu nos cum improbissime respondendo, tum turpissime eructando ejecisti. Idem illo fere biduo pro-

id non tam de pileo quam de togæ palliive Græcanici lacinia in caput rejecta, qua Piso caput obnubebat, debet intelligi: quæ res suspicionem luxus non mediocrem adferebat. Seneca de Mæcenate epist. 115. *Hunc esse qui in tribunali, in rostris, in omni publico cœtu sic apparuerit, ut pallio velaretur caput, exclusis utrimque auribus; non aliter, quam in mimo divite fugitivi solent.* Qui accumbentium ritus erat. Plutarchus in Pompejo de Demetrio ipsius liberto: *In Pompeji conviviis, cum Pompejus exspectaret, & convivas exciperet, frequenter ille jam accumbere solitus fertur, cum magno fastu vestem habens per caput ad aures adductam.* Petronius describens accubitum Trimalcionis hominis mollissimi: *Pallio*, inquit, *coccineo adrasum incluserat caput, circaque oneratas veste cervices laticlaviam immiserat mappam fimbriis hinc atque illinc pendentibus.* Huc etiam trahi possit illud Philipp. 2. *Delituit in quadam cauponula, atque ibi se occultans perpotavit ad vesperam: inde cisio celeriter ad urbem advectus, domum venit capite involuto.* Eo scilicet habitu, quo in popina potaverat: vid. Plinium epist. 12. lib. 3. Ceterum e dictis libenter emendaverim Afranium, apud Nonium, itaque legerim:

Quis tu es ventoso in loco
Soleatus, intempesta nocte, sub divo
Operto capite scilicet cum findat gelu.

Operto, inquam, non ut legitur, *aperto*. ABR.

Cum isto ore fœtido) Quod jam dentium putrefactione satis fœtidum est, etiamsi ex vino, & crapula fœtor alius non accesserit. IDEM.

Popinam) Teterrimum odorem in popina contractum. IDEM.

Excusatione te uti valetudinis) Bene: nam & valetudine plurimum utebatur infirma, τα τε γαρ πολλα ηρρώστει: ut auctor est Dio, & caput involvere ægrotos haudquaquam dedecebat. Suetonius in Augusto: *Solis ne hyberni quidem patiens domi quoque non nisi petasatus sub divo spatiabatur.* Ovidius:

Arguat & macies animum, nec turpe putaris
Pileolum nitidis imposuisse comis.

Nam iis fas erat uti palliolis ad caput obtegendum. Suetonius in Claudio cap. 2. *Ob valetudinem gladiatorio munere palliolatus præsedit.* Quinctilianus lib. 11. *Palliolum sicut fascias & focalia sola excusare potest valetudo.* Seneca: *Videbis quasdam graciles, & palliolo focalique circumdatos, pallentes & ægros.* IDEM.

Vinolentis te quibusdam medicaminibus) Notum est illud Plinii lib. 22. cap. 24. *Pollio Romulus Augusto rogatus qua arte ad centum annos, & ultra vegetus pervenisset, respondit, Intus mulso, foris oleo.* Vidi ego, qui cum eamdem ætatem attigisset, dicebat duobus usum fuisse remediis, altero, ut nulla medicina, altero, ut vino meracissimo semper uteretur. *Apud Locrenses Epizephyrios, si quis medico non imperante merum bibisset, lege Zaleuci morte plectebatur.* Athen. lib. 20. IDEM.

Turpissime eructando) Lamb. *ructando*, sane probabiliter; & facile potuit E duplicari. Sed libri repugnant, neque dicere ausim, mendosam esse vulgatam, neque definire, utrum solo

productus in concionem ab eo, cui sic æquatum præbebas Consulatum tuum, cum esses interrogatus, quid sen-

lo ructu, an etiam vomitu Piso Tullio stomachum moverit. Vide Arntzen. ad Plin. Paneg. XLIX. 6. GARAT.

Idem illo fere biduo.) Tu idem Piso biduo postquam mihi tam improbe responderas, productus in concionem a Clodio, cui ad vexandam rempublicam totam tui Consulatus vim, potestatemque tribuebas, ut æqualis tibi in potestate videretur, cum esses interrogatus, &c. ABR.

Cui sic æquatum præbebas consulatum tuum) Utrum *æquatum* dixit, quod consulare imperium tribunitiæ potestati æquaret, id est, majus, & gravius esse non sineret, qua in re imminuti magistratus tenebatur: an potius, quod suum magistratum ei tanquam viam planam, & æquatam ad omnia sua consilia perficienda præbeat? quod magis puto. HOTTOM. Quid est, *æquatum præbere Consulatum?* nempe magistratus auctoritate non uti, seque superiorem alio non gerere. TURNEBUS XXI. *Advers.* 15. Mendosum hunc locum Manutius putat: mihi vero absoluta sententia, & quæ aliqua ratione explicari possit, videtur. Orator non minus Consuli inimicus, quam Tribuno, L. Pisonem dicit suum Consulatum præbuisse Clodio *æquatum* ejus Tribunatui, h. e. parem sceleribus; cum perniciem Ciceronis roganti Clodio Piso faveret. Nisi forte, quod etiam probabilius est, *æquatum* exponere velimus, secundum, faventem, quia Piso re ipsa Consulatum arbitrio Clodii gessisse videbatur: quo sensu apud Virgilium V. Æn. 844. *Æquatæ spirant auræ*, h. e. ut Servius interpretatur, prosperæ, & secundæ; eodemque modo IV. Æn. 587. *æquatis classem procedere velis.* Cui neutra placet interpretatio, ille emendet, quod existimat esse mendosum. FERRATIUS. Displicet vox *æquatum*. Quid, si legamus *æquum*, h. e. commodum, & faventem in omnibus? LALLEM. Solent quidem permutari *æquus*, & *æquatus*, ut notat Drak. ad Liv. XXIX. 2. Lambinus autem adnotat, alios legere *adæquatum*, quæ commutatio eidem Livio contigit XXII. 27. Sed nullam ego varietatem conspexi, neque a libris discedere audeo, quamvis obscura locutio sit. *Præbebas*, inquit, *Clodio æquatum Consulatum tuum*: h. e. ita eum Clodio communicabas, ut par in utroque potestas esse videretur. Quod enim æquatum præbetur, id æqua parte residere incipit apud duos. *Æquatum* autem reciprocum est: cum potestas major ei datur, qui minorem habet, tam æquatur majori minor, quam major minori. Livius XXII. 27. *majorem minori, Dictatorem Magistro Equitum jussu populi æquatum*: neque vero Fabius Dictator ad Magistri Equitum potestatem descenderat, sed hic ad Dictatoriam adscenderat. Idem valet, Tribunatu Clodii remoto, quem Hottom. & Ferrat. advocant. Sed omnino hi recte faciunt: nam *cui* pro *cujus Tribunatui* est exquisitius. Locutionem similem habet Tacitus VI. Annal. 7. *qui* (Cotta) *nobilis quidem, sed egens ob luxum, per flagitia infamis, sanctissimis Aruntii artibus dignitate ultionis æquabatur*. Adde, quæ ex Tullio notavimus ad c. 26 pro Sulla, & in Vatin. 19. Sic fere locum explicabat etiam Abramius in *Explanatione*. Inest tamen in verbo altera illa significatio, quam iidem præferebant. *Æquatus* enim valet etiam *æquabilis*; atque ita Pisonis Consulatus Clodio præberi dicetur nulla ex parte a se diffidens, ac proinde illi constanter addictus, ejusque omnibus consiliis obsequens. Nam *æquatum* id omne dicitur, in quo nihil prominet, aut excurrit, aut obliquum est. Sic IV. in Verr. 48 *æquata agri planities*: sic *æquata frons* in acie, atque agmine instructo, ad hunc etiam fontem, & caput Virgilianos locos a Ferratio allatos egregius interpres Cerda revocavit. Particula vero *sic* explicari potest, *ad eum modum*, si pleonasmus est apud Plautum Bacch. IV.

Digitized by Google

sentires de Consulatu meo: gravis auctor, Calatinus credo aliquis, aut Africanus, aut Maximus, et non Cæsonius semiplacentinus Calventius, respondes, alte-

IV. 8. 64. *ut cum dictis plurimis Castigem, cum hæc sic facta ad hunc faciat modum:* quam explicationem recipit etiam illud III. in Catil. 9. *sic tum dementer*. Sed certe ἰδιωτισμὸς est, quem observavimus etiam ad c. 26. pro Planc. Est idem I. ad Q. Fratr. 1. §. 5. *sic vero fallaces sunt permulti, & leves*; ubi particula *sic* nihil habet, quo referatur; & male *sin vero* Lamb. emendat, ipsa repugnante sententia. GARATON.

Gravis auctor) Per ironiam eum cum gravissimis viris Attilio Calatino, Scipione Africano, Fabio Maximo confert, quod morum severitatem ostentans nequitiam suam superciliorum contractione, & frontis integumentis involveret. Demosth. orat. de Corona: Ει γαρ Αιακος η Ραδαμανθος, η Μινως ην ο κατηγορων, αλλα μη σπερμολογος, περιτριμμα αγορας, ολεθρος γραμματευς, ουκ αν αυτον οιμαι τοιαυτ' ειπειν, ουδ' αν ουτως επαχθεις λογους ποιησασθαι, ωσπερ εν τραγωδια βοωντα, ω γη, και ηλιε, και αρετη, και τα τοιαυτα. *Si enim Æacus, aut Rhadamanthus, aut Minos esset accusator, & non seminiverbius, rabula fori, furcifer scriba, non eum arbitror talia fuisse dicturum: neque verba tam odiosa facturum, tanquam in tragœdia clamantem, o terra, o sol, & virtus, & alia ejusmodi*, Hæc præ oculis habuit Noster & pro Æaco, Minoe, Rhadamantho, Calatinum, Africanum, Maximum posuit, pro seminiverbio, rabula fori, furcifero scriba, Cæsoninum, Semiplacentinum, Calventium, commodius ut opinor. Superat etiam Noster festiva illa & hyberbolica hypotyposi de supercilio Pisonis, & ironia nescio quem addit orationi leporem. ABRAM.

Calatinus) Noster de Senectute: *Apex autem senectutis auctoritas. Quanta fuit in Luc. Cecilio Metello? Quanta in Calatino, in quem illud elogium*, VNO CVI PLVRIMAE CONSENTIVNT GENTES POPVLI PRIMARIVM FVISSE VIRVM. *Notum est totum ejus carmen incisum in sepulchro. Iure igitur gravis de cujus laudibus omnium esset fama consentiens.* Eadem lib. 2. de Finibus exeunte. Hunc opinor Calatinum intelligit, cujus paupertatem Valerius ita commendat libro 4. cap. 4. Cujus quanta fuerit auctoritas in dicenda sententia, constat ex eo quod *Lutatius Consul & Qu. Valerius Prætor*, qui, *circa Siciliam insignem Pœnorum classem deleverant*, de triumphi jure diffiderent: *Iudex inter eos convenit Attilius Calatinus*: qui ita judicavit, *Itaque Luctati, quamvis adhuc tacueris secundum te litem do, magnificus Iudex*: *quod in manifesto negotio tempus teri passus non est*. Idem Valerius lib. 2. cap. 1. consulatur. IDEM.

Aut Africanus) Utriusque magna exstitit auctoritas in concione. Superioris, ut cum reus factus a rostris ad Capitolium adscendit, omni populo comitante: vide Livium decad. 4. lib. 8. Minoris Africani auctoritas enituit, cum, ut dicitur pro Milone, *a C. Carbone Tribuno plebis in concione seditiose interrogatus, quid de Tiberii Gracchi morte sentiret, respondit, jure cæsum videri*. Idem populum responsi libertate tumultuantem, qua auctoritate compescuerit, vide Valerium lib. 6. cap. 2. IDEM.

Aut Maximus) De ejus maxima auctoritate apud populum, vide Valerium libro 8. cap. 1. Atque non esse eumdem Calatinum facile crediderim, cujus modo fiebat mentio: quamvis eodem pene tempore floruisse videantur. Cicero de Senectute: *Quid de Paulo, aut Africano loquar, aut ut jam ante de Maximo? quorum non in sententia solum, sed etiam in nutu residebat auctoritas?* IDEM.

Et non Cæsonius) Cæsonius patris L. Pisonis cognomen est: vide Asconium: quod fortasse cognomen hic usurpat, quo Cæsoniorum aliquis suis ma-

tero ad frontem sublato, altero ad mentum depresso supercilio, *crudelitatem tibi non placere.*

7.

maleficiis, & turpitudine vitæ Calpurniæ genti labem asperserit. Idem. Erfurt. Franc. Pith. MSS. ed prima, Victor. & aliæ, *Cesonius*, non ut Manutii, Lambini, Gruteri, *Cesoninus*. Graev. Etiam Rom. ambæ Ven. & Ald. *Cæsonius*: primus Hervag. *Cæsoninus*, quod Manutio, aliisque placuit adoptionis causa, qua Cæsonius quidam in Calpurniam gentem adscitus fuerat, unde in Fastis anno jam DCV. Consul habetur L. Calpurnius Piso *Cæsoninus*, sive, ut magis usitate habet Anonymus Norisii, *Cæsonianus*. Ita hic ipse Piso post red. in Sen. 6 dicitur *Cæsoninus Calventius*, & iterum de Prov. Cons. c. 4. Tum a Trebellio Pollione in XXX. Tyrannis c. 32 nominatur uxor Titi, qui ex eo numero fuit, *Calpurnia*, *de genere Cæsoninorum; id est Pisonum* Sed potuit tamen Cicero exprobrare Pisoni, eum non vere Calpurnium esse, sed Cæsonium, quæ gens erat quidem nobilis, sed minus illustris: cum etiam Calventium ab avo materno appellet. Non scilicet natura illum ex Calpurnia gente protulerat, sed partim ex Cæsonia, partim ex Placentina Calventia. Sic etiam c.12. boni libri habent, *lutulente Cæsoni*. Britann. MSi tres, *Cæsoninus*, duo, *Cæsonius*. Garat.

Semiplacentius Calventius) Sic ab avo materno, qui præco fuerat Placentiæ, nominatur. Semiplacentinum autem non Placentinum appellat, quia paterno genere Romanus fuit, materno Placentinus. Iuxta avum Pisonis Gallum fuisse ostendit, quia Calventius ex Gallia trans Alpes profectus Placentiæ consederat. Abram.

Crudelitatem tibi non placere) Conferendus est Dionis locus XXXVIII. 16. Και μετα ταυτα ότε Πεισων, καιπερ ευνοικως τω Κικερωνι δοκων εχειν, και συμβουλευσας γε αυτω, ώς εωρα αδυνατον ον αλλως αυτον σωθηναι, προεξελθειν, όμως, επειδη δια τουτο εκεινος ωργισθη, παρηλθεν ες την εκκλησιαν, ότε πρωτον ηδυνηθη, (εν γαρ πολλα ηρρωσθη) και πυνθομενου Κλωδιου, τινα γνωμην περι των γεγραμμενων εχοι, ειπεν, ότι ουδεν μοι ουτ' ωμον, ουδε σκυθρωπον εργον αρεσκει. *Secundum hæc Piso, etsi benevolo esse in Ciceronem animo videbatur, eique consilium dederat, quandoquidem aliter salvus esse non posset, ut abire maturaret: tamen, postquam illum propterea iratum sensit, ut primum per valetudinem potuit, qua plerumque utebatur infirma, in concionem venit; & interrogante Clodio, quid de lege sentiret, respondit, nullum sibi neque crudele, neque triste factum placere.* De Pisonis valetudine consentit aliquatenus Cicero his verbis, *excusatione te uti valetudinis —— Idem illo fere biduo productus in concionem &c.* Interrogatio Clodiana περι των γεγραμμενων referenda est ad legis, quam promulgarat ille, sententiam apud ipsum Dionem c 14. & apud Vellejum II. 45. 1. *Qui civem Rom. indemnatum interemisset, ei aqua, & igni interdiceretur.* Pergit Vellejus, in hoc etiam cum Dione concors: *Cujus (legis) verbis etsi non nominabatur Cicero, tamen solus petebatur.* Sed Clodius in Circo Flaminio tum Consules, & Cæsarem produxit in concionem, ut auctoritates haberet ad Ciceronem sua lege damnandum. Non itaque interrogavit, quidnam de illa generatim sententia legis, sed nominatim quidnam de Ciceronis Consulatu sentirent: quod & heic diserte tradit orator, & responsa confirmant tum Gabinii p. r. in Sen. 6. tum Cæsaris eodem Dionis loco c.17. Pisoni quidem illa, quam Dion habet, interrogatio ansam præberet quamdam excusationis. Ciceronem audiamus majore hanc rem luce perfundentem pro Sext. 14. *Iidem Consules —— pacto jam fœdere provinciarum, producti in Circo Flaminio in concionem ab illa furia, ac peste patriæ, maximo cum gemitu vestro, illa omnia, quæ tum contra me, contraque remp. dixerat (non, quæ scripserat, & promulgarat) voce, ac sententia sua com-*

pro-

Digitized by Google

7. Hic te ille homo dignissimus tuis laudibus collaudavit. Crudelitatis tu, furcifer, Senatum Consul in concione condemnas? non enim me, qui Senatui parui: nam relatio illa salutaris, et diligens fuerat Consulis:

probaverunt. Immo vero lectionem illam *dixerat* res ipsa confirmat. Porro, cum id omne, quod promulgatum fuerat, in Senatum recideret, ne ordo amplissimus tam aperte condemnaretur, correctum id postea fuit in privilegio, quod Clodius in Ciceronem tulit, & ad hunc unum culpa necatorum civium impudentissime traducta. Scriptum etenim in eo fuit, QVOD. M. TVLLIVS. FALSVM. S. C. RETVLERIT. ut habemus pro Domo 19. GARATON.

Hic te ille homo dignissimus tuis laudibus) Dignissimus qui a te laudetur, cui majorem infamiam non possum imprecari, quam ut tu eum vicissim laudes, & quod dicitur, scabant mutua muli; ut enim bonorum laudes honori sunt, sic contra laudes improborum sunt infamiæ. ABRAM.

Crudelitatis tu, furcifer, Senatum Consul in concione condemnas? Nota singulorum verborum energiam. Primo sensum uno membro concludit, ut vibratior contorqueatur oratio: furciferum appellat, vel tanquam omni supplicio mactandum propter improbitatem, vel tanquam servum, & Syrum nescio quem, propter indolis & materni generis indignitatem. Ait *condemnas*, non solum accusas, quod est indignissimum, ut indicta caussa damnetur: *Senatum*, qui est ordo amplissimus: *Consul*, cujus est tum reipublicæ paci, & tranquillitati, tum vel maxime dignitati, & splendori Senatus providere. *In concione*, quæ & facile potest ad seditionem concitari, & apud quam summa esse debet Senatus auctoritas: condemnas, neque quovis crimine, sed *crudelitatis*, a qua maxime Senatus debet esse alienus, cum patres a pietate, & clementia nomen acceperint. IDEM.

Non enim me) Non in me, sed in Senatum redundat hæc infamia crudelitatis, quam mihi volebas aspergere. IDEM.

Relatio illa salutaris) Cum ad Senatum Consul de causa Catilinaria retuli. HOTT. *Nam relatio illa salutaris*) Placet *delatio*, ut est in antiquo: & paullo post, *interimere*, pro eo quod est in vulgatis, *interire*. F. VRSINVS. *Nam relatio*) Ostendit, se tantummodo Senatui paruisse: Ego Consul legatos Allobrogum cum litteris Cethegi, Lentuli, & aliorum conjuratorum deduxi ad Senatum: Senatus autem in conjuratos animadvertit, eosque jussit in carcere fractis cervicibus jugulari. ABRAM. In V. L. *delatio* Lambino tribuitur: sed ejus repetitorum est, e Gryphio, eoque, unde profecta est, Naugerio desumpta. Lamb. non solum prætulit *relatio*, sed etiam codicum auctoritate firmavit. Permutantur hæc passim, & differunt. Sed heic male judicare Vrsinum censeo: quamquam in conjurationis causa Cicero Consul aliqua detulerit ad Senatum, aliqua jure sui magistratus, officioque retulerit. II. in Catil. 6. *cum domi meæ pene interfectus essem* —— *rem omnem ad P. C. detuli*: ubi libros habentes *retuli* confutavi. Ibid. III. 3. *me negavi esse facturum, ut de periculo publico non ad consilium publicum rem intergram deferrem*: qua de re ita loquitur pro Sext. 69. *quid tantopere deliqui illo, illo die, cum ad vos indicia, litteras, confessiones communis exitii detuli?* Hac delatione facta, conjuratisque convictis, retulit Cicero de summa reip. salute, ut ipse testatur III. in Catil. 6. Postremo Nonis Decembr. facta est insignis illa relatio Consularis, qua in ipsa IV. ibid. 3. *sed ego*, inquit, *instituti referre ad vos, P. C. tamquam integrum, & de facto, quid judicetis, & de pœna, quid censeatis: illa prædicam, quæ sunt Consulis*. Hanc relationem suam

Digitized by Google

siliis, quæ ad me opprimendum parabantur; non interfuisti solum, verum etiam crudelissime præfuisti.

6. Mihi vero ipsi coram genero meo, propinquo tuo, quæ dicere ausus es? egere, foris esse Gabinium: sine provincia stare non posse: spem habere a Tri-

tur, quæ primæ omnium ferrent suffragium, ut innuit Cicero primo de divinatione: *Prærogativam etiam majores omnes justorum comitiorum esse voluerunt*: & secunda Philippica: *Ecce Dolabellæ comitiorum dies; sortitio prærogativæ quiescit: renuntiatur, taces*: atque hæc de prærogativis, tum de classibus classiumque centuriis jure vocatis: *Prima classis vocatur, renuntiatur: deinde ut assolet suffragia: tum secunda classis: quæ omnia citius sunt facta, quam dixi*. Quod facilius ut intelligatur de comitiis Centuriatis agendum, & sciendum est ex Dionysio libro quarto, id a Servio Tullio fuisse institutum, comitiis quæ antea per tribus fiebant ad centurias revocatis, ut prima classis quæ octoginta peditum & octodecim equitum centurias plures nimirum, quam ceteræ quinque classes sola continebat, omnium prima ferret suffragium, quo pacto, ut ait ὁ Τυλλιος *επι τας πλουσιους μετεθηκε το των ψηφων κρατος*. *Ad divites transtulit omnem potestatem in ferendis suffragiis*. Cum igitur secutis deinde temporibus præreptam sibi omnem in comitiis auctoritatem, & ad primam classem translatam esse postremæ classes adverterent, crebrasque turbas ideo concitarent, *quo facilius*, ut verbis utar Asconii, *in comitiis concordia firmaretur*, mos invaluit ut bina fierent comitia de iisdem candidatis, & primis quidem comitiis Centuria quæ prima omnium latura esset suffragium non ordine classium, sed sortitione legeretur, ideo prærogativa quasi præ ceteris rogata diceretur: posterioribus vero comitiis Centuriæ non jam sortitione, sed jure, id est secundum ordinem classium a Servio Tullio institutum vocatæ ferrent suffragium. Abram.

Prærogativæ sunt centuriæ, quæ primæ citantur, & suffragium rogantur, ante jure vocatas. *Iure vocatæ*, quæcunque rogantur post illas, sic dictæ, quod in his sequenti populo prærogativarum voluntatem jure omnia complerentur, ut sane vult Asconius Pædianus in Divinationem. Ceterum ut ego existimo, quod illæ jam jure, hoc est, legitimo ordine, non classium modo, sed ipsarum etiam centuriarum, quo in censorum, quive censum egerant, tabulis descriptæ essent, non forte prælatæ postpositæve, ad suffragium ferendum citarentur. Sic comitiis curiatis curiæ, tributis tribus aliæ prærogativæ, aliæ jure vocatæ, ex instituto fiebant. I. Fr. Gronov. IV Observ. cap. I. vide & Gruch. lib. I. de comit. cap. 4. in thesauro meo antiquitatum Romanarum, ut & Sigon. de antiquo jure civium Romanorum, & utriusque disputationes de lege Curiata variis in locis. Græv.

Genero meo) Pisone Crassipede Tulliæ meæ marito. Asc. Iterum duos Ciceronis generos confundit, ut fecerat ad c. 31. pro Sext. Gar.

Egere, foris esse Gabinium) Hic locus integer est, & ab omni mendo purus. Quare delendus asteriscus, qui huc appingitur in libris vulgatis: dicitur autem *foris esse* debitor, qui latitat, neque facit sui conveniendi copiam. Lambin. *Foris esse Gabinium*) Interpretor non esse in suis nummis, sed in ære alieno, quod qui sunt in ære alieno non possint facile domi suæ conveniri, ut & illum lib. 4. ad Atticum, epist. 16. locum intelligo: *Candidati Consulares omnes rei ambitus: accedit etiam Gabinius, quem P. Sulla non dubitans, quin foris esset, postularat*. Hinc *foris esse* est, esse in ære

Digitized by Google

a Tribuno plebis, si tua consilia cum illo conjunxisses, a Senatu quidem desperasse: hujus te cupiditati obsequi, sicuti ego fecissem in collega meo: nihil esse, quod præsidium Consulum implorarem: sibi quemque consulere oportere. Atque hæc dicere vix audeo: vereor, ne qui sit, qui istius insignem nequitiam, fron-

ære alieno, extra suos nummos, & quasi extra rem familiarem constitutum: sic alicubi Cicero: *At eum video non modo in ære alieno nullo, sed etiam in suis nummis multum esse*. Alii sic locutum Cic. putant, quod debitores cum a creditoribus conveniuntur, abdant se in latebras, & per servos se foris esse respondeant. Nihil tamen assero. Eodem sensu, ut quidam legunt, & interpretantur, Ulpianus D. *de evictionibus* debitores vespertiliones appellat, quod vespertilionum instar interdiu domum se abstrudant, noctuque duntaxat compareant. Vide notas nostras in Sextianam cap. 12. *Non minus perturbato animo atque vultu, quam si paucis ante annis in creditorum manus incidisset*: & in Cœlianam cap. 18. *Ne fœnore trucidetur*. Adde tantum quod propter hoc mentiendi, renuntiandique se domi non esse periculum, ut auctor est Herodotus lib. 1. de Persarum moribus differens: *Αισχιστον αυτοισι το ψευδεσθαι νενομισται. δευτερα δε το οφειλειν χρεος, πολλων μεν και αλλων εινεκα, μαλιστα δε αναγκαιην φασι ειναι τον οφειλοντα και τι ψευδος λεγειν*. *Apud eos omnium fœdissimum putatur mentiri, secundo loco esse in ære alieno: tum ob alias caussas, tum maxime quod ajunt, ei qui debet mentiendi necessitatem incumbere*. ABRAM. Locus Ciceronis ex epistola 16. lib. 4. non loquitur de aere alieno, cujus est sententia: P. Sulla non dubitabat, quin excluderetur divinatione, quia inter ipsum & alios accusatores, in primis Torquatum certandum erat, quis inter omnes, vel uter accusaret. GRÆV.

A Tribuno plebis, si tua consilia cum illo conjurasses) *Conjunxisses*, corrige, ut alii in libris omnibus. HOTTOM. *Si tua consilia cum illo conjurasses*) Magis placeret si legeretur *conjunxisses*: alii delent vocem, *consilia*. F. URS. Erfurt. & Pith. *A tribuno plebis Clodio Antonio, si sua consilia cum illo conjunxeris*. GRÆV. Prior Ven. *a Tribuno pl. Clodio, si sua consilia cum illo conjunxeris*. Rom. altera Ven. Ald. Naug. & Hervag. *a Tribuno plebis, si tua consilia cum illo conjunxeris*: quod firmant omnes Britann. mendo *sua* pro *si tua*; quo unus tantum eorum caret, sublato. Ita vero licet legere, tot libris auctoribus. Neque aliter Gryph. ut nesciam, qua in ed. fuerit, *conjurasses*. Pessime Lamb. *in spem habere*: nam hæc omnia pertinent ad Gabinium, ut ostendunt sequentia, *hujus te cupiditati obsequi*. GARAT.

A Senatu desperasse) Non fuit in potestate Senatus ei provinciam denegare: nam legibus populi Romani Consulibus designatis decernendæ erant provinciæ. Puto igitur, hoc potius ad ornamenta provinciarum pertinere, veluti ad exercitium & pecuniam. Sic supra: *Ego provinciam Galliam Senatus auctoritate, exercitu, & pecunia instructam, & ornatam, &c.* HOTT. *A Senatu*) Cujus erat decernere, quænam essent in sequentem annum futuræ provinciæ Consulares lege Sempronia: vide orat. de Provinc. Cons. ABR. Mei omnes ante P. Manutii editi, *sed a Senatu quidem desperasse*: quod etiam in Britann. omnibus, sed mendose. Vide num binæ voces, *conjunxeris*, *sed*, quarum altera certe adjectitia est, in unam coaluerint, *conjunxisses*: an vero hæc potius in duas illas dissoluta videatur. Si prius placeat, unus optime locum constituerit Gryphius, adstipulantibus Erfurt & Pith. siquidem diligenter collati fuerint. GAR.

Fron-

frontis involutam integumentis, nondum cernat: dicam tamen: ipse certe agnoscet, et cum aliquo dolore, flagitiorum suorum recordabitur. Meministine, cœnum, cum ad te quinta fere hora cum C. Pisone venissem, nescio quo e gurgustio te prodire, involuto capite, soleatum? et, cum isto ore fœtido teterri-

Frontis involutam integumentis) Vide quæ paullo post dicentur de Pisonis supercilio, de frontis nubecula cap. 9. de Pisonis simulatione pro Sextio, post reditum, & alibi sæpe. Porro Pisonem magna existimatione fuisse apud homines tum ipse Cicero fatetur, tum delata paulo post ei Censura testatur, tum eum a splendore vitæ commendat Appianus libro 3. civilium: *ανηρ εν τοις μαλιςα επιφανης*, *vir cumprimis illustris*. Item: Πεισωνος *αυτυ παρελθοντος. η τ' αλλη βυλη κατ' αιδω τυ ανδρος ησυχασε*, &c. *Ipso Pisone prodeunte tum reliquus senatus viri reverentia conquievit*. Abr. Confer. Victor. VI. Var. Lect. 22. Garat.

Meministine) Ipsius conscientiam testatur, ut tanto plus momenti habeat oratio. Abram. Hunc totum locum ita recitat Arusianus: *Meministine, cœnum, cum ad te hora V. cum C. Pisone venissem, nescio quo te e gurgustio prodire, involuto capite, soleatum*. Trita est illius observatio de præsenti, quod heic in re præterita usurpatur: adeo ut *memini* cum infinitivo præteriti temporis damnarit Agrætius, nostri autem homines defendere coacti sint. Vide Cellar. Cur. Post. de Barb. p. 97. ed. quartæ, & Drak. ad Liv. XXXVI. 34. Tamen similem Tullii locum addere lubet ex fragm. orat. in toga candida. *Quod cum sæpius ageres, & impudentius a me contenderes, meministi, me tibi respondere, impudenter te facere*, &c. Gar.

Cœnum) Homo tam lutulente, & in tam sordidis vitiis toto corpore volutate, ut non tam cœnosus, & sordidus, quam ipsum cœnum, dicendus esse videaris. Abstractum loco concreti sæpissime. Lepide Martialis:

Mentitur qui te vitiosum, Zoile, dicit,
Non vitiosus homo es, Zoile, sed vitium. Abr.

Quinta fere hora) Cum sub meridiem nondum pridianam crapulam exhalasset. Hottom. *Quinta fere hora*) Quatuor horis antequam alii soleant mensis accumbere. Abr.

Gurgustio) *Genus habitationis angustum, a gurgulione dictum*, ait Festus. Glossæ: *Gurgustium οικηματιον βραχυ*. Hott.

Involuto capite) Verumque dicit tanquam a Romanis moribus alienum, neque enim caput nisi tempore pluvio solebant involvere, neque soleis, sed calceis nisi tempore conviviorum uti consuerant. Solebant libidini & popinis vacaturi caput involvere. Suetonius in Nerone cap. 26. *Post crepusculum statim arrepto pileo, vel galero popinas inibat*. Iulius Cap. in Vero: *Ut vagaretur nocte per tabernas ac lupanaria, obtecto capite, cucullione vulgari viatorio*. Horatius lib. 2. sat. 7.

Turpis odoratum caput obscurante lucerna.

Iuvenalis:

Tempora Santonico velas adoperta cucullo.

Plautus in Captivis act. 3. sc. 1. quendam suorum temporum mores carpentem inducit:

Ipsi de foro tam aperto capite ad lenones eunt;
In tribu quam aperto capite sontes condemnant reos.

Et alii sæpe. An igitur alias caput non obtegebant? Vide Lipsium de amphitheatro cap. 18. ubi probavit aperto capite fuisse Romanos, convivas vero fuisse pileatos. Horatius suspicionem clare facit. Cum ait Noster *capite involuto* fuisse Pisonem, id

Digitized by Google

rimam nobis popinam inhalasses, excusatione te uti valetudinis, quod diceres, vinolentis te quibusdam medicaminibus solere curari? quam nos causam cum accepissemus, quid enim facere poteramus? paullisper stetimus in illo ganearum tuarum nidore, atque fumo: unde tu nos cum improbissime respondendo, tum turpissime eructando ejecisti. Idem illo fere biduo pro-

id non tam de pileo quam de togæ palliive Græcanici lacinia in caput rejecta, qua Piso caput obnubebat, debet intelligi: quæ res suspicionem luxus non mediocrem adferebat. Seneca de Mæcenate epist. 115. *Hunc esse qui in tribunali, in rostris, in omni publico cœtu sic apparuerit, ut pallio velaretur caput, exclusis utrimque auribus; non aliter, quam in mimo divite fugitivi solent.* Qui accumbentium ritus erat. Plutarchus in Pompejo de Demetrio ipsius liberto: *In Pompeji conviviis, cum Pompejus exspectaret, & convivas exciperet, frequenter ille jam accumbere solitus fertur, cum magno fastu vestem habens per caput ad aures adductam.* Petronius describens accubitum Trimalcionis hominis mollissimi: *Pallio*, inquit, *coccineo adrasum incluserat caput, circaque oneratas veste cervices laticlaviam immiserat mappam fimbriis hinc atque illinc pendentibus.* Huc etiam trahi possit illud Philipp. 2. *Delituit in quadam cauponula, atque ibi se occultans perpotavit ad vesperam: inde cisio celeriter ad urbem advectus, domum venit capite involuto.* Eo scilicet habitu, quo in popina potaverat: vid. Plinium epist. 12. lib. 3. Ceterum e dictis libenter emendaverim Afranium, apud Nonium, itaque legerim:

Quia tu es ventoso in loco
Soleatus, intempesta nocte, sub divo
Operto capite scilicet cum findat gelu.

Operto, inquam, non ut legitur, *aperto*. Abr.

Cum isto ore fœtido) Quod jam dentium putrefactione satis fœtidum est, etiamsi ex vino, & crapula fœtor alius non accesserit. Idem.

Popinam) Teterrimum odorem in popina contractum. Idem.

Excusatione te uti valetudinis) Bene: nam & valetudine plurimum utebatur infirma, τα τε γαρ πολλα ηῤῥωστει: ut auctor est Dio, & caput involvere ægrotos haudquaquam dedecebat. Suetonius in Augusto: *Solis ne hyberni quidem patiens domi quoque non nisi petasatus sub divo spatiabatur.* Ovidius:

Arguat & macies animum, nec turpe putaris
Pileolum nitidis imposuisse comis.

Nam iis fas erat uti palliolis ad caput obtegendum. Suetonius in Claudio cap. 2. *Ob valetudinem gladiatorio munere palliolatus præsedit.* Quinctilianus lib. 11. *Palliolum sicut fascias & focalia sola excusare potest valetudo.* Seneca: *Videbis quasdam graciles, & palliolo focalique circumdatos, pallentes & ægros.* Idem.

Vinolentis te quibusdam medicaminibus) Notum est illud Plinii lib. 22. cap. 24. *Pollio Romulus Augusto rogatus qua arte ad centum annos, & ultra vegetus pervenisset, respondit, Intus mulso, foris oleo.* Vidi ego, qui cum eamdem ætatem attigisset, dicebat duobus usum fuisse remediis, altero, ut nulla medicina, altero, ut vino meracissimo semper uteretur. *Apud Locrenses Epizephyrios, si quis medico non imperante merum bibisset, lege Zaleuci morte plectebatur.* Athen. lib. 10. Idem.

Turpissime eructando) Lamb. *ructando*, sane probabiliter; & facile potuit E duplicari. Sed libri repugnant, neque dicere ausim, mendosam esse vulgatam, neque definire, utrum so-
lo

productus in concionem ab eo, cui sic æquatum præbebas Consulatum tuum, cum esses interrogatus, quid sen-

lo ructu, an etiam vomitu Piso Tullio stomachum moverit. Vide Arntzen. ad Plin. Paneg. XLIX. 6. Garat.

Idem illo fere biduo) Tu idem Piso biduo postquam mihi tam improbe responderas, productus in concionem a Clodio, cui ad vexandam rempublicam totam tui Consulatus vim, potestatemque tribuebas, ut æqualis tibi in potestate videretur, cum esses interrogatus, &c. Abr.

Cui sic æquatum præbebas consulatum tuum) Utrum *æquatum* dixit, quod consulare imperium tribunitiæ potestati æquaret, id est, majus, & gravius esse non sineret, qua in re imminuti magistratus tenebatur: an potius, quod suum magistratum ei tanquam viam planam, & æquatam ad omnia sua consilia perficienda præbeat? quod magis puto. Hottom. Quid est, *æquatum præbere Consulatum?* nempe magistratus auctoritate non uti, seque superiorem alio non gerere. Turnebus XXI. *Advers.* 15. Mendosum hunc locum Manutius putat: mihi vero absoluta sententia, & quæ aliqua ratione explicari possit, videtur. Orator non minus Consuli inimicus, quam Tribuno, L. Pisonem dicit suum Consulatum præbuisse Clodio *æquatum* ejus Tribunatui, h. e. parem sceleribus; cum perniciem Ciceronis roganti Clodio Piso faveret. Nisi forte, quod etiam probabilius est, *æquatum* exponere velimus, secundum, faventem, quia Piso re ipsa Consulatum arbitrio Clodii gessisse videbatur: quo sensu apud Virgilium V. Æn. 844. *Æquatæ spirant auræ*, h. e. ut Servius interpretatur, prosperæ, & secundæ; eodemque modo IV. Æn. 587. *æquatis classem procedere velis.* Cui neutra placet interpretatio, ille emendet, quod existimat esse mendosum. Ferratius. Displicet vox *æquatum*. Quid, si legamus *æquum*, h. e. commodum, & faventem in omnibus? Lallem. Solent quidem permutari *æquus*, & *æquatus*, ut notat Drak. ad Liv. XXIX. 2. Lambinus autem adnotat, alios legere *adæquatum*, quæ commutatio eidem Livio contigit XXII. 27. Sed nullam ego varietatem conspexi, neque a libris discedere audeo, quamvis obscura locutio sit. *Præbebas*, inquit, *Clodio æquatum Consulatum tuum*: h. e. ita cum Clodio communicabas, ut par in utroque potestas esse videretur. Quod enim æquatum præbetur, id æqua parte residere incipit apud duos. *Æquatum* autem reciprocum est: cum potestas major ei datur, qui minorem habet, tam æquatur majori minor, quam major minori. Livius XXII. 27. *majorem minori, Dictatorem Magistro Equitum jussu populi æquatum*: neque vero Fabius Dictator ad Magistri Equitum potestatem descenderat, sed hic ad Dictatoriam adscenderat. Idem valet, Tribunatu Clodii remoto, quem Hottom. & Ferrat. advocant. Sed omnino hi recte faciunt: nam *cui* pro *cujus Tribunatui* est exquisitius. Locutionem similem habet Tacitus VI. Annal. 7. *qui* (Cotta) *nobilis quidem, sed egens ob luxum, per flagitia infamis, sanctissimis Arruntii artibus dignitate ultionis æquabatur*. Adde, quæ ex Tullio notavimus ad c. 26 pro Sulla, & in Vatin. 19. Sic fere locum explicabat etiam Abramius in *Explanatione*. Inest tamen in verbo altera illa significatio, quam iidem præferebant. *Æquatus* enim valet etiam *æquabilis*; atque ita Pisonis Consulatus Clodio præberi dicetur nulla ex parte a se diffidens, ac proinde illi constanter addictus, ejusque omnibus consiliis obsequens. Nam *æquatum* id omne dicitur, in quo nihil prominet, aut excurrit, aut obliquum est. Sic IV. in Verr. 48 *æquata agri planities*: sic *æquata frons* in acie, atque agmine instructo, ad hunc etiam fontem, & caput Virgilianos locos a Ferratio allatos egregius interpres Cerda revocavit. Particula vero *sic* explicari potest, *ad eum modum*, si pleonasmus est apud Plautum Bacch. IV.

sentires de Consulatu meo: gravis auctor, Calatinus credo aliquis, aut Africanus, aut Maximus, et non Cæsonius semiplacentinus Calventius, respondes, alte-

IV. 8. 64. *ut eum dictis plurimis castigem, cum hæc sic facta ad hunc faciat modum*: quam explicationem recipit etiam illud III. in Catil. 9. *sic tum dementer*. Sed certe ἰδιωτισμὸς est, quem observavimus etiam ad c. 26. pro Planc. Est idem I. ad Q. Fratr. 1. §. 5. *sic vero fallaces sunt permulti, & leves*; ubi particula *sic* nihil habet, quo referatur; & male *sin vero* Lamb. emendat, ipsa repugnante sententia. Garaton.

Gravis auctor) Per ironiam eum cum gravissimis viris Attilio Calatino, Scipione Africano, Fabio Maximo confert, quod morum severitatem ostentans nequitiam suam superciliorum contractione, & frontis integumentis involveret. Demosth. orat. de Corona: Εἰ γὰρ Αἰακὸς ἢ Ῥαδάμανθυς, ἢ Μίνως ἦν ὁ κατηγορῶν, ἀλλὰ μὴ σπερμολόγος, περίτριμμα ἀγορᾶς, ὄλεθρος γραμματεὺς, οὐκ ἂν αὐτὸν οἶμαι τοιαῦτ' εἰπεῖν, οὐδ' ἂν οὕτως ἐπαχθεῖς λόγους ποιήσασθαι, ὥσπερ ἐν τραγῳδίᾳ βοῶντα, ὦ γῆ, καὶ ἥλιε, καὶ ἀρετὴ, καὶ τὰ τοιαῦτα. *Si enim Æacus, aut Rhadamanthus, aut Minos esset accusator, & non seminiverbius, rabula fori, furcifer scriba, non eum arbitror talia fuisse dicturum: neque verba tam odiosa facturum, tanquam in tragœdia clamantem, o terra, o sol, & virtus, & alia ejusmodi*. Hæc præ oculis habuit Noster & pro Æaco, Minoe, Rhadamantho, Calatinum, Africanum, Maximum posuit, pro seminiverbio, rabula fori, furcifero scriba, Cæsoninum, Semiplacentinum, Calventium, commodius ut opinor. Superat etiam Noster festiva illa & hyberbolica hypotyposi de supercilio Pisonis, & ironia nescio quem addit orationi leporem. Abram.

Calatinus) Noster de Senectute: *Apex autem senectutis auctoritas. Quanta fuit in Luc. Cæcilio Metello? Quanta in Calatino, in quem illud elogium*, Vno ore cui plurimae consentiunt gentes populi primarium fuisse virum. *Notum est totum ejus carmen incisum in sepulchro. Iure igitur gravis de cujus laudibus omnium esset fama consentiens*. Eadem lib. 2. de Finibus exeunte. Hunc opinor Calatinum intelligit, cujus paupertatem Valerius ita commendat libro 4. cap. 4. Cujus quanta fuerit auctoritas in dicenda sententia, constat ex eo quod *Lutatius Consul & Qu. Valerius Prætor*, qui, *circa Siciliam insignem Pœnorum classem deleverant*, de triumphi jure dissiderent: *Iudex inter eos convenit Attilius Calatinus*: qui ita judicavit, *Itaque Luctati, quamvis adhuc tacueris secundum te litem do: magnificus Iudex: quod in manifesto negotio tempus teri passus non est*. Idem Valerius lib. 2. cap. 1. consulatur. Idem.

Aut Africanus) Vtriusque magna exstitit auctoritas in concione. Superioris, ut cum reus factus a rostris ad Capitolium adscendit, omni populo comitante: vide Livium decad. 4. lib. 8. Minoris Africani auctoritas enituit, cum, ut dicitur pro Milone, *a C. Carbone Tribuno plebis in concione seditiose interrogatus, quid de Tiberii Gracchi morte sentiret, respondit, jure cæsum videri*. Idem populum responsi libertate tumultuantem, qua auctoritate compescuerit, vide Valerium lib. 6. cap. 2. Idem.

Aut Maximus) De ejus maxima auctoritate apud populum, vide Valerium libro 8. cap. 1. Atque non esse eumdem Calatinum facile crediderim, cujus modo fiebat mentio: quamvis eodem pene tempore floruisse videantur. Cicero de Senectute: *Quid de Paulo, aut Africano loquar, aut ut jam ante de Maximo? quorum non in sententia solum, sed etiam in nutu residebat auctoritas?* Idem.

Et non Cæsonius) Cæsonius patris L. Pisonis cognomen est: vide Asconium: quod fortasse cognomen hic usurpat, quo Cæsoniorum aliquis fuisma-

tero ad frontem sublato, altero ad mentum depresso supercilio, *crudelitatem tibi non placere*.

7.

maleficiis, & turpitudine vitæ Calpurniæ genti labem asperserit. IDEM. Erfurt. Franc. Pith. MSS. ed prima, Victor. & aliæ, *Cæsonius*, non ut Manutii, Lambini, Gruteri, *Cæsoninus*. GRÆV. Etiam Rom. ambæ Ven. & Ald. *Cæsonius*: primus Hervag. *Cæsoninus*, quod Manutio, aliisque placuit adoptionis causa, qua Cæsonius quidam in Calpurniam gentem adscitus fuerat, unde in Fastis anno jam DCV. Consul habetur L. Calpurnius Piso *Cæsoninus*, sive, ut magis usitate habet Anonymus Norisii, *Cæsonianus*. Ita hic ipse Piso post red. in Sen. 6 dicitur *Cæsoninus Calventius*, & iterum de Prov. Cons c. 4. Tum a Trebellio Pollione in XXX. Tyrannis c. 32 nominatur uxor Titi, qui ex eo numero fuit, *Calpurnia*, *de genere Cæsoninorum*; *id est Pisonum* Sed potuit tamen Cicero exprobrare Pisoni, eum non vere Calpurnium esse, sed Cæsonium, quæ gens erat quidem nobilis, sed minus illustris: cum etiam Calventium ab avo materno appellet. Non scilicet natura illum ex Calpurnia gente protulerat, sed partim ex Cæsonia, partim ex Placentina Calventia. Sic etiam c.12. boni libri habent, *lutulente Cæsoni*. Britann. MSi tres, *Cæsoninus*, duo, *Cæsonius*. GARAT.

Semiplacentius Calventius) Sic ab avo materno, qui præco fuerat Placentiæ, nominatur. Semiplacentinum autem non Placentinum appellat, quia paterno genere Romanus fuit, materno Placentinus. Iuxta avum Pisonis Gallum fuisse ostendit, quia Calventius ex Gallia trans Alpes profectus Placentiæ consederat. ABRAM.

Crudelitatem tibi non placere) Conferendus est Dionis locus XXXVIII. 16. Και μετα ταυτα ὅτι Πεισων, καιπερ ευνοικως τῳ Κικερωνι δοκων εχειν, και συμβεβουλευκως γε αυτῳ, ὡς εωρα αδυνατον ον αλλως αυτον σωθηναι, προεξελθειν, ομως, επειδη δια τουτο εκεινος ωργισθη, παρηλθεν ες την εκκλησιαν, ὅτε πρωτον ηδυνηθη, (εν γαρ πολλῳ ηρρωστει) και πυνθομενου Κλωδιου, τινα γνωμην περι των γεγραμμενων εχοι, ειπεν. ὅτι ουδεν μοι ουτ' ωμον, ουδε σκυθρωπον εργον αρεσκει. *Secundum hæc Piso, etsi benevolo esse in Ciceronem animo videbatur, eique consilium dederat, quandoquidem aliter salvus esse non posset, ut abire maturaret: tamen, postquam illum propterea iratum sensit, ut primum per valetudinem potuit, qua plerumque utebatur infirma, in concionem venit: & interrogante Clodio, quid de lege sentiret, respondit, nullum sibi neque crudele, neque triste factum placere*. De Pisonis valetudine consentit aliquatenus Cicero iis verbis, *excusatione te usi valetudinis —— Idem illo fere biduo productus in concionem &c.* Interrogatio Clodiana περι των γεγραμμενων referenda est ad legis, quam promulgarat ille, sententiam apud ipsum Dionem c 14. & apud Vellejum II. 45. 1. *Qui civem Rom. indemnatum interemisset, ei aqua, & igni interdiceretur*. Pergit Vellejus, in hoc etiam cum Dione concors: *Cujus* (legis) *verbis etsi non nominabatur Cicero, tamen solus petebatur*. Sed Clodius in Circo Flaminio tum Consules, & Cæsarem produxit in concionem, ut auctoritates haberet ad Ciceronem sua lege damnandum. Non itaque interrogavit, quidnam de illa generatim sententia legis, sed nominatim quidnam de Ciceronis Consulatu sentirent: quod & heic diserte tradit orator, & responsa confirmant tum Gabinii p. r. in Sen. 6. tum Cæsaris eodem Dionis loco c.17. Pisoni quidem illa, quam Dion habet, interrogatio ansam præberet quamdam excusationis. Ciceronem audiamus majore hanc rem luce perfundentem pro Sext. 14. *Iidem Consules —— pacto jam fœdere provinciarum, producti in Circo Flaminio in concionem ab illa furia, ac peste patriæ, maximo cum gemitu vestro, illa omnia, quæ tum contra me, contraque remp. dixerat* (non, quæ scripserat, & promulgarat) *voce, ac sententia sua com-*

pro-

Digitized by Google

7. **Hic te ille homo dignissimus tuis laudibus collaudavit. Crudelitatis tu, furcifer, Senatum Consul in concione condemnas? non enim me, qui Senatui parui: nam relatio illa salutaris, et diligens fuerat Consulis:**

probaverunt. Immo vero lectionem illam *dixerat* res ipsa confirmat. Porro, cum id omne, quod promulgatum fuerat, in Senatum recideret, ne ordo amplissimus tam aperte condemnaretur, correctum id postea fuit in privilegio, quod Clodius in Ciceronem tulit, & ad hunc unum culpa necatorum civium impudentissime traducta. Scriptum etenim in eo fuit, QVOD. M. TVLLIVS. FALSVM. S. C. RETVLERIT. ut habemus pro Domo 19. GARATON.

Hic te ille homo dignissimus tuis laudibus) Dignissimus qui a te laudetur, cui majorem infamiam non possum imprecari, quam ut tu eum vicissim laudes, & quod dicitur, scabant mutua muli; ut enim bonorum laudes honori sunt, sic contra laudes improborum sunt infamiæ. ABRAM.

Crudelitatis tu, furcifer, Senatum Consul in concione condemnas? Nota singulorum verborum energiam. Primo sensum uno membro concludit, ut vibratior contorqueatur oratio: furciferum appellat, vel tanquam omni supplicio mactandum propter improbitatem, vel tanquam servum, & Syrum nescio quem, propter indolis & materni generis indignitatem. Ait *condemnas*, non solum accusas, quod est indignissimum, ut indicta caussa damnetur: *Senatum*, qui est ordo amplissimus: *Consul*, cujus est tum reipublicæ paci, & tranquillitati, tum vel maxime dignitati, & splendori Senatus providere. *In concione*, quæ & facile potest ad seditionem concitari, & apud quam summa esse debet Senatus auctoritas: condemnas, neque quovis crimine, sed *crudelitatis*, a qua maxime Senatus debet esse alienus, cum patres a pietate, & clementia nomen acceperint. IDEM.

Non enim me) Non in me, sed in Senatum redundat hæc infamia crudelitatis, quam mihi volebas aspergere. IDEM.

Relatio illa salutaris) Cum ad Senatum Consul de causa Catilinaria retuli. HOTT. *Nam relatio illa salutaris*) Placet *delatio*, ut est in antiquo: & paullo post, *interimere*, pro eo quod est in vulgatis, *interire*. F. VRSINVS. *Nam relatio*) Ostendit, se tantummodo Senatui paruisse: Ego Consul legatos Allobrogum cum litteris Cethegi, Lentuli, & aliorum conjuratorum deduxi ad Senatum: Senatus autem in conjuratos animadvertit, eosque jussit in carcere fractis cervicibus jugulari. ABRAM. In V. L. *delatio* Lambino tribuitur: sed ejus repetitorum est, e Gryphio, eoque, unde profecta est, Naugerio desumpta. Lamb. non solum prætulit *relatio*, sed etiam codicum auctoritate firmavit. Permutantur hæc passim, & differunt. Sed heic male judicare Vrsinum censeo: quamquam in conjurationis causa Cicero Consul aliqua *detulerit* ad Senatum, aliqua jure sui magistratus, officioque *retulerit*. II. in Catil. 6. *cum domi meæ pæne interfectus essem —— rem omnem ad P. C. detuli*: ubi libros habentes *retuli* confutavi. Ibid. III. 3. *me negavi esse facturum, ut de periculo publico non ad consilium publicum rem integram deferrem*: qua de re ita loquitur pro Sext. 69. *quid tantopere deliqui illo, illo die, cum ad vos indicia, litteras, confessiones communis exitii detuli?* Hac delatione facta, conjuratisque convictis, retulit Cicero de summa reip. salute, ut ipse testatur III. in Catil. 6. Postremo Nonis Decembr. facta est insignis illa relatio Consularis, qua in ipsa IV. ibid. 3. *sed ego*, inquit, *institui referre ad vos, P. C. tamquam integrum, & de facto, quid judicetis, & de pœna, quid censeatis: illa prædicam, quæ sunt Consulis*. Hanc relationem suam

sulis: animadversio quidem, et judicium Senatus: quæ cum reprehendis, ostendis, qualis tu, si ita forte accidisset, fueris illo tempore Consul futurus: stipendio mehercule, et frumento Catilinam esse putasses juvandum. Quid enim interfuit inter Catilinam, et eum, cui tu Senatus auctoritatem, salutem civitatis, totam rempublicam provinciæ præmio vendidisti? Quæ enim L. Catilinam conantem Consul prohibui, ea P. Clodium facientem Consules adjuverunt: voluit ille Senatum interficere, vos sustulistis: leges incendere, vos abrogastis: interire patriam, vos adjuvistis. Quid est, vobis Consulibus, gestum sine armis? incen-

suam Cicero heic intelligit, quam conjuratorum damnatio statim est consecuta, in qua ille Senatui paruit, cum necandos quinque illos conjuratorum duces curavit. Sic etiam pro Sulla 7 *in quo* (meo Consulatu) *ego imperavi nihil; sed contra Patribus Conscriptis, & bonis omnibus parui:* & l. c. pro Sext. sequitur, *cum parui vobis?* Iam ex his patet, hanc relationem non modo alteram priorem includere, sed etiam delationem patefactæ conjurationis. Hæc eo libentius adnotavi, quod Abram. cum vulgatam retineat, talem addit explanationem, ut *delatio* legendum ei persuadere possit, qui rem attentius non consideret. Simul animadvertendum est, Tullium id unum velle, ne sibi potius, quam Senatui, illa in conjuratos severitas adscribatur: cum tamen se boni Consulis officio functum existimaturus non esset, si rem tantummodo detulisset, in eoque diligentiam probasset suam; neque Senatum, ut severe, fortiterque decerneret, tam graviter cohortatus esset, ut relatione illa sua, sententiaque Consulari factum videmus. Legendum autem suspicor; *nam relatio illa salutaris, & diligens fuerat boni Consulis*: cum in MSis Erfurt. Pith. & quatuor Britanq. exstet, *fuerat boni Consulis*. GAR.

Et eum, cui tu Senatus auctoritatem) Publium Clodium, *cui tu Senatus auctoritatem*: eripiens Senatui potestatem decernendæ provinciæ Consularis lege Sempronia, *salutem civitatis* seditiones fovens, & permittens servitia ad vim concitari *provinciæ premio*, Macedoniæ, quam lege Clodia non auctoritate Senatus obtinere cupiebas, contra legem Semproniam *vendidisti*, & vexari lacerarique permisisti. ABR.

Voluit ille Senatum) Comparatio concinna isocolis contenta, ut membra membris, paria paribus respondeant. IDEM.

Vos sustulistis) Senatum suo Senatusconsulto de vestis mutatione facto obtemperare vetuistis: dixitque Gabinius in concione, *Errare homines si etiam tum Senatum aliquid in rep. posse arbitrarentur*: pro Sextio. IDEM.

Vos abrogastis) Rogatione Clodia leges Æliam, & Fusiam abrogastis. IDEM.

Interire patriam) Legendum putant quidam, *interimere patriam*: quibus propemodum assentior. LAMB.

Vos adjuvistis) Clodium pestem patriæ nefarie molientem. ABRAM. Non possum in animum mehercule inducere, tam obscure locutum hic Tullium: *Catilina voluit interire patriam, vos adjuvistis*: cum tamen superiora sint apertissima. Mendum latet, sed nihil in MSis auxilii. Clodium a suis satellitibus *felicem Catilinam* appellatum dicit Cic. pro Domo 27. GARATON.

Vos

cendere illa conjuratorum manus voluit urbem: vos ejus domum, quem propter urbs incensa non est. Ac ne illi quidem, si habuissent vestri similem Consulem, de urbis incendio cogitassent: non enim se tectis privare voluerunt: sed, his stantibus, nullum domicilium sceleri suo fore putaverunt: cædem illi civium, vos servitutem expetistis. Hic vos etiam crudeliores: huic enim populo ita fuerat ante vos Consules libertas insita, ut emori potius, quam servire, præstaret. Illud vero geminum consiliis Catilinæ, et Len-

Vos ejus domum) Meam ipsius, qui faces jam ab urbis incendium comparatas patefeci, protuli, extinxi. ABR.

Quem propter) Lamb. ex suo cod. *propter quem*; atque ita multo antea editum reperi in priore Veneta: sed a reliquis libris non est discedendum: vide ad II. Agr. 30. Præpositiones relativis postpositæ passim occurrunt; neque hoc ipsum *quem propter* Lambinum offendit in Plauti Amphitr. IV, 1. 8. fortasse quia erat in versu, At X. ad Att. 4. *istos*, *quos propter omnia amisimus*: quem locum non omisit celeb. Ruhnkenius, dum genus hoc illustrabat, ad Vellei. II. 91. 2. GARATON.

Si habuissent vestri similem Consulem) Ideo enim vel præcipue, teste Sallustio, urbem incendere statuerant, ut in illo tumultu Ciceronem occiderent, qui se contra eorum impetus muniebat. ABRAM.

His stantibus) Non parietes significat, sed patres conscriptos: q. d. quamdiu tales Consules & Senatores quales isti sunt, permanebunt. Sic mox: *Me stante, & manente*. HOTTOM.

His vos etiam) Legitur in omnibus libris, *hic vos etiam*; & sequenti folio, ubi est: *Senatum, reip. occasum atque interitum lugere vetuisti*. In illis sic, *Senatum populi Romani occasum, atque interitum reip. lugere vetuisti*. FABRICIUS. *His* mendum erat typographicum Manutianæ, quod Car. Stephanus, & Seb. Gryphius retinuerunt. GARATON.

Ante vos Consules) Cum magna emphasi ostendit, non solam libertatem populi Romani, sed etiam ipsos mores iis Consulibus pessundatos fuisse, quippe qui ab insito libertatis amore desciverint. ABRAM.

Libertas insita) Philippica 6. extremis verbis: *populo Romano servire fas non est, quem Dii immortales omnibus gentibus imperare voluerunt*, &c. *Aliæ nationes servitutem pati possunt, populo Romano est propria libertas*. Notum illud:

Æneadæ in ferrum pro libertate ruebant.

Item:

—— *Natosque pater nova bella moventes*
Ad pœnam pulcra pro libertate vocabit. IDEM.

Quam servire præstaret) Videtur dictum, pro *optaret*, aut *præoptaret*. In orat. de provinciis locum hujus non absimilem notasse memini. HOTTOM. Cel. Ernestus recte Hottomannum de illa significatione reprehendit: neque locum, quem is indicat, invenire potui. Haud tamen intelligo, cur mendosa hæc Ernesto ipsi videri debuerint. Ad v. *præstaret* dativus subauditur, qui præcessit, *huic populo*. Additur autem *potius* eodem pleonasmo, quo dicitur, *potius malle* Divin. 6. pro Balbo 7. pro Lig. 3. &c. Mitto locum infra positum c. 14. extr. *Mihi* —— *quævis fuga potius, quam ulla provincia, esset optatior*: nam ibi *potius* non agnoscit codex antiquissimus Vaticanus. Verumtamen recte illi habere ceteros cum Gravio intellexit

Lentuli, quod me domo mea expulistis, Cn. Pompejum domum suam compulistis: neque enim, me stante, et manente in urbis vigilia, neque resistente Cn. Pompejo, omnium gentium victore, umquam se illi rempublicam delere posse duxerunt: a me quidem etiam pœnas expetistis, quibus conjuratorum manes mortuorum expiaretis: omne odium inclusum nefariis sen-

Ernestus, eosque defendit: neque vero dubium est, quin utrumque genus in eamdem formulam includi debeat. Per sententia II. Phil. 44. *servitus postremum malorum omnium, non modo bello, sed morte etiam repellendum*: tum X. 9. *optanda mors est, quæ civibus Romanis semper fuit servitute potior.* GAR.

Illud vero geminum consiliis) Budæus in Comm. L. G. p. 998. ed. Steph. pro *geminum* legere jubet *germanum*. Legebatur quidem olim IV. Acad. 43. *Antiochum, qui appellabatur Academicus; erat quidem, si perpauca mutavisset, germanissimus Stoicis*, ut habet Budæus, idque regnavit diu: sed alii, & Davisius optime, *germanissimus Stoicus*. Nihil autem heic esse tentandum, ubi cum Tullianis libris omnibus Arusiani facit auctoritas, sic patere arbitror, ut demonstrari non debeat. Tamen Ferrarius consuli potest Budæum refutans ad XI. Phil. 1. & veram lectionem in Academ. ex MSis agnoscens: item de alio Tullii loco Puretus ad Symmach. I. 25. IDEM.

Quod me domo mea) Res ita non debet intelligi, quasi vero Catilina & Lentulus Ciceronem domo ejecerint, & Pompejum domum suam compulerint: tunc enim temporis Pompejus erat in Asia, & bellum contra Mithridatem gerebat: sed quia conjurati illis duobus potissimum necem moliti sunt; statuerant enim, ut ait Sallustius, & Ciceronem occidere, & liberos Pompeji obsidum loco retinere, ne reversus ex Asia Pompejus ipsorum furori obsisteret. ABR.

Me domo mea expulistis) Me rogatione Clodia in exsilium ejecistis. ID.

Cn. Pompejum domum suam compulistis) Pompejus, ejecto Cicerone a P. Clodio tam multis contumeliis est appetitus, ut ne conviciis cum impudentis adolescentis petulantia certaret, coactus fuerit privatis se parietibus continere, unde eum domum suam Consules compulisse dicuntur, quod eum contumeliis impune vexari permiserant. De Clodii contumeliis in Pompejum fuse Plutarchus in Pomp. IDEM.

Conjuratorum manes mortuorum expiaretis) *Mortuorum* videtur glossema & superfluum. Meo sanguine placaretis animas eorum qui ob conjurationem ex S. C. jussi sunt a me in carcere jugulari. Expiare, placare, pios efficere. Plautus in Mostellaria sc. *Habeo Neptuno*:

Thear. *Dii te, Deæque omnes perduaxint cum isto omine.*
Tramo: *Metuo te atque istas expiare ut possis.*

Manes igitur, & Dii dicuntur expiari, cum hominis potissimum immolatione placantur, de quo ritu Interpres Aristophanis in Equitibus ad illa verba,

Ει τυς δ' επιτηδες ωσπερ
Δημοσιυς τρεφεις
Εν τη πυκνι. καθ' οταν
Μη σοι τυχη οψον ον
Τυτων ος αν η παχυς,
Θυσας επιδειπνεις.

Si hos de industria tamquam Publicos nutris in Pnyce, ut cum tibi Non fuerit obsonium, uno ex iis, qui pinguis fuerit, mactato, cœnes. Δημοσιυς, inquit Interpres, τυς λεγομενυς Φαρμακυς, οἱ περ καθαιρυσι τας πολεις τῳ εαυτων φονῳ. *Publicos eos qui Pharmaci nominantur, qui urbes expiant sua ipsorum cæde.* Pergit: *Quosdam enim Athenienses infimi generis & plane inutiles alebant, & cum ali-*

Digitized by Google

sensibus impiorum in me profudistis: quorum ego fu-

aliqua urbi calamitas, puta pestis, aut aliquid ejusmodi accidisset, eos mactabant, ut urbem piaculo expiarent, quos & καθάρματα, tanquam purgamina sive piacula nuncupabant. Rem totam accurate describit Ioannes Tzetzes Chiliade 5. histor. 23.

Catharma quondam tale, purgamen fuit,
Si pestis, aut fames, vel alia calamitas
Vexaret urbem ira Deorum percitam.
Ad victimam deformis adie omnes homo
Purgamen, atque Pharmacus ductus fuit.
Cum ventum ad aram est, caseum, ficus, ador
Ipsi in manum dabant: deinde, septies,
Pudenda scillis verberabant victimæ
Caprifico, & aliis surculis agrestibus.
Agrestiumque urebant ramis arborem
Devota membra: tum saorum cinerem gravis
Levamen urbis ventilabant in mare.

Quem ille ritum Lycophronis & Lesbonactis auctoritate confirmat: immo quod addit Chiliade 8. hist. 239.

Τὴν τέφραν ἐρραίνον αὐτοῦ ἐκεῖ σχεδὸν τῇ πόλει.
Totam per urbem ventilabatur cinis.

Innuit Suidas a populo acclamari solitum, Περίψημα ἡμῶν γενοῦ. Sed quoniam ejus verba mire corrupta sunt, operæpretium fuerit, verba proferre, &, si quam possumus, adferre medicinam, Περίψημα, κατάγμα, ἡ ὑπὸ τὰ ἴχνη ἀπολύτρωσις, lege, κάθαρμα, ἡ ὑπὸ τὰ ἴχνη ἀπόλυσις. *Purgamen, aut sordes ex imis pedibus extersæ & elutæ:* vel, lege, ἀπολυθρώσις, *sanies e vestigiis extersæ.* Pergit: οὕτως ἐπέλεγον τῷ κατ' ἐνιαυτὸν συνέχοντι τῶν κακῶν: lege, οὕτως ἐπέλεγον τῷ καθάρματι συνεχόντων κακῶν. *Sic acclamabant illi piaculo cum aliqua calamitas incidisset.* Περίψημα ἡμῶν γενοῦ, ἤτοι σωτηρία καὶ ἀπολύτρωσις, καὶ οὕτως ἐνέβαλον τῇ θαλάσσῃ, ὡσανεὶ τῷ Ποσειδῶνι θυσίας ἀποκτείνοντες. *Peripsema nobis esto; id est, salus ac redemptio: & ita porriciebant in mare, quasi Neptuno mactantes.* At enim quid hæc ad mores Romanos aut Ciceronem? audi Interpretem Aristophanis in Pluto: Καθάρματα ἐλέγοντο, οἱ ἐπὶ καθάρσει λοιμοῦ τινος, ἢ τινος ἑτέρας νόσου θυόμενοι τοῖς θεοῖς. τοῦτο δὲ τὸ ἔθος καὶ παρὰ Ῥωμαίοις ἐπεκράτησεν. *Catharmata dicebantur, qui ob pestem aliquam, aut alium morbum, solebant Diis immolari. Hic autem mos etiam apud Romanos invaluit.* Certe tradit Plutarchus in quæstionibus Romanis Græcum & Græcam, Gallum & Gallam in foro boario piaculi caussa fuisse defossos, & confectis bellis civilibus, cum Cæsar ludos exhiberet: Δύο ἄνδρες, inquit Dio lib. 43. ἐν τρόπῳ τινὶ ἱερουργίας ἐσφάγησαν. *Duo homines certo quodam sacrificii genere sunt immolati.* Idem:

In Catilinæ busto, vobis ducibus, mactatus essem) Non absimilis est locus pro Flacco: *C. Antonii damnatione sepulchrum L. Catilinæ floribus ornatum; hominum audacissimorum ac domesticorum hostium conventu epulisque celebratum est: justa Catilinæ facta sunt. Nunc a Flacco Lentuli pœnæ per vos expetuntur: Quam potestis P. Lentulo, qui vos in complexu liberorum conjugumque vestrarum trucidatos, incendio patriæ sepelire conatus est, mactare victimam gratiorem, quam si L. Flacci sanguine illius nefarium in vos omnes odium saturaveritis. Litemus igitur Lentulo: parentemus Cethego.* Utrobique usus est verbo *mactandi* a sacris petito, ut ad sacrificia veterum alluderet. Solebant enim Heroicis temporibus ad cæsorum busta victimas humanas immolare. Sic Polyxenæ sanguis ad expiandos Achillis manes expetitus. Sic Achilles Trojanos duodecim ad Patrocli bustum mactavit. De Polyxena Euripides in Hecuba, Seneca Troade, Naso Metamorphosi. Sic Æneas 10. Æneidos audita Pallantis nece, hostes octo:

Viventes rapit inferias, quos immolet umbris,
Captivoque rogi perfundat sanguine flammas.

Lib. sequenti:

furori nisi cessissem, in Catilinæ busto, vobis ducibus, mactatus essem. Quod autem majus indicium exspectatis, nihil inter vos, et Catilinam interfuisse, quam quod eamdem illam manum ex intermortuis Catilinæ reliquiis concitastis? quod omnes undique perditos collegistis? quod in me carcerem effudistis? quod conjuratos armastis? quod eorum ferro, ac furori meum corpus, atque omnium bonorum vitam objicere voluistis? Sed jam redeo ad præclaram illam concionem tuam.

8. Tu es ille, cui crudelitas displicet? cui, cum Senatus luctum, ac dolorem suum vestis mutatione de-

Vinxerat & post terga manus, quos mitteret umbris
Inferias, cæso sparsuros sanguine flammas.

Quam impiam pietatem Antonius Triumvir Philippensi victoria renovans, *Hortensium*, oratoris filium *mactari jussit ad monumentum* C. Antonii fratris sui, quem Brutus interfici jusserat ad ulciscendam necem Ciceronis. Vide Plutarchum in Antonio. Egregius videlicet Sullæ discipulus: de cujus crudelitate Lucanus lib. 2.

—— Quid sanguine manes
Placatos Catuli referam? cum victima tristis
Inferias Marius, forsan nolentibus umbris
Pendet inexpleto non fanda piacula busto, &c. IDEM.

Intermortuis Catilinæ reliquiis) Videtur nunc significare, semimortuis; cum alibi particula *inter* augendi vim habeat: ut *interbibere*. Fusas autem ac superatas Catilinæ copias Petreji pugna, nemo ignorat. Hæc eadem in Sextiana. HOTTOM.

Quod in me carcerem effudistis) Servos & sceleratos ex ergastulis, & carcere immisistis ad vexandam rempublicam, & conflanda seditionis incendia. ABR.

Quod eorum ferro ac furori) Ita locum supplevi e Pal. sec. atque Turingico: prius aberat, *ac furori*: quod tamen hic appositissimum est. GRUT. Confirmant etiam Pithœi excerpta. GRÆV. Recte: quamvis omnes Britann. hoc additamentum cum Faernianis ignorent Pro Domo 24. *Hanc ego vim, Pontifices, hoc scelus, hunc furorem, meo corpore opposito, ab omnium bonorum cervicibus depuli.* Verumtamen satis erat *ferro* (præsertim cum supra sit, *quorum ego furori*) ut *armis* pro Mil. 14. *Servorum, & egentium civium, & facinorosorum armis meos cives —— pro me objici nolui.* GAR.

Cui, cum Senatus) Cum Senatus tibi collegæque tuo luctum, doloremque, quem ex meo periculo hauserat, vestis lugubris sumptione declarandum censuisset, ut respiceretis aliquando videretisque, quibus cladibus afficeretis rempublicam: alii legunt: *Qui cum Senatus*: & sensus planus est. ABRAM. Prior Ven. & Lamb. *qui*, quod cum Manutio præfero, qui videtur in aliis editis id reperisse, cum mei tamen reliqui, ne ipsius quidem Manutii ed. excepta, vulgatam servent, quam ille Faerno tribuit. In his licet utique id adoptare, quod verius existimetur; cum nihil sæpius permutari videamus. Mecum facit Ernestus, qui addit Waldarferianæ, ac Iuntinæ suffragia. GAR.

Vestis mutatione) Magistratus in luctu ponebant prætextam, senatores latum clavum, equites annulos aureos &

Digitized by Google

declarandum censuisset, cum videres mærere rempublicam amplissimi ordinis luctu, o noster misericors! quid facis? quod nulla in barbaria quisquam tyrannus: omitto enim illud, Consulem edicere, ut Senatus Senatusconsulto ne obtemperet: quod fœdius nec fieri, nec cogitari quidquam potest: ad misericordiam redeo ejus, cui nimis videtur Senatus in conservanda patria fuisse crudelis. Edicere est ausus cum illo suo pari, quem tamen omnibus vitiis superare cupiebat, ut Senatus, contra, quam ipse censuisset, ad vestitum rediret. Quis hoc fecit ulla in Scythia tyrannus, ut eos, quos luctu afficeret, lugere non sineret? mærorem relinquis: mæroris aufers insignia: eripis lacrymas non consolando, sed minando. Quod si vestem non publico consilio Patres Conscripti, sed privato officio, aut misericordia mutavissent, tamen id iis non licere per interdicta crudelitatis suæ, potestatis erat non ferendæ: cum vero id Senatus frequens censuisset, ordines reliqui jam ante fecissent: tu ex tenebri-

& phaleras, plebs utebatur toga pulla; de quibus multis agit Abramius ad hunc locum. GRAV.

Cum illo suo pari) Lepida est quædam Phalaridis epist. ad Adimantum: *Ἀκεω σε διαφερεσθαι προς τον αδελφον ὁποτερος ὑμων εςι χειρων. σε μεν εκεινον λεγοντος, εκεινε δε σε παμπαλιν, σε. εγω δ' οιομαι, μαλλον δε καλως πεπεισμαι των μεν αλλων παντων εκεινον ειναι κακιω. σε δ' υπ' εκεινον, ετ' αλλων ανθρωπων εδενα. Audio tibi cum fratre tuo esse contentionem, uter vestrum sit deterior: te dicente illum, illo vicissim te sceleratiorem esse. Ego vero sic existimo, vel potius mihi plane persuadeo, hunc aliis quidem omnibus, te neque illum, neque quemquam alium esse nequiorem.* ABRAM.

Quis hoc fecit ulla in Scythia) Sic habent omnes libri manuscr. & omnes item vulgati, nisi qui sunt inquinatissimi, & mendosissimi, & multos ab hinc annos impressi. Quin domi habeo Ciceronis scripta a Colinæo typis excusa, anno CIↃIↃXLIV. in quibus plane impressum est, *Quis hoc fecit*, &c. Quare nihil hic cujusquam opus fuit emendatoris opera. Hoc eo dico, quod Adr. Turnebus hunc locum admonet sic esse legendum, actum agens, quod multis locis fecit. LAMB. Sed mei omnes ante P. Man. editi cum omnibus MSis Britann. habent, *facit*. Veram lectionem MSorum suffragio primus muniebat Lambinus. GARAT.

Mærorem relinquis) Me exulare, & a Clodio vexari permittis, ex quo dolorem Senatus hauriebat: *mæroris aufers insignia*, vestis mutationem qua Senatus suum dolorem, & luctum testabatur. ABR. Pro Planc. 35. *Sed recordare, qui cum fuerint Consulum nomine hostes, qui soli in hac urbe Senatum Senatui parere non siverit, edictoque suo non luctum Patribus conscriptis, sed indicia luctus ademerint.* Confer quoque pro Sext. 14. GAR.

Per interdicta) Prior Ven. per in-

ter-

Digitized by Google

bricosa popina Consul extractus, cum illa saltatrice tonsa

terdictum. Ita legem, qua expulsus est, Cicero *interdictum sceleris*, *vocem furoris* appellat pro Domo 26. Gar

Cum illa saltatrice tonsa) A Gabinium significat, quem infra quoque *saltatorem* appellat. Hottom. *Cum illa saltatrice*) Cum Gabinio collega, qui & saltandi artem præ se fert, & post meum discessum domo & cantu, & cymbalis personante nudus in convivio saltavit. Saltatricem vocat genere fœminino, ut ejus effœminatos mores, & impudicitiam carpat, quemadmodum de provinciis Consularibus eum *Semiramidem* nominavit. Sic Torquatus Hortensium ignominiæ caussa *gesticulariam* nominavit. Vide Gellium lib. 1. cap. 5. De tribus saltandi arte celebribus viris claris apud Romanos, vide Macrobium 3. Saturnal. cap. 14. Hic miretur quis, cur Noster in Gabinio saltationem culpaverit, qui in Roscio Comœdo tanti hanc artem fecit, ut eodem Macrobio teste satis constat. Nam hanc porro gestuum expressionem saltando fieri solitam esse, ad Philipp. & pro Cœlio explicamus: miretur, inquam, quis, cur saltationem culpaverit, quam & Fabius lib. 1. cap. 9. commendat, & apud eum Socrates, Plato, Chrysippus: & Lucianus fuse *περὶ ὀρχήσεως*, & Homericus Menelaus solam ex omnibus oblectationibus inculpabilem nominavit Iliados ν. v. 636. Et ibidem Polydamas inter præcipua Deorum munera numeravit versu 730. Plato 7. de legibus: *Pueros & puellas oportet saltationem, & alias exercitationes addiscere*. Cujus rei, ubi libro 2. pulcherrimam reddidit rationem, subjicit: *Deos dicebamus nostri miseratione commotos Apollinem nobis, & Musas, & tertium dicebamus Bacchum, ni fallor, dedisse, qui nobiscum choreas agerent, & saltationibus præessent*. Cur igitur Tullius admiratur unicus Platonis saltationem in Gabinio reprehendit? quia nimirum saltationum aliæ honestæ, aliæ penitus inhonestæ. Has etiam repudiat Plato, eas tantum probat 3. de Rep. quæ rationi obsequuntur: *Pes, & membrum sequatur rationem, non pedem, & membrum ratio*. Sed de variis saltationum generibus vide Pollucem, & Athenæum lib. 1. c. 43. 44. 45. 46. & libro 14. cap 24. 25. 26. & Platonem citatis locis, qui duas præcipuas probat: *Et duas honestarum saltationum species constituit, militarem videlicet, pyrricham, & pacificam, quæ eumelia nominatur*. Ubi utriusque fusa descriptio: de Pyrricha Athenæus libro 14. cap. 25. *a quinto ætatis anno omnes pyrricham saltationem addiscunt*. Sed hæ saltationes viriles erant, & minime probro ducendæ, aliæ effœminatæ magis, & homine libero indignæ. Talis erat saltatio cum crotalis, quæ hic probro objicitur: de qua Scipio Africanus Æmilianus oratione contra legem judiciariam Tiberii Gracchi apud Macrob. III. Saturn. 10. De hac saltatione, ni fallor, etiam queritur Horatius:

Motus doceri gaudet Ionicos
Adulta virgo. Abr.

Tonsa) Pro Sextio, *Consul cincinnatus; unguentis affluens, calamistrata coma*. Post reditum in Senatu: *frons ejus calamistri notata vestigiis*: infra: *cincinnorum fimbriæ* describuntur: quare vel error in scripturam irrepsit, & legendum est, *saltatrix intonsa*, vel dicendum est ejus barbam, & capillos fuisse ad venustatem, & veluti tantisper delibatos, cum aliorum barba ad cutem quotidie raderetur: ut pro Cœlio ostensum est. Virgil.

Ipse caput tonsæ foliis evinctus olivæ.

Id est, ad venustatem sectæ; vel tonsam appellat, qua mulier esset moribus, vir sola tonsione. Ea videtur hac in re fuisse perversitas, ut quemadmodum mimi in viro fœminam quærebant, vultum effœminabant, cutem poliebant, ita mimæ illæ meretriculæ virilem sexum conarentur imitari; nam ut omittam togas meretricum, de quibus Horatius:

—— *quid inter*
Est in matrona, ancilla, peccesve togata.

Iuvenalis:

De-

Digitized by Google

tonsa, Senatum populi Romani occasum, atque interitum reipublicæ lugere vetuisti.

9. At quærebat etiam paullo ante de me, quid suo mihi opus fuisset auxilio: cur non meis inimicis meis copiis restitissem. Quasi vero non modo ego, qui multis sæpe auxilio fuissem, sed quisquam tam inops fuerit umquam, qui, isto non modo propugnatore, tutiorem se, sed advocato, aut adstipulatore, paratiorem

Damnetur si vis etiam Corfinii, talem
Non sumet damnata togam.

A comis videntur aliquid discriminis habuisse, coma virilem in modum detonsa, & in cirros vibrata: unde & Ammianus saltatrices *cirratas* appellat, aliter enim puellæ immaturæ, aliter nubiles & matronæ comam componebant. Vide Tertullianum de virginibus velandis. Vt igitur diversi virginum & matronarum crines, ita & meretricum, quod virgines & matronæ crines promitterent, meretrices cirros gestarent, capillosque tonderent: unde Messalina meretricium habitum assumens galerum sumit ut tonsa videatur. Sat. 6. Iuvenalis:

Et nigrum flavo crinem abscondente galero
Intravit calidum veteri centone lupanar.

Quamvis etiam video viris ipsis probro fuisse morosam illam tonsionem, perinde ac mulieribus togam. Martialis:

Sed patris ad speculum tonsi matrisque togatæ
Filius.

Vnde & carpitur Gabinius, quod & cincinnorum fimbrias haberet, & esset ad speculum tonsus. Sic Archilochus apud Dionem Chrysostomum Tarsica priore cum cinnis & cincinnis junxit tonsionem:

Ου φιλεω τον στρατηγον,
Ουδε διαπεπλιγμενον,
Ουδε βοστρυχοισι γαυρον,
Ουδ' ὑπεξυρημενον.
Non diligo magnum ducem,
Stupido nec animo præditum,
Nec gloriantem pendula
Cæsarie, & adrasum undique.

ABRAM.

Senatum populi Romani occasum atque interitum reip. lugere) Redintegravi locum hunc ex Pall. tribus, quibus accedit editio prisca; itaque non est quod quis putet istud deberi ingenio Lambini. GRUT. Non ex ingenio hunc locum Lambinus se restituisse in pristinum nitorem existimari voluit: sed Faernum sequebatur, qui sic in suis MSis esse notavit ad c. 7. quibus una cum accedebat prior Ven. a Grut. inspecta. Hujus membri ordo est: vetuisti Senatum populi Romani lugere occasum, atque interitum reipublicæ. Britann. quatuor cum Rom. & sec. Ven. *Senatum populi Romani occasum, atque interitum lugere vetuisti*. Ald. reliqui ante Lamb. *Senatum reip. occasum, atque interitum lugere vetuisti*. Britann. quintus, *Senatum occasum, atque interitum reip. lugere vetuisti*. GAR.

Advocato aut adstipulatore) *Advocatum* modo testem dicit. *Adstipulator* autem dicebatur adstipulandi correus: hoc est, qui cautionis causa adhibebatur, ut idem quod alter stipularetur. Vide in comment. de verb. juris HOTTOM. *Adstipulatore*) *Stipulator, promissor, stipulari enim promittere est*, inquit Isidorus lib. 10. Originum. Vide Pomponium D. de verb. obligat. l. Stipulationum aliæ. Glossæ: *Stipulationes επερωτησεις. Stipulatio ἱκανοδοσια, id est satisdatio*. Hinc *adstipulator*. Auctor epistolæ ad Octavium: *An esse quemdam annos XXIII. natum, cujus avus fuerit argentarius; adstipulator pater; uterque vero precarium fecerit quæstum: sed alter ad fructu-

rem fore putaret. Ego istius pecudis, ac putidæ carnis consilio scilicet, aut præsidio niti volebam? ab hoc ejecto cadavere quidquam mihi aut opis, aut ornana-

lutem, ut non negaret: alter a pueritia ut non posset non confiteri. Quem locum explicans magnus Criticus lib. 16. Adversariorum, cap. 8. Dicitur, inquit, adstipulator hac epistola fuisse pater Augusti. Adstipulator autem erat, qui stipulanti accedebat, idemque stipulabatur, ut pacta & conventa essent firmiora, magisque cauta & rata: ac in foro Romano circum argentarias homines erant, qui adstipulandi quæstum exercebant, præstoque erant stipulantibus, & paciscentibus. Adstipulator in antiquo lexico προσεπερωτητής exponitur, id est, qui præter stipulatorem interrogat atque stipulatur. At Conanus, *est adstipulator*, inquit, non qui accedit stipulatori, sed qui ei adstipulatur & adposcit aliquid: quo verbo Terentius usus est:

> *Minas quidem jam a me decem habes filia,*
> *Quas pro alimentis esse nunc datas duco,*
> *Hasce pro ornamentis consequentur alteræ.*
> *Porro hæ talenta dotis adposcent duo.*

Id est hæ minæ adposcent filiæ, & adstipulabuntur duo talenta. Sed has duas opiniones expendant otiosi. Ego certe Turnebo libentius accesserim. Quamvis fortasse est vocis non rei dissensio, nam & qui promittit, & qui poscit, dicitur stipulari: unde adstipulator non solum qui adpromittit, sed etiam qui adposcit. Iuvenalis sat. 7.

> *Quantum vis, stipulare: & protinus accipe: quid do*
> *Ut toties illum pater audiat?*

Id est quantam voles, posce mercedem. Abram.

Ego istius pecudis ac putidæ carnis) Gravi tum animi, tum corporis vitiorum exprobratione Pisonem insectans, a stoliditate pecudem, a valetudine & forma putidam carnem appellat, ut hoc contemptu ostendat se neque consilio neque præsidio Pisonis uti voluisse. Per pecudem homo stolidus & κριομυξος hic denotatur. Accius: *Vide ne quem tu esse hebetem deputes æque ac pecus, is sapientia munitum pectus egregium gerat*. Idem.

Putidæ carnis) *Putridæ*, ut in aliis. Hotton. *Ego istius pecudis, ac put. canis*) Assentior nunc P. Fabro Tolosano, viro doctiss. qui hic legendum existimat, *putidæ canis*, non, ut vulgo, *putidæ carnis*, quamvis olim aliter senserim. Qua de re lege ejus Semestria, libro primo, capite XI. Lambinus. *Putidæ carnis*) Non absurde Petrus Faber *canis*, lib. I. cap. 11. Semestrium: sed enim si retinemus mox ex Isidoro *majalem*, non videtur abjiciendum *carnis*: ut alluserit ad proverbium vulgi, *sui animam pro sale datam, ne putisceret*; cujus & alibi meminit noster. Gruт. Recepit quidem *canis* de Fabri sententia Lambinus; postquam ille majore conatu conjecturam defendit suam: sed merito summis viris adstipulatores postea defuerunt. Neque enim magno eruditionis apparatu Faber efficere potuit, ut apte *putidam canem* Cicero heic Pisonem vocarit, inepte *putidam carnem*. Porro in priore tantum Ven. & in uno cod. Britann. *putridæ* scriptum scis. Gar.

Ab hoc ejecto cadavere) Puto de iis accipiendum, quæ fluctibus ejiciebantur, ut in ea pro Sex. Roscio. Hott. *Ab hoc ejecto cadavere*) Insepulto & in publicum ejecto, ut a canibus, alitibusque lanietur. Quid sit ejectum cadaver, satis in Miloniana explicatur: *Ut sine imaginibus, sine cantu, sine ludis, sine exequiis, sine lamentis, sine laudationibus, sine funere, oblitus cruore & luto, spoliatus illius supremi diei celebritate, quam concedere etiam inimici solent, amburreretur etiam abjectus*. Præclare Turnebus 21. cap. 15. *Ejecta cadavera quæ sunt? nempe quibus honos sepulturæ non tribuitur, quod ultimæ cen-*

Digitized by Google

namenti expetebam? Consulem ego tum requirebam, Consulem, inquam, non illum quidem, quem in hoc majali invenire non possem, qui tantam reipublicæ causam gravitate, et consilio suo tueretur: sed qui, tanquam truncus, atque stipes si stetisset modo, posset sustinere tamen titulum Consulatus. Cum enim esset omnis causa illa mea consularis, et senatoria, au-

insebatur apud veteres ignominiæ, & qui propter paupertatem cum sumptus deesset funeri, e cellis ejecti mortui a sandapilariis in exquilinum bustum, puticulosque portabantur in arcis. Terentius Adelph. actu 1. scen. 2.

Et ut illum tuum, si esses homo,
Sineres nunc facere, dum per ætatem licet,
Potius quam, ubi te exspectatum ejecisses foras.
Alieniori ætate post faceret tamen.

Abram.

Expetebam) Mei ante Grut. editi, & quatuor MSi Britann. *exspectabam*. Non ignota permutatio est; & manifesto verum est, *expetebam*. Vide, si tanti est, ad c. 6. pro Balbo. Gruteri silentium nova in lectione publicanda imitatus est in retinenda Grævius: a bonis autem libris hanc esse non dubito, & ab uno Britann. confirmari nunc video. Gar.

Consulem ego) Miro contemtu Pisonis indignitatem perstrinxit: eum non solum negat fuisse animo & gravitate Consulem, sed adeo nomine Consulis indignum fuisse dicit, ut ne nomen quidem & titulum sustineret. Abram.

Quem in hoc animali) Turnebus ex Isidoro *majali* reposuit: quasi suo castrato. Satis confidenter: nam ut Ciceronis consuetudinem omittam, quæ ab isto dicendi genere aliena est, quam apte, quæso, cum *castrati* mentione congruunt quæ tam sæpe & tam acriter de ipsius scortationibus dicuntur; ut cum in ea de provinc. consul. narratur, virgines nobilissimas se in puteos abjecisse, & morte voluntaria nefariam illius turpitudinem depulisse. Sic autem in Sextiana sæpe *animalis* verbo est usus, cum de Pisone loqueretur. Hottom. *Quem in hoc animali, &c.*) Sic omnes quidem habent libri: sed Isidorus in voce, *majalis*, legit hic, *in hoc majali*. Sic igitur restituendum censeo, libris omnibus invitis. Est autem *majalis*, porcus castratus. Lamb. *Quem in hoc majali*) Non potui contemnere auctoritatem Isidori sic laudantis hunc locum libro 11. Etymolog. c.31. quamvis displiceat Hottomanno libro VIII. Observat. cap 7. Grut. *In hoc animali*) Quidam *in hoc majali* legendum putant. Est enim majalis, ut constat ex Isidori glossario, *porcus pinguis, qui Deæ Majæ mactabatur tanquam matri Mercurii*, quo titulo Tullius Pisonem, *Epicuri de grege porcum*, & ut infra dicet, *ex hara productum* insigniat: sed nulla est ratio cur a vulgari lectione recedendum esse videatur: infra: *Complexus es illud funestum animal.* 3. Verrina: *Quid hoc homine facias, aut quam ad spem tam perfidiosum, tam importunum animal reservatis*: nam etiam apud primæ classis auctores nomen animalis ab homine distinctum, & pro bruto sumptum reperitur. Varro 7. de lingua Latina. Abram. Apud Isidorum II. Orig. 39. sic editur: *Consulem quærebam, quem in isto magali invenire non poteram*. Codex Isidori Barb n. 1674. *in isto malo*, sed alter n. 1675. diserte *majali*, ut voluit procul dubio Isidorus, atque ut in eo viri docti jamdudum legunt, quos inter etiam Schottus I. Nod. Cic. 14. Nondum hæc vox in Italia obsolevit. Pareus autem in Lex. Crit. p. 91. *animali* cum Hottom. Abram. & Oliv. præferebat: & *animal* de bellua ita usurpari, ut *homini*

auxilio mihi opus fuerat et Consulis, et Senatus: quorum alterum etiam ad perniciem meam erat a vobis Consulibus conversum: alterum reipublicæ penitus ereptum. Ac tamen, si consilium exquiris meum, neque ego cessissem, et me ipsa suo complexu patria tenuisset, si mihi cum illo bustuario gladiatore, et te-

mine opponatur, docebat Victorius XXIII. Var. Lect. 9. unde Pareus, & Abramius profecerunt. Gar.

Opus fuerat) Ernestum *erat* conjicientem ea refutant, quæ habet Iac. Fr. Heusing. ad III. de Offic. 21. In.

Attamen si consilium) Plures libri habent, *Ac tamen*; quod & melius existimo: & infra pro *barbato Epicuro*, omnes habent *barbato Epicureo*; & pro *Laternario*, *Lanternario*; & post unum folium, ubi est *legatisque defenderunt*, in illis est *defenderant*. Faernus.

Cum illo bustuario gladiatore) P. Clodio: certum est gladiatores in busto & funeribus dari solitos. Hott. *Bustuario gladiatore*) Existimo oratorem ad peculiare Clodii facinus alludere: gladiatores enim bustuarios ad seditionem concitaverat, ut reditum Ciceroni præcluderet. Dio lib. 39. *In ipsa suffragiorum latione videns Clodius, populum a Cicerone futurum, gladiatores, quos frater ipsius ad ludos funebres Marco consobrino faciendos ante præparaverat assumens, impetu in concionem facto, multos vulneravit, multos interfecit.* De bustuariis autem, ut alios omittam, vide Tertullianum c. 11. de spectaculis. Quæ impietas ab Heroicis temporibus repetita si Statium 6. Thebaidos, & Nonium lib. 37. Dionysiacon audiamus, circa bellum Punicum primum ad Romanos manavit: auctor epitome Liviana: *Decius Iunius Brutus munus gladiatorium in honorem defuncti patris edidit primus.* Eoque tandem provecta est, ut vel fœminæ in busto dimicarent. Athenæus libro 4. verbis Nicolai Damasceni: *Iam & quidem in suo testamento mandavit mulieres, quas habebat facie admodum honesta & liberali, inter se gladiari, alius vero pueros impuberes, suos ipsius delicias.* Ne morer, Lipsius cap. 8. libri primi Saturnaliorum adeatur. Abram. Manutiana hujus loci explicatio repudiata merito fuit ab omnibus. Servii celebrem juvat locum adscribere, qui ad illum Virgilii versum X. Æn. 519. *Viventes rapit, inferias quos immolet umbris*, hæc adnotat: Inferiæ *sunt sacra mortuorum, quæ inferis solvuntur. Sane mos erat, in sepulchris virorum fortium captivos necari. Quod postquam crudele visum est, placuit, gladiatores ante sepulchra dimicare; qui a bustis* bustuarii *appellati sunt.* Tullium Servianis his verbis illustrabat Lipsius I. Saturn. 8. & ex eo Kirchmannus IV. de Fun. Rom. 8. Atque inde quidem discimus, quid sit *bustuarius gladiator*: sed illud in primis investigandum restat, quod obscurum est vehementer, ac dubium, cur ita Clodius a Tullio sit appellatus. Hac in re unus acute versatur Abramius. Primum autem ab eo prolepsis quædam inducitur. Nam gladiatoribus illis funebrium ludorum apud Dionem XXXIX. 7. usus dicitur Clodius Lentulo, & Metello Coss. mense post Tribunatum secundo, cum Q. Fabricius Trib. pl. legem de Ciceronis reditu ferret. Confer pro Sext. 35. 36. pro Mil. 14. At heic de anno superiore agitur, cum vi, ac manu Cicero expelleretur. Deinde cum Dione conferendus est Sextianæ locus de eadem re, atque tempore c. 36. *Gladiatores tu novitios, pro exspectata Ædilitate suppositos, cum sicariis e carcere emissis ante lucem immittas?* Ne cum Dione ista pugnent, duplex gladiatorum genus Manutius, aliique ibi distinctum volunt. At non distinguit certe Tullius: immo non solum c. 35. *apparatum* in foro *Prætorium* nominans, Appium P. Clodii fratrem tum Prætorem tangit, verum ibi quo-

tecum ; et cum collega tuo decertandum fuisset. Alia enim causa præstantissimi viri, Q. Metelli, fuit: quem ego civem, meo judicio, cum deorum immortalium laude conjungo: qui C. illi Mario, fortissimo viro, et Consuli, et sextum Consuli, et ejus invictis legionibus, ne armis confligeret, cedendum esse duxit. Quod mihi igitur certamen esset hujusmodi? cum C. Mario scilicet, aut cum aliquo pari, an cum

quoque *gladiatores pro exspectata Ædilitate suppositos* dicens, ab Appio datos significat in Ædilitatis locum, quam illo ipso anno gerere debuisset, quamque ab eo frustra populus exspectaverat. ut constat ex c. 43. pro Domo. Iam vero, etsi non est damnanda prolepsis, & solos Appii gladiatores Cicero agnoscit, Abramio tamen adsentiri non audeo. Cum enim totus hic ad contemtum sit locus effictus; *bustuarius gladiator*, convicium esse contemnentis debet, ut cetera in Pisonem, atque Gabinium. Ad bustuariorum contemtum sane facit, quod ex Tertulliano adfertur de Spect. XI. *Itaque quos paraverant, armis, quibus tunc, & qualiter poterant, eruditos (tantum ut occidi discerent) mox edicto die inferiarum apud tumulos erogabant*. Expressisse illum pæne dixeris, quod est in Sextiana, *gladiatores novitios*. Verum & hoc ambiguum est, si maxime qui bustuarii, iidem novitii fuerint: & *bustuarii* species est gladiatorum ad inferias, *novitii* omnes, cum in artis versantur initiis: denique ii novitii, qualescumque fuerint, magno fuerant numero, ac robore, cædemque in foro maximam fecerant. Tertulliani autem locus ad longe remotiora tempora referendus. Mihi quidem non videntur in bustuariis numerati gladiatores, qui tum in magnificis nobilium, ac divitum ludis funebribus depugnabant: sed qui ad ipsa busta, vel rogos in tenuiorum funeribus, vilissimi omnium, atque inertissimi, quos nemo spectare vellet, qui studio munerum teneretur. Ita Clodio in ipsis gladiatoribus locus datur infimus. In Abrami prolepsi hoc inest vitii, quod ad Clodii Tribuni pl. contemptum vis adsumitur privati, multoque minus quam in Tribunatu, valentis. Accedit, quod nihil referre videatur, quem ad usum ii gladiatores fuerint comparati; ut contumeliæ nota hærere vix possit. Postremo neque ita, neque hoc loco videtur illa res exprobranda. GARAT.

Alia enim caussa) Non est quod quisquam existimet, me Quinti Metelli Numidici factum voluisse imitari, qui quod in Luc. Apuleji Saturnini legem Agrariam adnitente Mario latam de agris viritim dividendis jurare noluisset, de civitate maluit, quam de sententia dimoveri, & sponte concessit, ne si invito Mario in urbe remanere voluisset, cum Mario fortissimo imperatore armis confligens rempublicam in grave discrimen adduceret. ABRAM.

Cum Deorum immortalium laude conjungo) Hæc impietas videtur hausta e Stoicis, ut vir sapiens cum Deo comparetur, immo & ei præferatur. Seneca epist. 53. *Quid inter te & illos interfuturum sit, quæris? diutius erunt. at mehercule magni artificis est clausisse totum in exiguo. Tantum sapienti sua, quantum Deo omnis ætas patet, est aliquid quo sapiens antecedat Deum: ille naturæ beneficio, non suo sapiens est*. Et epist. 73. *Solebat Sextius dicere Iovem plus non posse, quam bonum virum*: cujus rei ratio fuse ostenditur. Heraclitus ante Stoicos jam se virtutis suæ caussa cum Deorum laude conjunxerat. Sic enim ipse scribit epist. ad Hermodorum: Ευθυκλης ὁ Νικοφωντος τε συλλεγομενος την θεων ασεβειας με γε-

γρα-

çum altero, barbaro Epicureo, cum altero, Catilinæ lan-

γραπται ανδρα σοφια προυχοντα απαιδευσια νικων. ὡς ὅτι επιγραψα τῳ βωμῳ και ὑπεστησα το εμον ονομα θεοποιων ανθρωπον οντα εμαυτον. *Euthycles Nicophontis illius filius qui templum Dianæ spoliavit, me impietatis accersit, imperitia vincens virum sapientia excellentem: quod mihi divinos honores arrogans, aræ meum nomen inscripserim*: vide suse eum se Deo comparantem. IDEM. Sic Isocrates ad Philipp. T. I. ed. Batt. p. 303. ισοθεον δοξαν *Diis æqualem gloriam* appellat eorum Regum, quorum res gestæ maximæ celebrabantur. Eadem forma Æschylus Agam. v. 74. ισχυν ισοπαιδα *puero æquale robur*. De ipsa vero Tulliana locutione supra nonnihil ad c. 6. quam quidem apte ad similia Græcorum complura traduxeris: veluti ad Sophocleum illud Œdip. Tyr. v. 1520. Μηδ' εξισωσῃς τασδε τοις εμοις κακοις, ut vertas, *Neque has* (filias) *meis cum ærumnis conjunxeris*; quamquam is locus in facto, non in opinione versatur: item ad locum Æschinis in Ctesiph. p 465. A. Wolf. 620. Reisk. αφομοιοι γαρ μου την φυσιν ταις Σειρησιν, *conjungit enim cum Sirenibus ingenium meum*. GAR.

Barbaro Epicuro) L. Pisone Epicureo, ut post docebit. HOTTOM. *Barbaró Epicuro*) Faernus legit, *barbaro Epicureo*: ego, *Epicuro*, malo, præsertim cum ita habeant Memm. codices: & ratione quoque hæc lectio confirmetur. Nam barbarum Epicurum dixit, propter Epicurum Atheniensem, Gargettium: barbarum autem, id est, Romanum, seu Latinum: sic enim sæpe Plautus: vel dic barbarum, id est, Semiplacentinum, & braccatæ cognationis. Postremo infra eodem nomine appellat, ibi: *confer nunc Epicure noster*. Appellat scilicet Epicurum Pisonem: tanquam voluptatis laudatorem: barbarum, utpote semiplacentinum, ut distinguat ab illo Gargettio, & Attico Epicuro. Proxime autem, ubi vulgati habent, *laternario*, Faernus testatur scriptum esse in libris veteribus *lanternario*: nos in nostris partim, *lanternario*, scriptum reperimus, partim, *lantumario*. Vnde doctissimi quidam viri legendum existimant *lautumario*, & *lautumarium* interpretantur, carceris colonum, & quasi carceris habitatorem. Ego non video, quomodo *lautumarius* a *lautumia* fingi possit. Putarem *latumiarius* potius esse dicendum: quod tamen non puto, cum sive *latomia*, sive *lautumia* dicatur a Latinis, nomen sit Græcum: a Græcis nominibus autem talis derivatio fieri non possit. Verumtamen hac de re judicent eruditi. Vt autem ad laternarium redeam, puto hanc vocem retineri posse, ut per *laternarium Catilinæ*, cinædum Catilinæ intelligamus significari, quasi Gabinius pudicitiam suam Catilinæ prostituerit. Nam pueri catamiti faces præferebant amatoribus, & prælucebant, ut cum ex aliis scriptoribus, tum ex Plauto intelligere licet. Hoc maledictum autem in Gabinium convenire declarant alii loci, quibus Catilinam ejus virum, & Gabinium, saltatriculam tonsam appellat. & ea, quæ attribuit Gabinio infra proxime, *cymbala*, & *crotala*. LAMBINVS. Francii sane & Erfurt firmant, vulgo *Epicuro*. GRÆV. *Barbaro Epicuro*) Ita Memmiani codices, idque recte præfert Lambinus Faerni conjecturæ, *barbaro Epicureo*. LALLEM. Cum Grut. Græv. & plerisque recentioribus habent *barbaro Epicureo* MSi Faerni (falso enim illius conjecturam putabat Lallem.) duo Britann. & XV. seculo editi: deinde Ald. Naug. & Cam. *barbato Epicureo*, denique P. Man. ejusque filius, Car. Steph. & repet. Lamb. *barbato Epicuro*, quod minimum distat a vera lectione, quam primum in Gryphiana conspexi, & a tribus etiam Britann. confirmari video, *barbaro Epicuro*. Hanc munit locus infra c. 16. ut vidit Lamb. quicum a Lipsio, & Lallem. merito probata est. Similia vero complura, quæ collegit Broukhusius ad Propert. IV. 6. 21. eamdem non tuentur modo, verum etiam commendant. GAR.

Ca-

Digitized by Google

lanternario ? quos neque hercule ego, neque supercilium

Catilinæ laternario) A. Gabinio, comite nocturno Catilinæ ad stupra eunti. Sic Catil. 1. *Cui tu adolescentulo, quem corruptelarum illecebris irretisses, non aut ad audaciam ferrum, aut ad libidinem facem prætulisti?* Alibi Gabinii virum Catilinam appellavit. Videturque hoc quoque loco eamdem obscœnitatem significare: quid igitur si Gabinium dici putemus, puerum Catilinæ laternarium, quod ut heri pueros qui laternas gestant a tergo sequuntur, sic Catilina Gabinio adolescenti quasi laternario perpetuò a tergo adfixus esset. Turnebus ex manuscripto, ut ait, libro, *lautumarium* reposuit, quod cujusmodi sit, divinare non possum. Hottom. *Catilinæ laternario?*) Turnebus lib. xxi. cap. 18. probat quorundam codd. scripturam *lautumiario*. Lipsius lib. III. Var. lect. cap. 18. totum locum sic restituendum autumat: *barbaro Epicuro? cum altero Catilina? At timui ait; quos? nempe hercule ego*, &c. Vulgarium exstat in Pal. pr. nisi quod addita littera exhibeat *lanternario*: nam sec. *lancernario*, quod etiam in suo fortean invenit, qui primum has orationes publicavit: expressit enim *lancernario*. Pal. oct. habet *lanterario*. Guilielmius conjiciebat *lauto amasio*, producebatque Tullium pro domo sua cap. 24. ubi vocat *delicias Catilinæ*. Grut. Sane & sic in glossis dicitur *lanterna*, & explicatur φανός, ἐστιν πλάκτρως καιμένη. Gronov. *Catilinæ laternario*) Laternarium vocat, quod ad libidines facem, & laternam præferret Catilinæ, ex qua consuetudine manavit hoc Valerii Æditui apud Gellium Epigramma:

Quid faculam præfers, Phileros, qua nil opu' nobis?
Ibimus, hic lucet pectore flamma satis.
Istam non potis est vis sæva extinguere venti
Aut imber cælo candidu' præcipitans.
At contra hunc ignem Veneris si non Venus ipsa
Nulla est, quæ possit, vis alia opprimere.

Tibullus eleg. 9. lib. 1. hac ipsa de re:

Ipse comes multa lumina nocte tuli.

Valerius Maximus lib. 6. cap. 8. *M. Antonius incesti reus agebatur, cujus in judicio accusatores servum in quæstionem perseverantissime postulabant, quod ab eo, cum ad stuprum iret, laternam prælatam contenderent*. Persius Sat.

—— dum Chrysidis udas
Ebrius ante fores extincta cum face canto. Abram.

In Francii membranis *lautumario*, quod probat Turnebus, sed in Erfurt. *lanternario*. Græv. Gruterus has orationes primum editas putabat Venetiis anno MCDLXXX, in eaque una editione vidi *lancernario*. Omnes alii, quos habeo, ante Græv. editi cum Romana principe, *laternario*, quod Lamb. ita prætulit, ut notaret ad marginem, sibi non placere lectionem codicum Faerni, *lanternario*, quam tamen & alii, & quatuor Britannici MSi confirmant, probatque unice Pareus in Lex. Crit. p. 660. qui omnino est consulendus. At cum Lambino tum alii sentiunt, tum celeb. Harlesius T. I. Orthogr. Cellar. p. 274. Similiter autem Lampadarius. ti. Cæsaris apud Murator. Inscript. DCCCLXXXVIII. 7. Gar.

Quos neque) Mei ante Aldum editi, & omnes MSi Britann. *quos neque hercule ego supercilium tuum &c.* Ferri hoc non potest: sed bona erit lectio, si etiam *quos* deleatur: quam quidem voculam nescio quomodo redundare adfirmet Lipsius III. Var. Lect. 18. cum nullam veteris illius lectionis, in qua vere abundat, mentionem faciat, illud autem *nempe hercule*, quod apud eum sequitur, ejus conjecturæ tribuendum omnibus videatur. Verumtamen optima vulgata est; quamquam fortasse Lipsium offendit singularis quædam ratio in particulis *neque* coacervandis. Prior est pars, *quos neque hercule ego fugi*, cui respondet altera, *neque tam fui timidus &c.* In illam vero ipsam priorem partem cetera, *neque supercilium tuum, neque &c.* per adpositionem includuntur. Parenthesi utar, ut oculis hoc plane sub-

Digitized by Google

lium tuum, neque collegæ tui cymbala, ac crotala, fugi:

subjiciam: *quos neque hercule ego (neque supercilium tuum, neque collegæ tui cymbala, ac crotala) fugi: neque tam fui timidus &c.* Sed comma erat ante *fugi* ponendum, quod tandem posui. Idem.

Cymbala) Cymbala dicta putant, απο του κυπτειν, quasi κυφαλα, quod cava & incurva sint: de quibus Lucretius lib 2. eleganter:

Tympana tenta tonant palmis, & cymbala circum
Concava, raucisonoque minantur cornua cantu,
Et Phrygio stimulat numero cava tibia mentes.

Ærea videntur fuisse instrumenta pelvium instar, quæ pulsata tinnitum emitterent. Catullus in Nuptiis:

Aut tereti tenues tinnitus ære ciebant.

Ubi per *æs tereti* virgas æreas rotundas & oblongas intelligit. Nonnus 3. Dionysiacon, versu 231.

Και τροχαλοις κροτεοντα τιναγμασι συνθροον ηχω,
Κυμβαλα βομβηεντα συνηκτυπε διζυγι χαλκω
Θαμφεροις δονησασαν.
Vibranti resonant crepitantia cymbala motu
Tinnitumque cient, duplicique ex ære bacillo
Confertis sonitum crotalis pulsata maritant,

Concava autem pelvis instar fuisse præter Lucretium ostendit Iulius Firmicus c. 19. de erroribus, & mysteriis profanarum religionum: *In quodam templo ut in interiores partes homo moriturus possit admitti, dicit: De tympano manducavi, de cymbalo bibi, & religionis secreta perdidici, quod Græco sermone dicitur:* εκ τυμπανου βεβρωκα, εκ κυμβαλου πεπωκα, γεγονα μυστικος. Cava igitur fuerunt, quippe quæ laticem continerent. Ærea fuisse vel ex ipso sono potest intelligi. Xenophon de re equestri: ωσπερ γαρ κυμβαλον ψοφει προς τω δαπεδω η κοιλη οπλη. *Nam cava ungula instar cymbali resonat ad pavimentum.* Clare Iosephus 7. de Antiq. c. 10. κυμβαλα τ' ην πλατεα, και μεγαλα χαλκεα. *Cymbala lata erant & magna ex ære*: quæ relata volui ne quis existimaret, cymbalum esse illud triangulare ferrum annulis tinnientibus instructum, quod vulgo cymbalum nuncupatur. Ant. Cymbalorum formam vide apud Albertum Rubenium lib. II. de Re Vestiar. cap. 17. qui recte ibi censet aliud instrumentum describi a Nonno, non verum cymbalum, quod fuerit concavum, & quod ex sola collisione alterius cymbali sonum edebat, nullis bacillis percutiebatur Graev. Desunt *cymbala* in omnibus Britann. in ed. Rom. & inde manantibus: sed eorum vestigia sunt in mendis prioris Ven. *timbalia crotalia*. Ceteri, quos dixi, *neque collegæ tui crotalia fugi*. Sed *crotalia* pendentes margaritæ sunt, crotali sonum imitantes, neque huc pertinere, opinor, possunt. De iis egit Burmannus ad Petron. cap. LXVII. Adferenda est potius Æmiliani Scipionis querela ex loco, quem Abram. ad c. 8. attigit, apud Macrob. III. Saturn. 10. *cum ductus sum in ludum saltatorium, plus medius fidius in eo ludo vidi pueris, virginibusque quingentis: in his unum, quo me reip. maxime miseritum est, puerum bullatum, petitoris filium, non minorem annis duodecim, cum crotalis saltare: quam saltationem impudicus servolus honeste saltare non posset.* Garat.

Crotala) Crotalum sic ab interprete Aristophanis, & Suida describitur: κροταλον ιδιως εσχισμενος καλαμος, και μεταχειριζομενος εντευθεν ηχει ψοφειν, ει τις αυτον δονοιη ταις χερσι καθαπερ κροταλον (lege κροτον) αποτελων. ευφωνος ην, εση, φησι, και την φωνην διηρθρωμενος, ωσπερ κροταλον. *Crotalum proprie calamus fissus, & ita comparatus ut resonet si quis ipsum manibus quatiat, quemdam veluti plausum efficiens: clare loquens, inquit, ille & vocem articulatam habens, ut crotalum.* Præterea Nonnus libro proxime citato, versu 229.

Τοισι δε δινυμενοισιν αμοιβαδις αλλος επ' αλλω

Εμ-

fugi: neque tam fui timidus, ut, qui in maximis turbinibus, ac fluctibus reipublicæ navem gubernassem, salvamque in portu collocassem, frontis tuæ nubeculam,

Εμπνοος εσμαραγησε δοναξ Κορυβαντιδος Ιδης,
Εκ δε πολυτρητοιο χορυ σκιρτηματι χειρων
Συνθροον εκρυσαντο μελος μυκητορος αυλυ
Δακτυλοι ορχηστηρες επιθλιβοντες αοιδην.
Alterno mediis compostus in ordine mensis
Inflatus sonuit calamus Coribantidos Idæ,
Atque ex multifori saltator arundine vocem
Dactylus emittit digitis saltantibus ipse
Saltans, & vario fingit modulamina cantu.

His adde quod I. Sarisberiensis Policratici lib. 8. cap. 12. edisserit, *Crotos*, ait, *Græce pulsus dicitur* (*& inde cymbala*, (lege crotala) *sic dicuntur, vel musicum notat instrumentum, quod in Jono vocem ciconiæ imitatur: nam ipsa apud Ægyptios crotalus appellatur. Crotala quoque dicuntur sonoræ spherulæ, quæ quibusdam granis interpositis, pro quantitate sui, & specie metalli varios sonos edunt*. Porro ad crotalum saltabant: auctor carminis obscœni:

Crispum sub crotalo docta movere latus.

Philostratus in imagine Comi, η ου προβαλλει σε κροταλα, και θρυς ευαυλος; *Ecquid aures tuas non verberant crotala, & sonus tibiarum?* ABRAM. Confundit Abramius crotala cum tibiis, quas describit Nonnus. Sed crotala non inflantur, verum concutiuntur: conficiebantur aut ex arundine fissa, quæ quatiebantur digitis, aut ex testulis; vide Salmasium in exercitat. Plin. GRÆV. Et Ernest. in Ind. p. 433.

In portu collocassem) Fortunatianus libro 3. rhetoric. legit, *in portum collocassem*. LAMB. Apud Fortunatianum hæc invenire non potui: sed a Marciano Capella sublevor, apud quem q. 425. Reth. Capp. ita exhiberi hanc totam sententiam video: *ut, qui in maximis tempestatibus, ac fluctibus reip. navim gubernassem, salvamque in portu conlocassem, frontis tuæ nubeculam, & collegæ tui contaminatum spiritum pertimescerem*; Primum is firmat, *in maximis*; deest enim præpositio in meis ante Naug. editis, atque in tribus Britann. MSis: tum etiam, *in portu*. Deinde sanat illud, *tum collegæ*, pro *tum* docens & reponendum esse, quod ignorans Lamb. conjiciebat ante *frontis* alterum, quod exciderit, *tum* esse restituendum. Postremo quod habet, *tempestatibus*, id vero probare non possum. Latius quidem id patet, ac turbines continet, ut ex III. de Nat. Deor. 20. compertum est: neque alia desunt, quibus eam lectionem tueare, si velis. Sed quisnam, rogo, si *tempestatibus* heic fuerit, substituere *turbinibus* potuisset? quod quidem verbum consulto delectum puto, ut *maximis turbinibus* opponeretur *contaminatus* Gabinii *spiritus*. Est enim in voce *spiritus*, ut in Græcorum πνευμα, venti significatio, sive, cum de halitu hominis, qui flando exprimitur, usurpatur, venti similitudo. Plautus in Milite I. 1. 17. *Cujus tu legiones difflavisti spiritu, Quasi ventus folia, aut panniculam tectoriam*. GAR.

Frontis tuæ nubeculam) Horatius ep. ad Lollium:

Deme supercilio nubem.

Euripides in Hippolyto coronato, στυγνον δ' οφρυων νεφος αυξεται, *tristis superciliorum nubes augetur*. Item in Phœnissis, αλλα γαρ

Κρεοντα λευσσω τονδε δευρο συννεφη.
Sed enim Creontem nubilum cerno gradus
Huc admoventem.

Hæc Victorius lib. Var. lect. 16. cap. 14. addo 6. Æneidos:

Sed

lam, tum collegæ tui contaminatum spiritum, pertimescerem. Alios ego vidi ventos, alias prospexi animo procellas, aliis impendentibus tempestatibus non cessi, sed his unum me pro omnium salute obtuli. Itaque discessu tum meo omnes illi nefarii gladii de manibus crudelissimis exciderunt: cum quidem tu, o vecors, et amens, cum omnes boni abditi, inclusique moererent, templa gemerent, tecta ipsa urbis lugerent,

Sed frons læta parum, & demisso nubila vultu.

Brutus apud Silium libro 8. ita describitur:

Lætæ viro gravitas & mentis amabile pondus,
Et sine tristitiæ vultus, non illa rigoris
Ingratas laudes, nec nubem frontis amabat,
Nec famam lævo quærebat limite vitæ.

Sophocles in Antigono: Νεφελη δ' οφρυων ὑπερ αἱματοεν Ρ'εθος αισχυνει Τεγγουσ' ευωπα παρειαν. *Nubes superciliis insidens, rubicundum vultum fœdat tingens faciem honestam & liberalem.* ABRAM.

Contaminatum spiritum) Fortasse obscœnitatem quoque turpissimæ libidinis significat. HOTTOM.

Alios ego vidi ventos) Hæret in eadem translatione *turbinibus*, *fluctibus*, *navem*, *gubernassem*, *portu*, *nubeculam*: *spiritum*, *ventos*, *procellas*, *tempestatibus*: quam tamen ne in ænigma degenerans obscurior evadat propriis verbis adtemperat *reipub. navem* appellans. *Alios ego vidi ventos*, alia pericula, quæ aliunde quam a vobis reipublicæ cervicibus imminebant: hæc pericula obscure perstringit, quod Cæsarem & Pompejum offendere videatur: clarius pro Sextio cap. 16. & sequentibus: quanquam ejusdem offensionis metu rem digressionibus prudenter obruit, & longis ambagibus involvit: si quid tamen libere dictum est, illud est cap. 18. *Ipse autem Cæsar, quem maxime ignari homines veritatis mihi esse iratum putabant, erat ad portas, erat cum imperio, erat in Italia ejus exercitus, in eoque exercitu ipsius Tribuni plebis inimici mei fratrem præfecerat*: quibus innuit, aut Clodio cedendum fuisse, aut armis cum Cæsare certandum. ABR.

Sed his unum me) Obviam ivi periculo, & pro republica solus tempestatem excepi cap. 20. cum hoc loco plane est conferendus pro Sextio. IDEM.

Gladii de manibus crudelissimis exciderunt) Cedens e civitate id sum consecutus, ut improborum civium animos jam ad bellum civile paratos represserim, effecerimque ne respublica bellorum incendio deflagraret. Porcius Latro Decl. in Catil. *Quos vero tetenderit ibi conjurationis laqueos, aut quas catenas scelerum conflaverit nobis ac facultatibus nostris Saturnalium dies patefactura fuerat, nisi primum benignitate Deorum immortalium, deinde vigilantia consulari, nefariæ sicæ de latronum manibus excidissent*. IDEM. Prior Von. *exciderunt*. *Tum quidem tu, &c.* Sic etiam in aliis invenit Ernestus, qui recte tamen vulgatam servat, etsi alterum *cum* continuo interponatur. GAB.

Templa gemerent) Neque id magnis scriptoribus est insuetum, ut luctum tribuant rebus inanimis & brutis. Maro in Bucolicis:

Daphni tuum Pœnos etiam ingemuisse leones
Interitum, montesque feri, sylvæque loquuntur.

Nazianzenus v. in Iulianum: ὡςε και τοις αψυχοις διακολευεται θρηνον, και των τειχων προκαλειται δακρυον. *Vt etiam inanimis imperet luctum, & tectis ipsis lacrymas eliciat.* Cur autem templa

rent, complexus es illud funestum animal ex nefariis stupris, ex civili cruore, ex omnium scelerum importunitate, et flagitiorum impunitate concretum, atque eodem in templo, eodem et loci vestigio, et tem-

pla gemere dicerentur, colliges ex Pedone Albinovano consolatione ad Liviam de morte Drusi:

Diique lateat templis, neque iniqua ad funera luctus
Præbent, non poscunt thura ferenda rogo,
Obscuros delubra tenent, pudet ora colentum
Adspicere invidiæ, quam meruere, metu.

Paucis ante versibus luctum publicum non templorum solum, sed universæ civitatis descripserat, quem vide. Abram.

Funestum animal) P. Clodium. Hotom.

Ex omnium scelerum importunitate) Manutio verbum *importunitate* supervacaneum videtur, quia sequitur *impunitate*. An hæc differre tantus vir ignorabat? minime: sed cogitasse illum arbitror, non minus Clodii scelera, quam flagitia, impunitatem habuisse maximam: conjungi autem hæc solere, ut IX. ad Div. 3. *cum omnes in omni genere & scelerum, & flagitiorum volutentur*: denique nihil impunitis esse importunius, vereque dici de tota Clodiana manu pro Sext. 38. *illi ipsi parricidæ, quorum effrenatus furor alitur impunitate diuturna*; ut jam illud funestum animal videatur non tam ex importunis sceleribus, impunitisque flagitiis, quam non modo ex flagitiis omnibus, ac sceleribus, verum etiam ex eorum impunitate crevisse. De Har. 3. *Videbam, illud scelus tam importunum, audaciam tam immanem adolescentis furentis, nobilis, vulnerati, non posse arceri otii finibus: erupturum illud malum aliquando, si impunitum fuisset, ad perniciem civitatis*. Quid ergo? varietatem heic ex permutatione fuisse dicemus, duasque lectiones pro genitivorum numero dispertitas? Id quidem fieri potuisse indicat unus ex Britann. MSis, in quo pro verbo *impunitate* repetitum superius legitur *importunitate*. Quod si adeo factum constaret, dubia mihi vehementer esset electio. Nam optime, eodemque jure legi posse intelligo, *ex omnium scelerum, & flagitiorum importunitate concretum*. Nam & flagitia cum facinore conjuncta *importuna* dici possunt, ut IV. in Verr. 50. *importunissimæ libidines*; & *importunitas* interdum est temeritas in sceleribus, & flagitiis, ac pertinacia, ex qua fit animus effrenatus, & præceps: quo revocari locus iste ipse potest, & referri alter II. in Verr. 50. *iste, quamquam est incredibili importunitate, & audacia, tamen subito solus destitutus pertimuit, & conturbatus est*, Sallustianusque potissimum Iug. XXXI. 22. *illis, quantum importunitatis habent, parum est impune male fecisse, nisi deinde faciundi licentia eripitur*. Ego vero nihil statuo, præstantemque aliquem codicem desidero, qui alterutram vocem solam exhibeat, si vulgata vera non est; in qua *flagitia* quam latissimam possunt, habere significationem censeo, nihilque me admodum offendit. Gar.

Atque eodem in templo) In templo Castoris, vel in ipso foro, & Aurelio tribunali. Pro Sextio: *Cum illum meum casum tam horribilem, tam gravem, tam repentinum, non solum homines, sed tecta urbis ac templa lugerent, nemo vestrum forum, nemo curiam, nemo lucem aspicere vellet: illo, inquam, ipso die, die dico? imo hora, atque etiam puncto temporis eodem, mihi, reique publicæ pernicies, Gabinio, & Pisoni provincia rogata est*. Et paulo post: *Ne noctem quidem Consules inter meum discrimen, & eorum prædam interesse passi sunt: statim, me perculso, ad meum sanguinem hauriendum, & sperante etiam republica ad ejus spolia detrahenda advolaverunt*. Abram.

Digitized by Google

temporis arbitria non mei solum, sed patriæ funeris abstulisti.

10. Quid ego illorum dierum epulas, quid lætitiam, et gratulationem tuam, quid cum tuis sordidissimis gregibus intemperantissimas perpotationes prædiçem? quis te illis diebus sobrium, quis agentem aliquid, quod esset libero dignum, quis denique in publico vidit? cum collegæ tui domus cantu, et cymbalis personaret, cumque ipse nudus in convivio saltaret: in quo ne tum quidem, cum illum suum saltatorium versaret orbem, fortunæ rotam pertimescebat:

Arbitria funeris) Cicer. post reditum cap. 7. *Nondum palam factum erat concidisse rempublicam, cum tibi arbitria funeris solvebantur, uno eodemque tempore domus mea diripiebatur, ardebat, bona ad vicinum Consulem de palatio, de Tusculano ad item vicinum alterum Consulem deferebantur*. Item pro domo sua: *Videre pretextatos inimicos nondum morte complorata arbitria petentes funeris*: quibus ex locis si licet aliquid suspicari: *arbitria funeris* erant hæreditas cum annexa obligatione funeris ad alicujus arbitrium faciendi, & *arbitria funeris auferre* dicebantur, qui morte defunctis heredes fiebant, ea conditione, ut secundum alicujus arbitri sententiam mortuum sepelirent. Idem. Falso. Vide notas ad illum locum orationis pro domo. Græv. Ad eumdem locum c. 37. egi ego hac de re, ut potui. Fugiebat me tum, ut ceteros, quos ibi nominavi, Valerii Maximi locus V. 1. ext. 6. ubi Hannibalem ait *pro funeribus Romanorum ducum*, Paulli, Gracchi, & Marcelli, *arbitria statuisse*. Garat.

Quid ego dierum illorum epulas) Pro Sextio: *Omitto gratulationes, & epulas, &c. domus ardebat in Palatio, Consules epulabantur*. Abr.

Cum tuis sordidissimis gregibus) Cum tuis Græculis, & Epicureis, qui pecudum instar summum bonum sordidissimis corporis voluptatibus metiuntur. Idem.

Quod esset libero dignum) Nam voluptati vacare servile est, & libero homine penitus indignum. Aristoteles primo Ethicorum cap. 5. Οἱ μεν ουν πολλοι παντελως ανδραποδωδεις φαινονται, βοσκηματων βιον προαιρουμενοι... τυγχανουσι δε λογου δια το πολλους των εν ταις εξουσιαις ὁμοιοπαθειν Σαρδαναπαλῳ: *Plurimi omnino serviles apparent, quippe qui pecudum vitam elegerint: aliquam vero speciem rationis pretexunt, quod multi eorum, qui plurimum potestatis habent, instar Sardanapali voluptatibus indulgeant*. Idem.

Cum illum suum saltatorium versaret orbem) Saltatorium orbem versare, ut multi interpretantur, idem est, atque in orbem saltitare. Turnebus lib. 4. Adversariorum cap. 21. ex Plauto in Sticho hunc versum proferens:

Si istoc versu me viceris, alio me provocato.

Subdit: *Est enim versus & orbis saltatorius species quædam motus, cujus multa genera tripudiatores frequentant: sed iidem etiam sæpe se versant, in orbemque rotant: de saltatorio orbe sic in Pisonem scribit Cicero, cum illum suum saltatorium versaret orbem*. Libet viri item doctissimi Brodæi verba ex cap. 26. libri 5. Miscellaneorum attexere: *Orbem hunc ligatum tympanum fuisse, in quod desilirent, quodque modo saltantes pedibus circumducerent, modo per longum spatium superstantes uno impetu lubricando agitarent, aliquando suspicatus*

Digitized by Google

mus sum: nam Burdigalæ præstigiatorem quemdam saltationis hujus gnarum adolescens conspexeram. Nunc in eam opinionem inclino, ut illud tripudii genus esse putem, in quo diu se in gyrum versantes hodie quoque mimi subinde emicant, ac subsiliunt. Hæc viri doctissimi: vix tamen adduci possum ut credam, tum quod purius locuturus Cicero, &, si esset hæc loci sententia, *Cum se in saltatorium versaret orbem* dicturus fuisse videatur, tum quod vix ulla sit hujus orbis cum rota fortunæ similitudo. Quamquam Pisidas libro de vanitate vitæ fortunam cum saltatrice in orbem se versante sic comparavit:

Η' γαρ παρ' αλλοις ονομαζομενη τυχη
Εικων τις εστιν ασχημονος ορχηστριδος
Εν τοις εαυτοις αντικλωμενης στροφοις.

Nam quæ apud alios nominatur fortuna
Imago quædam est indecoræ saltatricis,
In suis ipsius reciprocatæ flexibus.

Et Homerus ephebos in Achillis clypeo saltantes cum figulo rotam torquente comparavit:

Οἱ δ' ὁτε μεν θρεξασκον επισταμενοισι ποδεσσι
Ρ'εια μαλ', ὡς ὁτε τις τροχον αρμενον εν παλαμῃσιν
Εζομενος κεραμευς πειρησεται αἰκε θεῃσιν.

Atque illi in numerum pedibus saltare sueti
Saltantes duxere choros, facilique rotatu
Nunc hac, nunc illac vertuntur: non secus ac si
Siquis adoptatam manibus prius experiatur
Currere posse rotam figulus. ——

Fortasse idem est atque pila ludere cum cantu, & gestu quodam numeroso, qualem fuisse veterum consuetudinem Poeta testatur in 6. Odissex:

Σφαιρῃ τε ταρ επαιζον απο κρηδεμνα βαλουσαι
Τῃσι δε Ναυσικαα λευκωλενος ηρχετο μολπης.

Sphæra enim ludebant abjectis capitis amiculis.
His vero Nausicaa candidas ulnas habens praibat cantu.

Quod autem numero & rhythmo uterentur, Demoxenes apud Athenæum, ὁ ἐϊτανεοσοφιζων de quodam adolescente, qui pila ludebat ita testatur, ειτι ποτε εμβλεψειε τοις καθημενοις, η λαμβανων την σφαιραν, η διδους άμα παντες εβοωμεν. ῥυθμὸς δε ευρυθμια τοτε ηθος, &c. *Si quando in spectatores oculos conjeceret, sphæram aut accipiens aut remittens, omnes inclamabamus, numerus vero & vultus*, &c. quod ludi genus octavo Odissex graphice describitur. Vbi Eustathius, ut cetera omittam quæ videntur parum attinere, ορχησεως ειδος ην και ἡ τοιαυτη δια σφαιρας παιδια. *Saltationis species erat & hujus sphæræ ludus*. Arnob. lib. 2. adversus gentes: *Incompositos corporum dissolveretur in motus, saltitaret & cantaret, orbes saltatorios verteret, & ad ultimum clunibus & coxendicibus sublevatis lumborum crispitudine fluctuaret*. Quæ Arnobii auctoritas in eam opinionem me adducit, ut probabile existimem, *saltatorium versare orbem* idem esse, atque lumbos & totum corpus in orbem, & rotæ speciem retro inflectere. Fortasse hæremus in expedito, & nodum in scirpo quærimus, cum simpliciter interpretari possimus *saltatorium versare orbem*, circumagere se saltando, seque in orbem convertere: quo sensu dixit Livius lib. 4. *volvere orbem*: cum enim dixisset, *circumagenti se ad dissonos clamores, ac subitos tumultus hosti*, subjecit: *Iam orbem volventes suos increpans clara voce*. ABRAM. Sed vide, quæ prolixe ibi addit Abram. de pilari saltatione. GRÆV. Choream Homerus Iliad. XVIII. 599. cum rota comparat, quam experitur figulus, an sit bene ad motum expedita. Id facit autem versando nunc dextrorsum, nunc sinistrorsum. Ita qui choreis indulgent, *simul implicitis manibus*, in orbem compositi, *alios, aliosque reflexus inter se repetunt*, ut describit Actius Sannazarius Eclog. VI. 60 Illam saltantium coronam vocat *saltatorium orbem* Cicero. Vt enim pugna gladiatoria ea est, quam gladiatores committunt, sic *orbis saltatorius*, quem saltatores conficiunt. Versabat orbem saltatorium Gabinius, quoniam ducebat choream, uti princeps, & choragus. Iam rota, globus, sphæra, saxum ro-

Digitized by Google

bat. Hic autem non tam concinnus helluo, nec tam musicus, jacebat in suo Græcorum fætore, atque vino:

rotundum, pila, ejus generis alia, Fortunæ simulacro adjuncta, illius designant instabilitatem. At hanc non melius adumbrat curulis rota, quam figularis. Si rotæ curuli Fortuna insidet, per vices adsurgit, & deprimitur: si figulari, nunc vultum obvertit, nunc tergum. Satis hæc esse arbitror explicandæ hujus loci sententiæ. Velim, tam facile mihi sit, frigidum, quem continet, jocum excusare. Vide Dialogum de cauſ. corr. Eloq. c. 18. & 23. Olivet. Hic idem locus Lipsio II. Var. Lect. 17. videbatur elegantissimus; quem quidem illius dialogi auctor c. 23. non tam culpat, quam irrisioni patere declarat, ut multa certe etiam optima. Porro de fortunæ rota vide fuse differentem Broukhusium ad Tibull. I. 6. 34. Gàr.

Fortunæ rotam non pertimescebat) Alii globum fortunæ tribuerunt. Pacuvius 2. ad Herennium:

Saxoque illam instare globoso prædicant volubilem.

Cebes Thebanus in tabula, & alii passim. Alii rotam Fortunæ, & Nemesi dederunt, quæ Nemesis sive Adrastia, ut ait Ammianus lib. 24. *Vrnam fortium temperat, accedentium vices alternans, voluntatumque nostrarum exorsa, interdum alio quam contendebant, exitu terminans, multiplices actus permutando convolvit*: ei antiquitas *subdidit rotam, ut universitatem regere per elementa discurrens omnia non ignoretur*. Vide Nonnium lib. 48. versu 377. de Nemesi. Hæc de Nemesi, de Fortuna, quæ eadem est, (sed Nemesis respectu Dei, Fortuna respectu hominum nominatur) Tibullus elegia 5. libri 11.

Versatur celeri Fors levis orbe rotæ.

Boetius 2. de consolatione philosophica fortunam ita loquentem inducit, *rotam volubilis orbe versamus, infima summis, summa infimis mutare gaudemus*. Abr.

Nec tam musicus) Saltandi peritus & symphoniæ. Musis enim ab Hesiodo choreæ tribuuntur: adde quod musicæ nomen non solum quadrat in saltatores, sed etiam in helluones lautos, & elegantes. Plautus in Mostellaria scena *Melius anno*:

Musice hercle agitis ætatem ita ut vos decet,
Vino & victu, piscatu probo electili
Vitam colitis.

Sic Orator 2. cap. 8. de Finibus asotos in duo genera dividit, alios sordidos & jacentes in ganearum fœtore, alios musicos, concinnos, quem vide. Idem.

Iacebat in suo Græcorum fœtore) *Suorum* pro *suo* legendum opinor. F. Urs. *Græcorum*) Nota Græcorum temulentia. Verrina de legatione Verris: *Mature veniunt: discumbitur: fit sermo inter eos & invitatio, ut Græco more biberetur: hortatur hospes: poscunt majoribus poculis, celebratur omnium sermone lætitiaque convivium*. Scribit Asconius *Græco more* potare quibusdam nihil aliud esse, quam potare *grandibus poculis, & meracis potionibus*. Certe Græci moris fuisse, ut ad irritandam sitim variis poculis uterentur, queritur D. Basilius homilia contra temulentos: *Sua convivia tapetibus variis & aulæis ornant, in hoc omnem curam & diligentiam ostendunt, ut pocula comparent, vasa refrigeratoria, crateras & phialas sicut in pompa quadam & festa die ponentes, ut vasorum varietas, pulchritudoque satietatem excludat, & poculorum mutatio, ex utroque ad aliud transitio longius eorum compotationem extendat*. Hæc ille & alia, suorum Græcorum temulentiam deplorans. Certe, ut auctor est Festus, *Pergræcari est epulis, & potationibus inservire*. *Titinnius. Hominem improbum: nunc ruri pergræcatur*. Abr. Recte omnes libri, *in suo Græcorum fœtore*, quod immerito sollicitabat Ursinus. Locutio est ei similis, quæ supra exstat c. 3. *mea unius opera*, & infra c. 15. *ad meam unius salutem*: de qua egimus ad IV. in Catil. II. pro Planc. 10.

&

Digitized by Google

no: quod quidem istius, in illis reipublicæ luctibus, quasi aliquod Lapitharum, aut Centaurorum convivium ferebatur: in quo nemo potest dicere, utrum iste plus biberit, aut vomuerit, an effuderit. Tu etiam

& in Vatin. 3. Adde pro Mil. 34. *in nostro omnium fletu*, IV. in Catil. 2. *ad vestram omnium cædem*, VI. ad Div. 15. *nostra ipsorum amicitia*, locosque alios innumerabiles. GAR.

Quod quidem istius in illis reipub. luct.) Vocem Græcam, *symposium*, quæ hic reperitur in aliquot libris manuscr. deleverunt nescio qui homines, Græca verba, vel ut scopulos fugientes, vel, ut maculas, e libris delentes. Eam vocem igitur nos restituimus. Sed, ut dicam, quod sentio, malim sic legi: *Quod quidem istius in illis reip. luctibus convivium quasi aliquod Lapitharum, aut Centaurorum symposium ferebatur*. LAMB. Vocem *symposium* Lamb. addidit post *luctibus*, quo nimirum loco eam in MSis invenit. Sed in MSis aliorum, & in veteribus editis nullum ejus verbi vestigium. Mihi elegans vulgata videtur, quam cum aliis nulla commutaverim: vehementerque miror Faerno suspectam fuisse vocem *istius*, ut refert Manutius. Suspicionem tamen relinqui fateor, an forte Cicero scripserit, *symposium ferebatur*, & *convivium* sit ab interprete. Quam qui corroborare velit, dicat, vocem Græcam, & notam non fuisse in Senatu loquenti fugiendam, de quo c. 28. *in hominum eruditissimorum, & humanissimorum cœtu loquor*, etiam infra c. 25. positam: mentionem heic, & c. 27. Græcorum fieri, quos unicos Pisonis convivas videri Cicero velit. *symposium* adumbrari jam illis verbis, *intemperantissimas perpotationes*, *fætore*, *atque vino*: neque solum tali convivio id nomen ab exagitante aptissimum, verum etiam ex fabula, quæ ad comparationem adhibetur, pæne ductum videri. Convivium significatur cruentum, & cum pugna mixtum, quale Centaurorum, & Lapitharum fuit, quos ebrietate in pugnam exarsisse, omnium consensu scriptorum est pervulgatum. Vide Clark. ad Homer. XXI. Odyss. 293. & Staveren. ad Hygin. Fab. XXXIII. Illud certe constat ex hac fabula, quod a nemine observatum demiror, legendum esse, *Lapitharum, ac Centaurorum*, non *aut*: simul enim uno in convivio fuerunt. Servius ad VII. Æn. 304. *Pirithous Lapitharum Rex, cum uxorem duceret, vicinos populos Centauros —— ad convivium convocavit*. Ceterum non est omittendus Apuleji locus in Apol. p. 311. l. 20. ed. Elmenhorst, *quum Alexandriæ symposia obiret: est enim Crassus iste, qui non invitus de die in ganeas correpat*, &c. GARAT.

Lapitharum, aut Centaurorum) Maro 2. Georg.

> *Bacchus & ad culpam caussas dedit: ille furentes*
> *Centauros letho domuit, Rhætumque, Pholumque,*
> *Et magno Hylæum Lapithis cratere minantem.*

Sed vide Homerum Odyss. 2. Nasonem Metamorph. & alios. ABRAM.

Vtrum iste plus biberit, aut vomuerit) Ita primum vidi editum in Lambinianis, unde ad Grut. Græv. & Verb. hæc lectio manavit, sive potius erratum; nihil enim monetur a quoquam. Certe Oliv. ac Lallem. recte dederunt, *an vomuerit*, quomodo ab ed. Rom. principe usque ad Lamb. sive illius repertores editum fuerat. Hic porro locus incidit in eam disputationem, quam Cellarium inter, & Borrichium actam renovarunt Schwarzius, & Arntzenius ad Plin. Panegyr. LXXXIV. 1. quos vide, & Longol. ad eumd. Plin. X. Epist. 48. 2. Particula *aut* in dubitatione, locisque huic similibus barbare poni videtur Cellario, & Schwarzio, qui ducem habent optimum Quintilianum, contra ceteris, quos nominavi, sentientibus. Ego, quod ad Tullium attinet, vix puto reperiri

 posse

Digitized by Google

etiam mentionem facies Consulatus tui? aut te fuisse Romæ Consulem dicere audebis? quid? tu in lictoribus, in toga, et prætexta esse Consulatum putas? quæ ornamenta etiam in Sex. Clodio, te Consule, esse voluisti. Hujus tu Clodiani canis insignibus Consulatum declarari putas? animo Consulem esse oportet,

posse locum, qui sine varietate *aut* hoc modo exhibeat. Quo jure pro se hunc ipsum locum facere putarit Arntzenius, jam omnes vident. Deinde, si quis ejusmodi locus inveniatur, vix dubitarim corruptum judicare, cum tot alii contra stent, veluti pro Amer. 41. pro Cluent. 34. II. Phil. 38. &c. in aliis aliter sit positum *aut*, ut ostendit Schwarz. l. c. & Heusinger. Suppl. ad Cellar. cur. poster. p. 393. cum denique *an* sæpe in *aut* abierit, etiam ubi meliores tamen, & plerique libri dubitationes ejusmodi per *an* exprimunt, veluti apud Sallust. Iug. XIV. 17. *quos appellem? Regesne, an nationes*, ubi vide Cortium, & apud Liv. V. 3. *utrum enim defenditis, an impugnatis plebem?* ubi Drak. hanc permutationem generatim exemplis permultis testatam facit. In hanc sententiam inclinat etiam Gesnerus ad Plin. Epist. cit. quem adeo non arbitror particulam *aut* relicturum fuisse in Panegyrico, quam ab epistola sustulit, si vidisset a Schwarzio proditum, in codd. Vatic. eo loco *an* diserte perscribi. Gar.

In lictoribus) Manutius ad cap. 4. *Docet his locus magistros quoque ludorum prætexta uti solitos esse: lictoribus vix adducor, ut credam, quamquam infra scriptum videam: Quid tu in lictoribus, in toga prætexta*, &c. non video tamen quid eum in hanc dubitationem adduxerit: nam magistris vicorum, qui ludos compitalitios ex officio videntur edidisse, sui fuere lictores, ut & superius ex Dione jam ostendimus libro 55. *Et iis tum prætexta, tum lictoribus duobus quibusdam diebus, iis in locis quibus præsunt, uti concessum est.* Quod mirum non est, si illi quantulicunque magistratus, lictoribus usi fuerint, cum eos privatis habere licuerit iis diebus, quibus ludos funebres edebant. Horatius:

—— cum ficus prima, calorque
Designatorem decorat lictoribus atris. Abr.

In toga, & prætexta) Turnebus XXI. Adv. 15. legendum monuit, *in toga prætexta*, cui Manut. adsensus est, & nuper Lallem. Libri nihil variant, & forte *in toga* glossema est, fuitque a Tullii manu, *tu in lictoribus, & prætexta.* Idem mendum ex eodem glossemate ortum insederat c. 10. de Amic. ubi vide interpretes. Sed legamus, *& in toga prætexta*, cum vocem utramque conjungat Cicero I. in Verr. 58. post red. in Sen. in Vatin. 7. pro Balbo 25. & alibi. Ad hunc modum infra c. 26. *coronam lauream videbamus*. Garat.

Etiam in Sexto Clodio) Tu, cum in Kalendas Ianuarias compitalitiorum dies incidisset, Sextum Clodium, Pub. Clodii scribam, hominem impurum, qui nunquam antea prætextatus fuisset, ludos facere, lictores habere, & prætextatum volitare passus es. Abr.

His tu, Clodiane canis, insignibus) Sic hunc locum emendavi, parva immutatione facta. Pisonem autem Clodianum canem appellat, quia more canum Publio Clodio Tribuno pl. adulatus sit, ut provinciam, quam vellet, obtineret, pecuniamque publicam exhauriret, profunderet, ac dissiparet. Lambin. *Clodiani canis*) Hujus Sexti Clodii, qui canis instar sequutus est in vexanda republica, bonis allatrandis, & morsu appetendis P. Clodii vestigia: alii legunt, *his tu Clodiane canis:* & per Clodianum canem L. ipsum Pisonem intelligunt: qui canis instar blandiendo a P. Clodio Macedoniam impetravit. Abram.

Si

Digitized by Google

tet, consilio, fide, gravitate, vigilantia, cura; toto denique munere Consulatus omni officio tuendo, maximeque, id quod vis nominis præscribit, reipublicæ consulendo: ego Consulem esse putem, qui Senatum esse in republica non putavit? et sine eo consilio Consulem numerem, sine quo Romæ ne Reges quidem esse potuerunt? Etenim illa jam omitto: cum servorum delectus

Si mutandum aliquid est, legerim ex Rom. & sec. Ven. *Hujus tu Clodiane canis*, ut Plautus, aliisque locuti sunt. Verum nihil muto. Mendose prior Ven. *Hujus tu Clodianis insignibus*. Rom. tamen, ut vere dicam, *Clodiane*, sed quia diphthongum semper ignorat. GAR.

Omni officio tuendo, maximeque id quod vis nominis ipsa præscribit, reip. consulendo) Hæc verba omnia nunc primum Ciceroni accedunt, eruta e Pal. sec. neque longe aliter codex Turingicus, ut & prodidit Guilielmius noster capite v. ad Truculentum Plauti. GRUT. Hæc verba Pithœus quoque in suo reperit codice. GRAV. Ex omnibus verbis, quæ Gruterus restituit, duo priora *omni officio* erant in editis vetustioribus, quæ lacunam aperte indicabant. Sed indicium illud sustulerat P. Manut. eumque secuti Car. Steph. & Lamb. Nunc autem legendum est, *id quod vis nominis ipsa præscribit*: cum enim vocem *ipsa* omiserint typographi Gruteriani, nemo eam restituere curavit. At in Pal. sec. adesse, Gruteri adnotatio testatur, adestque rectissime: imo antea Guilielmius l. c. in Erfurt. invenerat, *id quod vis ipsa præscribit*, omissa voce necessaria *nominis*; qui adposite laudat Accium dicentem, *Qui recte consulat, Consul cluat*. Ipse Cicero notissimo loco II. de Orat. 39. hoc argumenti *ex vocabulo* exemplum posuit: *si Consul est, qui consulit patriæ, quid aliud fecit Opimius?* Adde III. de Leg. 3. &c. Ausianus duo postrema ex his, quæ in omnibus Britann. aliisque quam plurimis libris interciderant, verba producit, *reip. consulendo*. GAR.

Ego Consulem esse putem, qui Senatum esse in rep. non putavit) 2. Philipp. *Non tractabo ut Consulem, ne ille quidem me ut Consularem*. Sic Lucius Crassus 3. de Oratore: *Multa a Crasso divinitus dicta ferebantur, cum sibi illum Consulem esse negaret, qui Senator ipsi non esset*. ABRAM. Pith. cod. *an ego Consulem*. GRAV.

Ne Reges quidem) Senatus enim est ab ipso Romulo institutus. Dionysius libro secundo: *Id vel maxime ex Græcorum consuetudine manavit. Regibus enim, sive hereditario jure, sive populi suffragiis regnum accepissent, consilium erat ex optimatibus constitutum, ut & Homerus, & ceteri antiquissimi Poetarum testantur: & non, ut hac tempestate, privatis consiliis, & solius regis arbitratu administrabatur regum antiquorum potestas*. Et eam ob caussam Imperatores, qui boni videri voluerunt, Senatum semper magni se facere simularunt, Tiberii verba sunt in Senatu apud Suetonium cap. 29. *Et bonos, & æquos, & faventes vos habui Dominos, & adhuc habeo*. Vide locum, & Plinii Iunioris Panegyricum Trajano dictum, cujus successor Adrianus, ut Spartiani verbis utar, *Senatus fastigium in tantum extulit, difficile faciens Senatorem, ut cum Tatianum ex præfecto Pretorii, ornamentis Consularibus præditum faceret Senatorem, nihil se amplius habere, quod in eum conferri posset, ostenderit*. At contra mali Principes, Cajus, Nero, Commodus Senatum delere voluerunt. ABR.

Servorum delectus) Nefas erat servos ad dilectum vocari, atque adeo hoc servorum dilectu pop. Rom. majestas, &c. imminuta. Livius lib. 22. deleto apud Cannas Romanorum exercitu

Digitized by Google

lectus haberetur in foro: arma in templum Castoris luce, et palam comportarentur: id autem templum, sublato aditu, revulsis gradibus, a conjuratorum reliquiis, atque a Catilinæ prævaricatore quondam, tum ultore, armis teneretur: cum equites Romani relegarentur, viri boni lapidibus e foro pellerentur, Senatui non

citu: *Aliam formam novi delectus, inopia liberorum capitum, ac necessitas dedit: octo millia juvenum validorum ex servis, prius sciscitantes singulos vellentne militare, emptà publice armaverunt.* Tullius Verrina de suppliciis, omnium pene in Sicilia Prætorum edicta fuisse tradit, *ut ne quis cum telo servus esset.* Subjicitque: *Luc. Domitium Prætorem in Sicilia, cum aper ingens ad eum allatus esset, admiratum requisisse, quis eum percussisset; cum audisset pastorem cujusdam fuisse, eum ad se vocari jussisse: illum cupide ad Prætorem, quasi ad laudem, atque præmium accurrisse: quæsisse Domitium, qui tantam bestiam percussisset: illum respondisse, venabulo: statim deinde jussu prætoris in crucem esse sublatum.* Adeo servis arma capere non licebat. Quamquam militia servis interdictum fuisse quis miretur, cum ne liberti quidem, aut etiam libertini militarint? siquidem bello Sociali, ut refert epit. Liviana libro 74. *Libertini tum primum militare cœperunt.* Vide Macrobium 1. Saturn. cap. 1. Neque solum libertos, aut libertinos, sed etiam alios tenuioris fortunæ liberos, capite censos & proletarios rem militarem vetuerunt attingere, donec C. Marius eos bello Iugurthino conscripsit. Plutarchus in Mario, Sallustius in Iugurtha, Exuperantius in Compendio, Gellius lib. 16. cap. 9. & alii passim: interdum tamen in tumultu arma de publico proletariis exhibebant. Ennius:

> *Proletarius publicitus scutisque feroque*
> *Ornatur ferro*, &c. Idem.

ASCONIUS.

Circa vers. a primo * Dicit de Castoris templo, *Id autem templum, sublato aditu, revulsis gradibus, a conjuratorum reliquiis, atque a Catilinæ prævaricatore quondam, tum ultore, armis teneretur*) Catilinam lege repetundarum absolutum esse, accusante P. Clodio, jam dictum est.

Statim. *Cum equites Romani relegarentur, viri boni lapidibus e foro pellerentur*) L. Lamiam a Gabinio consule edicto relegatum esse, jam diximus.

VARIORUM.

Arma in templum Castoris) Sic legendum, libris omnibus invitis: quamquam ita postea impressum reperi in nonnullis vulgatis: alii habent, *arma in templo Cast.* mendose. Lambin. Paruerunt omnes Lambino: sed ex meis ante illum editis solus Hervag. habet *in templum*, atque ita emendabat etiam Turnebus XXI. Adv. 15. Vellem codices nominarentur: neque enim absurdum erat *in templo*, quod a Britann. quoque omnibus confirmatur: vide ad c. 23. pro Balbo, & 7. pro Ligar. Forte autem legendum est *avvdetws luce, palam*: ita enim solent hæc ponere optimi Latinorum, ut ipse Cicero non semel, ut Virgilius IX. Æn. 153. &c. idemque adeo pro formula habetur apud elegantem Rhetorem Iulium Severianum: ut jam vidimus ad c. 14. in Vatin. Immo plane copulam delendam nunc existimo, cum ab uno cod. Britann. abesse videam: quod in tali re mihi suffragium sufficit. Gar.

Prævaricatore) Catilinam ex Africa, caussam dixisse de pecuniis repetundis auctor est Sallustius. Atque ut bene notat Manutius, *Catilinam a P. Clodio repetundarum esse accusatum, eoque prævaricante absolutum, & Asconius auctor est, & Cicero ipse his verbis in ea de Har. Resp. a Catilina pecuniam accepit, ut turpissime prævaricaretur.* Asconius in Catilinam & Antonium in

non solum juvare rempublicam, sed ne lugere quidem liceret: cum civis is, quem hic ordo, assentiente Italia, cunctisque gentibus, conservatorem patriæ judicarat, nullo judicio, nulla lege, nullo more, servitio, atque armis pelleretur, non dicam auxilio vestro, quod vere licet dicere, sed certe silentio: tum Romæ fuisse Consules quisquam existimabit?

11. Qui latrones igitur, si quidem vos Consules? qui prædones, qui hostes, qui proditores, qui tyranni nominabuntur? Magnum nomen est, magna species, magna dignitas, magna majestas Consulis: non capiunt angustiæ pectoris tui, non recipit levitas ista, non egestas animi: non infirmitas ingenii sustinet, non

in toga candida: *Hos autem judicio absolutus est Catilina, infamia judicum, ut & Clodius infamis fuerit. Nam & rejectio judicum ad arbitrium rei videbatur esse facta.* ABRAM.

Cum equites Romani relegarentur) Synecdoche, numerus pluralis pro singulari: cum Gabinius Lucium Lamiam *in concione relegavit: edixitque ut ab urbe abesset mille passus, quod esset ausus pro cive, pro bene merito cive, pro amico, pro rep. deprecari*: pro Sextio. IDEM.

Lapidibus e foro pellerentur) Pro Sextio: *Armati homines forum & conciones tenebant: cædes & lapidationes fiebant.* IDEM.

Qui latrones igitur) Codex unus Britann. ita deminutum locum exhibet. *Qui latrones, qui prædones, qui hostes, qui proditores, qui tyranni nominabantur.* GARAT.

Non capiunt angustiæ pectoris tui) Hesiodus in operibus ver. 40.

> Νήπιοι οὐδ' ἴσασιν ὅσῳ πλέον ἥμισυ παντός.
>
> *Ignorant, medium longe præcellere toti.*

Hunc versum Plato de iis interpretatur, qui honores ambiunt majores, quam ut pectorum suorum angustiis capiantur: sic enim ille tertio de legibus: *Cum totum accipere damnosum est, medium vero moderatum, quod moderatum est, plus esse, quam id, quod nimium est judicavit, melius deteriore.* Subdit: *Si quis, prætermissa mediocritate majorem minoribus dederit potestatem, vela navigiis, corporibus escas, animis magistratus, omnia vertit, & ad contumeliam elata, alia ad morbos, alia ad injustitiam contumeliæ filiam deferuntur.* Nazarius in Paneg. Constantini, *magnitudo mali crediti muneris extra animi angustias effluebat.* Sed ne te morer, vide Plutarchum oratione 2. de fortuna Alexandri, ubi demonstrat non pusilli, immo ne mediocris quidem esse animi magnos honores & successus sustinere: unde illud Taciti primo historiarum de Galba: *Major privato visus, dum privatus fuit: & omnium consensu capax imperii, nisi imperasset.* Quia videlicet, ut dicebat Pittacus apud Laertium: ἀρχὴ ἄνδρα δείκνυσι: *magistratus hominis mores ostendit.* Sidonius Appollinaris lib. 2. epist. 13. *Maximus maximo nobis ad hoc documento poterit esse; qui quamquam in arcem præfectoriam, patritiam consularemque intrepidus adscenderat, eosque quos gesserat magistratus, ceu recurrentibus orbibus inexpletis iteraverat: tum tamen venit omnibus viribus ad principalis apicis abruptum, quamdam potestatis immensæ vertiginem sub corona patiebatur.* ABRAM.

Egestas animi) Vel pusillanimitatem,

Digitized by Google

non insolentia rerum secundarum tantam personam; tam

tum, & pectoris angustias rursum intelligit, vel cupiditatem, &, ut ait Sallustius, animi vastitatem: *Vastus animus immoderata, incredibilia, nimis alta semper cupiebat*. Cic. in paradoxis in hanc pene sententiam, *Animus hominis dives non arca appellari solet, quamvis illa sit plena, dum te inanem videbo divitem non putabo*. Nam & egestas, & divitiæ animo continentur. Xenophon in Symposio: *Sed age vero, inquit Socrates, dic nobis, o Antisthenes, cur tu cum tam pauca habeas, tamen ob divitias, tam magnos spiritus geris: quia, inquit, mortales non in domibus divitias aut paupertatem, sed in animis habere existimo*. Paulo post: *Cum igitur voluptatibus perfrui volo, non e macello mihi comparo res pretiosas, sunt enim multarum impensarum, sed ex animo depromo*. Huc refer Palladæ versus lib. 2. Anthologiæ:

> *Πλουτον μεν πλουτουντος εχεις, ψυχην δε πενητος,*
> *Ω τοις κληρονομοις πλουσιε, σοι δε πενης.*
> *Divitiæ tibi sunt locupletis, pauperis est mens,*
> *O nimium heredi dives, inopsque tibi.*

Lucianus 1. Anthologiæ:

> *Πλουτος ὁ της ψυχης πλουτος μονος εστιν αληθης.*
> *Divitiæ mentis sunt solæ opulentia vera.*

Idem. Egestas animi, est quæ nihil nisi vile, abjectum, humile, & sordidum cogitat. Opponitur *animi altitudo*, seu celsitas, cum quis nihil humile cogitat, cum contemnit opes, voluptates, dolores, pericula, ut nihil indignum se dicat faciatve. Græv.

Insolentia rerum secundarum) Insolentia, sive insuetudine rerum secundarum. Nam

> *Deterius nihil est humili, cum surgit in altum.*

Testis ille Simonides ex διςυλλαβου τετρασυλλαβος, apud Lucianum in Gallo. Testis Pallas ille Claudii libertus apud Tacitum 13. Annalium, qui *respondit nihil unquam se domi nisi nutu, aut manu significasse, vel si plura demonstranda essent, scripto usum, ne vocem consociaret*. Testis Demetrius libertus Pompeji apud Plutarchum. Testes Polybius, & Narcissus Claudii liberti apud Dionem libro 60. qui & hunc versum refert θρυλλουμενον,

> Α'φορητος εστιν ευτυχων μαστιγιας.
> *Intolerabilis est felix verbero.*

Cujus rei idem Dio de Serrano loquens libro 58. hanc reddit rationem: *Qui propria dignitate excellunt, a nemine salutationes honorificas exigunt: & si quid in hac parte defecerit, non queruntur, quod sibi ipsis conscii sunt, se haudquaquam contemni. Qui vero adscititiam dignitatem habent, omnia his similia, tanquam ad dignitatis plenitudinem necessaria requirunt, & si non deferantur, graviter ferunt, & irascuntur perinde, ac si essent contumeliis & conviciis appetiti*. Abram.

Tantam personam) Noster videtur alludere ad actores, qui personam in tragœdiis assumunt, cujus capaces non sunt: quod proverbii locum videtur habere apud Lucianum in Nigrino: *Ne & aliunde actoribus illis similis evadam, qui frequenter cum Agamemnonis, Creontis, aut Herculis ipsius personam acceperint, aurea veste, gravi intuitu, grandi hiatu, tenui & muliebri voce declamant, Hecuba, & Polyxena longe demissius. Ne igitur & ego deprehendar, majorem capite meo personam assumens, apparatumque dedecorans, volo nuda facie tecum loqui*. Quam personam si minus apte sustinebant, non solum exsibilabantur, sed etiam cogebantur eam deponere: præter Atellanos, ut auctor est Festus, *qui proprie vocantur personati, quia jus est iis non cogi in scena ponere personam, quod ceteris histrionibus pati necesse est*. Hinc est quod de Pylade Histrione narrat Macrobius 1. Saturnal. cap. 7. *Cum in Herculem furentem prodisset, & nonnullis incessum histrioni convenientem non servare videretur, deposita persona ridentes increpuit, μωροι μαινομενον ορχουμαι*. Abram.

Asco-

Digitized by Google

tam gravem, tam severam. Seplasia mehercle, ut dici audiebam, te ut primum adspexit, Campanum Consulem repudiavit. Audierat Decios, Magios, et de Taurea illo Iubellio aliquid acceperat: in quibus si moderatio illa, quæ in nostris solet esse Consulibus, non fuit, at fuit pompa, fuit species, fuit incessus,

ASCONIUS.

CIRCA VERS. A PRIMO DCLXX. *Seplasia mehercule, ut dici audiebam, te ut primum aspexit, Campanum Consulem repudiavit*) Dictum est in dissuasione legis agrariæ ad populum, plateam esse Capuæ, quæ *Seplasia* appellatur, in qua unguentarii negotiari sint soliti: ergo eos quoque, qui in ea platea negotiarentur, dicit invitos Pisonem vidisse, cum Capuam Consul venit, quod eos, a quibus ille expulsus erat, adjuvisset.

VARIORUM.

Seplasia) Vicus fuit Capuæ celeberrimus, in quo unguentarii ceterique hujusmodi habitant: ideo autem repudiatum fuisse dicit a Seplasia Pisonem, vel quod Decii Magii, & Taureæ Iubellii pompam non adæquaret, vel quod unguentariis tanquam sordidus & impexus videretur esse infestior. Pro Sextio: *Capillo*, inquit, *ita horrido, ut Capua, in qua ipse tum imaginis formandæ caussa Duumviratum gerebat, Seplasiam sublaturus videretur.* Id est prohibiturus, ne quis deinceps venderet unguenta: tamen hoc nomen omnibus locis convenire videtur in quibus unguenta distrahuntur: glossarium B. Benedicti Floriacensis Abbatis *Seplasiarum μυροπωλειον*. IDEM. In Glossis legendum: *seplasium*, ut in Cyrilli glossis: *seplasium παντοπωλειον*. GRÆV.

Campanum Consulem) C. Cæsar, cum in suo consulatu coloniam Capuam deduxisset, duumviros ei L. Pisonem socerum; & Cn. Pompejum generum præfecit: unde illud in Sextiana: *Capillo ita horrido, ut Capua, in qua ipse tum imaginis formandæ causa duumviratum gerebat, Seplasiam sublaturus videretur.* Invidiose igitur *Campanum Consulem* dixit, pro Duumvirum: quasi Piso Duumviri nomen dedignaretur, Consulis adrogaret. Superioribus autem temporibus Prætores appellabantur: ut noster in Rulliana II. testatur. Sensus ergo est, ut primum te Seplasia Duumvirum adspexit, repudiavit aspernataque est, quasi honore illo indignum. Prætexta autem usos in coloniis summos magistratus constat ex Liv. lib. XXXIV. HOTTOM. Non dicit Asconius, Pisonem *Campanum Consulem* appellari, quod Capuam Consul venerit, ut censuit Turnebus XXI. Adv. 15. verum hanc appellationem, ejusque caussam non attingit omnino, locumque veræ sententiæ relinquit, quæ Turnebo est cum Hotomanno, omnibusque communis. At in eo falli videtur Asconius, quod invitos Campanos unguentarios Pisonem vidisse propter Ciceronem expulsum significari putat. Quî enim magis Seplasiarii, quam ceteri, quos constat in fide, clientelaque Ciceronis fuisse? Iocatur Cicero nunc in horridum Pisonis capillum, neglectumque corporis cultum, ut ex loco Sextianæ apud Hottom. aliisque apud Manutium apparet, qui ex sequentibus recte locum intellexit. GAR.

Decios, Magios) De hisce omnibus vide Valer. lib. V. c. VI. & Plin. lib. XXI. cap. V. ABRAM.

Taurea Iubellio) Vide Liv. XXVI. 15. & Appian. in Hannibalicis. ABR.

Moderatio illa) De moderatione Romanorum magistratuum, consulatur Athenæus lib. 6. Σωφρονες δ' ησαν και παντα αριστοι οἱ αρχαιοι Ῥωμαιοι. *Veteres Romani moderati erant, & optimis moribus instituti*: quod exemplo Scipionis, Cæsaris, & aliorum suse ostenditur. ABRAM.

Fuit incessus) Incessus majestatem quan-

Digitized by Google

sus, saltem Seplasia dignus, et Capua, Gabinium denique si vidissent Duumvirum vestri illi unguentarii, citius agnovissent. Erant illi compti capilli, et madentes cincinnorum fimbriæ, et fluentes, cerussatæque buccæ, dignæ Capua, sed illa vetere: nam hæc quidem, quæ non est, splendidissimorum hominum, fortissimorum virorum, optimorum civium, mihique amicissimorum multitudine redundat: quorum Capuæ te præ-

quandam & pompam significat 1. Æneidos:

Ast ego quæ Divum incedo Regina.

Item:

Et vera incessu patuit Dea.

Propertius lib. 2. eleg. 2.

—— incessit vel Iove digna soror.

Ovidius 3. de Arte:

Est & in incessu pars non temnenda decoris. Idem.

Paria his notavit Broukhusius ad Tibull. II. 6. 34. Gar.

Citius agnovissent) Lubentius vidissent. Hottom.

Madentes cincinnorum fimbriæ) *Madentes*, unguentis affluentes. Virgil. 4. Æneidos:

Mæonia mentum mitra, crinemque madentem

Subnixus. —— & 12.

—— crines

Vibratos calido ferro, myrrhaque madentes.

De Gabinii vero unguentis vide Sextianam. Abram. Si quis ex Servio ad I. Georg. 120. legere malit, *& madentes cincinnorum fibræ*, me facile assentientem habebit. Quamquam enim nihil interesse doceat Salmasius, quem citat in Ind. p. 525. cel. Ernestus: tamen fortasse notius vocabulum fuit *fimbria*, quod proinde suppositum a librariis probabilius existimetur. Ex hac permutatione Pintianus emendabat locum Melæ II. 3. 40. sed perperam, ut cum Gesnero in Thes. L. L. judico: de quo loco, & de *fibris* consule præter Salmasium F. Marii Mattii Adnotationes cap. XXII. Gar.

Fluentes buccæ) Propter obscœnitatem. Hottom. Manutius pinguiores interpretatur. Sed neque obscœnitas, neque pinguedo notari hoc loco videtur: mollities quædam potius effeminata, & putida. II. Tuscul. 22. *cum liquescimus, fluimusque mollitia.* Menckenius in Observ. L. L. p. 89. fuco illitas intelligit, & cerussatas, quod ipsum heic sequitur, cum p. r. in Sen. 6. *fluentes* tantum Gabinii buccæ appellentur. Non est satis. Melius, & ingeniosius cel. Ernest. in Ind. p. 529. totum Gabiniani oris pigmentum ita describi putat, ut calore, ac sudore flueret madefactum. Quomodo Abramius de λαμβδακισμῷ suspicari potuerit, nescio: merito ejus observationem Grævius omisit. Cerussa oblitas, qua candor inducitur, asperitasque omnis tollitur, *cerussatas* dixit, ut Plautus *purpurissatas* II. Truc. 2. 35. quod illustravit I. F. Gronovius Lect. Plaut. p. 359. Garaton.

Digna Capua, sed illa vetere) Plinius lib. 13. cap. 1. de unguentis: *Gloriam abstulere Neapolis, Capua, Preneste.* Et cap. 3. *Terrarum omnium Ægyptus accommodatissima unguentis, ab ea Campania est proxima copia rosæ.* Subditur vetere, quia circa Magii & Iubellii tempora delitiis & luxuria affluebat. Athenæus libro 12. tradit veteres Capuanos ex Polybio lib. 6. *in tantum luxum incidisse, ut quæ de Crotone, & Sybari traduntur, longe superarint.* Sed de horum superbia, & delitiis multa noster in orationibus contra legem Agrariam. Livius lib. 23. *Prona semper civitas in luxuriam, non ingeniorum modo vitio, sed affluenti copia voluptatum, & illecebris omnis amœnitatis maritimæ, terrestrisque.* Abr.

Præ-

Digitized by Google

prætextatum nemo adspexit, qui non gemeret desiderio mei: cujus consilio cum universam rempublicam, tum illam ipsam urbem meminerant esse servatam: me inaurata statua donarant: me patronum unum adsciverant: a me se habere vitam, fortunas, liberos arbitrabantur: me et præsentem contra latrocinium tuum suis decretis, legatisque defenderunt, et absentem,

Prætextatum) Hinc advertis non modo Romæ magiſtratus, ſed etiam in coloniis prætextæ jus habuiſſe. ID.

Qui non gemeret) Fortaſſe, *quin gemeret*: nam & ſolet *quin* Tullius ponere hujuſmodi locis, & ita librarii diſſolvere. In Vatin. 16. *ſi nemo aſpicit, quin ingemiſcat, nemo mentionem facit, quin exſecretur*. GAR.

Inaurata ſtatua) Hac de re Plutarchus in Cicer. HOTTOM. *Me inaurata ſtatua donarant*) Seneca 6. de Beneficiis cap. 8. *Nemo quamvis pro ſe dixerit affuiſſe ſibi dicitur, nec ſtatuam ſibi tanquam patrono ponit*. Vide Plinium cap. 4. lib. 34. & c. 6. Horatius:

—— *qui quærit pater urbium*
Subſcribi ſtatuis. ABRAM.

Aruſianus, & cod. unus Britann. *donarunt*: ſed mendoſe. Ac forte ab eodem mendo habemus infra, *defenderunt* —— *revocarunt*. Hinc enim auctoritatem ſumas ad ſuſpicandum licet. Sed ibi vide. GAR.

Me patronum unum adſciverant) De patronis & clientibus Plutarchus in Romulo, & Dionyſius libro ſecundo, rem ex profeſſo tractantes conſulantur: illud ad rem ex Dionyſio: *Non ſolum vero in ipſa urbe plebs erat ſub patritiorum clientela, ſed & ſingulæ ejus coloniæ, & urbes fœderatæ, & eæ quæ armis in populi Romani ditionem acceſſerant, ex Romanis cuſtodes habebant, & patronos quos ipſæ elegiſſent: & ſæpe Senatus omnes harum gentium & urbium controverſias ad patronos remittens rata habebat, quæcunque illi ſtatuiſſent*. Cicero 3. de Officiis: *Hunc autem dico patronum agri Piceni, & Sabini*. ABRAM.

Fortunas, liberos) Male Rom. ſec. Ven. treſque Britann. *fortunatos, liberos*: ſed non male prior. Ven. *fortunam, liberos*. A vulgata quidem diſcedere, temeritatis eſſet non ferendæ; quam cum libris & plurimis, & melioribus Aruſianus agnoſcit, locuſque ſimillimus adprobat II. Phil. 5. *ut eſſet nemo —— qui non mihi vitam ſuam, fortunas, liberos, remp. referret acceptam*. Omnino *fortunæ* pro bonis longe frequentiſſimum eſt, optimiſque auctoribus ferme ſollemne. Verumtamen eodem ſenſu *fortunam* in abſurdis ponere non eſt licitum. Ovidius V. Triſt. 2. 57. *Nec mea conceſſa eſt aliis fortuna*: ubi opes intelligi, patet ex ipſo II. Triſt. 129. 130 & I. ex Ponto 7. 47. Horatius I. Epiſt. 5. 12. *Quo mihi fortunam, ſi non conceditur uti?* quomodo ex optimis libris Bentleius reſtituit: neque ulla erat cauſa, cur Caningamius conjecturam Mureti nullo munitam codice referret, *fortunas*, quam Lamb antea, Cruquius, & Chabot. adſciverant. Si placeat *quo mihi fortuna* ex pleriſque codicibus, ut Torrentio, & Baxtero, erit ablativus *fortuna*: cujus inauditæ opinionis præſidia in meis Addit. ad V. in Verr. 18. ſum prolaturus. Denique ipſe Cicero I. Phil. 8. *in judice enim ſpectari & fortuna debet, & dignitas*; ubi de cenſu manifeſte loquitur. Contra *fortunas* pro conditione uſurpavit pro Amer. 19. & IV. in Verr. 37. quomodo etiam Terentius I. Andr. 1. 70. &c. GAR.

Defenderunt) Faerniani codices, & ille idem Britann. qui ſupra *donarunt* habet, item prior Ven. *defenderant*: quod recipiens Lambinus, præterea de ſuo dedit, *revocarant*. Vtrumque fortaſſe recte. Nam Piſo venit Capuam, cum ſimul & Romæ Conſul, & ibi Duumvir eſſet: vide pro Sext. 8,

tem, principe Cn. Pompejo referente, et de corpore reipublicæ tuorum scelerum tela revellente, revocarunt. An tu eras Consul, cum in Palatio mea domus ardebat, non casu aliquo, sed ignibus injectis, instigante te? Ecquod in hac urbe majus umquam in-

8. Campani tum Ciceronem non modo *defenderant*, cujus in periculo cum legatos Romam misissent, eum jam expulsum, ut modo dictum heic fuit, gemebant: verum etiam coloniæ suæ decreto, si quod factum jam esse potuit, factum fuerat, *revocarant*. Pompejus enim ad Ciceronem defendendum excitatus (infra 12.) Clodianæ factioni cœpit obsistere. Tum ex ejus auctoritate L. Ninnius ad Senatum retulit de Tullii reditu Kalendis Iuniis, Pisone ipso, & Gabinio Coss. quem reditum cum Senatus frequens decerneret, intercessit Ninnii collega Ælius Ligur Trib. pl. Constant hæc ex c. 31. pro Sext. Postea Pompejus, qui esset Capuæ cum Pisone Duumvir, *ubi nullus emptus intercessor*, retulit ad Campanos Decuriones, placeretne, revocari M. Tullium, & placere illi censuerunt. Locum p. r. in Sen. 11. unde res patet, habes apud Manut. sed totum inspice. Iam vero, cum ab eo tempore pars dimidia Consulatus Pisoniani supersit; cum Campanorum erga se voluntatem testimoniis præteriti temporis ideo declaret Cicero, ut ad præsentis odium Pisonis acerbe convertat; temporis ratio permittit, res autem ipsa, & nexus orationis etiam pæne suadet, ut Campani ante illum Pisonis adventum Ciceronem revocasse credantur. Si diligentius attendisset celeb. Mazochius Amph. Camp. p. 23. 25. decretum hoc in Lentuli, & Metelli Consulatu non collocasset. Idem.

A S C O N I U S.

Sequitur. *Ecquod in hac urbe majus umquam incendium fuit, cui non Consul subvenerit? at tu illo ipso tempore apud socrum tuam prope a meis ædibus, cujus domum ad meam exhauriendam patefeceras, sedebas*) Post profectionem ex urbe Ciceronis, bona ejus P. Clodius publicavit: postea direpta sunt omnia, quæ aut in domo, aut in villis fuerunt, & ex eis ad ipsos consules lata complura: domus direpta primum, deinde inflammata, ac diruta est. Socrus Pisonis quæ fuerit, invenire non potui, videlicet quod auctores rerum non perinde in domibus ac familiis fœminarum, nisi illustrium, ac virorum nomina tradiderunt.

V A R I O R U M

Principe Cn. Pompejo referente) Pompejum Capuæ principem retulisse, nihil est: Romæ autem ad Senatum Ninnius ante retulerat. Sed qui fuerit hac in re Pompeji principatus, duo alii, quos de eodem habemus, loci declarant, p. r. in Sen 11 *princepsque Italiæ totius præsidium ad meam salutem implorandum putavit*; & pro Mil. 15. *qui, cum decretum de me Capuæ fecit, ipse cunctæ Italiæ cupienti, & ejus fidem imploranti signum dedit, ut ad me restituendum Romam concurrerent*. Kal. vero Ianuariis anni sequentis legati jam ex cuncta Italia concurrerant: vide infra c. 15. At hisce verbis nihil dici ejusmodi potest. Explicemus igitur: principe in me revocando Cn. Pompejo, qui referebat &c. h. e. ut c. 15. de quodam SCo dicitur, *Cn. Pompejo auctore, & ejus sententiæ principe*. Mihi vero ne hoc quidem placet, neque tamen melius quidquam invenio. Itaque, cum intelligam non tam Pompeji laudem hoc loco, quam Campanorum, quæri, legendum suspicor: *& absentem principes, Cn. Pompejo referente —— revocarunt*, vel *revocarant*. Hoc etenim revera primum de Tullii reditu decretum publicum fuit: SCum, Ninnio referente, propter intercessionem Liguris nullum exstiterat: quamquam recte, Senatus voluntate spectata, in ipso Senatu loquens Cicero p. r. c. 2.

non

Digitized by Google

incendium fuit, cui non Consul subvenerit? At tu illo ipso tempore apud socrum tuam prope a meis ædibus, cujus domum ad meam exhauriendam patefeceras, sedebas non extinctor, sed auctor incendii, et ardentes faces furiis Clodianis pæne ipse Consul ministrabas.

12. An vero reliquo tempore Consulem te quisquam duxit? quisquam tibi paruit? quisquam in curiam venienti assurrexit? quisquam consulenti respondendum putavit? numerandus est ille annus denique in republica, cum obmutuisset Senatus, judicia conticuissent, mærerent boni, vis latrocinii vestri tota urbe volitaret, neque civis unus ex civitate, sed ipsa civitas tuo, et Gabinii sceleri, furorique cessisset? At ne tum qui-

non multo post discessum meum me universi revocavistis, referente L. Ninnio. IDEM.

Incendium fuit, cui non Consul subvenerit) Vix hujus rei reperio vestigium. Dio libro 47. de Druso filio Tiberii; *Ebrietati adeo deditus ad satietatem erat, ut cum aliquando noctu cuidam incendio cum sua cohorte subvenire cogeretur, ipsis aquam petentibus, calidam infundi* [illegible] *ris*. Triumviri porro erant ce[illegible] sua [illegible], ad restinguenda incendia. Va[illegible]rius libro 8. *M. Militius, Cn. Lælius, L. Sextilius Triumviri, quod ad incendium in sacra via ortum tardius venerant, a Trib. pleb. die dicta ad populum, damnati sunt.* Et sub imperatoribus Præfecti Vigilum, aut etiam Ædiles. Augustus apud Dionem 54. ABRAM.

Furiis Clodianis) Seditiosis a Publio Clodio ad incendium domus meæ concitatis. Vocat furias, quod in fabulis furiæ cum facibus & tædis ardentibus soleant induci. IDEM.

Quisquam tibi paruit?) Quo obsequio dignitas potius, quam prætexta & lictoribus continetur. Divus Chrysostomus in epistolam ad Romanos, homilia undecima: *Quæ enim utilitas, amabo, est Regi, si purpura quidem induatur, & arma habeat, sed nullum e subditis habeat sibi dicto audientem, sed expositus sit omnibus, qui ipsi insultare velint, & illudere? sic & Christiano lucrum non est, si fidem habeat, & donum in baptismate acceptum, sed omnibus cupiditatibus sit obnoxius.* IDEM. Editio princeps, & duo Brit. *quisquam disperavit?* tertius, *disparavit*, quartus, *desperavit*, quinctus, *disparuit*, omnes omisso *tibi*. GARAT.

At ne tum quidem) Ego legendum puto, *ac ne*; ex more Ciceroniani sermonis; & infra ubi est, *Cæsonius*, in omnibus scriptis est *Caeso*; quod non probo. FAERNUS. *At ne tum quidem*) Ne tum quidem in viam melioremque frugem rediisti, cum *aliquando serius quam ipse velles, Cn. Pompejus invitissimus iis, qui mentem optimi ac fortissimi viri, suis consiliis, ac fictis terroribus a defensione meæ salutis averterant, excitavit illam suam non sopitam, sed suspicione aliqua retardatam consuetudinem reip. bene gerendæ.* Pro Sextio: quia scilicet Pompejus, cum vexari se contumeliis a Clodio videret, cogitavit de revocando Cicerone, quem furoribus Clodianis opponeret. ABRAM. Recte Faernus *ac*, Lambino adoptante: sed contra libros, & Asconium, & Donatum ad Terent. Eun. III. 5. 7. Vide infra ad c. 22. Prior Ven. *an ne tum quidem*; unus Britann. *anne tu quidem*. GAR.

Digitized by Google

quidem emersisti, lutulente Cæsonine, ex miserrimis naturæ tuæ sordibus, cum experrecta tandem virtus clarissimi viri, celeriter et verum amicum, et optime meritum civem, et suum pristinum morem requisivit: neque est ille vir passus, in ea republica, quam ipse decorarat, atque auxerat, diutius vestrorum scelerum

ASCONIUS.

PAULO POST. *At ne tum quidem emersisti, lutulente Cæsonine, e miserrimis naturæ tuæ sordibus, cum experrecta tandem virtus celeriter & verum amicum, & optime meritum civem, & suum pristinum morem requisivit*) Profecto Cn. Pompejum significari intelligitur.

VARIORUM.

Lutulente Cæsonine) Supra: *pauci ista tua lutulenta vitia noveramus*. Sæpe toto orationis decursu. ABRAM. Vidimus c. 6. *meministine, cœnum*: infra c. 25. *ex argilia, & luto fictus*: c. 26. *o tenebræ, o lutum, o sordes, &c.* c. 29. *sed idem cæsus illum* (Philodemum) *istius impurissimæ, atque intemperantissimæ pecudis cœno, & sordibus inquinavit*. Plautus Pœn. I. 1. 30. *lenone istoc Lyco —— non lutum est lutulentius*: de eodem IV. ibid. 2. 4 *neque pejor alter unquam est gentium —— neque tam luteus, neque tam cœno collitus*. Adde Pareum Lex. Crit. p. 699. & de v. *emergere* virum summum, D. Ruhnken. ad Vellejum II. 91. 3. Rom. sec. Ven. Ald. Naug. & omnes MSi Britann. *Cæso* mendose: neque dubito, quin P. Manutii conjecturæ debeatur *Cæsonine*, ut supra c. 6. ubi vide Prior Ven. *emersisti, lutulente, ex &c.* nomine omisso: quod non displicet, cum præsertim generis macula non a Cæsoniis Pisoni esset, verum a Calventiis, Sic infra, *scelerate*, c. 36. extr. Tamen restitui fortasse debet, *lutulente Cæsoni*, ut emendabat olim Turnebus XXI. Adv. 15. quem secuti sunt Verb. & Lallem. atque ut jampridem ab Hervagio editum vidi. Præcipua vero Donati auctoritas est cum Hervagiana consentientis. Asconius autem solus, *e miserrimis*, Donato l. c. *ex* habente cum libris Tullianis omnibus. GAR.

Experrecta tandem) Nam Pompejus diu mugionatus erat. HOTTOM. Rom. & illius ætatis aliæ, tum omnes Britann. *experta tandem*: quod repudio. Pro Domo 10. *Sed excitatus aliquando —— Cn. Pompeji nimium diu reconditus, & penitus abstrusus animi dolor, subvenit subito reip. &c.* Adde pro Sext. 31. GARAT.

Verum amicum) Huc trahunt multi epigramma illud Catulli, quod sub Alpheni nomine tacite carpit Pompejum, quod Tullium verum amicum prodidisset;

Alphene immemor, atque unanimis false sodalibus
Iam te nil miseret, dure, tui dulcis amiculi, &c.

quæ consulantur. Idque fortasse in caussa fuit, cur Æsopus illa Actii verba pronuncians in Theatro, *Summum amicum, summo in bello*, revocaretur ab universis, & eandum epetere juberetur, quod ad Ianuarii ...is & Pompeji amicitiam alluderet. Pro Sextio. ABR.

Suum pristinum morem) Consuetudinem reip. bene gerendæ. IDEM.

Neque est ille vir passus) Pro Sextio: *Non est passus ille vir, qui sceleratissimos cives, qui maximas nationes, qui Reges, qui gentes feras, atque inauditas, qui prædonum infinitam manum, qui etiam servitia virtute victoriaque domuisset, qui omnibus bellis terra marique compressis, imperium populi Romani orbis terrarum terminis definisset, remp. everti scelere paucorum, quam ipse non solum suis consiliis, sed etiam suo sanguine sæpe defendisset*. IDEM.

Auxerat) Imperio Romano tres terrarum partes tribus triumphis adjunxerat: qui quantum imperium populi Romani propagarit, liquet ex Plinio lib. 7. cap. 26. Plutarchus addit, Mediam, Colchidem, Mesopota-

rum pestem morari: cum tamen ille, qualiscumque est, qui est ab uno te improbitate victus, Gabinius, collegit ipse se vix: sed collegit tamen, et contra suum Clodium primum simulate; deinde non libenter; ad extremum tamen pro Cn. Pompejo vere, vehementerque pugnavit: quo quidem in spectaculo mira populi Romani æquitas erat; uter eorum perisset, tam-

tamiam, Phœniciam, Arabiam, alias etiam gentes. IDEM.

Gabinius) Hoc nomen, quod in omnibus, quantum ſcio, libris exſtat, deleri vult Muretus ad II. in Catil. 6. cui ſine bonorum codicum auctoritate obtemperare periculoſum eſt. GARAT.

Collegit ipſe ſe vix) Dio Caſſius lib. 38. *Clodius vero Tigranem juniorem, qui adhuc in vinculis apud Lucium Flavium tenebatur, pecuniis perſuaſus eripuit, liberumque dimiſit, & Pompejum, Gabiniumve propter id indignantes contumeliis affecit, eis qui eorum erant in comitatu plagas & vulnera inflixit, conſulis faſces fregit, & ejus bona conſecravit: iratus eam ob rem Pompejus de revocando Cicerone cogitabat, & ſtatim per Ninnium de ejus reditu retulit.* Hæc ille: porro de conſecratione bonorum Gabinii Cic. pro domo ſua; *Tu, tu, inquam, capite velato, concione advocata, foculo poſito, bona tui Gabinii, cui regna omnia Syrorum, Arabum, Perſarumque donaras, conſecraſti*: & paulo poſt: *Quid ergo illa tua tum obteſtatio tibicinis? quid foculus? quid preces? quid priſca illa verba voluerunt?* Quod ad Tigranem e vinculis exemptum attinet, Plutarchus in Pompejo: Και Τιγρανην τον αιχμαλωτον αφαρπασας ειχε συν αυτῳ. Et Clodius *Tigranem captivum e vinculis ereptum ſecum habebit*. Imo & Tullius ipſe pro Domo ſua: *Qui ex ejus cuſtodia per inſidias Regis amici filium, hoſtem captivum ſurripuiſſet*, &c. Vnde mireris, quid Appianum induxerit, ut ita ſcriberet in Mithridaticis: Αρμενιων δ' ὁσοι τον Τιγρανην προς Πομπηιον οδευοντα εγκαταλελοιπεσαν, εν ὑποψιᾳ τυτο εχοντες τον παιδα αυτυ παρα τῳ Πομπηιῳ ετι οντα πεισαν επιθεσθαι τῳ πατρι, και ὁ μεν εαλωθη και εδεθη. και μεταξυ Παρθυαιυς ερεθιζων επι τον Πομπηιον εθριαμβευθη και ανῃρεθη. *Armeniorum vero quotquot Tigranem ad Pompejum ſe conferentem deſeruerant, id ſuſpectum habentes, filium ejus, qui adhuc apud Pompejum erat, induxerunt, ut patri inſidiaretur, & hic quidem captus eſt & vinctus, cumque Parthos in Pompejum concitaret, in triumphum ductus, necatuſque*. Quare libenter legerim, εθριαμβευθη και (μετα τυτο εκ δεσμων) αφῃρεθη. *In triumpho ductus eſt, & (poſt modum vinclis) exemptus eſt*. ABRAM.

Quo quidem in ſpectaculo) Pugnæ & diſſenſionis, quæ inter Gabinium, & Clodium exarſerat. IDEM.

Mira reip. æquitas erat) *Æquitas* hic accipi debet pro ſecuro & tranquillo animi ſtatu, qui non videtur poſſe reipublicæ convenire; ſed populo Romano: quare aut ſcribendum putamus, *Mira populi Romani æquitas erat*: aut certe *R. P.* ut ſignificare poſſit vel *Romani populi*, vel etiam *reipub.* ſi quis id malit. FABRNVS.

Mira populi Romani æquitas erat) Sic legendum, non, ut vulgo, *mira reip. æquitas erat*, &c. LAMBINVS. Rom. & altera Ven. & cod. unus Britann. habent R. P. litteris nempe de more male tranſpoſitis, quæ lectionem ineptam pepererunt. Lamb autem in marg. teſtatur, in MSo P. R. legi, uti debet, atque ut in uno quoque Britann. repertum eſt. GAR.

Vter eorum periſſet, tanquam laniſta) Cauſſam reddit, cur reſpublica ſpectaret hoc certamen tanta animi æquitate: quemadmodum, inquit, laniſta, qui gladiatorum paria in certamen adducit, & inter ſe committit, cum

 eos

Digitized by Google

tamquam lanista, in ejusmodi pari lucrum fieri putabat: immortalem vero quæstum, si uterque cecidisset. Sed ille tamen agebat aliquid: tuebatur auctoritatem summi viri: erat ipse sceleratus, erat gladiator: cum scelerato tamen, et cum pari gladiatore pugnabat. Tu scilicet homo religiosus, et sanctus fœdus, quod meo sanguine in pactione provinciarum iceras, frangere noluisti: caverat enim sibi ille sororius adulter, ut, si tibi provinciam, si exercitum, si pecuniam ereptam ex reipublicæ visceribus dedisset, omnium

eos ante gladiandi arte instruxit, lucrum se facere putat, cum aliquis occiditur, nam ejus & alendi & docendi onere liberatur; ita respublica lucrum se facere putabat, sive Clodius, sive Gabinius in eo certamine concidisset. Dubium tamen est, utrum populus Romanus, an Clodius, & Gabinius cum lanista conferantur: si populus Romanus, sensus erit, populum instar lanistæ malorum gladiatorum mortem non timentis spectasse pugnam Clodii & Gabinii mira animi æquitate. Si Clodius, & Gabinius cum lanista conferantur, dicendum est hoc loco lanistam pro gladiatore, non pro gladiatorum magistro & doctore usurpari: quemadmodum pro ipsis gladiatoribus Prudentius usurpat, parum proprie tamen, immo imperite, si Lipsium audiamus, ubi de Vestali scribit, quæ spectabat gladiatores:

—— *sedet illa verendis*
Vittarum insignis phaleris, fruiturque lanistis.

Magis arridet prior explanatio, quam ut amplectar, inducit me Marcus Antonius epistola ab Hirtium & Cæsarem quæ Philipp. 13. recitatur: *Quibus utri nostrum ceciderint lucro futurum est. Quod spectaculum adhuc ipsa fortuna vitavit, ne videret unius corporis duas acies, lanista Cicerone, dimicantes.* ABRAM. Procul dubio lanistæ comparatio respicit populum Romanum, sed alia caussa est hujus comparationis, quam illa, quam prodidit Abramius. Sicut lanista æquo animo adspicit, si gladiator, quem erudiit, committitur cum alio gladiatore famoso, licet succumbat & juguletur, vel licet etiam uterque, sive par gladiatorum, quod manus conserit, pereat: sic æquo animo populus Romanus hos duos cives pessimos committi videt, & propterea non dolet, sed magnam ex alterutrius, maximam ex utrorumque interitu capiet utilitatem. GRÆV.

Agebat aliquid) Socrates, ut auctor est Xenophon 3. memorabilium: Σχολὴν σκοπῶν τίς εἴη. ποιοῦντας μὲν τι τοὺς πλείστους, ἔφη, εὑρίσκειν. καὶ γὰρ τοὺς πεττεύοντας καὶ τοὺς γελωτοποιοῦντας ποιεῖν τι. πάντας δὲ τούτους, ἔφη, σχολάζειν. *Quid otium esset considerans, multos, inquiebat, qui aliquid facerent inveniri: nam & aleatores & scurras dicebat aliquid agere: sed tamen eos omnes otiari.* At contra Cicero eum solum, qui bene agit, dicit aliquid agere. ABRAM.

Si tibi pecuniam, si exercitum, si pecuniam ereptam) Non putavimus hoc loco agendum, ut egerunt aut Lamb. in maxima, aut Gothofr. in suis majoribus, aut ex horum imitatione Gruterus, & hunc secuti Londinienses, ac Basileenses, qui omnes per quam negligenter h. l. sic exhibent, ne pueris quidem ignoscenda temeritate. Sunt eadem tria, quæ enumeraverat pro Sext. 30. *Quod genus imperii, aut quæ provincia, quæ ratio (aut flandæ, aut) conflandæ pecuniæ non reperiebatur?* GRONOV.

Si pecuniam) Quadringenta quinquaginta millia aureorum, deprompta ex

Digitized by Google

omnium suorum scelerum socium te, adjutorémque præberes. Itaque in illo tumultu fracti fasces, ictus ipse, quotidie tela, lapides, fugæ: deprehensus denique cum ferro ad Senatum is, quem ad Cn. Pompejum interimendum collocatum fuisse constabat.

13. Et quis audivit non modo actionem aliquam, aut

ex ipso ærario. ABRAM.

In illo tumultu) Qui exortus est cum Gabinius Clodium impugnaret, tu defenderes. IDEM.

Fracti fasces) Dio quoque Gabinii fasces fractos scribit, & idem in ea post red. ad Quir. significatur. HOTT.

Fracti fasces) Hoc alio loco dicemus sæpe alias contigisse: vide Livium lib. 2. de seditione Voleronis. ABR.

Deprehensus denique) In Milon. planius, & in eam Asconius. HOTTOM.

Deprehensus denique) Clodii servus, teste Plutarcho, cum sica ad occidendum Pompejum in janua curiæ collocatus. ABRAM.

Ad Senatum) Vidit jam P. Manutius ad c. 32. pro Sext. explicari hoc ab iis verbis, quæ de hac eadem re legimus pro Mil. 7. *insidiator erat in foro collocatus, atque in vestibulo ipso Senatus*, ædis nimirum, in qua Senatus habebatur; quam ædem fuisse Castoris, in celeberrima parte fori, ut notum est, positam, Cicero ibidem ostenderat. *Comprehensus est in templo Castoris servus P. Clodii, quem ille ad interficiendum Cn. Pompejum collocarat: extorta est confitenti sica de manibus*. Item de Har. Resp. 23. *tum est illa in templo Castoris scelerata, & pæne deletrix hujus imperii sica deprehensa*. In hujus ergo templi vestibulo servus est Clodii deprehensus, hoc est, revera extra locum, in quo erat Senatus, tam proxime tamen, ut recte dici potuerit, *in templo Castoris*, cujus pars prima, & exterior erat vestibulum. Hæc vis est locutionis, *ad Senatum*, quæ similiter usurpatur pro Sext. 11. si sanus est locus: quemadmodum imperatores, cum extra muros consistunt in urbis continentibus, *ad urbem* esse dicuntur. Iam patet, nullibi Tullium significare, servum hominem in Senatum ipsum penetrasse, quod esset pæne incredibile: neque recte Hottomannum ad c. 15. pro Amer. explicasse, hic autem Lambinum conjecisse, *in Senatu*. De hac re loquens Cicero Parad. 4. dixit *ante Senatum tua sica deprehensa est*. Quem quidem servum viam in turba sibi ad Pompejum aperientem deprehensum scribit Plutarchus in Pomp. cap. XLIX. eidémque *sicam excidisse, eamque ad Gabinium Consulem delatam* narrat Asconius ad l. c. pro Mil. quo ex Asconii loco Manutius hunc servum cum Clodii liberto Damione confundit, qui distinguendi videntur. Porro *sicam* ad cædes in turba perficiendas aptissimam fuisse demonstrat Brissonius II. Select. Iur. Antiquit. 11. cujus de forma vide quoque Cl. V. Herm. Cannegiet. Obs. Iur. III. 14. GARATON.

Et quis audivit non modo actionem aliquam, aut relationem) Ecquis vidit, te resistentem non dicam potestate Consulari, sed vel privato consilio: actio enim, & relatio videtur esse consularis; vox & querela privati officii, ut relatio sit consultatio Senatus, actio ipsius Senatusconsulti conclusio. Mox dicetur: *Ostendebatque nihil esse vos acturos, nisi prius de me retulissetis*. Ex quibus vides quæ sit inter actionem & relationem distinctio: ut in explicatione dictum est. Abs re non fuerit hoc loco exponere, quid sit jus tertiæ, quartæ, quintæ relationis, quod sæpe Imperatoribus, honoris & auctoritatis caussa concessum a Senatu in historia Augusta reperitur: tertiæ relationis, ut apud Vopiscum in Probo loquitur Manlius Statianus: *Decerno igitur*, &c. *Pontificatum maximum, jus tertiæ relationis, tribunitiam potestatem*. Quartæ Iulius Ca-

Digitized by Google

aut relationem, sed vocem omnino, aut querelam tuam? Consulem tum te fuisse putas, cujus in imperio, qui rempublicam, Senatus auctoritatem servarat, idemque in Italia, qui omnes omnium gentium partes tribus

Capitolinus Pertinaci decretum fuisse tradit: *Imperium proconsulare, nec non jus quartæ relationis*. Quintæ, Lampridius in Alexandro: *Augustumque nomen idem recepit, addito eo, ut & patris patriæ nomen, & jus proconsulare, & tribunitiam potestatem & jus quintæ relationis deferente Senatu uno die assumeret*. Docuit me per litteras eruditus Causinus, id jus fuisse hujusmodi, ut quoque Senatu possent Principes de tribus, quatuor, quinque rebus, quas vellent, etiam non Consules, facere relationem, quod postea reperi, apud Turnebum adnotationibus in Plinii præfationem. Idque ex Dione libro 53. ubi de Augusto hæc habentur: ἡ γερουσια δημαρχον τε αυτον δια βιου ειναι, και χρηματιζειν αυτῳ περι ἑνος, ὁπου αν εθελησῃ, καθ' ἑκαστην βουλην, καν μη ὑπατευσῃ. *Senatus Augusto hos honores decrevit, ut Tribunitiam potestatem perpetuam haberet; & quoties Senatus haberetur, etiamsi Consulatum non gereret, una de re referre posset*. Ubi jus primæ relationis intelligit. Cave enim Xylandro credas, qui περι ἑνος vertit non peritissime, *de quibuscunque rebus*. Abram.

Consulem tum) Ita Turnebus XXI. Adv. 15. ex bonis, ut ait libris, atque ita olim prior Ven. & Aldus senior, longoque demum intervallo Gruterus cum recentioribus. At reliqui editi, & quatuor MSi Britann. non absurde, *Consulem tu te fuisse putas?* ut repetantur superiora illa initio c. 11. posita: *qui latrones igitur, si quidem vos Consules? &c.* Redit enim Cicero nunc, multis interpositis, ad eamdem sententiam. Hæc observatio lectionem, quæ sublata fuit a Grutero, valde communit; simul apte illa cohæret cum sequente relativo *cujus*. Saltem interrogationis notam in hac ipsa vulgata post v. *putas* appono. Gar.

Cujus in imperio) Consulatu. Abr.

Senatus auctoritatem servarat) Hoc ad Cicer. pertinet: cetera ad Pompeium: puto non minus uno versu intercidisse. Hottom. *Qui remp. Senatus auctoritate servarat*) Ita codex e nostris optimus, ut voluere Guilielm. & Grut. Lallem. Non a Guilielmio, & Grutero sumpsit Abram. *auctoritate*: sed ita legebatur in omnibus, quos novi, editis, antequam Lambinianæ *auctoritatem* refingerent, quarum sive deteriorem lectionem, sive mendum typographicum secuti perperam sunt Grut. Græv. Verb. & Oliv. ne Ernesto quidem animadvertente, neque Oxoniensibus, qui tamen ex omnibus suis MSis proferunt *auctoritate*. Pro Domo 35. *illius pulcherrimi facti, quod ex auctoritate Senatus, consensu bonorum omnium, pro salute patriæ gessissem*: & ibid. 43. *qui remp. ex Senatus auctoritate Consul. defendisset*. Confer, quæ supra notavimus ad c. 7. Gar.

Idemque in Italia) Legendum fortasse est, *itemque in Italia*. Lamb. *Idemque in Italia*) Locum sine dubio corruptum amicus meus verbo *idemque* in *is se* mutato restituebat. F. Ursin. *Idemque in Italia, qui omnes*) Egregie conjicit Guilielmius, *fidemque in Italia, qui omnes*. Gruterus. *Idemque in Italia*) Locus sine dubio corruptus est, quamvis omnia pene exemplaria consentiant. Lambinus legendum putat, *itemque in Italia*: magis placet Manutii correctio, *is neque in Italia*, ut sensus sit, *cujus* Pisonis *in Imperio*, sive Consulatu, *qui rempublicam Senatus auctoritate servarat*: ipse Cicero, qui ex Senatusconsulto Cethego, Lentulo, & aliis conjuratis in carcere jugulatis, rempublicam ab interitu vindicaret. *Is neque in Italia*: idem ipse Cicero, ne in Italia quidem statuit tuto se posse consistere, ideoque putavit exeundum esse, & cedendum furoribus Clodianis: *Qui omnes omnium gentium partes tribus triumphis devinxerat*.

Digitized by Google

tribus triumphis devinxerat, is se in publico tuto statuit esse non posse? An tum eratis Consules, cum, quacumque de re verbum facere cœperatis, aut referre ad Senatum, cunctus ordo reclamabat, ostendebatque, nihil esse vos acturos, nisi prius de me retulissetis? cum vos, quamquam fœdere obstricti tenebamini, tamen cupere vos diceretis, sed lege impediri? Quæ

rat. Et Pompejus Magnus, qui Domitio in Africa, Sertorio in Europa, Mithridate in Asia superatis, de tribus terrarum partibus triumpharat, easque sub unam populi Romani redactas ditionem inter se devinxerat & colligarat, *is se in publico statuit esse non posse*. Idem ipse Pompejus metu Clodii, qui ipsius vitæ insidiabatur caruit publico, nec prodivit in forum privatis se parietibus defendens. Legit Ianus Guilielmius adstipulante Grutero: *Qui remp. Senatus auctoritate servarat, fidemque in Italia: qui omnes*, &c. quasi publicam mensariorum fidem in Italia Cicero servarit oppressa conjuratione: quæ fides labefactabatur e conjuratis, qui spe novarum tabularum patriæ bellum inferebant. Abram. Pro *idemque in Italia*, ut habent nullo sensu codices, dedimus ex emendatione Manutii, *is neque in Italia*, nimirum Cicero. Quæ sequuntur, pertinent ad Pompejum. Lallem. Si vera esset conjectura Manutii, explicare oporteret, *is neque in Italia tutus fuit*: neque enim Cicero ipse *statuit*, se tuto ibi esse non posse: verum lex Clodia jussit, ut CD. M. passuum abesset. Quæ tamen si non ab Italia cum Plutarcho, sed ab urbe cum Dione intellexeris, poterat per legem Cicero in extrema Italiæ parte consistere: sed ne ibi quidem tutus erat, magnoque amicos periculo objiciebat, ut constat ex c. 41. pro Planc. Confer Manut. aliosque ad III. ad Att. 1. & 4. At ne ita quidem quadrat omnino *statuit*. Nam verborum *is neque in Italia* ea vis est, ut Romam ipsam maxime spectent, a qua lex Tullium arcebat: is non modo Romæ, sed ne in Italia quidem tuto potuit esse. Vide Heusing. ad c. 45. pro Amer. Est ergo paullo accuratior ad sententiam emendatio, quam refert Vrsinus, *is se in Italia*: item illa, quam Corradus ante alios in Quæstura proposuit p. 338. ed Lips. *is esse in Italia*. Sed fortasse nemo Tullii manum est adsecutus; plura enim intercidere potuerunt, quam quæ vestigiis indagare possumus: quamquam sensus abrumpi, & ad communem duorum membrorum clausulam perduci rectissime videatur. Neque vero hæc penitus delere cum Ernesto possumus, ne desit, quod referamus ad Tullium, locusque perabsurde mutilus relinquatur. Guilielm. quoque non cogitarat, quidnam Tullio acciderit, exprimi oportere. In meis veteribus editis, *omnis omnium gentium partis*, habetur. Gar.

Fœdere obstricti) *Fœdus* pro privata pactione multis locis, quibus hac de re loquitur, usurpat. Paulo posterius tamen *pactione obstrictos* dicet. Hott. *Fœdere obstricti*) Fœderis, quod meo sanguine in pactione provinciarum iceratis, religione devincti. Abram.

Tamen cupere vos diceretis) Videtur legendum, *tamen cupere non diceretis*. Fulv. Vrsinus. Immo, ut volebat Vrsinus, dederat antea Naugerius, cujus in lectionem cum incidisset Turnebus, delendam negationem censebat XXI. Adv. 15. Sed pro *non* rectissime habent *vos* editiones omnes, quas habeo, una excepta Naugeriana: ut III. in Verr. 30. *dissimulate vos, si potestis, vos intelligere*, & passim. Gar.

Sed lege impediri) Sic in ea post redit. *Homines modesti lege se impediri dicebant*. Hottom. *Sed lege impediri*) Lege Clodia de meo exsilio prohibe-

Quæ lex privatis hominibus esse lex non videbatur; inusta per servos, incisa per vim, imposita per latroci-

hiberi, quo minus ad Senatum de meo reditu referretis. Abram.

Quæ lex privatis hominibus esse lex non videbatur) Hæc ita in libris omnibus exhibentur, atque insuper apud Quinctilian. I. O. IX. 3. Burmannus tamen ad Fabii locum p. 819. latere mendum suspicatur, emendatque, *quæ lex priva, his hominibus &c.* ut privilegium Tullio irrogatum *priva lex* appelletur Sed recte sese opponit Burmanno Gesnerus ad l. c. & argumentum Ciceronis perire hac emendatione demonstrat. Clodii lege propter manifesta illius vitia nemo teneri se privatus existimabat; quod sæpe Cicero inculcat, ut pro Domo 26. 27. &c. Quanto magis Consules idem sentire oportebat; cum præsertim dicerent, se Ciceronem cupere in patriam revocare? Neque legem putarunt esse hanc Lentulus, & Metellus, Consules anni sequentis, qui vere Consules reip. consulendo, ducesque bonis omnibus, non proditores, ut Gabinius, & Piso, se præbuerunt. Gar.

Inusta per servos) Quasi ferro candenti in reipublicæ fronte ad perpetuam ignominiam impressa. Servis enim fugitivis & calumniatoribus notas inurebant, ideoque dicit legem inustam per servos, ut rei indignitatem exaggeret: servi, inquit, immissi ex ergastulis, atque adeo notis inusti hanc reipublicæ non legem, sed labem inusserunt. Petronius in Satyrico: *Implevit Eumolpus frontes utriusque ingentibus litteris, & notum fugitivorum epigramma per totam faciem liberali manu duxit*. Hinc a Iuvenale, *inscripta ergastula* nominantur. Plinius 18. cap. 3. *Quænam ergo tantæ ubertatis caussa erat? ipsorum tunc manibus Imperatorum colebantur agri, ut fas est credere gaudente terra vomere laureato, & triumphali aratore, &c. at nunc eadem illa vincti pedes, damnatæ manus, inscripti vultus exercent*. Vide Varronem lib. 1. de re rustica, Valerium lib. 6. cap. 8. & alios quibus supersedeo, quod doctissimus ille Baronius in Martyrologium Romanum 22. Decembris rem totam erudite sane tractaverit, ubi & notat hinc servos ab aliis inustos dici, ab aliis litteratos, stigmaticos a Dione libro 47. Abram. Non eodem modo *inuri lex* dicitur, quo *nota*, quo *ignominia*, quo *dolor*: sed vis heic sola spectatur, ut in eodem Clodio pro Mil. 12. *quas ille leges (si leges nominandæ sunt, ac non faces urbis, & pestes reip.) fuerit impositurus nobis omnibus, atque inusturus*: sic tamen, ut dolorem animi, etiam ignominiam quamdam, notamque populus Rom. acceperit, cum rei, quam detestabatur, auctor esset inscriptus, ejusque nomen iniquissimæ legis turpitudine commaculatum. Vide infra c. 27. Auget acerbitatem adjunctio, *per servos*: tum quia opprimi liberos, legesque accipere a servis, indignissimum est, tum vero, si verbum spectes, quia inusserant, qui inuri merebantur ipsi, ut conditionis conversio contigisse quædam videretur, cum servi ea facerent, quæ pati consueverant. Pro Domo 20. *Quod si jam populus Rom. de ista re consultus esset, & non omnia per servos, latronesque gessisset*: ibid. 33. comitia, quibus eam legem Clodius tulit, appellat *multitudinem hominum ex conductis, ex facinorosis, ex egentibus congregatam*: qui loci ad sequentia quoque pertinent, *imposita per latrocinium*. Hæc omnia cogitantem suspicio invasit, medium illud, *incisa per vim*, esse ab interprete: cum præsertim pateat, legem per vim non incisam fuisse, sed latam. At enim sic agere non oportet: nam iisdem, quibus lata, vitiis incisa fuit: immo tabularum publicarum fides ita recte subvertitur. Sed, ut in viam redeam, *inusta lex* est, repugnanti, ac dolenti reip. quæ sola sibi leges sancire debet, quasi corpori, inscripta ferro candente. Verum celeb. Ernestus, tametsi Milonianæ locum vidit, heic explicari posse negat *inusta*, verbumque omnino flagitat, quod proprie de se-

troeinium, sublato Senatu, pulsis e foro bonis omnibus, capta republica, contra omnes leges, nullo scripta more: hanc qui se metuere dicerent, hos Consules, non dicam animi hominum, sed fasti ulli ferre possunt? Nam, si illam legem non putabitis, quæ erat

legibus usurpetur, ut *incisa*, & *impesita*: emendat itaque *jussa per servos*. Facillima quidem permutatio, neque inaudita; ut ex Drak. cognosces ad Liv. IX. 3. Atque adeo viri doctissimi emendationi proxime accedunt prior Ven. unusque Britann. in quibus *justa* exhibetur. Docti judicent. Mihi certe vulgata eripi nondum potest, quæ vehementior est, atque exquisitior, quæ Milonianæ loco firme subnixa, explicatione autem minime absurda commendari videtur. GARATON.

Incisa per vim) In æreas tabulas, in quas leges incidi consuerunt. Sexcenta passim exempla sunt: unus Cic. suffecerit Catil. 3. *Et simulacra Deorum immortalium depulsa sunt, & statuæ veterum hominum dejectæ, & legum æra liquefacta*. Hic porro omnis locus de vi a Clodio facta cum ea, quæ est pro domo cap. 21. diligenter est conferendus: *Quid si per vim tulisti? tamenne lex est?* &c. fusissime juxta, & multo pulcherrime. ABRAM.

Contra omnes leges) Contra leges sacratas & leges duodecim tabularum: pro domo sua, *quo jure? quo more? quo exemplo legem nominatim de capite civis indemnati tulisti? vetant leges sacratæ, vetant duodecim tabulæ, leges privatis hominibus irrogari, id est enim privilegium*. Quæ lex ab Atheniensibus desumpta est. Demosthenes contra Aristocratem: *Μηδε νομον επ' ανδρι εξειναι θειναι, εαν μη τον αυτον εφ' Αθηναιοις. Neque lex de uno feratur, sed de Atheniensibus universis*. Contra Cæciliam legem & Didiam Cicer. ibidem: *Quæ sententia Cæciliæ legis & Didiæ, nisi hæc ne populo necesse sit in conjunctis rebus compluribus, aut id quod nolit accipere, aut id quod velit repudiare?* Quod & ab Atheniensium legibus acceptum videtur. Demosthenes contra Leptinem: Ὁ Σολων τυς νομυς ὡς καλως κελευει τιθεναι; &c. *ἱνα εις ᾖ περι των αυτων ἑκαςυ νομος. Quam pulchre Solon leges ferri jubet? &c. ut una lex de re feratur*. IDEM.

Nullo scripta more) Non servato trinundino quod in aliis servari consuevit. Contra quoque judiciorum morum & instituta civitatis. Cicero ibidem: *Nam cum tam moderato judicia populi sint a majoribus constituta, primum ut ne pœna capitis cum pecunia conjungatur: deinde ne nisi prædicta die quis accusetur: tertio ut ante magistratus accuset intermissa die quam mulctam irroget, aut judicet: quarto sit accusatio trinum nundinum, prodita die, qua die judicium sit futurum*, &c. Quæ omnia probat rogationi Clodiæ, suæque proinde damnationi defuisse. Dein præter majorum consuetudinem Tullium damnarant, etiamsi sponte in exsilium abiisset: *Iis qui capitis caussam dicunt, pendente judicio, facultatem dat mos ab iis receptus, palam exeundi, & si una tantum tribus, ex iis quæ judicant, reliqua sit, quæ non tuleris suffragium, seipsos voluntario exsilio mulctare. Securitas autem est exsulibus, Neapoli, Præneste, aut etiam Tibure*. At Clodius non contentus discessu voluntario Ciceronis, *edictum proposuit, ut ei aqua & igni interdiceretur, & ne quis eum reciperet, intra quingentesimum ab Italia milliare*, inquit Plutarchus. IDEM

Consules, non dicam animi) Adjeci *hos* ex Pithœi codice, quod hic *ἐμφατικον*. GRÆV. Deest *hos* in aliis libris omnibus: sed merito recepisse cum Grævio Lallemandus videtur, & Ernestus. GAR.

Si illam legem non putabitis) Gruterum in mendo sequitur, nulla varietate notata, Grævius, tum etiam Verb. & Olivetus, tam heic, quam infra, *Sin illam vos soli legem putabitis*.

Digitized by Google

erat contra omnes leges, indemnati civis, atque integri capitis, bonorumque tribunicia proscriptio; hac tamen obstricti pactione tenebamini: quis vos non modo Consules, sed liberos fuisse putet, quorum mens fuerit oppressa præmio, lingua adstricta mercede? Sin illam vos soli legem putabitis, quisquam vos Consules tunc fuisse, aut nunc esse Consulares putet, qui ejus civitatis, in qua in principum numero vultis esse, non leges, non instituta, non jura noritis? An cum pro-

bis. Haud tamen aliter prior Ven. Sed utroque loco restituendum est cum Lallem. & Ernesto *putabatis*, ut alii mei omnes habent ante Grut. editi, tresque Britannici. Nam quartus, *putabitis-putabatis*, cum ed. Wald. apud Ernestum, qui lectionem necessariam incredibili hominum negligentia tamdiu exsulasse conqueritur. In quinto autem Brit. lacuna est hinc ad medium caput 28. IDEM.

Integri capitis) Verbum e jure sumtum: nam *caput integrum* modo dicit, quod deminutum non est. HOTTOM.

Integri capitis) Id est, civis, qui non erat jure capite deminutus. Festus lib. 4. *Deminutus capite appellatur, qui civitate mutatus est, & ex alia familia in aliam adoptatus, & qui liber alteri mancipio datus est, & qui in hostium potestatem venit, & cui aqua, ignique interdictum est*. Vide Brissonium de verborum significatione. ABRAM.

Bonorumque tribunitia proscriptio) Pro domo sua: *Proscriptionis miserrimum nomen illud & omnis acerbitas Sullani temporis, quid habuit quod maxime sit insigne ad memoriam crudelitatis? opinor pœnam in cives Romanos nominatim sine judicio constitutam. Hanc vos igitur, Pontifices, judicio atque auctoritate vestra Tribuno plebis potestatem dabitis, ut proscribere possit, quos velit? quæro enim quid sit aliud proscribere, velitis, jubeatis, ut M. Tullius in civitate ne sit, bonaque ejus ut mea sint: ita enim fecit etsi aliis verbis tulit, hoc plebiscitum est? hæc lex? hæc rogatio est?* &c. Addit autem Tribunitiam, ut monui, magna cum emphasi, tum quod ejus potestatis esset vim a civibus prohibere. Dionysius libro 6. *Qui nullius alterius rei habebunt potestatem, sed plebejis injuste oppressis opem ferent, & jure debito privari prohibebunt*: tum quod, cum essent sacrosancti, nec eos etiam ad populum dicentes liceret interrumpere, intolerabilis plane eorum potestas evasisset: vide Dionysium lib. 6. & 7. de lege Iunia. IDEM.

Liberos fuisse) Egregiam plane subjungit rationem, cur ne in liberorum quidem hominum numero censendi esse videantur, *quorum mens oppressa præmio, lingua adstricta mercede*: quia, *nimirum acceptis muneribus & provinciis suam Clodio libertatem addixerant*: Apollonius Tyaneus epistola 16. *Την αρετην αδεσποτον ειναι Πλατων εφησεν. ει δε μη τιμα τουτο τις και γεγηθεν επ' αυτῳ. αλλα και ωνιος γινεται χρηματων, πολλους δεσποτας ἑαυτου ποιει. Virtutem dominum non habere Plato dicebat. Si quis vero hoc magni non facit, & eo delectatur, sed seipsum pecuniis vendit, multos sibi dominos adsciscit*. IDEM.

Non instituta, non jura) Heic quoque a Gruterianis editionibus fuerunt Grævius, recentioresque decepti. Nam legendum est, ut apud omnes antea, *non instituta, non mores, non jura noritis?* Neque aliter quatuor Britann. neque id non rectissimum: *instituta* enim, & *mores* conjungi solere, notum est, docuitque Pareus in Mant. Lex. Crit. p. 43. Ernestum tandem video *non mores* tacite restituisse. Nimirum qui se Gruterum sequi putarunt, non editionem illius con-

Digitized by Google

proficiscebamini paludati in provincias vel emptas, vel ereptas, Consules vos quisquam putavit? Itaque, credo, si minus frequentia sua vestrum egressum ornando, atque celebrando; at ominibus saltem bonis, ut Consules, non tristissimis, ut hostes, aut proditores, prosequebantur.

14. Tunc etiam, immanissimum, ac fœdissimum monstrum, ausus es meum discessum illum, testem sce-

consuluerunt, in qua nihil omittitur, verum inde profectas, veluti Gronovianam, quæ hujus culpam negligentiæ commerentur. Gar.

Cum proficiscebamini paludati) Cum votis in Capitolio nuncupatis, Gabinius in Syriam cum auctoritate proconsulari, tu in Macedoniam te conferebas. Cic. 7. Verrina: *Cum paludatus exisset, votaque in Capitolio nuncupasset*. Cœlius ad Cic. *Consules autem quia verentur, ne illud S. C. fiat, ut paludati exeant*. Cic. ad Cassium: *Pansa noster paludatus ad tertium Kalendas Ianuarii profectus est*. Ritum hujus profectionis explicat Varro lib. 6. de lingua Latina: *Paludamenta sunt ornamenta, & insignia militaria. Ideo ad bellum cum exit Imperator, & lictores mutant vestem, & signa incinuerunt, paludatus dicitur proficisci*. Abram.

Vel emptas) A Clodio, mei capitis & sanguinis pactione, quem prodidistis. Idem.

Vel ereptas) A republica, qua adhuc spirante non solum ad meum sanguinem hauriendum, sed etiam ad ejus spolia detrahenda advolavistis: pro Sextio, & superius, *Eodem & loci vestigio & temporis arbitrio non mei solum, sed patriæ funeris abstulistis*. Id.

Celebrando) Frequentando, cohonestando. Idem.

Ominibus bonis) Alibi dictum est moris fuisse, ut qui paludati in provincias cum imperio proficiscebantur, eos populus frequens fausta omnia illis imprecans, ad portam usque prosequeretur. Hottom. *At ominibus optimis*) Sic habent omnes libri & manuscr. & vulgati, quos quidem viderim: vidi autem quamplurimos. Et tamen Adr. Turnebus in libris Adversariorum hunc locum sic esse legendum admonet, quasi corruptum. Lambin. *Ominibus saltem bonis*) *Omnibus* legebatur: qui error passim irrepsit, *ominibus bonis*, faustis apprecationibus: pro Sextio: *exierunt malis ominibus, atque exsecrationibus duo vulturii paludati, quibus utinam ipsis evenissent ea, quæ tum homines precabantur*. Abram. Turnebus errorem Rom. utriusque Ven. Naug. Herv. Gryph. *omnibus* emendabat; quem unus habet etiam cod. Britann. Sed nullibi *optimis* legitur, quod non quidem in editum a Lambino Tullium, at in ejus adnotationem subrepsit. Male Britann. tres, sed Rom. sec. Ven. Ald. Naug. Cam. & Gryph. *persequebantur*. Ciceronem video *prosequi ominibus optimis* dixisse III. ad Div. 12. ubi etiam opponitur, *tristius quidquam dicere*. Supra Ernest. censet *putabas* rectius fore, quam *putavit*, ego æque rectum: Gar.

Tunc etiam) Arrepta occasione graviter & inflammato quodam impetu ad alteram comparationis inter se, & Pisonem institutæ partem delabitur, ejusque impudentiam hinc ostendit, quod Ciceroni fugam objecerit, & exprobrarit, quam ad occultanda sua scelera perpetuo silentio tegere, & quantum fas erat ex animis hominum oblitterare debuisset. Abram.

Ac fœdissimum) Vnus Britann. *ac fetidissimum*: quo referas etiam mendum prioris Ven. *atque fidelissimum*. Garat.

Fru-

Digitized by Google

sceleris, et crudelitatis tuæ, maledicti, et contumeliæ loco ponere? Quo quidem tempore cepi, patres conscripti, fructum immortalem vestri in me et amoris, et judicii; qui non admurmuratione, sed voce, et clamore abjecti hominis, et semivivi furorem, petulantiamque fregistis. Tu luctum Senatus, tu desiderium equestris ordinis, tu squalorem Italiæ, tu curiæ taciturnitatem annuam, tu silentium perpetuum judiciorum, ac fori, tu cetera illa in maledicti loco pones, quæ meus discessus reipublicæ vulnera inflixit? Qui si calamitosissimus fuisset, tamen misericordia dignior,

Fructum immortalem) Testimonium quod mihi in immortalem gloriam redundat. Prudenter hæc interserit, ut partim se erga P. C. gratum ostendat, partim eosdem contra Pisonis petulantiam in partes arcessat. Abr.

Luctum Senatus) Qui publico consilio Senatusconsultum fecit, ut pro me vestis lugubris sumeretur. Idem.

Desiderium equestris ordinis) Qui pene universus vestem pro me mutavit, e quo ordine viginti prope adolescentum millia me comitabantur, ut Clodii vim a me prohiberent, qui per Q. Hortensium, & C. Curionem Consulem opem petierunt, &c. Abram.

Squalorem Italiæ) Quæ tantum dolorem hausit desiderio mei, ut ipsi etiam agri squallere viderentur. Id.

Curiæ taciturnitatem annuam) Supra 29. *Cum quacunque de re verbum facere cœperatis, aut referre ad Senatum, cunctus ordo reclamabat, ostendebatque, nihil esse vos acturos, nisi prius de me retulissetis.* Idem.

Tu silentium judiciorum, ac fori) Pro Sextio, cum *non solum homines, sed tecta urbis ac templa lugerent, nemo vestrum forum, nemo curiam, nemo lucem aspicere vellet.* In Vatinium: *Cujus desiderio forum mœstum, muta curia, omnia denique bonarum artium studia silurrunt.* Sed hæc per exaggerationem: neque enim judicia omnino siluerunt. Iam dictum est superius ad cap. 9. in magno & publico luctu judicia siluisse. Albinovanus:

Iura silent, mutæque jacent sine vindice leges.

Iuvenalis:

Si magna Asturi cecidit domus, horrida mater,
Pullati proceres, differt vadimonia prætor.

Tacitus 2. annalium de luctu ob mortem Germanici: *Hos vulgi sermones audita mors adeo incendit, ut ante edictum magistratuum, ante Senatusconsultum, justitio indicto, desererentur fora, clauderentur domus, passim silentia, & gemitus: nihil compositum in ostentationem: & quamquam neque insignibus lugentium abstinerent, altius animis mœrebant.* Idem.

Maledicti loco pones, quæ meus discessus) Sic continuato spiritu legendum est, ut ordo sit: Cetera illa vulnera quæ meus discessus, &c. Sunt enim illa omnia reipublicæ quidem vulnera, quæ discessus Ciceronis imposuit; sed agente & feriente Consule Pisone. Hottom.

Tamen misericordia dignior) Hic incipit fragmentum hujus orationis in antiquo libro; quem posthac sequemur. Faernus. Codex est optimus, & antiquissimus, quadrata forma, membranis latissimis, unaquaque pagina in tres columnas divisa, marginibus etiam satis amplis interjectis: quem in Tabulario Basilicæ Vaticanæ hu-

Digitized by Google

gnior, quam contumelia, et cum gloria potius esse conjunctus, quam cum probro, putaretur: atque ille, dolor meus duntaxat, vestrum quidem scelus, ac dedecus haberetur. Cum vero (forsitan hoc, quod dicturus sum, mirabile auditu esse videatur, sed certe id dicam, quod sentio) cum tantis a vobis, patres conscripti, beneficiis affectus sim, tantis honoribus, non modo illam calamitatem esse non duco; sed, si quid mihi potest a republica esse sejunctum, quod vix potest, privatim ad meum nomen augendum, optandam duco mihi fuisse illam, expetendamque fortunam. Atque, ut tuum lætissimum diem cum tristissimo meo conferam, utrum tandem bono viro, et sapienti optabilius putas, sic exire a patria, ut omnes sui cives sa-

humanitate Præfecti versare mihi, ac totum conferre licuit. Sexdecim proinde paginæ hujus fragmentum orationis continent, quod ante mille, pluresque fortasse, annos conscriptum est, litteris majoribus, summa diligentia. Vbi desinat, a Faerno adnotatum invenies c. 20. Quod deinde sequitur, totum minoribus litteris perscribitur, quarum forma quivis facile adducatur, ut seculo decimo descriptorem vixisse censeat. Haud certe posterior, paullo tamen antiquior is esse potuit. Ea vero pars est multo maxima; qua fragmenta pro Flacco, & pro Fontejo, deinde Philippicæ continentur. Totum codicem tertio abhinc seculo Faernus, & Vrsinus, Philippicas etiam Muretus contulit: quorum opera illius est cognita, & celebrata præstantia. Gar.

Cum gloria) Propter summum reipublicæ studium erga meam salutem. Abram.

Vestrum scelus) Qui provinciarum pactione devincti me Clodio prodidistis. Idem.

Cum vero, forsitan hoc) Sic P. Manutius, respondetque Pal. secund. atque oct. Grut. Firmat *cum* Erfurt. & Pithœi. Grav. Paullus quidem Manutius mendum editorum ante Grut. fere omnium anno MDXLI. erat secutus. Ego autem *cum vero* in ed. Aldi Nepotis primum conspexi: qui si a Faerno id habuit, cum e Vatic. haurire ille potuerit, miror, tam perspicue veram lectionem a Lamb. qui Faernum raro deserit, receptam non fuisse. Sed etiam c. 15. *civem, servatoremque reip.* Aldus Nepos a Faerno sumpsit, Lamb. non adscivit, notavit tamen, cum heic ne id quidem fecerit. Infra Vatic. *tantisque honoribus*, & *non dico* pro *non duco*, ex usitata permutatione, quod etiam in uno Britann. Garat.

Bono viro, & sapienti) Bene viri boni, & sapientis auctoritate standum esse dicit in bonis eligendis. Aristoteles 2. Ethic. ad Nicomachum cap. 5. *Cum tria sint, quæ ad electionem, item tria, quæ ad fugam pertinent, honestum, utile, jucundum, item tria contraria, turpe, inutile, molestum, de omnibus istis bonus rectum; malus pravam fert sententiam.* Et libro 3. cap. 4. *Simpliciter, & ex rei veritate, quod bonum apparet, id est expetendum: & bonum quidem quod tale est ex rei veritate, malo vero quodcunque se obtulerit.* Abram.

Sic exire a patria) Antiquus liber *e patria*; & post duos versus ubi est, *An quod tibi*: in antiquo libro *e regione* horum verborum adscripta sunt ex-

Digitized by Google

salutem, incolumitatem, reditum precentur, quod mihi accidit: an, quod tibi proficiscenti evenit, ut omnes exsecrarentur, male precarentur, unam tibi illam viam, et perpetuam esse vellent? Mihi, medius fidius, in tanto omnium mortalium odio, justo præsertim, et debito, quævis fuga potius, quam ulla provincia, esset optatior.

15. Sed perge porro: nam si illud meum turbulentissimum tempus profectionis tuo tranquillissimo præstat, quid conferam reliqua, quæ in te dedecoris plena

extra contextum alia manu recentiore hæc duo alia, *in provinciam*, quæ mihi minime displicent: itaque illis receptis, libenter lego, *quod illi in provinciam proficiscenti evenit*. FAERNVS. Vtrumque respuit Erfurtensis, Pithœanus, & Francii. GRÆV. Non solum utramque Vaticani lectionem recepit Lambinus, verum præterea dedit, *ut omnes ei sui cives*, quod ab ejus conjectura profectum arbitror; certe nullibi exstare vidi, neque adducar umquam, ut probem. Rara vero locutio est, *exire e patria*, verum optima, pluribusque adserta exemplis apud Mencken. in Observ. L. L. p. 359. 360. Tum hoc vetustissimi codicis auctoritatem maxime imminuit: tum illud etiam accedit, quod concursus duorum E. in ejus lectione aures offendat. Verba, *in provinciam*, & per se interpretem produnt, & minoribus litteris adscribuntur eadem illa manu, quæ alias quoque interpretationes adjecit: denique Arusianus adjectione illa caret, qui hæc adfert, *an quod tibi proficiscenti evenit*. GARAT.

Vt omnes exsecrarentur) Invenio duplicem fuisse exsecrationis rationem qua prosequebantur exeuntes: alteram tumultuariam, & non tam publico magistratus Senatusve consilio, quam communi plebis conspiratione susceptam, ut contigit Pisoni & Gabinio: alteram rite, certis cerimoniis verbisque conceptam fieri solitam: de qua Plutarchus in Crasso, Crasso in Parthos profecturo, *Atejus Tribunus plebis accurrens ad portam, focum apposuit, & cum ad eam Crassus venisset adolens & libans, diras imprecatus est horrendas & terribiles, horrendos & insuetos Deos in his exsecrationibus vocans & appellans: has ajunt Romani exsecrationes secretas, & ex antiquo repositas ejusmodi vim habere, ut effugiat nemo qui fuerit iis implicatus, & male cedere etiam illi qui fuerit usus diris hujusmodi*. Adstipulatur Dio, & Appianus in Parthicis, si tamen is est Appianus, & non aliquis veterator, qui ex Plutarchi Crasso & Antonio suam historiam iisdem verbis conflaverit: sed tam elegantule, ut pro Δομετιος Αηνοβαρβος, quod habet Plutarchus, reposuerit, Δομετιος τις Ελληνοβαρβαρος. ABR.

Vnam tibi illam viam, & perpetuam) Cum omnes expeterent, ut in illa via perires, nec prius illius viæ quam vitæ finem invenires. Commode Manutius hunc ex Nonnio Turpilii versum profert,

> *Egredere: atque utinam istuc perpetuum itiner sit tibi*.

quod etiam refert, & multis, suo more, verbis explicat F. Victorius cap. 1. lib. 2. Var. lect. Eadem est vulgaris imprecatio: *Jamais ne puisse tu retourner*. IDEM. Verum tamen hoc est Manutium hanc interpretationem & hunc versum Turpilii accepisse a Victorio, præterito ejus nomine. GRÆV.

Quævis fuga potius) Deleta alioqui supervacanea dictione *potius*, legendum ex antiquo libro, *Quævis fuga; quam ulla provincia esse optatior*. FAERNVS.

Digitized by Google

na fuerunt, in me dignitatis? Me Kalendis Ianuariis, qui dies post obitum, occasumque nostrum reipublicæ primus illuxit, frequentissimus Senatus, concursu Italiæ, referente clarissimo, atque fortissimo viro P. Lentulo, consentiente populo Romano, atque una voce revocavit: me idem Senatus exteris nationibus, me Legatis, magistratibusque nostris auctoritate sua, Consula-

NUS. *Potior* habetur in libris, quos ego evolvi, Erfurt. & Franc. nec non Pithœi excerpta. Sed in omnibus tribus pro *quævis* scribitur *ejus*. Poterat *potius* abesse. Sed hunc Atticismum imitatos esse Latinos multis viri docti exemplis declararunt. GRÆV. Geminus est locus II. de Nat. Deor. 13. *non sit deterior mundi potius, quam humana conditio*: ubi contra codicem *potius* & ipsum omittentem reliquos defendit optime Davisius, illa usus analogia, quam ego supra ad similem locutionem adhibui c. 7. ubi vide. Primus Ald *quævis*: nam Rom. ambæ Ven. quatuor MSi Britannici cum Grævianis habent *ejus*, h.e. odii, sed male. GAR.

Me Kalendis) Quo die, respirante tum primum republica Clodii seditionibus lacerata; P. Lentulus Spinther, & Qu. Metellus Nepos Consulatum inierunt. Qui dies, post meam fugam, primus exstitit reipublicæ salutaris, & quasi dissipatis nubibus ad spem futuræ serenitatis illuxit. ABRAM.

Consentiente populo Romano) Hæc duo verba *populo Romano*, non continet antiquus liber; & certe abundant: nunc enim tantum loquitur de benevolentia Senatus erga se; postea de populi separatim: quare illic duobus verbis sublatis legendum, *consentiente, atque una voce revocavit*. FAERNUS. *Consentiente atque una voce, &c.*) Duas voces, *populo Romano*, fidem antiquorum codicum, & Faerni sententiam secutus, delevi: appellat autem *consentientem*, & *unam vocem*, non discordem, non discrepantem), ὁμοφωνοῦσαν. LAMB. *Consentiente populo Romano*) Nostri scripti habent illud *populo Romano*, quod Lambinus ejecit cum Faerno. Guilielmius mutabat in *populi Romani*. GRUT. Erfurt. Franc. & Pith. non abeunt ab editorum lectione. GRÆV. *Consentiente populi Romani, atque una voce*) Ita Guilielmius, & firmat codex unus e nostris, in quo scribitur litteris initialibus P. R. Vulgo, *populo Romano*, quas voces delebat Lambinus, sensu reclamante. LALLEM. Eædem notæ P. R. sunt in Rom. & in sec. Ven. prior autem Ven. *Po. Ro.* Si legas, *populo Romano*, delendum est ineleganter additum *atque*; si *populi*, Tullium facile reprehendas; qui pro sua consuetudine melius, ac verius dicere potuerit, *consentiente una voce populo Romano*; vide ad IV. Phil. 3. Sed Vaticano sensus non adversatur, ut Lallem. existimat, & verissima est observatio Faerni. Sermo est enim de Kal. Ianuariis, quibus Consulatum inierunt P. Lentulus, & Q. Metellus: eoque die actum est de Tullio restituendo in Senatu, non etiam apud populum: de populi autem studio infra se jactat Cicero ad finem capitis. Confer harum rerum historiam ordine expositam pro Sext. 33. 34. 35. Quod heic dicitur, *concursu Italiæ*, ibi c. 33. explicatur, *concursus legatorum ex Italia cuncta*. Additur, *quæ exspectatio populi?* ut jam expectare heic requiras, non *consentiente populo*. Neque ut legatorum, qui ad Senatum mandata detulerant, ita etiam populi, qui sententiam suam comitiis erat declaraturus, necessaria heic mentio est. Quam tamen admitti paterer, si *atque* a MSis abesset. Nunc optime dicitur: *me frequentissimus Senatus consentiens, atque una voce revocavit*: & ma-

sularibus litteris, non, ut tu Insuber dicere ausus es, orbatum patria, sed, ut Senatus illo ipso tempore appellavit, civem conservatorem reipublicæ commendavit: ad meam unius salutem Senatus auxilium omnium civium cuncta ex Italia, qui rempublicam salvam esse vellent, Consulis voce, et litteris implorandum

magis ad rem facit, patres inter se fuisse concordes, quam populum patribus. Vatic. infra, *consularibusque litteris*. GAR.

Non, ut tu Insuber) Approbata Adr. Turnebi conjectura, qui ex *insuper*, fecit *Insuber*, sic edendum curavi; *Insuper*, inquam, repudiata vulgata, cujus, ut audio, Naugerius auctor est, *nuper*. Quod verbum convenit illis maledictis, quæ solet M. Tullius conjicere in Pisonem, *paterni generis oblite, materni vix memor*, &c *Semiplacentine*, &c. *Mediolanensi præcone, avo tuo, vix dignum*, &c. LAMBINUS. *Non, ut tu Insuber, &c.*) Manavit a conjectura Turnebi, cum reperisset in mss. *insuper*; quod editi male mutarant in *mox* sive *nuper*. GRUT. Absurdum erat illud *mox*, quod in editione nescio qua Turnebus invenit. Speciem veritatis habet *nuper*, quod ab Aldo seniore usque ad Lamb. regnasse video. Referri enim potest ad orationem Pisonianam, cui respondet Cicero, ut superius illud c. 14 *Quo quidem tempore &c.* At illa c. 9. *querebas etiam paullo ante domo*, & c. 29. *qui modo —— inquit*, & c. 31. *nam paullo ante dixisti*, brevius demonstrant spatium temporis intercessisse, quam in quo *nuper* adhiberi solet. IV. in Verr. 3. *nuper —— quid dico nuper? immo vero modo, ac plane paullo ante vidimus*. Sed plane rectum est *semper*, quod in Vatic. reperi, cui haud minus, quam τῷ *nuper*, opponitur, *illo ipso tempore*. Verumtamen adhuc melius *nuper* videri possit, si Pisonis dicta liceat (licere autem puto) diversos in dies dispartire. Codices vellem nominatim protulisse Lambinum, Gruterum, Grævium. Nunc tres Britannicos cum Turnebiano *insuper* habere video, ut in quarto ab Oxoniensibus retentum *Insuber* diserte præberi intelligamus. Habent Rom. quoque, & ambæ Ven. atque adeo Arusianus *insuper*, unde *Insuber* egregie fieri fatendum est. Denique fragmentum orationis hujus apud eumdem Arusianum exstat hujusmodi: *majore sibi insuper ille avus adoptavit*: in quo legendum fortasse *majorem*, sed certe *Insuber*. Loquitur enim de avo Pisonis materno, de quo in Asconiania fragmentis: *Insuber quidam fuit*, inquit Cicero, *idem mercator, & præco, &c.* Hæc itaque jam omnium probabilior lectio facile videatur. Qui olim *insuper* invenerint, quod alienum est, alii *nuper*, alii *semper*, ut sensus constaret, emendarint. GAR.

Conservatorem reip.) Antiquus liber, *Servatoremque reip.* FAERNUS.

Ad meam unius) Post hæc verba adde dictionem *hominis*; & eodem versu ubi est, *omnium civium*, dele dictionem *civium*. IDEM. Vocem *civium* nemo delevit, in qua tamen optimo codici parere integrum est. Cum enim eo tempore cuncta jam esset Italia in civitatem Romanam recepta, non erat ejus vocis adjectio necessaria. Contra fœdum glossema est *hominis*, quod miror adscivisse Lambinum: vide supra ad c. 10. Imo etiam c. 60. pro Sext. de eadem re, *quod*, inquit, *numquam Senatus in universæ reip. periculo decrevit, id in unius mea salute conservanda decernendum putavit*. Confer c. 9. post red. in Sen. GARAT.

Qui remp. salvam esse vellent) Formula in rebus magni momenti frequens. Pub. Sempronius Tuditanus post cladem Cannensem apud Livium lib. 22. *Ite mecum, qui & vosmetipsos, & rempublicam salvam vultis*. Et eadem pa-

Digitized by Google

dum putavit: mei capitis servandi causa Romam uno tempore, quasi signo dato, Italia tota convenit: de mea salute P. Lentuli, præstantissimi viri, atque optimi, Cn. Pompeji, clarissimi, atque invictissimi civis, ceterorumque principum civitatis, celeberrimæ, et gratissimæ conciones fuerunt. De me Senatus ita decrevit, Cn. Pompejo auctore, et ejus sententiæ principe, ut si quis impedisset reditum meum, in hostium numero putaretur: iisque verbis ea de me Senatus

pagina Scipio juvenis fatalis dux belli Punici sociis edixit, *irent secum exemplo armati, qui rempublicam salvam vellent*. Alter Scipio Nasica: *Circumdato lævo brachio togæ licinia*, &c. *hortatus est, ut, qui salvam vellent rempublicam, se sequerentur*. Verba sunt Velleji de Tiberii nece, res est clarior, quam ut egeat exemplis. ABR. Verbum *esse* a nullo quidem libro abest, quantum scio, suspectum tamen haud immerito esse potest. Nam & intrudi a librariis persæpe solebat, & in hac formula non addebatur. Eo carent loci similes post red. in Sen. 9. & pro Sext. 60. tum ii, quos ab Abramio laudari vides, aliique plurimi. Aliquandò tamen adest, ut apud Servium ad VII. Æn. 614. Sed ab eodem Servio verius omittitur, dum formulam iterum recitat ad VIII. 1. GAR.

Quasi signo dato) Pro Milone: *Ipse cunctæ Italiæ cupienti, & ejus fidem imploranti signum dedit, ut ad me restituendum Romam concurrerent*. Videtur ad morem in conscribendo exercitu usurpatum alludere: signum enim, sive vexillum ex arce tollebant. Festus: *Justi dies dicebantur triginta, cum exercitus esset imperatus, & vexillum in arce positum*. Vide Servium Danielis in versum illum octavi Æneidos:

Ut belli signum Laurenti Turnus ab arce
Extulit. ABRAM.

Ceterorumque principum celeberrimæ, & gravissimæ conciones) Lege *principum civitatis*, & pro *gravissimæ*, *gratissimæ*: & post duos versus ubi est, *in hostium numero putaretur*, antiquus liber habet, *reputaretur*: & statim pro *iisque verbis ea de me*, *eisque verbis eadem*, & post aliqua, ubi est, *justam excusationem*, addenda in principio dictio *satis*. FABRICIUS. *Civitatis*, & *gratissimæ* afferunt Erfurt. Franc. & Pithœi MSS. De utraque re Cic. pro Sextio: *Hujus* (Pompeji) *oratio, & pergravis, & grata concioni fuit*, &c. *Quo silentio sunt auditi de me reliqui principes civitatis*. GRÆV. *Civitatis* erat jamdiu in Rom. & utraque Ven. & negligenter omissum fuit a recentioribus post tot MSorum suffragia, quibus nova etiam Britannicorum omnium accedunt. Cum autem *gravissimæ* in Græviana remanserit contra Grævii voluntatem diserte ab ipso in V. L. significatam, restituimus *gratissimæ*; ut legitur in aliis omnibus meis editis, præter priorem Ven. P. Man. & Car. Steph. Eadem permutatio contigerat c. 5. post red. in Sen. & alibi: GARAT.

In hostium numero putaretur) Senatus plerumque his verbis sua decreta muniebat, ut qui secus fecisset, is vel contra rempublicam fecisse, vel in hostium numero habendus esse diceretur; cujus utriusque eamdem esse vim liquet ex eo, quod oratione post reditum in Senatu hoc ipsum narrans ita loquatur: *Decrevistis, ne quis ulla ratione rem impediret: qui id impedisset graviter molesteque laturos: illum contra rempublicam salutemque bonorum, concordiamque civium facturum*. Cum tamen vis eadem esset in utroque, graviore ver-

natus auctoritas declarata est, ut nemini sit triumphus honorificentius, quam mihi salus, restitutioque perscripta. De me, cum omnes magistratus promulgassent, præter unum Prætorem, a quo non fuit postulandum, fratrem inimici mei, prætorque duos de lapide emptos Tribunos plebis, legem comitiis centuriatis

verborum formula contumaces urgebant, ut lib. 3. in Verrem: *Hi sunt homines, quos nuper Senatus in hostium numero censuit habendos*. Vide Dionem libro 37. Suetonius in Nerone cap. 2. de Cn. Domitio loquens: *Consultante Pompejo de mediis, ac neutram partem sequentibus, solus censuit hostium numero habendos*. ABRAM. Melius quidem in uno Britann. poneretur, quam in Vatic. reputaretur; sed utrumque a manu interpretantis. GAR.

Iisque verbis) Non solum in honoribus & muneribus spectandum est quid, sed etiam quibus verbis cuique tribuatur; post 45. *Ut Senatus is, qui in eam benignitatis consuetudinem venit, ut eos, qui bene rempublicam gesserint, novis honoribus afficiat, & numero dierum, & genere verborum*. Livius decadis 3. lib. 10. Scipio Masanissam *Aurea corona, aurea patera, sella curuli, & scipione eburneo, toga picta, & tunica palmata donat, addit verbis honorem*, &c. Noster de Provinciis Consularibus: *In illa supplicatione, quam ego decrevi, res ipsa tributa est Diis immortalibus, & majorum institutis, & utilitati reip. sed dignitas verborum, honos, & novitas, & numerus dierum Cæsaris ipsius laudi, & gloriæ concessus est*: qua de re Phil. 14. ABRAM.

ASCONIUS.

CIRCA VERS. A PRIMO DCCC. *De me, cum omnes magistratus promulgassent, præter unum Prætorem, a quo non fuit postulandum, fratrem inimici mei, præterque duos de lapide emptos Tribunos pl. legem comitiis centuriatis tulit P. Lentulus Cos.*) P. Clodii App. Claudius, sicut jam sæpe significavimus, fuit frater. Duos Tribunos, de quibus ipsis sæpe jam diximus, quos de lapide emptos ait, quia mercede id faciebant, Sext. Attilium Serranum, & C. Numerium significat.

VARIORUM.

De me, cum omnes magistratus promulgassent) Omnes, qui legem ferre possunt, & promulgare, videlicet Prætores, & Tribuni plebis; nam Censores, Ædiles, Quæstores legis ferendæ jus non obtinebant. ABR.

Unum Prætorem) Appium Clodium, P. fratrem. HOTT.

A quo non fuit postulandum) A quo propter consanguinitatem non fuit postulandum, ut de meo reditu legem promulgaret, & fratri suo Publio Clodio sese opponeret: id enim si postulatum fuisset, pietatis excusationem prætendere potuisset. ABR.

Præterque duos) Sextum Attilium Serranum & Numerium Quintium: pro Sextio cap. 33. & 34. qui locus consulatur. IDEM.

Duos de lapide emptos) Præcones in lapide stantes auctionem prædicabant. *Tribunos* Asconius nominat, Cicero autem sæpe in Sextiana, & in utraque post reditum. HOTT. *Duos de lapide emptos*) Sex. Attilium Serranum, & Numerium Quinctium significat: *de lapide emptos* autem dicit, quia sese, silentiumque suum P. Clodio vendiderant: respexit ea, quæ a præcone in auctione proclamantur, ac venduntur. LAMB. Vide Turneb. Adversar. x. 3. & Brodæum vi. Miscell. 5. Est autem hoc loco *de lapide emptos*, mercede conductos, & P. Clodio mancipatos instar servorum venalium. ABRAM. Adde Rud. Ernesti v. *Lapis*. In cod. Vaticano ad imam oram literis quidem minoribus, sed antiqua manu, annorum saltem DCC. hæc adnotantur: *Omnes Tribuni plebis pro Cicerone senserunt, præter Ligurem (male pro Num. Quinctio) & Serranum, qui se adversariis Ciceronis publi-*

tis tulit P. Lentulus Consul de collegæ Q. Metelli sententia: quem mecum eadem respublica, quæ in Tribunatu ejus disjunxerat, in Consulatu virtute optimi, ac justissimi viri, sapientiaque conjunxit. Quæ lex quemadmodum accepta sit, quid me attinet dicere? ex vobis audio, nemini civi ullam, quo minus adesset, satis justam excusationem esse visam: nullis co-

blice vendiderant: nam viliora mancipia supra lapidem statuta vendebantur, ut emptorem obvia oculis omnium invenirent. Rom. & sec. Vent *Tribunos* habent sine genitivo *plebis*, item quatuor Britann. & Arusianus, qui locum ita profert: *præter unum Prætorem, a quo non fuit postulandum, prœterque duos de lapide emptos Tribunos.* Ipse Aseonius: *duos Tribunos, de quibus* &c. ut illud *pl.* in Tulliano apud eum Lueo adjectitium suspicer. Nam illam omissionem vehementer probo. Vide ad c. 33. pro Sext. Gar.

Comitiis centuriatis) Invenio duas fuisse rationes, cur Lentulus legem tulerit comitiis Centuriatis de reditu Ciceronis: alteram, quod de capite civium, nisi comitiis centuriatis, cum populo agere non liceret, ut passim dicit Orator: alteram, ne duo illi Tribuni plebis de lapide empti legem hanc suis intercessionibus impedirent: siquidem vel unus Tribunus plebis, collegis etiam obnitentibus legem aliter ferri facile prohibere potuisset. Vide Plutarchum in Catone de Tribunatu loquentem, & in Quæstionibus Romanis problemate 8. fuse de potestate Tribunitia disserentem: & Appianum 1. Civilium. Tribunus intercessionis rationem reddere non cogebatur: ibidem Appianus: *Λιβιον τε Δρουσον ἑτερον δημαρχον επειϛον (ἡ βουλη) κωλυσαι τους Γραкχου νομους, ου προλεγοντα τῳ δημῳ τας αιτιας. δεδοται δε τῳ κωλυοντι μηδ' επιλεγειν. Senatus Livio Druso Tribuno plebis, ut nulla reddita ratione Gracchanis legibus intercederet, persuasit: intercedenti enim fas est nullam facti reddere rationem.* Nec si dicere vellent, possent interrumpi lege Iunia: vid. Dionysium Halicarnasseum lib. 7. Prudenter igitur Lentulus de Cicerone acturus comitia centuriata in campo Martio, & extra urbem celebrari solita indixit, in quibus Tribuni plebis auctoritatem nullam obtinerent: vid. Dionysium lib. 8. Abr.

Q. Metelli) Nepotis: is affinis P. Clodio, cum Tribunus plebis esset, legemque ferret de revocando in Italiam Pompejo cum exercitu, a Cicerone Consule dissenserat: de quo superius: *Cum in concione abiens magistratu dicere a Tribuno plebis prohiberer, quæ constitueram, cumque is tantummodo, ut jurarem, permitteret:* postmodum tamen oratione P. Servilii permotus in gratiam rediit cum Cicerone: pro Sextio: *Quæ etiam collegæ ejus moderatio de me, qui cum inimicitias sibi mecum ex reip. dissensione susceptas esse dixisset, eas se Patribus Conscriptis dixit, & temporibus reip. permissurum.* Abram.

Virtute optimi, ac justissimi viri) Oratione P. Servilii, post reditum in Senatu: *Q. Metellus & inimicus, & frater inimici, perspecta vestra voluntate, omnia privata odia deposuit: quem P. Servilius vir cum clarissimus, tum vero optimus mihique amicissimus, & auctoritate, & orationis suæ divina quadam gravitate, ad sui generis communisque sanguinis facta virtutesque revocavit,* &c. Idem. Vat. *optumi.*

Satis justam) Omiserat vocem *satis* P. Man. & Car. Stephanus: sed eam jure Grut. restituit; cum non modo in Vaticano sit, & in ed. Lamb. sed etiam in meis omnibus ante Manut. editis. Pro Sext. 52. *At, cum de mea dignitate ferebatur, nemo sibi nec valitudinis excusationem, nec senectutis, satis* ju-

Digitized by Google

comitiis umquam multitudinem hominum tantam, neque splendidiorem fuisse: hoc certe video, quod indicant tabulæ publicæ, vos rogatores, vos distributores, vos

justum putavit. Gar.

Nullis comitiis umquam multitudinem hominum tantam, neque splendidiorem fuisse) Post *umquam*, interponenda ex antiquo libro dictio *neque*; & pro *splendidiorem*, judicio meo legendum *splendorem*; ut vero *splendidiorem* rejiciam, hoc me movet, quod postquam dixit Cicero, *neque multitudinem hominum tantam*, non subjecisset, *neque splendidiorem*, sed *neque tam splendidam*; cum non æquiparare, sed excedere cœperit: hæc cum scripsissemus, invenimus in alio libro nostro scriptum, *splendorem*. Faernus. Vulgatam tuentur libri veteres, quos inspexi, & Manutius. Graev. Vaticanus profecto *splendidiorem* confirmat. Ego tamen cum Faerno, & Lamb. libenter legerim, *nullis comitiis umquam neque multitudinem hominum tantam, neque splendorem fuisse*. Huic optimæ lectioni nova suffragia possum adjungere: inveni enim *splendorem* in ed. Rom. principe MCDLXXI, & in Ven. MCDLXXXIII. in iisdem autem, ac præterea in alia Ven. MCDLXXX. *nec multitudinem*, quod est æque rectum, ac *neque* in Vat. repertum: vide Cortium ad X. ad Div. 11. & ad Sallust. Catil. XXXI. 2. ubi, *neque loco, nec homini cuiquam satis credere*. In alio etiam Sallustii loco Iug. LXXXIX. 8. *neque salem, neque alia irritamenta gulæ*, apud Priscianum reperi, *nec salem, neque &c.* in præstanti, & admodum antiquo codice Barberino. Sic denique Cicero etiam pro Mil. 28. *neque tam diuturnam attulit lætitiam, nec tantam*: qui locus & ita legitur in libris omnibus, & emendatorum manus effugit. Adde II. Agrar. 18. *neque familiaritate illius adductus, nec spe honoris*: item pro Rab. Post. 11. quem locum, aliosque similes attulit Pareus in Mantissa Lex. Crit. p. 98. Cur autem *nec*, aut *neque* tot libri omiserint, in promptu causa est: duas negantes voces, *nullis neque*, non omnes concoquebant, cum tamen optime conjungantur. Manutii *splendorem* rejicientis ratio nihili est; contra Faerni præferentis bona, & ab artis præceptis expressa. Attende locos similes de hac eadem lege, qua Cicero est restitutus, tum p. red. in Sen. 11. *quando tantam frequentiam in campo, tantum splendorem Italiæ totius, ordinumque omnium &c. vidistis?* tum pro Domo 28. *constat enim nullis umquam comitiis campum Martium tanta celebritate, tanto splendore omnis generis hominum ætatum, ordinum floruisse*. Quatuor Britann. firmant *nec multitudinem*, duo *splendorem*. Gar.

Tabulæ publicæ) Eas tabulas intelligit, in quas acta diurna populi referebant ex Cæsaris instituto duobus annis ante hæc comitia ob reditum Ciceronis indicta. Suetonius in Iulio cap. 20. *Inito honore, primus omnium instituit, ut tam Senatus, quam populi diurna acta conficerentur, & publicarentur*. Acta enim in comitiis & populi Romani suffragia in tabulas referri solebant, quæ hic tabulæ publicæ nominantur. Abram.

Vos rogatores) Non unum P. Lentulum Consulem, sed vos omnes Senatores populum rogasse, ut legem, quam Consul de meo reditu ferebat, suis suffragiis comprobaret: *rogatores* vocat, quia his verbis leges ferebant: *Velitis jubeatis Quirites*, &c. Ipse. Rogatores, si Manutium audiamus, illi fuerunt, qui populum pro Ciceronis salute rogarant; quod est ridiculum. Notanda sunt, quæ antecedunt, *quod indicent tabulæ publicæ*, & quæ sequuntur, *& quod in honore vestrorum propinquorum non facitis vel ætatis excusatione, vel honoris, &c.* Honos igitur, aut ætas primariis viris excusationem probabilem dabat, ne pro candidatis propinquis populo supplicarent? tum etiamne in tabulas publicas referebatur, quinam unaquaque

quæ de re supplicassent? Aliam omnino vim habet hoc verbum *rogator* in re comitiali. Magistratus omnis, qui habebat comitia, populumque rogabat, *rogator* comitiorum erat: qui uniuscujusque centuriæ suffragia colligebat, & magistratui sigillatim renuntiabant, hi vel centuriarum, vel tribuum *rogatores* dicebantur. Cicero II. de Orat. 64. *vetus illud est, quod ajunt, Maluginensem illum M. Scipionem, cum ex centuria sua renuntiaret Acidinum Consulem &c.* Scipio suæ centuriæ erat *rogator*, aliique aliarum omnium eodem modo: qui ubi renuntiassent magistratui suarum centuriarum suffragia, seu voce, seu deinde tabellis collecta, eo denuo sigillatim per præconem a magistratu populo renuntiabantur. Hoc munus, cum de sua salute ageretur, obiisse honestissimos viros, ut sibi perhonorificum, jure Cicero prædicat, tum h. l. tum c. 11. post red. in Sen. FERRATIUS. Eadem ista significatione, quam veram hic esse Ferrat. intellexit, *rogator* a Tullio dicitur locis compluribus. Confer Davis. ad II. de Nat. Deor. 4. & Ind. Ernesti. Egregius apud utrumque inprimis est locus II. de Divin. 35. GAR.

Vos diribitores, &c.) Sic legendum, & ita emendarunt viri doctiss. auctoritatem codicum veterum secuti. LAMB. *Vos distributores*) Nihil variant mei libri; itaque non accepi proditum Turnebo libro XXI. cap. 15. *diribitores*, quod jam omnium libros occupat. GRUT. Sic & nostri Erfurt. Franc. Pithœi. *Distributores* sunt iidem, qui *diribitores*, qui suffragiorum tabellas distribuebant civibus. Sic & orat. post reditum in Senatum: *Quando illa dignitate rogatores, distributores, custodesque vidistis?* Verbose hic disputat Abramius contra Nic. Gruchium, qui I. de comitiis cap. 3. censet diribitores fuisse, qui populo tabulas per centurias ministrarent, cum ille statuat diribitores fuisse, qui tabellas in cistam conjectas diriberent, & secernerent. Fundus hujus suæ sententiæ est, tabellas suffragia ferentium domi scriptas secum illos tulisse in comitia, non accepisse a diribitoribus in comitiis. Propter prolixitatem Abramii verba non adscribo, sed ejus tamen argumenta ponderabo. Hoc ille primo probat ex epist. 11. lib. 1. ad Atticum: *Cum dies venisset rogationi ex S. C. ferendæ, &c. totus ille grex Catilinæ, duce filiola Curionis: & populum ut antiquaret, rogabant. Piso autem Consul lator rogationis, idem erat dissuasor: operæ Clodianæ pontes, tabellæ ministrabantur, ita ut nulli daretur* UTI ROGAS. Ex his verbis Grucchius recte colligit satis liquere fuisse quosdam qui tabellas populo ministrarent. Sed plane contrarium ex illis confici posse putat Abramius, nimirum operas & servos pontem occupasse, & per vim extorsisse populi suffragia. Quod quomodo ex his verbis extorqueri possit, ipse viderit. Quo pacto potuerunt in pontibus occupatis operæ Clodianæ ministrare tabellas suffragia laturis, si hi illas secum domo attulerunt? Sententia hujus loci est sole meridiano clarior. Homines mercenarii a Clodio conducti in illis comitiis erant diribitores, qui civibus per pontes ituris non dabant tabellam, cui inscripta erat V. R. *uti rogas*, sed in qua tantum erat A. hoc est *antiquo*, ut dudum rectissime docti viri exposuerunt. Subjicit post Abramius Varronis locum, qui III. de Re Rustica cap. 1. scripsit: *Comitiis ædilitiis cum sole caldo ego & Q. Axius senator tribulis suffragium tulissemus, & candidato cui studebamus, vellemus esse præsto, dum domum rediret, Axius mihi: Dum diribentur, inquit, suffragia, vis potius villæ publicæ utamur umbra.* Clare, inquit Abramius, nisi fallor, ostendit Varro diribitionem fieri solitam latis jam suffragiis. Fallitur certe Abramius. Axius & Varro in centuria aut prærogativa, aut in primis jure vocatis suffragium tulerant. Interea dum ceteris centuriis tabellæ diriberentur umbræ caussa secesserant in villam publicam, ut cum omnes centuriæ tulissent suffragia, candidato domum eunti officium præstarent. Sed, pergit Abramius, quod si ministratæ fuissent, non diversa manu, sed vel una vel paucis scriptæ essent, scilicet tabellæ. Unde hæc colligit? Num credibile est, tantam tabellarum copiam unum aut paucos scripsisse? an non vero similius, quamlibet cen-

vos custodes fuisse tabularum: et, quod in honoribus vestrorum propinquorum non facitis vel ætatis excu-

sa-

turiam habuisse, qui tabellas signarent, quæ præbebantur diribitoribus distribuendæ? Hinc facilius explicatur locus Plutarchi in Catone Uticensi de ædilitate Favonii, quem & ipse & Gruchius adtulerunt; qui scribit Catonem in illis comitiis, in quibus repulsam tulerat Favonius, animadvertisse fraudem irrepsisse, quod omnes tabellæ una manu scriptæ fuissent. Si ministratæ fuissent, ait Abram. non diversa manu, sed una vel paucis scriptæ debuissent esse. At hoc est absurdum. Quia centurias omnes eadem manu scriptas tabellas habuisse deprehendit Cato, inde conjecit, ab uno homine omnes tabellas esse confectas, & diribitoribus datas, cum singulæ centuriæ aut saltem tribus, nam & his locus est in comitiis centuriatis, suas haberent tabellas a diversis diversa manu scriptas. Verum domi scriptæ tabellæ, quas domo quisque secum adportavit in comitia, ut existimat Abram. quomodo potuerunt una manu scribi, aut quomodo singuli cives in tanta multitudine potuerunt domi suæ habere tabulas, quas unus homo scripsit? Frustra equidem Abramius impugnat Gruchium, cujus sententia nihil verius. GRÆV. Locus Varronis pertinet utique ad diremtionem tabellarum post lata suffragia. Sed vide quæ diximus ad c. 6. pro Planc. & quæ celeb. Ernestus in Ind. p. 474. adfert adversus Abramium. *Distributores* autem cum MSis Gruteri, & Grævii non modo servant editi plerique, verum etiam ipse Turnebus a libris inculpatæ fidei confirmari monuerat, retinendumque censuit Pareus in Lex. Crit. p. 364. Atqui veræ lectioni glossa certissima substituitur. Primus, quem viderim, *diribitores* Naugerius edidit, haud certe sine codice. Hunc secutos P. Man. Cat. Steph. Lamb. & nuper Lallem. optime video. Cum Faernus Manutianam cum Vaticano conferret, silentium illius haud aliter in eo legi demonstrabat. Nunc meis oculis *diribitores* in omnium vetustissimo MSo conspexi, neque testimonium illustrius ullum requiro. Hæc autem adscripsit margini antiqua manus: *discriptores, divisores tabularum, & numeratores suffragiorum*. Turnebus adfirmat, quosdam legere, *vos diribitores, vos custodes tabellarum fuisse*. Non liquet, utrum libros scriptos, an editos, an etiam emendatores intelligat. Lallem. tamen de MSis interpretatur, ex quibus, & Faernianis, & suis *tabellarum* se dedisse adnotat. Quod præfero, licet in Vatic. viderim *tabularum*, ceterique auctores soli sint Regii codices a Lallem. inspecti. Sunt enim comitiales *tabellæ*, non *tabulæ*, si Tullianam loquendi consuetudinem, aliorumque veterum sequi volumus: easque qui ministrabant, atque distribuebant, proprio, & sollemni vocabulo *diribitores* appellabantur, atque ita eos appellaverat Cicero loco illo simillimo post red. in Sen. 11. in quo Græv. adversus omnes libros citat *distributores*. GARAT.

Custodes) Cicero 2. Agraria: *Qui tribus quas voluit vocavit nullo custode sortitus?* Post reditum in Senatu: *Me affinem tamen quam comitiis prærogativæ primum custodem præfeceras*. Plinius libro 33. scribens de decuriis equitum: *Decuriæ quoque ipsæ pluribus discretæ nominibus fuere, Tribunorum æris, & selectorum, & judicum: præter hos etiamnum nongenti vocabantur ex omnibus selecti ad custodiendas cistas suffragiorum in comitiis*. Ex his ista collige. 1. Ei qui comitia haberet, adhibitum fuisse custodem ad observandum, ne quid fraudis in colligendis suffragiis & prærogativæ sortitione committeret. 2. Ætate Tullii delectos fuisse a candidatis honoris caussa viros graves, qui observarent, ne quid fraudis in suffragiorum diribitionem obreperet. 3. Senatores, & ipsos principes civitatis, cum res gravis ageretur, vel ut comitia sua opera cohonestarent, semetipsos comitiis custodes obtulisse.

4.

Digitized by Google

ratione, vel honoris, id in salute mea, nullo rogante, vos vestra sponte fecistis.

16. Confer nunc, Epicure noster, ex hara producte, non ex schola, confer, si audes, absentiam tuam cum mea. Obtinuisti provinciam Consularem finibus iis, quos lex cupiditatis tuæ, non quos lex generi tui pepigerat: nam lege Cæsaris justissima, atque optima populi liberi, plane, et vere erant liberi: lege autem

4. Augusti ætate quosdam fuisse delectos ad suffragiorum custodiam, ne ut prius se sponte custodes oggererent, aut eligerentur a candidatis. ABRAM.

Epicure noster) Superius cum *ulterbarbato Epicuro*: tum *ex hara non e schola productum* appellat, quod non ille quidem esset litteris expolitus, ut ille Græcus Epicurus, sed ut sus lutulenta in voluptatum cœno se volutaret, sive quod Epicuri eruditionem neglexerit sola voluptate contentus. IDEM.

Ex hara producte) Locum hunc Nonius profert, ubi haram porcorum stabulum interpretatur. HOTTOM. *Ex hara producte*) Horatius Epicureos porcos appellat:

Cum videre voles, Epicuri de grege porcum
Me pinguem, & nitidum bene curata cute vises.

Plutarchus in opusculo: ὅτι οὐδὲ ζῆν ἔστιν ἡδέως κατ' Ἐπίκουρον, *quod ne jucunde quidem vivere quisquam possit Epicuri sententia*: frequenter, ὥστε μήτε ὕων ἀπολείπεσθαι, μήτε προβάτων, εὐδαιμονεῖν τῷ τῇ σαρκὶ καὶ τῇ ψυχῇ περὶ τῆς σαρκὸς ἱκανῶς ἔχειν μακάριον ἐνδεμένους. *Ut nec a suibus nec a pecudibus differant iis, qui felicitatem rebus iis, quæ corpori & animæ ad voluptatem corporis sufficiunt, metiuntur.* Hara autem, interprete Nonio, est porcorum stabulum. Varro Prometh. I. *In tenebris, ac suili vivunt, nisi non forum hara, atque homines, qui nunc, plerique sues sunt existimandi.* ABRAM. Nonius tam in ed. Iunii, quam in Merceriana, *ex hara producte, non schola*: quod non caret exemplis, sed mihi non probatur. Vulgatæ pronomen *te* additur in Vaticano, ut hæc inde lectio exsurgat: *Confer te nunc, Epicure noster, ex hara producte, non ex schola, confer, si audes, absentiam tuam cum mea.* Ita IV. in Verr. 54. *conferte Verrem*: V. Tuscul. 23. *Age, confer Democritum, Pythagoram, Anaxagoram.* GARAT.

Provinciam Consularem) Macedoniam, quæ illo anno Consularis effecta est: quæ provincia tamen solius Macedoniæ finibus non limitata, se ad Achajam, Thessaliam, Athenas, totam Græciam extendebat. ABRAM.

Quos lex cupiditatis tuæ) Ambitionis, & avaritiæ tuæ, cui sic parebas, ut boni viri legibus patriæ suæ obtemperant. IDEM.

Non quos lex generi tui pepigerat) Lex Iulia lata a Iulio Cæsare genero tuo, qui videlicet Calpurniam filiam tuam duxit uxorem. IDEM.

Populi liberi, plane & vere erant liberi) In antiquo libro non est dictio *erant*, nec infra post ea verba, *quas res gessisti*, particula *in*, nec ubi est, *nondum exactas*, particula vel syllaba *dum*. FABRIVS. *Populi liberi*) Obscurus locus, *populi liberi* erant liberi. HOTTOM. *Populi liberi, plane, & vere erant liberi*) Commendat legem Cæsaris partim ad gratiam Cæsaris captandam, partim ut vehementius in Pisonem violatorem legis invehatur: cum enim tulisset Cæsar, ut populi liberi vere essent liberi, nec a provinciarum administratoribus regerentur, sed propriis legibus, & magistratibus uterentur, in eos Piso imperium sibi vindicavit. ABR.

Lege autem &c.) Lege Clodia, quæ erat

tem ea, quam nemo legem præter te, et collegam tuum putavit, omnis erat tibi Achaja, Thessalia, Athenæ, cuncta Græcia addicta: habebas exercitum tantum, quantum tibi non Senatus, aut populus Romanus dederat, sed quantum tua libido conscripserat: ærarium exhauseras. Quas res gessisti in imperio, exercitu, provincia Consulari? quas res gesserit, quæro? qui ut venit statim —— nondum commemoro rapinas, non-

erat contra omnes leges, nec tam lex erat, quam tribunitia proscriptio. Idem.

Achaja) Achaja jam ante a T. Quintio libertatem acceperat: qua de re Livius lib. 4. decad. 4. Plutarchus in Flaminio, Iustinus, & alii passim consulantur: sed pedetentim, ut vel ex hoc loco colligi potest, ea consuetudo irrepserat, ut eo Romanæ secures mitterentur, atque ita libertas Achajæ tolleretur magistratuum cupiditate, qui provinciarum fines ulterius & ulterius propagabant. Quare Iulius Cæsar in primo suo consulatu legem tulit, ut populi liberi vere essent liberi, & suis legibus uti sinerentur. Piso tamen altero post anno suas secures ad Achajam usque promoverat, erepta iterum Græciæ libertate; donec a Nerone est restituta, ut Suetonius in Nerone, & alii testantur. Abr.

Cuncta Græcia) Difficile est dictu, quid nomine *cunctæ Græciæ* velit Orator, cum alias alii regiones, nonnulli Thessaliam, Macedoniam, non mediocrem Asiæ partem communi nomine Græciæ comprehendant: qua de re Strabo, Plinius, Pomponius, & omnes passim geographi consulantur. Idem. Per omnem Græciam intelligit ceteras Græcas regiones, ut Ætoliam, Epirum, & alias, quas hic non recensuit nominatim Tullius. Nihil Asiaticæ Græciæ, aut Italicæ hic loci est. Græv.

Addicta) Vendita eo pretio, ut tu vicissim Clodio proderes meam salutem, quemadmodum ipse tibi prodiderat rempublicam. Abram.

Ærarium exhauseras) Supra: *Caverat enim ille sororius adulter, ut si tibi provinciam, si exercitum, si pecuniam ereptam ex reip. visceribus dedisset, omnium suorum scelerum socium te, adjutoremque præberes*. Infra: *Nonne sestertium centies & octogies* (quingenta videlicet aureorum millia) *quod quasi vasarii nomine in venditione mei capitis adscripseras, ex ærario tibi attributum Romæ in quæstu reliquisti*? Nec dubium quin stipendii nomine longe majorem pecuniæ vim acceperit. Idem. *Centies & octogies* sunt quadringenta quinquaginta millia aureorum, seu coronatorum. Græv.

Qui ut venit, statim nondum) Interpunctio mutanda est: *Qui ut venit, statim. Nondum*, &c. orationem enim abrumpit sensu nondum absoluto: quasi ita dicere voluisset: *Qui ut venit in Macedoniam, statim rapinis, exactionibus, nece sociorum, cæde hospitum, perfidia, immanitate cœpit vastare provinciam: sed nondum commemoro rapinas, nondum exactas pecunias*, &c. Elegans plane figura, qua fit, ut ex tempore effusa, non domo allata fuisse videatur oratio. Abram. Suspenditur hic sensus, nec quicquam est, quod respondeat his verbis, *qui ut venit statim*. Divinat. in Cæcilium: *Putasne de maximis acerbissimisque rebus, cum caussam sociorum, fortunasque provinciæ, jus populi Romani, gravitatem judicii legumque susceperis, tot res tam graves, tam varias, voce, memoria, consilio, ingenio sustinere?* Vides nihil hic sequi unde pendeant hæc verba, *putasne de maximis acerbissimisque rebus*. Plura collegi alibi exempla: vid. act. v. in Verr. c. 26. orat. 1. de leg. agrar. cap. 4. orat. pro Murena cap. 14.

Digitized by Google

nondum exactas pecunias, non captas, non imperatas; non neces sociorum, non cædem hospitum, non perfidiam, non immanitatem, non scelera prædico: mox, si videbitur, ut cum fure, ut cum sacrilego, ut cum sicario disputabo: nunc meam spoliatam fortunam conferam cum florente fortuna imperatoris. Quis unquam provinciam cum exercitu obtinuit, qui nullas ad Senatum litteras miserit? tantam vero provinciam cum tanto exercitu, Macedoniam præsertim, quæ tantis barbarorum gentibus attingitur, ut semper Macedonicis imperatoribus iidem fines provinciæ fuerint, qui gladiorum, atque pilorum: ex qua aliquot Prætorio imperio, Consulari quidem nemo rediit, qui inco-

ri. Grav. Vult autem Hier. Lagomarsinus hic lacunam esse, ac prope methematica ratione demonstrare aggreditur. Vide illius ad Jac. Facciolatum epistolam, qua quid in hac oratione interciderit, demonstratur. Olivet.

Nondum commemoro rapinas) Vt illam, qua *a te Iovis Vrii fanum antiquissimum barbarorum, sanctissimumque direptum est*. Abram.

Nondum exactas) Vide cap. 36. 37. Abram. Vatic. *non exactas pecunias*, ut supra monuit Faernus, & forte verum est. Idem versu sequenti, *non cædes hospitum*. Sic etiam *cædes* male fuerat emendatum eo loco II. in Catil. 5. quo recte alii habebant, *nihil cogitant, nisi cædem, nisi incendia, nisi rapinas*: ubi vide Muretum. Garat.

Non neces sociorum) Non necem Rabocenti Bessicæ gentis principis, quem *cum tu trecentis talentis Regi Cotto vendidisses, securi percussisti*: & aliorum legatorum, *quorum omnium capita Regi Cotto vendidisti*: infra cap. 35. Abr.

Non cædem hospitum) Necem hospitis tui Platonis, *quem ne majorum quidem more supplicio affecisti, sed medico imperasti, ut venas hominis incideret*: cap. 35. Idem.

Non perfidiam) Qua *Denseletis*, *quæ natio semper obediens huic imperio fuit, nefarium bellum & crudele intulisti*: cap. 35. Idem.

Quæ tantis barbarorum gentibus attingitur) Antiquus liber, *quam tantæ barbarorum gentes attingunt*. Et sequenti versu pro *Macedonibus*, *Macedonicis*. Faern. *Macedonicis*, quod a Lamb. receptum repetitores illius male repudiarunt, & reduxit Gruterus, firmatur á priore Veneta, & cod. uno Britann. Altera illa Faerni lectio ne a Lamb. quidem recepta fuit, quæ tamen si non præstantia, at auctoritate vincere potest. V. ad Att. 20. *perrexi in Ciliciam per Cappadociæ partem eam, quæ Ciliciam attingit*. Sallustius Iug. XVI. 5. *quæ pars Numidiæ Mauretaniam attingit*. Gar.

Gladiorum atque pilorum) Huic porro loco non est absimilis ille alter apud Plutarchum quæst. Rom. και νομιζειν πασαν ιδιαν, ωσπερ ο Λακων ειπεν, ης αν το δορυ εφικνειται: *& arbitrari omnem eam terram suam esse, ut Lacon dicebat, ad quam ipsius hasta pervenerit*. Abr.

Imperio) Imperium, ut notat Sigonius lib. 2. de antiquo jure provinciarum, erat jus habendi exercitus, belli gerendi, & rei totius bellicæ capessendæ: quo modo accepit Cicero tum, cum dixit: *Demus imperium C. Cæsari, sine quo exercitus haberi, bellum*

Digitized by Google

columis fuerit, qui non triumpharit. Est hoc novum:
mul-

giri, rei militaris administrandi non pot-eſt: & alibi: *Decrevi Imperium exercitum habenti: quid enim ſine imperio exercitus?* Ex quibus rationem agnoſcis, cur hoc loco diſtinctam provinciæ, exercitus, imperii fecerit mentionem: quia nimirum aliquando provinciam ſine exercitu, aliquando provinciam & exercitum ſine imperio obtinebant, ſed hic non morabor, cum Sigonius toto libro tertio cum Gruchio rem totam ventilarit. Idem. Verum eſt provinciam ſine exercitu multos, at provinciam cum exercitu quempiam obtinuiſſe ſine imperio falſiſſimum eſt. Quis enim erat illius exercitus Imperator in provincia, ſi Proconſul, aut Proprætor non erat? Imperator autem nemo poterat eſſe, niſi cui lege Curiata imperium erat datum. Græv.

Conſulatus quidem). *Conſulari* antiquus liber, & recte, ut referatur ad ſubſtantivum, *imperio*. Et ſequenti verſu pro *qui non*, *quin*, & poſt pauca ubi eſt, *nihil enim mea*, addenda in fine dictio *jam*; & poſt duos verſus, pro *tabulas*, *tabellas*, quod placet; dicimus enim & *tabulas*, & *tabellas*, pro *epiſtola*; ut ſæpe apud auctores. Faern. Recte *Conſulari* etiam prior Veneta: mox autem *quin triumpharit* unus recepit Lallem. & verum videtur. In ipſo Vaticano legitur: *Conſulari quidem nemo redit, quin incolumis fuerit, quin triumpharit*. Sed prius illud *quin* reſpuit hiſtoria. Gar.

Qui incolumis fuerit) Qui rem proſpere geſſerit, inquit Manutius. Non arridet: hæc enim dicit, ut Macedoniam ſegetem eſſe triumphorum oſtendat, adeo ut qui eam adminiſtrarit provinciam, ei ſit aut triumphandum, aut judicium ſubeundum, ut his verbis C. Antonium excipere videatur, qui non triumphavit ille quidem, ſed judicum ſententia damnatus eſt. Incolumis igitur idem eſt atque indemnatus: ceteroqui nihil novi diceret, ſi omnes *qui rem proſpere geſſerant*, in Macedonia eos diceret triumphaſſe, cum re bene geſta non minus ex aliis provinciis triumpharent. Abram. Multo minus arridet Abramii interpretatio incolumis pro indemnatus. Quis damnare poterat Proprætorem, aut Proconſulem, antequam imperium Proconſulare depoſuerat, & in urbem privatus redierat? Quin incolumis nihil aliud hic eſt, quam dignitate illæſa imperator. Omnes, inquit, Proconſules, qui ex Macedonia, ſalva & integra exiſtimatione redierunt, triumpharunt. Pro Plancio: *Qui ne equeſtrem quidem ſplendorem incolumem a calamitate judicii retinere potuit*. Si quis non incolumis rediret, poterat quidem accuſari, & damnari, ſed non poterat dici indemnatus. Grævius. Nullum tamen eſt dubium, quin ſæpiuſcule apud Ciceronem damnato *incolumis* opponatur, veluti pro Cluent. 4. & pro Arch. 5. quos duos locos Manutium refutans, & cum Abramio fere ſentiens attulit Ferratius VI. Epiſt. 6. Nimirum *incolumis* non refertur ad reditum, atque ad illud tempus, quo imperatores triumphum obtinere, ſi meruerant, oportebat; ſed ad factum, tempuſque poſterius. *Qui incolumis fuerit*, valet, qui poſtea, quam rediit ex Macedonia, incolumis vixerit, ſalvum honorem, ac bona retinuerit, calamitatem judicii non ſubierit. Ita pro Sext. 8. de Gabinio: *venditabat ſe operis, atque ab iis ſe ereptum, ne de ambitu cauſam diceret, prædicabat, ab iiſdemque ſe, etiam invito Senatu, provinciam ſperare dicebat: eamque niſi adeptus eſſet, ſe incolumem nullo modo fore arbitrabatur*. Eodem conſpirat ille ipſe allatus a Grævio locus; maleque vir ſummus retulit ad verbum *rediit*, quod pertinet ad *fuerit*. Poſterior autem hominis damnatio cauſam demonſtrat, cur in ipſo e provincia reditu non triumpharit. Neque admodum puto Grævio favere, quæ infra leguntur c. 18. de famæ, dignitatiſque jactura, quam Piſo fecit, aut locum illum

multo illud magis, appellatus est hic vulturius illius provinciæ, si diis plcet, imperator.

17.

t. 22. *amisso exercitu, nihil incolume domum, præter os illud tuum pristinum, retulisti*. GAR.

ASCONIUS.

CIRCA MEDIUM. *Appellatus est hic vulturius illius provinciæ, si Diis placet, Imperator: ne tum quidem, Paule noster, tabellas cum laurea Romam mittere audebas?*) Confido vos intelligere, L. Paulum hunc significari, qui fuit pater naturalis Africani posterioris, quique de Macedonia, atque ultimo ejus de rege triumphavit. Macedoniam autem Piso, in quem hæc oratio est, obtinuit; propter quod Paulum eum appellat, irridens eum; quod ibi se non prospere gessit (1).

VARIORUM.

His vulturius) Direptor, depopulator. Sic in Sext. *Exierunt malis ominibus duo vulturii paludati*. HOTTOM. *Appellatus est his vulturius.*) Producit testem hunc locum Charisius lib. I. in nomine, *vulturius*, hoc modo, *vulturius illius provinciæ*, significans hæc verba, *illius provinciæ* cohærere cum voce, *vulturius*; & non cum voce, *imperator*. Per vulturium autem vult intelligi Cicero expilatorem & direptorem. Idem ibidem alium ex eadem oratione locum profert, qui hodie non reperitur, *Scaurus vulturius reip.* Supra autem non longe, *consulari*, reposuimus, pro eo, quod est in libris vulg. *consularis*, manuscriptos secuti: nam, *consulari* refertur ad vocem, *imperio*; & respondet illi alteri, *pretorio*, ut recte animadvertit Faernus. LAMBINUS. *His vulturius*) Plautus in Trinummo, scen. I.

Male dictitatur tibi vulgo in sermonibus:
Turpilucricupidum te vocant cives tui.
Tum autem sunt alii, qui vulturium vocant,
Hostesne, an cives comedis parvipendere.

Charisius hanc vocem ostendit a Lucilio fuisse usurpatam lib. I. Heredipetæ vero dicti vultures etiam Martiali.

Cujus vulturis hoc erit cadaver?

Imo & in scripturis divinis, uos ait Origenes homilia 7. in Leviticum, vultures nominari, *qui alienis imminent mortibus, & arte quadam, & fraude testamenta subjiciunt: hujusmodi enim homines vultures & aquilæ merito appellantur, velut mortuorum cadaveribus inhiantes*. ABRAM. Vatic. *vulterius*, transpositis litteris, pro germana Tullii scriptura *volturius*. GAR.

Si diis placet) His verbis antiqui rei, de qua loquebantur, indignitatem exprimebant. Livius libro 38. in oratione Manlii: *Ex decem legatis, si Diis placet, quod consilium dispensandæ, cohonestandæque victoriæ, Imperatoribus majores dederunt nostri, adversarios habeo*. Libro 4. in oratione Canuleji: *Quin etiam, si Diis placet, nefas esse ajunt Consulem plebejum fieri, Lucius Furius, L. Æmilius currum triumphalem me conscendere prohibent, coronam insignem capiti detrahunt*. Florus libro 4. *Post Macedonas, si Diis placet, Thraces rebellabant, ipsi quondam tributarii Macedonum*: Lesbonax in protreptico eodem sensu ὦ Ζεῦ καὶ θεοὶ usurpat, ἠλευθερώσατε πάσαν τὴν Ἑλλάδα, καὶ τούτους οἱ νῦν ἐφ' ὑμᾶς ἔρχονται. ὦ Ζεῦ τε καὶ θεοὶ, μεγάλης ἀσεβείας ἢ αὐτοὶ τοὺς ἐλευθερώσαντας οἱ ἐλευθερωθέντες ἔρχονται; δουλώσοντες μετὰ τῶν τῇ Ἑλλάδι δουλείαν φερόντων Ἑλλήνων, μετὰ τῶν ἡμετέρων δούλων. ABRAM.

Imperator) Quod cognomen consequebantur Duces honoris caussa, cum bene re gesta in ipsa, ubi manus cum hoste conseruerant, acta salutarentur ab exercitu imperatores. Hoc nomen retinebant donec triumphassent, si trium-

(1) *Bronkhus. ad Propert.* IV. 6. 21. *emendat optime*, quod ibi rem non prospere gessit, *qui etiam in loco Tullii* tabellas citat. GAR.

17. Ne tum quidem, Paulle noster, tabulas Romam cum laurea mittere audebas? Misi, inquit. Quis nmquam recitavit? quis, ut recitarentur, postulavit? nihil enim mea refert, utrum tu, conscientia oppressus scelerum tuorum, nihil umquam ausus sis scribere ad eum ordinem, quem despexeras, quem afflixeras, quem deleveras: an amici tui tabulas abdiderint, iidemque silentio suo temeritatem, atque audaciam tuam condemnarint. Atque haud scio, an malim, te videri nullo pudore fuisse in litteris mittendis, an ami-

triumphandi facultas illis a Senatu daretur. Graev.

Paule noster) Paulum appellat, quod præ ceteris Paulus Æmilius de Macedonia magnifice triumpharit: vid. Plinium libro 4. cap. 10. Est tamen & alia peculiaris ratio, cur Pisonem ironice Paulum nominarit, quod nimirum litteræ Pauli laureatæ celeberrimæ fuerant, quas etiam fama divinitus allata prævenerat: vide Plurarchum in Paulo, & Livium lib. 45. cap. 1. Abram.

Tabulas Romam cum laurea) Haud quidem aliter in Vaticano scribitur: sed lego cum Asconio, *tabellas cum laurea Romam mittere audebas?* Cum Faernus testatus esset, in Vat. infra legi, *an amici tui tabellas abdiderint*, idque merito probasset; Lambinus consentaneum duxit hoc loco *tabellas*, ut illo inferiore, recipere, quomodo Turnebus quoque conjecerat, Faerni nescius, aut ante illum scribens. Lallemandus recte secutus Lambinum est, suorumque tandem codicum auctoritatem udjunxit. Hi tamen Asconii testimonium, melioremque verborum ordinem non observarunt. Sic apud Ovid. I. Amor. 11. 25. *victrices lauro redimire tabellas*. Garaton.

Nihil enim mea refert) Lamb. ex Vat. *nihil enim mea jam refert*, Rom. & ambæ Ven. *nihil enim jam mea refert*, neque aliter in tribus Britann. Idem.

Temeritatem, atque audaciam) Cornelius Fronto, *Temerarius, qui sine respectu salutis objicit se periculis, audax sine ratiône impetum facit: ergo audax non providet, temerarius non timet*. Statius in Silvis:

> —— *saltus ingressa viriles,*
> *Nec formidanda temeraria Leucade Sappho.*

Quod tamen ait Fronto, *temerarius non timet*, videtur non usquequaque verum: nam temeritati perinde atque audaciæ debet inconsideratio quædam accedere. Cornificius ad Herennium: *temeritas est cum inconsiderata laborum perpessione gladiatoria periculorum susceptio*. Sic Plautus in prologo Mercatoris temeritatem stultitiæ incogitantiæque conjungit,

> *Ineptiæ, stultitiaque adeo, & temeritas,*
> *Incogitantia excors.*

Noster de haruspicum responsis: *Est ille quidem plenus vini, stupri, somni plenusque inconsideratissimæ ac dementissimæ temeritatis*: 9. ad Atticum 12. *Do pœnas temeritatis meæ: etsi quæ fuit illa temeritas? quid feci non consideratissime?* Ex quibus vides, incogitantiam non minus temeritati, quam audaciæ convenire: nam audaciæ conjunctam esse inconsiderationem, ut alios omittam, etiam Plato testatur in Lachete: *Εγω δε ανδρειας μεν και προμηθειας, πανυ τισιν ολιγοις οιμαι μετειναι. θρασυτητος δε και τολμης, και τυ αφοβυ μετα απρομηθειας πανυ πολλοις. Ego vero paucis fortitudinem & providentiam inesse existimo: audaciam vero, temeritatem & timoris vacuitatem sane permultis*. Abram.

Ex

Digitized by Google

amicos tuos plus habuisse et pudoris, et consilii, quam aut te videri pudentiorem fuisse, quam soles, aut tuum factum non esse condemnatum judicio amicorum. Quod si non tuis nefariis in hunc ordinem contumeliis in perpetuum tibi curiam præclusisses, quid tandem erat actum, aut gestum in illa provincia, de quo ad Senatum cum gratulatione aliqua scribi abs te oporteret? vexatio Macedoniæ? an oppidorum turpis amissio? an sociorum direptio? an agrorum depopulatio? an munitio Thessalonicæ? an obsessio militaris viæ?

Et amicos tuos plus habuisse) Qui hunc locum attente legit, sic esse legendum, vel invitis libris omnibus, quemadmodum edidimus, judicabit: non, ut est in libris vulg. & aliis, *an amicos tuos*, &c. LAMBINUS. Ego τὸ *an* delendum censeo, quod natum est ex principio voculæ sequentis *amicos*. GRÆV. Lallem. delevit *an*, conjecturam Grævii secutus, omnibus libris adversantibus. Ut omnia essent paria, emendandum erat, *aut amicos*: quod ab ea permutatione, de qua diximus ad c. 10. longe fiebat probabilius. Sed ita sensus aliquo modo implicaretur, qui nullam in vulgata salebram habet; quamvis ne in ea quidem fuerit a Manutio expeditus. *Atque haud scio, an malim te videri nullo pudore fuisse in litteris mittendis*, an (malim videri) *amicos tuos plus habuisse pudoris* (ita Vatic.) *& consilii*, cum tu litteras miseris, amici tui Senatui non reddiderint, *quam aut te videri pudentiorem fuisse, quam soles*, si nihil scripseris, *aut tuum factum non esse condemnatum judicio amicorum*, si, cum tu scripseris, illi Senatui litteres tuas reddiderint. Cave itaque, cuiquam heic emendatori subscribas. GARATON.

Te videri pudentiorem fuisse) Sic habent omnes libri non solum manuscr. verum etiam vulgati, & a Manutio, Junta, Colinæo, Frobenio impressi. Itaque miror, quamobrem Turnebus noster sic esse legendum admoneat, & ubi aliter legerit, habuit scilicet, ut credibile est, codicem aliquem corruptiss. in quo legebatur, *prudentiorem*. LAMB. In sola equidem Naugeriana mendum illud facillimum inveni, quod Turnebus XXI. Adv. 15. ex MSis emendabat. Quid, si etiam in aliqua inde descripta retineatur? sunt enim profecto complures. In Naugerianam itaque, aut similem aliam Turnebus inciderat. Cum Naug. duos Britann. errare nunc video. Infra Varic. *aut gestum in tua provincia*, atque ita Lamb. addito MSorum testimonio, ut suorum aliquem adsentiri declaret: idque adprobo. GAR.

Quod si non tuis) Si Senatum a te penitus non abalienasses, cum eum de republica sustulisti, & suis ipsius decretis parere vetuisti. ABRAM.

Curiam) Quia videlicet litteras illas laureatas non ad populum, sed ad Senatum destinabant: paullo ante: *Qui nullas ad Senatum litteras miseris*: &: *Nihil unquam ausus sit scribere ad eum ordinem, quem despexeras*. Ideoque, teste Livio, litteræ Pauli prius Senatu, quam populo ostensæ sunt. Idem libro 32. *Litteræ Consulum Romam allatæ: M. Sergius Prætor urbis in Senatu eas; deinde ex auctoritate patrum ad populum recitavit*. Vide & Suetonium in Caligula cap. 44. ID.

Munitio Thessalonicæ) *Thessalonicenses positi in gremio imperii nostri, relinquere oppidum, & arcem munire coacti sunt*: inquit noster in ea de Provinc. Consul. unde suspicari liceret, *ægris* vocem hoc loco deesse. HOTTOM. Vide & infra c. 34. GRÆV.

Obsessio militaris via) Obsessam nunc di-

Digitized by Google

viæ? an exercitus nostri interitus ferro, fame, frigore, pestilentia? Tu vero, qui ad Senatum nihil scripseris, ut in urbe nequior inventus es, quam Gabinius, sic in provincia paullo tamen, quam ille, demissior. Nam ille gurges, atque helluo, natus abdomini suo, non laudi, atque gloriæ, cum equites Romanos, in provincia, cum publicanos, nobiscum et vo-

dixit, cum ibid. barbarorum excursionibus infestam & castris Thraciis notatam dixisset. Hott. *An obsessio militaris via*) *Via illa nostra, quæ per Macedoniam est usque ad Hellespontum militaris, non solum excursionibus Barbarorum infesta fuit, sed etiam castris Thraciis distincta, ac notata*, de Provinc. cap 2. De viis militaribus vide Lipsium cap 10. libri tertii de magnitudine Romana. Habebant & in singulis provinciis vias militares, sic dictas, vel quod opere militum essent stratæ, vel quod stratæ, & lævigatæ essent ad transmittendos exercitus, auctore Isidoro, adeo ut valles complanarent, montes exciderent. Strabo libro 5. *Itaque & per regiones itinera straverunt, colles exciderunt, & cavitates ingesta materia complanaverunt, ut onera navium curribus excipi atque transvehi possent*. Quod non de viis solum suburbanis, sed de militaribus toto orbe dispositis dicendum est. Iosephus tertio de excidio: *Et post eos viarum stratores, qui obliquitates viarum publicarum dirigerent, ardua complanarent, silvasque, quæ impedimento esse poterant, exscinderent, ne cum viarum difficultate luctari cogeretur exercitus*. Sic cap. octavo: addit cap. 10. *Equites, & pedites præmittit, qui viam clivosam & lapidosam, peditibus vix adeundam, equitibus inaccessibilem æquarent*. Abram.

An exercitus nostri interitus) An quod exercitus noster superbissimo delectu, & durissima conquisitione collectus, omnis interiit, militesque populi Romani capti, necati, deserti, dissipati sunt, incuria, fame, morbo, vastitate consumpti: de Provinc. c. 5. Idem.

Nam ille gurges) Gabinius gulæ & luxuriæ deditus, ut ad solam voluptatem natus esse videatur, qui tanquam gurges & vorago quædam non solum patrimonium, sed etiam reipublicæ bona absorbuit. Idem.

Natus abdomini suo) Trebellius in Gallieno: *Natus abdomini, & voluptatibus dies, & noctes vino, & stupris perdidit orbem terrarum*. Vide Sextianam: *Manebat insaturabile abdomen*. In. Lamb. ex suis MSis, *non laudi, & gloriæ*; quibus Vatic. accedit. Gar.

Cum equites Romanos in provincia, cum publicanos) Negotiationibus occupatos in Syria: quod subjungit *publicanos*, non est, quod ordinem ab equitibus distinctum existimes: erant enim equites Romani, qui publica vectigalia quæstus sui caussa conducebant redimebantque, & suo ipsorum periculo colligebant, ut ex Plinio cap. 2. lib. 33. Livio lib. 43. Cicerone pro Posthumo, pro Domo, pro Plancio, aliisque compertum est. Locus ille Plancianæ sufficerit: *Flos enim equitum Romanorum, ornamentum civitatis, firmamentum reipublicæ publicanorum ordine continetur*. Tamen non solum hoc loco, sed etiam apud Varronem lib. 1. de Re Rustica inter equitem Romanum, & publicanum est distinctio, *Offendi ibi C. Agrium equitem Romanum, & P. Agrasium publicanum*: quia nimirum, licet publicani equites fere fuerint, ut bene advertit Sigonius, non tamen omnes equites erant publicani: cujus rei, inquit, argumento est, quod exstat apud Nepotem de Attico equite Romano, *Ad hastam publicam nunquam accessit, nullius rei neque præs, neque manceps factus est*. Abram.

No-

voluntate, et dignitate conjunctos, omnes fortunis, multos fama, vitaque privasset, cum egisset aliud nihil in illo exercitu, nisi ut urbes depopularetur, agros vastaret, exhauriret domos, ausus est, quid enim ille non auderet? a Senatu supplicationem per litteras postulare.

18 O dii immortales! tune etiam, atque adeo vos, geminæ voragines, scopulique reipublicæ, vos meam for-

Nobiscum & voluntate, & dignitate conjunctos) Publicanos cum Senatu voluntate conjunctos appellat, quos ipse Tullius in consulatu equites, atque adeo publicanos a Senatu dissidentes ad concordiam pacemque revocarat. vid. Plin. 33. 2. *dignitate*, quod publicani qui fere erant equestris ordinis principes, proxime ad Senatoriam dignitatem accederent, adeo ut si quando supplendus esset Senatus, e publicanis ferme legerentur. Idem.

Omnes fortunis) De Provinciis Consularibus: *Publicanos miseros tradidit in servitutem Iudæis, & Syris nationibus natis servituti: statuit ab initio, & in eo perseveravit jus publicano non dicere*, &c. & : *Itaque videtis, Patres Conscripti, non temeritate redemptionis, aut negotii gerendi inscitia, sed avaritia, superbia, crudelitate Gabinii pene afflictos jam atque eversos publicanos*. Idem.

Multos fama) Qui propter illum hostem Senatus, inimicissimum ordinis equestris honorumque omnium non solum bona, sed etiam honestatem miseri perdiderunt. ibid. Idem.

Cum egisset aliud nihil) In Syria Imperatore illo nihil aliud actum est, nisi pactiones pecuniarum cum tyrannis, decisiones, direptiones, latrocinia, cædes, cum palam populi Romani Imperator instructo exercitu dextram tendens non ad laudem milites hortaretur, sed omnia sibi & empta, & emenda esse clamaret: ibidem. Idem.

In illo exercitu). Delenda dictio in; ut sit, *cum egisset aliud nihil illo exercitu*, & post duos versus, ubi est non *auderet*, legendum *non audeat*. Fabricius. Has lectiones nemo præter Lamb. adscivit, egregias tamen ambas, & e Vaticano prolatas. Omnino autem legendum censeo, *cum egisset aliud nihil illo exercitu*. Si enim aliquam subaudienda est propositio, non in subaudiri posse debere, sed cum. Garaton.

Nihil egisse aliud, quam ut urbes depopularetur) Haud scio an plus inimicitiis indulserit, quam veritati, cum enim depopulatam fuisse Syriam Dio testatur: [illegible] Xylander: quod ex provincia quater millies sestertium, eoque amplius compilasset, in judicium pertractus damnatus est. Item: O Γαβίνιος [illegible] Gabinius multis maleficiis Syriam afflixit, adeo ut plus damni, quam prædones, qui tum maxime vigebant, inferret provinciæ. At Iosephus primo de excidio, tum multas refert, & præclaras Gabinii victorias, tum illud [illegible] tum multis in rebus magnam animi generositatem ostendit, tum [illegible] ipse provinciam obiit, & urbes, quæ populationem evaserant, confirmavit, & eas, quæ eversæ fuerant, instauravit. Quo loco plurimæ urbes instauratæ a Gabinio numerantur. Abram.

Geminæ voragines, scopulique) Qui voraginum instar reipublicæ & provinciarum bona hausistis: in quos tam-

fortunam deprimitis? vestram extollitis? cum de me ea Senatusconsulta absente facta sint, eæ conciones habitæ; is motus fuerit municipiorum, et coloniarum omnium; ea decreta publicanorum, ea denique generum, ordinumque omnium, quæ ego non modo optare numquam auderem, sed cogitare non possem? vos autem sempiternas fœdissimæ turpitudinis notas subieritis? An ego, si te, et Gabinium cruci suffixos viderem, majore afficerer lætitia ex corporis vestri laceratione, quam afficior ex famæ? Nullum est supplicium putandum, quo affici casu aliquo etiam boni viri, fortesque possunt. Atque hoc quidem etiam isti [illegible]

[illegible] tui

[illegible]

tanquam in scopulos impacta in ipsa reipublicæ ... fecit naufragium. Idem.

Quæ ego non modo optare) Summa Lambini diligentia in his etiam minutis: dedit enim, *quæ non modo ego optare*, MSsque laudavit: atque ita Vaticanus. Gar.

An ego, si te & Gabinium cruci suffixos viderem) Ostendit mortem non esse supplicium, si contingat innocenti: atque adeo ne suum quidem existimat, quod ipsi propter servatam rempublicam, & extinctam Catilinæ conjurationem est irrogatum. Abram.

Quam afficior ex infamia) *Ex famæ*, antiquus liber, & subaudiendum *laceratione*; & post pauca, ubi est, *sed dicunt ipsi*, interponenda dictio *isti*, post *dicunt*; & post duos versus ubi est *sesque*, legendum *seque*. Faernus. Sic ediderunt Manutius, Lambinus, Abramius: Vere. Nam Erfurt. & Pith. MSS. *quam afficior ex fama*, Lambini vetus codex, *afficior ex famæ*, corrupte omnes pro *famæ*. Graev.

Ex famæ) Scilicet laceratione. Ita codices, ut edidere Manut. Lamb. & Grav. Alii, *ex infamia*. Lallem. Male Grut. Verb. & Olim. deteriorem lectionem ... a Lamb. primum ejectam, MSis ejus cum Vat. consentientibus. Hoc ipso loco nos usi sumus ad similem adstruendam formam c. 9. post red. ad Quir. Ita IV. in Verr. 20. *at non conferam vitam, atque existimationem tuam cum illius: neque enim est conferenda*. Item pro Marc. 7. *ex unius tua vita pendere omnium*. Multa ex uno Tullio proferri possent hujusmodi. Infra nos Britann. *quo affici casu aliquo boni, fortesque possent*, ibique omittunt viri tres quoque alii Brit. cum ed. principe. Garat.

Nullum est supplicium) Divine Plato in Theæteto de improbis & consceleratis: *Dicendum igitur, & vere dicendum, eos tanto magis id esse, quod non existimant, quanto magis non existimant: ignorant enim injustitiæ damnum, quod minime oportet ignorari: neque enim illud injustitiæ damnum est, quod illi esse sibi persuadent, verbera & neces; quæ sæpe hi patiuntur, qui injuste nihil egerunt: sed illud injustitiæ supplicium est, quod evitari non potest*. Theod. *Quod supplicium dicis?* Socrat. *Cum in rerum ordine, o amice, exemplaria duo sint; divinum quidem beatissimum, quod vero Dei expers, miserrimum, non videntes ita rem habere, stultitia extremaque dementia occupati latenter huic quidem similes ob actiones iniquas redduntur, illi contra dissimiles: cujus profecto delicti pœnas pendunt, dum vitam illi convenientem, cui similes effecti sunt, ducunt*, &c. Abram.

Dicunt) Supplicium in culpa ponentes, ubi culpa abest supplicium non putantes. Idem.

Valer-

tui dicunt voluptarii Græci: quos utinam ita audires, ut erant audiendi! numquam te in tot flagitia ingurgitasses: verum audis in præsepibus: audis in stupris: audis in cibo, et vino. Sed dicunt isti ipsi, qui mala dolore, bona voluptate definiunt, sapientem, etiam si in Phalaridis tauro inclusus succensis ignibus torreatur,

Voluptarii) Epicurei, qui hominis beatitudinem, & summum bonum una voluptate metiuntur. IDEM.

Quos utinam ita audires, ut erant audiendi) Ad philosophos Epicureos hæc sunt referenda, quippe qui humanarum actionum omnium finem putabant esse voluptatem: e quibus infra c. 28. *audistis profecto dici, philosophos Epicureos omnes res, quæ sunt homini expetendæ, voluptate metiri: recte, an secus, nihil ad nos*. Hanc nimirum sententiam neque laudat, neque vituperat orator: si enim de voluptate corporis intelligatur, nihil illa turpius; nihil autem honestius, si voluptas animi, quæque ex virtute percipitur, significetur. Epicurus ipse recte sensisse putabatur; at ejusdem sectæ homines non eadem opinari solebant. Vtrumque Epicureorum genus describitur post red. in Sen. 6. *Habet magistros, non ex istis ineptis, qui dies totos de officio, ac de virtute disserunt, qui ad laborem, ad industriam, ad pericula pro patria subeunda adhortantur*; hi namque docebant, nihil magis expetendum esse voluptate, quæ quidem honestis ex rebus caperetur: *sed eos, qui disputant, horam nullam vacuam voluptate esse debere, in omni parte corporis semper oportere aliquod gaudium, delectationemque versari*: hi uno voluptatis verbo decepti optimam sapientis viri doctrinam pessime interpretabantur. Quid tum Piso? cum Epicureus factus esset, utram partem sequi maluit? pro Sext. 10. *eos laudabat maxime, qui dicuntur præter ceteros auctores esse, & laudatores voluptatis: cursus, & quo tempore, & quomodo, non quærebat: verbum ipsum omnibus modis animi, & corporis devorabat*. Captus uno verbo voluptatis, omisit quærere, de animi, an de corporis voluptate intelligenda essent verba sapientum, quo maxime tempore, & qua ratione sequi voluptatem deberemus. Hic itaque Cicero Pisoni id exprobrat: *Quos utinam ita audires, ut erant audiendi*, & animadverteres, eos de delectatione disputare, quæ honestatem, & res cum virtute gestas consequitur: *numquam te in tot flagitia ingurgitasses*, animatus potius ad laborem, ad industriam, ad pericula pro patria subeunda: *verum audis in præsepibus, &c.* cum referas omnia contra, ac fas est, ad corporis voluptatem, omnibus te vitiis, flagitiisque contaminatum reddidisti. FERRATIVS.

Nunquam te in tot flagitia ingurgitasses) Nunquam te in tot libidines tanquam in gurgitem profundamque voraginem demersisses, e qua nunc non possis emergere. ABRAM.

In præsepibus) *Præsepia*, inquit Nonius, *omnia loca clausa & recondita*. Varro de repub. 1. *Is habet culinam rusticam, unam præsepiam latam, cellam vinariam*. Olim de hac scriptura diffidens, suspicabar legendum *paropsidibus*. HOTTOM. *In præsepibus*) In lustris & popinis, in quibus tanquam sus volutaris, & in omnia te flagitia ingurgitas. ABRAM.

Sed dicunt isti ipsi) Ita Rom. & ambæ Ven. cod. Faern. & Charis. p. 104. Longo intervallo vocem *isti* male in Aldina, & reliquis omissam revocarunt Lambin. & Grut. Confer Arntzen. ad Plin. Paneg. XX. n. 4. Similis omnino locus pro Mur. 31. *isti ipsi vestri præceptores, & virtutis magistri*, de Stoicis. GAR.

In Phalaridis tauro) Hæc eadem Tusc. disput. III. HOTTOM. *Etiam si in Phalaridis tauro*) Hunc quoque locum

tur, dicturum tamen, suave illud esse, seseque ne tantulum quidem commoveri: tantam virtutis esse vim voluerunt, ut non posset umquam esse vir bonus non beatus. Quæ est igitur pœna? quod supplicium? Id mea sententia, quod accidere nemini potest, nisi nocenti, suscepta fraus, impedita, et oppressa mens conscientia, bonorum omnium odium, nota justi Senatus, amissio dignitatis.

19

cum profert Carisius in nomine *Phalaridis*, quod apud eum scribitur per F. Lambinus. *In Phalaridis tauro*) Sententia hæc ex ipso Platone libris de Reoub. manavit: Κᾳν στρεβλωται, ὁ δικαιος, καν εξορυττωνται τω οφθαλμω, ὁτι ευδαιμων εστι. *Etiamsi justus cruciatur, etiamsi utrumque sibi oculum effodi sentiat, tamen est beatus.* Quem locum mihi suggessit Clemens Alexandrinus 4. Stromatum. Abram.

Esse vim voluerunt) Vatic. alio ordine, *tantum virtutis vim esse voluerunt, ut non posset esse umquam vir bonus non beatus*: qui mihi ordo vehementer probatur. Similis porro locus V. Tusc. 26. *an Epicuro ... dicere licebit ... nullum sapienti esse tempus, etiamsi uratur, torqueatur, secetur, quin possit exclamare, quam pro nihilo puto! cum præsertim omne malum dolore definias, bonum voluptate.* Alia pete ibi a Davisio. Gar.

Suscepta fraus) Pro Roscio Amerino: *Sua quemque fraus & suus terror maxime vexat.* Vlpianus D. de ædilitio edicto, l. Cum autem: *Capitalem fraudem admittere est tale aliquid delinquere, propter quod capite puniendus sit. Veteres enim fraudem pro pœna ponere solebant.* Tamen si proprie loquamur, ut ait idem Vlpianus De verborum signific. *Aliud est fraus, aliud pœna: quod fraus sine pœna esse potest: pœna non sine fraude. Pœna est noxæ vindicta: fraus & ipsa noxa dicitur, & quasi pœnæ quædam præparatio.* Hinc *suscipere fraudem* est scelus animo concipere, cui pœna debeatur. Hinc frequenter in legibus cavebatur, *ne cui fraudi esset*: id est, ne ad pœnam imputaretur. Vnico in tam uberi segete contenti simus exemplo. Livius libro 30. *Latum ad populum est, ne Cn. Servilio fraudi esset, quod patre, qui sella curuli sedisset, vivo, cum id ignoraret, Tribunus plebis atque Ædilis fuisset, contra quam sancitum legibus erat.* Hinc sine fraude idem est atque sine noxa, sine nocumento. Horatius 2. carm. ode 19.

—— Tu separatis uvidus in jugis
Nodo coerces viperino
Bistonidum sine fraude crines.

Item Carmine seculari:

Cui per ardentem sine fraude Trojam
Castus Æneas patriæ superstes
Liberum munivit iter, daturus
Plura relictis. Abram.

Impedita & oppressa mens conscientia, bonorum omnium odium) Duo hic verba abundant, *conscientia*, & *omnium*. Faernus.

Nota justi Senatus) Antiquus liber: *nota justa Senatus*; nos, *nota injusta a Senatu*: ut Philipp. lib. xiv. *Injustæ belli internecini notæ*: & sequenti versu, pro *Carthaginenses Carthaginienses*; & sic semper: & post multa ubi est *sanie, sanguine*, interponenda copula *&*; & infra ubi *gloria & laude*, addenda in principio præpositio *in*; ut sit, *in gloria & laude vivis*: eademque particula *in*, eodem versu, interponenda est illis verbis *non pœna*. Et sequenti versu, pro *esse duos duces*, legendum *esse duos duces*. Idem. *Nota injusta a Senatu*) Sic restituit Faernus, cum scriptum reperisset in veteribus codd. *nota justa Senatus*. Lamb. *Nota justi Senatus*) Lambinus recepit conjecturam Faerni, *nota injusta a Senatu*: at mihi magis placet quod inveni in vett. libris, *nota justa Senatus*.

Digitized by Google

19. Nec mihi ille M. Regulus, quem Karthaginienses, resectis palpebris, illigatum in machina vigilando necaverunt, supplicio videtur affectus: nec C. Marius, quem Italia servata ab illo demersum in Minturnen-

tus. GRUTERUS. *Nota justi Senatus*) Addit justi, quia si Senatus injuste labem aspergeret, ne infamia quidem illa supplicium merito diceretur. Alii legunt, *nota injusta Senatus*, ut Faernus, & Lambinus. At Gruterus invenisse se testatur, *nota justa Senatus*. ABRAM. Erfurt. & Pithoei: *non justu Senatus*. At Francii cum vulgatis: *nota justi Senatus*. Mihi non videtur rejicienda libri veteris, quem Faernus consuluit, scriptura, *nota justa Senatus*. Sic dicitur *nota censorum*, quæ a censoribus inuritur: ita *ignominia Senatus* de Provinciis Consularibus. Sed tamen valde probo ingeniosam emendationem Faerni, quam recepit Manutius, & Lambinus. GRAEVIUS. Eadem vulgatæ, quam in editis præter Lamb. omnibus vidi, ratio est, quæ codicis Vaticani, cujus tamen lectioni favere vestigia mihi videntur Erfurt. & Pithoeani. Tribuendum codici omnium vetustissimo arbitror, ut ex eo totus locus ita legatur, *impedita, & oppressa mens, bonorum odium, nota justa Senatus*: cum præsertim concinnior ita fieri videatur oratio. Cur Ernestus *justa*, cum probaret, non receperit, nescio. Sed rectum etiam foret, *nota injusta Senatus*, ex ea permutatione, quam observavimus ad c. 13. GAR.

M. Regulus) Hæc nota sunt ex lib. Offic. III. HOTTOM. In Vaticano manus illa vetus, quam supra commemoravi, ita breviter, neque ineleganter historiam Reguli complexa est. *Regulus dux Romanus trecenta milia captivorum Carthaginiensium cepit, & ipse captus est a Lacedæmoniis, qui auxilium Carthaginiensibus ferebant. Regulum jurare coegerunt, ut Romam proficisceretur, & de reddendis captivis ageret. Iuravit se reversurum: ivit, &, ne redderentur, suasit. Reversus hoc cruciatu affectus est, talisque fuit in cruce Punica, qualis fuit in curia Romana*. GARAT.

In machina) Ea machina sic a Tertulliano describitur libro ad martyres: *Maluit hostibus reddi, & in arcæ genus stipatus undique extrinsecus clavis transfixus tot cruces sensit*. Appianus in Libycis: Ὁ Ἀττίλιος Ῥῆγλος ἐν ἀπορρήτῳ τους πελεσι (lege τοις τελεσι) Ῥωμαίων ἐπισκήψας ἐγκρατῶς ἔχεσθαι τοῦ πολέμου, ἐπανῆλθεν εἰς λιμένην (lege λιβύην, vel λιμένα) ἑτοιμος, καὶ αὐτὸν οἱ Καρχηδόνιοι καθείρξαντες ἐν γαλεάγρᾳ κέντρα πάντοθεν ἐχούσῃ διέφθειραν. *Atilius Regulus clam admonitis primoribus civitatis, ut fortiter in bellum incumberent, reversus est ad supplicium paratus, & eum Carthaginienses in muscipulam aculeis undequaque munitam conjectum neci dederunt*. Silius libro sexto:

> *Præfixo paribus ligno mucronibus omnes*
> *Armantur laterum crates, densusque per artem*
> *Texitur erecti stantisque ex ordine ferri*
> *Infelix stimulus, somnisque hac fraude negatis,*
> *Quocunque in flexus producto tempore tortor*
> *Inclinavit iners, fodiunt ad viscera corpus.*

At Tullius somnos non solum hac fraude impeditos fuisse tradit, sed etiam resectis palpebris, ut videlicet non posset connivere: Tubero apud Gellium: *Palpebras quoque ejus, ne connivere posset, sursum ac deorsum deductas insuebant*. ABRAM.

Italia servata) Devictis Cimbris & Teutonibus, qui se jam per Alpes magnis copiis in Italiam effuderant, & jam Romani imperii exitio imminebant. IDEM.

Demersum in Minturnensium paludibus) Quo profugerat urbe a Sullæ mi-

turnensium paludibus, Africa devicta ab eodem expulsum, et naufragum vidit: fortunæ enim ista tela sunt, non culpæ; supplicium autem est pœna peccati: neque vero ego, si umquam vobis mala precarer, quod sæpe feci, in quo dii immortales meas preces audiverunt, morbum, aut mortem, aut cruciatum precarer. Thyestea ista exsecratio est poetæ, vulgi animos, non sapientum moventis:

Ut tu naufragio expulsus, uspiam saxis fixus asperis,
Eviscerattus latere penderes (ut ait ille) *saxa*
spargens tabo,
Sanie, sanguine atro. ——

Non

millitibus occupata. Idem. Vide Appian. 1. civil. Plutarch. in Sulla & Mario. Graev.

Africa devicta) Vellejus libro secundo: *Inopem vitam in tugurio ruinarum Carthaginensium toleravit, cum Marius adspiciens Carthaginem, illa intuens Marium alter alteri possent esse solatio.* Sic & ipse Marius nescio cui percunctanti quidnam ipsius nomine Romam nuntiaret: Απεκρινατο μεγα ϛεναξας, αγγελλε τοινυν ὅτι Γαϊον Μαριον εν τοις Καρχηδονος ερειπιοις φυγαδα καθεζομενον ειδες. *Respondit alte suspirans, Renuntia te vidisse Cajum Marium extorrem, sedentem in ruinis Carthaginis*: hæc Plutarchus. Iuvenalis Satyr. 10.

Exilium, & carcer, Minturnorumque paludes,
Et mendicatus victa Carthagine panis.

Lucanus lib. 2. ver. 90.

Nuda triumphati jacuit per regna Iugurthæ,
Et Pœnos pressit cineres, Solatia fati
Carthago, Mariusque tulit; pariterque jacentes
Ignovere Deis.

Manilius præfatione lib. 4.

Et jacuit Libycis compar jactura ruinis,
Eque crepidinibus cepit Carthaginis urbem. Akram.

Fortunæ enim ista tela sunt) Fortunæ tela eleganter appellat: tela enim απο τυ τηλε, quod procul jaciantur, quasi fortuna cum Regulo Marioque cominus congredi non ausa, in eos eminus tela contorserit. Seneca de beneficiis libro sexto cap 8. *Ignari quantum telorum in adversos fortuna comparet.* Dio Chrysostomus oratione secunda de fortuna: Ευτυχει και τοι της τυχης πολλα μεν βελη εφιεισης αυτῳ, ως σκοπῳ, τυχειν δε μη δυναμενης. *Fortunatus erat* (Diogenes Cynicus) *quamquam fortuna multa illi tela ceu scopo immitteret, non poterat tamen ipsum attingere.* Item: Αλλ' αυτυ τυτυ τυ χαλεπη σκοπυ ποσοις ετυχε τοξευμασι; *Illum ipsum difficilem ictu scopum, quot telis fortuna percussit?* Atque fortasse hanc ob caussam τυχη απο τυ τυχειν nomen acceperit. Seneca epistola 45. loquens de sapiente: *Fortuna cum in eum quod habuit telum nocentissimum vi maxime intorsit, pungit, non vulnerat: & hoc raro. Nam cetera ejus tela, quibus genus humanum debellatur, grandinis more dissultant, quæ incussa tectis sine ullo habitatoris incommodo crepitant ac solvuntur.* Idem.

Thyestea ista) Vatic. *Thyestea est ista exsecratio poetæ, vulgi animos, non sapientium moventis.* Etiam in priore Ven. *sapientium.* Horat. V. Epod. 86. *Missi Thyesteas preces*, ubi vide interpretes. Garat.

Evisceratus latere penderes) Conjicit Guilielmius *lacere.* Gruterus. Nescio, quidnam Guilielm. spectarit.

Vul-

Non ferrem omnino moleste; si ita accidisset, sed id tamen esset humanum. M. Marcellus, qui ter Consul fuit,

Vulgata est ab omnibus plane libris, & longe præstantior, quam servat etiam Nonius p. 405. Mere. & Tullius ipse I. Tusc. 44. Enniani sunt nempe versus ex Thyeste, quos ibi Tullius adfert cum duobus aliis, heic autem ad Pisonem accommodat. Ad secundam personam transtulit, quod apud Ennium erat in tertia, ut patet ex versu seq. *Neque sepulchrum, quo recipiat, habeat portum corporis*. Heic addidit *tu*, & ex Enniano *latere pendens*, quod est in Tuscul. & apud Nonium, fecit *latere penderes*. Tum ibi sic citatum vides: *Ipse summis saxis fixus asperis*: unde Davisius pro *uspiam* heic legebat *ipse*. Verum quid fiet alia voce *summis*? quid porro his, *Vt tu naufragio expulsus*, quæ in Tuscul. desunt? Summus Bentleius in Emendat. graviter heic editores peccare ait, quod Ennio tribuant totum hoc, *Vt tu naufragio expulsus uspiam*, quod Ciceronis esse, non Ennii, ad Pisonem, non ad Atreum, pertinere contendit. Ego primum recte fecisse Columnam censeo, qui p. 274. ed. Hessel. fragmentum Ennii ex Tusculanis proposuit; hunc autem Pisonianæ locum, & varietatem adnotationi reservavit. Deinde accedo Bentleio versus ipsos Ennianos ita constituenti:

> *Ipse summis saxis fixus asperis, evisceratus,*
> *Latere pendens, saxa spargens tabo, sanie, & sanguine atro.*

Vidit enim secundum versum a Nonio integrum, & solum sic adferri. Qui autem aliter constituunt, Turnebus, & I. G. Vossius, ille *visceratus*, hic *sanie, atque sanguine*, uterque *tabida* pro *tabo* legere coguntur: Buherius denique, & ipse in prima ed. Davisius ordinem temere immutabant. Sed verba hæc, *naufragio expulsus uspiam*, Tulliana esse, mihi compertum non est. Quin & poetica videri possunt, & in Ennii Thyeste legi superiore aliquo versu potuerunt. Ita Cicero l. c. *Exsecratur luculentis sane versibus apud Ennium Thyestes primum, ut naufragio pereat Atreus*. In hac prima exsecratione his erat locus, quæ aliquantulum distabat a versibus ibi prolatis, *Ipse &c.* Gronovius IV. Observ. 8. hæc quoque poetæ tribuit, ubi usum verbi *figere*, quem heic habet, illustrat: eidem vetus ille non indoctus adnotator, qui ante ista indicem adposuit, *versus Ennii*, in cod. Vaticano. Qui porro cod. habet *sanie, & sanguine*, ut in Tuscul. & apud Non. & heic Lamb. nullam vero neque ille, neque veteres editi versuum distinctionem habent; in qua quidem ipsi Bentleio præivisse Scriverium video in Collect. Vet. Tragic. p. 30. Heic syllabæ adjectio in v. *penderes* quintum pedem Creticum facit. Gar.

ASCONIVS.

SEQVITVR. *M. Marcellus, qui ter consul fuit, summa virtute, pietate, gloria militari, periit in mari: qui tamen ob virtutem, gloria & laude vivit*) Fortasse quæratis, quem dicat Marcellum: fuit autem nepos M. Marcelli ejus, qui bello Punico secundo Syracusas vicit, & quinque consulatus adeptus est: hic autem Marcellus, de quo Cicero dicit, naufragio ad ipsam Africam periit, paulo ante cœptum bellum Punicum tertium. Idem, cum statuas sibi ac patri, itemque avo poneret in monumentis avi sui ad Honoris, & Virtutis ædem, subscripsit, *III. Marcelli novies Coss.* fuerat autem avus quinquies, pater semel, ipse ter; itaque neque mentitus, & apud imperitiores patris sui splendorem auxit.

VARIORVM.

Non ferrem omnino moleste, si ita accidisset, sed id tamen esset humanum) Non dolerem si ita contigisset, ut uterque vestrum periisset naufragio; sed tamen naufragium non magis propter scelera vestra, quam propter conditionem humanam calamitatibus & periculis obnoxiam evenire potuisset: atque adeo non magnopere gauderem, quasi id supplicii fuisset vobis

Digitized by Google

fuit, summa virtute, pietate, gloria militari, periit in mari: qui tamen ob virtutem gloriæ laude vivit: in fortuna quadam est illa mors, non in pœna, putanda. Quæ est igitur pœna? quod supplicium? quæ saxa? quæ cruces? Ecce, duo duces in provinciis populi

bis a Diis irrogatum. ABRAM.

M. Marcellus, qui ter Consul fuit) Pater ejus Consulatum gessit anno ab V. C. 571. cum Q. Fabio Labeone. Livius, Cassiodorus, lapides Capitolini, annales Siculi. Hic primum gessit Consulatum anno 588. cum C. Sulpitio. Livius, Capitolinæ tabulæ, Iulius Obsequens, Titulus Andriæ Terentianæ, Iustinus, Plinius, & alii plerique meminere: secundum anno 599. cum Pub. Cornelio Scipione Nasica. Cassiodorus, *Fasti Siculi, & Capitolini: tertium anno 602. cum Lucio Valerio Flacco. Cassiodorus Fasti Siculi, Iulius Obsequens: ut ex laudatis auctoribus in sua Chronologia Ioachimus Grellius adnotavit. IDEM.

Qui tamen ob virtutem gloriæ laude vivit) Ita quidem Rom. ambæ Ven. Ald. & Naug. deinde Grut. & recentiores, tacentibus Oxoniensibus. Sed nihil minus Tullianum audivi. Legendum est, *gloria, & laude*, ut habet Asconius, cujus heic mihi codex omnium instar est, ac præterea Hervag. P. Man. S. Gryph. Car. Steph. & repetitiones Lambinianæ. Hanc lectionem firmat Vaticanus, quamvis addat præpositionem, *in gloria, & laude*, ut Lamb. edidit: multo enim magis est heic ea præpositio adjectitia, quam in alia illa locutione, *sit in aeterna gloria Marius*, IV. in Catil. 10. ubi vide quæ notavi. GAR.

In fortuna quadam est illa mors, non in pœna, putanda) Ut lectionem hanc Lamb. ex Vaticano recepit, ab eo nemo discessit; ne repetitores quidem illius, qui solent ad priores lectiones redire. Silentio Grut. & Græv. communiri videtur, item ab edd. Veneta priore, Ald. Hervag. Naug. P. Man. Gryph. & Car. Steph. in quibus tota ipsa est, una minus præp. *in* ante *pœna*. Sed media quædam lectio his editionibus continetur, quæ tam Vaticano favere potest, quam conjecturæ optimæ P. Manutii, *inportuna quædam est illa mors, non pœna, putanda*. Est autem, *quædam — non pœna*, in Rom. sec. Ven. omnibusque Britann. Immo Rom & sec. Ven. cum unico verbo dent *infortuna*, aliam plane continent Manutii conjecturam, qui a Tullio censet poni potuisse illud ipsum *infortuna*. Quod mihi videtur secus: eumdemque arbitror inde melius elicuisse, exemploque Pliniani codicis egregie confirmasse vocem *inportuna*. Acerbam, tetram, inhumanam mortem ea voce significari potuisse, nemo dubitet. Sed præstat, meo judicio, Vaticano adquiescere. Auctoritas magna: sententia bona, etiam fortasse melior: locutio proba, neque ab elegantia Ciceronis aliena. *Putare* valet heic recensere, numerare, ut alibi sæpe: *in fortuna quadam*, fortuitum quemdam casum, adversumque significat: *fortuna* etiam aliquando sumitur pro infortunio; vide Vulpium ad Propert. I. 20. 3. Similis locutio Boethii III. Consol. pr. *non in fortuna, sed in virtute numeratur*. IDEM.

Quæ saxa? quæ cruces?) Crucis, & saxi facit mentionem, quod his duobus suppliciis damnati maxime plecterentur. servi in crucem agerentur, liberi dejicerentur e Saxo Tarpejo. ABRAM.

Ecce, duos duces in provinciis, &c.) Pal. sec. *duo duces*, scriptura & declinatione veteri. GRUTERUS. *Duos duces in provinciis*) Pisonem in Macedonia, in Syria Gabinium. ABRAM. Recte *duo*: vide ad c. 53. pro Sext. Sed etiam pro *ecce* legendum ex Vatic. *esse*, ut recte fecit Lamb. Omnia sic apte respondebunt superioribus.

Quæ

puli Romani habere exercitus, appellari imperatores: horum alterum sic fuisse infirmatum conscientia scelerum, et fraudum suarum, ut ex ea provincia, quæ fuerit ex omnibus una maxime triumphalis, nullas sit ad Senatum litteras mittere ausus. Ex qua provincia modo vir omni dignitate ornatissimus, L. Torquatus, magnis rebus gestis, me referente, absens imperator sit

Quæ est igitur pœna? — quæ cruces? esse duo duces in provinciis P. R., habere exercitus, appellari imperatores: horum &c. GAR.

Sic fuisse infirmatum) In Vatic. est, *fuisse infrenatum conscientia &c.* quam varietatem Faernus, & Ursinus neglexerunt, quasi mendo certissimo laboraret. Sed aut vera lectio est, aut certe proba. Pisonem conscientia scelerum, & fraudum suarum, quasi freno quodam injecto, ita impeditum, oppressum, constrictumque tenebat, ut ne ad Senatum quidem scribere sit ausus. *Infrenare* valet frenum imponere, *infrenari* freno compesci, ut ostendit Drak. ad Silium IV. 315. neque aliter id verbum positum esse constat apud Ennium p. 230. Hessel etsi locus est corruptissimus. Simplicium verborum significationem per *in* aliquando non modo non converti, sed etiam amplificari, compertum est. Conscientiæ frenum habes alio modo expressum III: in Verr. 57. *cum ejus animum —— conscientia sceleris, avaritiæque suæ refrenaret*. Pro vulgata facit locus III. in Catil. 5. si cum Naug glossema inde tollatur. *Tum Cethegus —— recitatis litteris, debilitatus, atque abjectus conscientia* (addunt plerique *convictus*), *repente conticuit*. Mox in eodem Vatic. *quæ fuerit omnibus una maxime triumphalis*. IDEM.

Nullas sit ad Senatum litteras) Tu lege, *Nullam sit ad Senatum litteram*; majore multo emphasi, id est, non modo non epistolam, sed ne unum quidem litterarium elementum; & post duos versus, pro *sit appellatus*, *est appellatus*; & infra, *qui in eam jam*, dictio *jam*, non est in antiquo libro; non multum tamen erravit, qui eam retineat. FABRNUS. Utique in Vatic est, *nullam litteram*, quod jure probarunt Faern. & Lamb. Similes locos habes in Gesneri Thes. L. L. h. v. n. 4. GAR.

Me referente) Me Consule ad Senatum referente. Fuerat autem Cicero octo annis Consul ante secundum Pompeji & Crassi Consulatum, quibus Coss. habita hæc oratio. ABRAM.

Absens imperator sit appellatus) De appellatione Imperatoris data ab exercitu dictum superius: postea Senatus allatis litteris laureatis victoriæ nuntiis hanc appellationem auctoritate sua confirmabat: de quo decima quarta Philippica fuse consulatur: immo primis Consulum temporibus, videtur necessaria Senatus auctoritas fuisse ad lauream obtinendam: nam, ut ait Halicarnasseus lib. 6. Servilius omnium primus, recusante Senatu, στεφανῶσαι τὰς ῥάβδους ἐκέλευσεν, *suos fasces jussit coronari*. Noster de Provinciis Consularibus: *Nescio igitur Imperatores habebimus? quorum alter non audet nos certiores facere, ut IMPERATOR APPELLETUR; alterum si tabellarii non cessarint, necesse est paucis diebus pœniteat audere*. IDEM. *Sit* non legitur in Pithœi, & Erfurtensi. At merito quærit Manutius, cur *absens* sit imperator appellatus? Non sane hæc referri possunt ad confirmationem Senatus, qui acceptis laureatis litteris Imperatoris nomen, & dignitatem Torquato ab exercitu victore impositum confirmarit. Sed quis Imperator unquam fuit, qui non hoc modo absens fuit appellatus Imperator? Igitur, quamvis reclamantibus libris, censeo cum Manutio legendum *ab se-*

sit appellatus : unde his paucis annis Cn. Dolabellæ, C. Curionis, M. Luculli justissimos triumphos vidimus, ex ea, te imperatore, nuntius ad Senatum allatus est nullus: ab altero allatæ litteræ, recitatæ, relatum ad Senatum. Dii immortales! idne ego optarem, ut inimicus meus, ea, qua nemo umquam, ignominia notaretur? ut Senatus is, qui in eam jam benignitatis consuetudinem venit, ut eos, qui bene rempublicam gesserint, novis honoribus afficiat, et numero dierum, et genere verborum; hujus unius litteris nuntiantibus non crederet? postulantibus denegaret?

20.

natu : nimirum Senatus cognita cæde, & strage hostium ex Torquati litteris, in responsione ipsum salutarit imperatorem, quamvis hoc nomen ei a suo exercitu non fuerit datum. Gravius. Conjectura est egregia Manutii, quam Lall. etiam, & Ernest. adprobant. Ex compendio *absen.* facile potuit *absens* existere. Lamb. recte cum Vatic. *est appellatus*, ut infra *vidimus*. Cum scriptum esset, *imp. e.* adhæsit voci superiori verbum *est*, ac proinde nihil ejusmodi exstat in Erfurt. ac Pith. In aliis autem *sit* suppletum fuit. Gar.

Paucis annis) Cn. Dolabella triumphavit anno ab urbe condita DCLXXVI. C. Curio anno DCLXXXI. M. Lucullus anno DCLXXXII. habita est autem hæc oratio DCIC. vel ut alii supputant, DCIIC. Abram. Recte, *his paucis annis*, non *iis*, ut in Rom. & sec. Ven. Confer ad c. 7. pro Cluent. Gar.

Justissimos triumphos) Non gratia & factionibus extortos. Vide de justi triumphi caussis Valtrinum VII. de re milit. cap. 5. Abram.

Idne ego optarem) Hoc nimirum negare dixeris: nam, hoc ipso facto non excluso, concluditur, *hæc ego semper de vobis expetivi*, *hæc optavi*, *hæc precatus sum*. Nominatim hoc non optaverat Tullius, quia vix cogitari poterat : verum in maximis ignominiis, quibus omnibus notari Gabinium cupierat, continebatur. Itaque legendum suspicabar, *idne ne optaram*. Sic infra boni codices *veniret* exhibuerunt pro *venerit*. Sed idem in vulgata sensus haberi poterit, nisi fallor : *optarem*, h. e. optare poteram. Hærebat heic etiam Ernestus, emendabatque : *quid ni ego optarem*. Garat.

Ea, qua nemo unquam) Præter Titum Albutium, cui Senatus etiam supplicationem ob res in Sardinia gestas denegavit. Sed dissimilitudo inter utrumque de Provinciis Consularibus fuse ostenditur, ideoque vere dicitur hic supplicatio soli fuisse Gabinio denegata. Abram. Vide lib. II. ad Q. Fratr. ep. 7. Verumtamen & hic lapsus est Cicero, & ibi Precilius, quum M. Popilio Lænati anno V. C. DLXXX. tum absenti per litteras petenti, tum præsenti eam postulanti, supplicatio negata sit, ut e Livio lib. XLII. cap. 8. 9. docet celeb. Perizonius in Animadv. Hist. cap. IX. Verburg.

Et numero dierum) Quibus diebus supplicatio ad Deorum pulvinaria indicitur : addit *& genere verborum*, quia magni interest, quibus verbis indicatur. De dierum, in quibus supplicabat populus Romanus, numero vario vide Valtrinum de re militari Romanorum lib. VII. cap. 2. Abr.

Nuntiantibus) Res a Gabinio gestas in Syria. Idem.

Postulantibus) Supplicationem. Idem.

His

Digitized by Google

20. His ego rebus pascor, his delector, his perfruor: quod de vobis hic ordo opinatur non secus, ac de teterrimis hostibus: quod vos equites Romani, quod ceteri ordines, quod cuncta civitas odit: quod nemo bonus, nemo denique civis est, qui modo se civem esse meminerit, qui vos non oculis fugiat, auribus respuat, animo aspernetur, recordatione denique ipsa Consulatus vestri perhorrescat. Hæc ego sem-

His ego rebus pascor) Elegans expositio, qua oratio mire variatur: primo enim verbis utitur pene synonymis illis quidem, quibus tamen sensim assurgat oratio. *Pascor*, inquit, quasi diceret alor & sustentor, quod est necessitatis, ne cogatur pœnæ inimicis infligendæ desiderio tabescere: *his delector*, quod est jucunditatis, *his perfruor*, quod est felicitatis, in quo tanquam in mea beatitudine acquiesco: mox omnium bonorum in ipsos odium uberi expolitione describens: primo a partium enumeratione Senatus, equestris ordinis, & reliquorum rem exaggerat, deinde partes has veluti enumeratione dispersas & dissipatas in unum colligit nomine cunctæ civitatis. Denique quod per affirmationem ostenderat, idem inficiatione declarat, nec solum dicit neminem bonum esse, sed ne civem quidem ullum, qui Pisonem & Gabinium non exsecretur, quam exsecrationem iterum veluti quadam partium enumeratione, id est, aurium, oculorum, animi, recordationis mentione, & verborum idem pene significantium fugiendi, respuendi, aspernandi, perhorrescendi, positione amplificat: ac demum hanc figuram sententiarum, variis verborum figuris, repetitionibus, *his*, *his*, *his*: mox, *quod*, *quod*, *quod*. Iterum *nemo*, *nemo*. Et dissolutionibus sive asyntheris illuminat, quas duas verborum figuras Noster alicubi tradit ad amplificationem esse aptissimas: repetitionem, quod rem magis inculcet, dissolutionem, quod major rerum cumulus ita temere, & sine copulis coacervari videatur, quam si oratio suis conjunctionibus necteretur. IDEM.

Nos secus ac de teterrimis hostibus) Antiquus liber habet, *acerrimis*; & post aliqua, ubi est *nunquam mehercule*, delenda particula *me*, & post duos versus, pro *non venerat*, *nunquam veniret*. FAERN. *Non secus ac de teterrimis hostibus*) Nihil muto, quamvis testetur Faernus scriptum esse in suis lib. antiq. *acerrimis hostibus*. Nam & *teter hostis*, gravius dictum, quam *acer*: & in orat. pro M. Cœlio ita est locutus: *Quis tetrior hostis huic civitati?* LAMBIN. *Veniret* est etiam in Erfurtensi & Pithœano. GRÆV.

Auribus respuant) Auctor dialogi de oratoribus apud Tacitum: *Licet hæc ipse, & quæ deinde dicturus sum, aures tuæ, o Materne, respuant, cui bono est si apud te Agamemnon, aut Iason diserte loquitur.* Fabius libro II. cap. I. *Quid aures hominum magis respuunt, quam cum est filio filliive advocatis in matrem perorandum*: ita pene Græci. Hesiodus in operibus:

> Οὐ γάρ τοί γε κλύουσιν, ἀποπτύουσι δέ τ' ἀράς.
>
> *Non illi quidem audiunt, respuunt vero preces.*

Noster pro Sulla: *Cujus aures unquam hoc respuerunt?* Pro Plancio: *Quid diceres? Sequestremne Plancium? Respuerent aures, nemo agnosceret.* ABR.

Recordatione denique ipsa consulatus vestri perhorrescat) Erfurt. *recordationem denique ipsam consulatus vestri perhorrescat*. GRÆV. Solet profecto Cicero ita hoc verbum construere: sed vulgata, quæ a Vaticano firmatur, cum superioribus adprime convenit. GAR.

Mihi

Digitized by Google

semper de vobis expetivi, hæc optavi, hæc precatus sum. Plura etiam acciderunt, quam vellem: nam, ut amitteretis exercitum, numquam mehercule optavi. Illud etiam accidit præter optatum meum: sed valde ex voluntate: mihi enim non venerat in mentem furorem, et insaniam optare vobis, in quam incidistis. Atqui fuit optandum: me tamen fugerat, deorum immortalium has esse in impios, et consceleratos pœnas certissimas constitutas. Nolite enim putare,

Mihi enim non venerat in mentem) Non probo *veniret*, quod cum Vat. servant Erfurt. ad Pith. sed, cum in eodem Vat. sit *numquam*, legendum videtur, *numquam venerat*. Idem.

Pœnas certissimas) De Haruspicum responsis: *A Diis quidem immortalibus quæ potest homini major esse pœna furore, atque dementia? nisi forte in tragediis, quos vulnere, ac dolore corporis cruciari, ac consumi vides, graviores Deorum immortalium iras subire, quam illos, qui furentes inducuntur, putas: Non sunt illi ejulatus, & gemitus Philoctetæ tam miseri (quanquam sunt acerbi) quam illa exultatio Athamantis, & quam somnium matricidarum.* Mox enumeratis Clodii facinoribus, subdit: *Cum baccharis, cum furiis, tum das eas pœnas, quæ sunt solæ hominum sceleri a Diis immortalibus constitutæ: nam corporis quidem nostri infirmitas multos subit casus per se: denique ipsum corpus tenuissima sæpe de caussa conficitur: Deorum tela in impiorum mentibus figuntur.* Lycurgus orator contra Leocratem: *Φανερον εστιν ότι των αυτου παρανομηματων υπεχει ταυτην την τιμωριαν. οἱ γαρ θεοι ουδεν προτερον ποιουσιν, η των πονηρων ανθρωπων την διανοιαν παραγουσι. και μοι δοκουσι των αρχαιων τινες ποιητων, ώσπερ χρησμους γραψαντες τοις επιγενομενοις, τα δε τα ιαμβεια καταλιπειν.*

> Οταν γαρ οργη δαιμονων βλαπτη τινα
> Τουτ' αυτο πρωτον εξαφαιρειται φρενων
> Τον νουν τον εσθλον, εις δε την χειρω τρεπει
> Γνωμην. ιν' ειδη μηδεν ων αμαρτανει.

Manifestum est eum hanc scelerum suorum pœnam subire. Nihil enim Dii potius agunt, quam ut consceleratorum hominum mentem pervertant. Mihique videntur quidam veterum poetarum, scribentes quasi quædam oracula posteris reliquisse:

> *Si quem Deorum vexat iracundia,*
> *Hunc sanitate mentis exturbant prius,*
> *Mentemque rapiunt, atque transversos agunt*
> *Sensus, suum ne sentiat peccans scelus.*

Abram. Si vox *constitutas*, quæ a Vaticano abest, expungatur, locus fiet prorsus elegantissimus. Addi autem ab iis consuevisse, qui elegantiarum quarumdam ignari sensus ita se complere censebant, alibi quoque optimi me codices docuerunt. Ita L. de Nat. Deor. 1. egregie jam legitur, *qui vero deos esse dixerunt, tanta sunt in varietate, ac dissensione, ut &c.* cum tamen plerique MSi habeant, *ac dissensione constituti, ut &c.* vide ibi Lamb. & Davis. Neque vero me umquam deterrebit locus de Har. Resp. 18. *tum das eas pœnas, quæ sunt solæ hominum sceleri a diis immortalibus constitutæ*. Illud potius haud injuria Manutium deterruit, quod, ista voce sublata, deperire aliquid de orationis numero videatur. Cui quidem incommodo facile mederi possumus unius trajectione vocabuli, ut legamus, *has in impios, & consceleratos pœnas esse certissimas*, Verumtamen plane

Digitized by Google

tare, Patres Conscripti, ut in scena videtis, homines consceleratos impulsu deorum terreri Furiarum tædis ardentibus. Sua quemque fraus, suum facinus, suum scelus, sua audacia de sanitate, ac mente deturbat: hæ sunt impiorum furiæ, hæ flammæ, hæ faces. Ego te non vecordem, non furiosum, non mente captum, non tragico illo Oreste, aut Athamante demen-

ne absonam Vaticani lectionem dicere non ausim. Gar.

Nolite enim putare) Hic locus ex Æschyne contra Timarchum pene de verbo ad verbum expressus est: Μη γαρ οιεσθε, ω Αθηναιοι, τας των αδικηματων αρχας απο θεων. αλλ' εκ υπ' ανθρωπων ασελγειας γινεσθαι, μηδε τας ησεβηκοτας καθαπερ εν ταις τραγωδιαις ποινας ελαυνειν και κολαζειν δασιν ημμεναις. αλλ' αι προπετεις του σωματος ηδονας, και το μηδεν ικανον ηγεισθαι, ταυτα πληροι τα ληστηρια, ταυτ' εις τα επακτροκελητα εμβιβαζει ταυτ' εστιν εκαστω ποινη, &c. *Nolite enim putare, Athenienses, injuste factorum initia a Diis, non ab hominum intemperiis proficisci, neque impios & consceleratos, ut in tragœdiis fieri solet, a furiis impelli & puniri tædis ardentibus; sed projectæ corporis voluptates, & insatiabilis habendi cupiditas, ea sunt quæ latronum receptacula complent, ea quæ in piraticos myoparones jubent adscendere: eæ sunt pœnæ singulis constitutæ.* Vide & nostram pro Roscio Amerino. Et primo de legibus: *Itaque pœnas luunt, non tam judiciis quæ quondam nusquam erant, hodie multifariam nulla sunt; & ut sint, tamen persæpe falsa sunt: quam conscientia ut eos agitent, insectenturque furiæ, non ardentibus tædis, sicut in fabulis, sed angore conscientiæ fraudisque cruciatu.* Paradoxo secundo: *Quocunque adspexisti, ut furiæ, sic tuæ tibi occurrunt injuriæ, quæ te respirare non sinunt.* Lucretius 3. de natura rerum, versu 1025. impie ille quidem, sed tamen eleganter nullas ne in inferis quidem præter conscientiam pœnas consecratis ait esse constitutas:

Quæ tamen etsi absunt, at mens sibi conscia facti
Præmetuens, adhibet stimulos, terretque flagellis, &c.

Iuvenalis Satyra prima libri 5.

—— cur tamen hos tu
Evasisse putes, quos diri conscia facti
Mens habet attonitos, & surdo verbere cædit,
Occultum quatiente animo tortore flagellum, &c.

Abram. Vatic. *Nolite enim ita putare, P. C. ut in scena videtis, homines consceleratos impulsu deorum terreri furialibus tædis ardentibus.* Sed vulgatam firmat ipse Tullius, qui pro Amer. 24. eamdem sententiam iisdem etiam fere verbis exprompsit. Nihilominus & illud ita, quod a Tulliano more non abhorret, licet adsciscere, & *furiales tædæ* recte dicuntur, non modo, quæ geruntur a Furiis, sed etiam quæ in furorem vertunt. Gar.

Tragico illo Oreste) Clytemnestra Agamemnonem e Trojæ excidio redeuntem adulterii cum Ægisto perpetrati conscia occiderat: eam patris ulciscendi caussa filius Orestes interemit; matris interemptæ umbram identidem ob ora se filii obtrusisse, & parricidam serpentibus & tædis ardentibus vexasse fabulantur. Virgilius IV. Æneidos:

Aut Agamemnonius scenis agitatus Orestes
Armatam facibus matrem & serpentibus atris
Cum videt, ultricesque sedent in limine diræ. Abr.

Aut Athamante) Thebano, qui in furorem actus Learchum filium ratus esse feram, interemit, & alterum filium Melicertam in lebetem immisit de-

Digitized by Google

mentiorem putem, qui sis ausus primum facere; nam id est caput, deinde paullo ante, Torquato, gravissimo, et sanctissimo viro, premente, confiteri, te provinciam Macedoniam, in quam tantum exercitum transportasses, sine ullo milite reliquisse? Mitto de amissa maxima parte exercitus: sit hoc infelicitatis tuæ: dimittendi vero exercitus quam potes afferre causam? quam potestatem habuisti? quam legem? quod Senatusconsultum? quod jus? quod exemplum? Quid est aliud furere? non cognoscere homines? non cogno-

decoquendum: ita Nonnus libro 10. Dionysiacon, quamvis aliter alii fabulantur. Addit autem *Tragico*, ut illud orationis frigidæ vitium declinet, in quod scioli plerique labuntur, qui a rebus abstrusissimis comparationes ad unam pene perspicuitatem institutas arcessunt, & tanti habent obscuritatem, dum multas historias, fabulas, apologos, ænigmata, in suam orationem inserciant: addit igitur *Tragico*, quasi diceret, non abstrusa proferam, aut a vulgi sensu remota, sed ea quibus aures oculique vestri quotidie celebrantur, & cum illo Oreste Pisonem conferam, qui identidem a Poetis in scenam inducitur. De Athamante vid. Ovid. III. Metam. & Non. x. Dionys. v. 17. Idem.

Dimittendi vero exercitus) Potestatem solos Consules habuisse dimittendi exercitus, constare videtur ex Valerio Maximo lib. 2. *Quintus etiam Fulvius Flaccus Censor Fulvium fratrem cohortem legionis, in qua Tribunus militum erat, injussu Cos. domum dimittere ausum Senatu movit*: nec sine populi jussu. Ut parare exercitum sine S. C. vel populi jussu fas non fuit, ita nec paratum dimittere. Nam nec sine plebis consensu poterat bellum conflatum dissolvi: ut apud Halicarnasseum libro sexto Appii Claudii testatur oratio: *Vobis enim compertum est, legem nobis esse a primo nascentis civitatis exordio, penes Senatum rerum omnium esse potestatem præterquam in creatione magistratuum, legum latione, belli indictione, & ejusdem illati solutione: horum vero trium penes populum ejusque suffragiis esse potestatem*. Idem.

Mitto de amissa) Sic infra c. 22. *de reditu Gabinii omittamus*. Vide Mencken. Observat. L. L. p. 621. Garat.

Quid est aliud furere, nisi non cognoscere homines) Antiquus liber, pro *facere*, habet *furere*, & recte; distinguendumque hic est: dictio vero *nisi*, quæ statim sequitur, delenda. Faernus. *Non cognoscere homines*) Esse homines, qui ejus rei rationem legibus majestatis possint reposcere. Hotom. *Quid est aliud furere non*) A libris veteribus abest particula *nisi*: quæ est in vulg. sed (fatendum est enim) servivi olim semidoctis, qui detracto *nisi*, non intelligerent hoc loquendi genus elegantissimum, & antiquissimum: nunc autem, hac editione, funditus deleri jussi. Lambin. *Quid est aliud furere, non cognoscere, &c.*) Obsecutus Pall. abjeci dictionem *nisi*, quæ in eis non comparebat, ut neque in edd. ultimæ antiquitatis. Grut. In sola P. Man. editione typorum errore legebatur *facere*: ab sola vero Ven. MCDLXXX. aberat *nisi*, quod servant etiam omnes Britannici, quodque Vaticani, aliorumque codicum auctoritate a ceteris expunctum Manutius, & Ernestus retinendum arbitrantur. Locutionem utramque a Tullio adhibitam constat: fortasse tamen hac usus est sæpius, quam exhibet Vaticanus: sed eamdem certe imperiti sæpe adjectionibus interpolarunt. Vide ipsum Manut.

Digitized by Google

gnoscere leges? non Senatum? non civitatem? cruentare corpus suum? major hæc est vitæ, famæ, salutis

& Ferrar. ad I. Phil. 9. & Heusinger. ad II. 4. Sed sententia, nitorque hujus loci nostrum plane in eligenda locutione judicium moderari debent. Si *nisi* retineatur, Cicero adfirmabit, *furere* nihil esse aliud, nisi non cognoscere homines, leges, Senatum; civitatem: ut pro Domo 20. *quæ est, quæso, alia vis, quæ sententia Cæciliæ legis, & Didiæ, nisi hæc, &c.* Atqui, si per signa, & effectus definiendus est furor, nimium heic multa desunt. Aliud signum ipse subjicit, *cruentare corpus suum*: dumque hoc minus ait esse, quam quod in Pisone coarguit, non modo non tollitur, verum etiam novum aliud exoritur, *vitam, famam, salutem suam vulnerare*. Ita, si fallaciam illam mos oratorius excuset, eamdem sequentia, superioribus non consentanea, repudiabunt. Iam vero, si *nisi* abjicias, ita erit intelligendum. *Quid aliud est furere*, si hoc non est? quid aliud est *non cognoscere homines*, si hoc non est? & sic porro cetera. Concisam locutionem bene sic Ernestus ipse supplebat ad I. Phil. 9. auctor etenim Cicero sit, apud quem integra legitur III. in Verr. 30. & III. de Offic. 13. Nonne rectius hæc formula unum furoris indicium vel omnium maximum haberi vult, vel certe maximis æquiparari? Vno etenim signo Pisonis furor arguitur, quod exercitum dimiserit, crimenque id in Senatu confiteri sit ausus. Quia vero *non cognoscere homines, &c.* non sunt efficientia, sed consequentia furoris; idcirco primum posuit, *quid est aliud furere?* deinde cetera; ut furor non tam probaretur, quam ostenderetur a consequentibus, quæ inerant in facto Pisonis. Pergit porro in ea consequentium enumeratione, & quod maximum est, id extremo loco sic ponit, ut per comparationem adaugeat. Hoc est, inquit, furere, ac proinde non cognoscere homines, leges, Senatum, civitatem; suam denique proinde famam, & salutem lædere, qui major etiam est furor, quam si corpori tuo vulnera inflixeris. GARAT.

Cruentare corpus suum) His addenda in fine hæ duæ dictiones, *leve est*. FAERN. *Cruentare*) Putas furere, esse cruentare suum corpus? major est furor in suam famam & salutem, quam in suum corpus sævire. HOTT. *Cruentare corpus suum, leve est*; Sic restituit hunc locum Faernus, & recte. Nam qui, non restitutis his duabus vocibus *leve est*, quæ non sunt in vulgatis, aliter emendare conati sunt, operam luserunt. LAMB. *Cruentare corpus suum*) Talis fuit Cleomenis Spartiatarum Regis insania. Herodotus libro 6. qui Erato inscribitur: *Cleomenes vero arrepto ferro cœpit a tibiis sese lacerare: nam conscindens, longis vulneribus carnes a tibiis sursum versus ad femora perrexit, eque femoribus ad coxas, & latera atque ventrem pervenit, in quo rescindendo sic exspiravit*: vide ibidem ejus furoris caussas, quas varii varias adferebant. Talis etiam erat Bellonæ initiatorum insania. Horatius satira tertia, lib. 2.

> *Hunc circumtonuit gaudens Bellona cruentis.*

Talis in sacris Cybeles furor: Propertius lib. 2. eleg. 22.

> *Cur aliquis sacris laniat sua brachia cultris*
> *Et Phrygis insanos caeditur ad numeros?*

Seneca libro de superstitione apud D. Augustinum lib. 6. de civitate Dei, cap. 10. *Ille viriles sibi partes amputat, ille lacertos secat. Vbi iratos Deos timent, qui sic propitios habere merentur? Dii autem nullo ipsi debent coli genere, si & hoc volunt. Tantus est perturbatæ mentis & sedibus suis pulsæ furor, ut sic Dii placentur, quemadmodum ne homines quidem sæviunt. Teterrimi & in fabulas traditæ crudelitatis tyranni, laceraverunt aliquorum membra, neminem sua lacerare jusserunt. In Regiæ libidinis voluptatem castrati sunt quidam, sed nemo sibi ne vir esset, jubente do-*

Digitized by Google

tis suæ vulneratio. Si familiam tuam dimisisses, quod ad neminem, nisi ad ipsum te, pertineret, amici te tui constringendum putarent: præsidium tu populi Romani, custodiam provinciæ, injussu populi, Senatusque dimisisses, si tuæ mentis compos fuisses?

21. Ecce tibi alter, effusa jam maxima præda, quam ex fortunis publicanorum, ex agris, urbibusque sociorum exhauserat, cum partim ejus prædæ profundæ

domino manus intulit. Seipsi in templis contrucidant, vulneribus suis ac sanguine supplicant. Si cui intueri vacet, quæ faciunt, quæque patiuntur, inveniet tam indecora honestis, tam indigna liberis, tam dissimilia sanis, ut nemo fuerit dubitaturus furere eos, si cum paucioribus furerent: nunc sanitatis patrocinium est insanientium turba. Omitto Mahumetanos vultum sibi, brachia, pectus, in prophetæ sui gratiam magnis vulneribus sauciantes. Alii corpus non superstitionis aut insaniæ, sed lucri caussa membra lacerabant: de quibus gravissime Chrysostomus queritur oratione 21. in epist. ad Corinthios, quem vide. Abram. Vide Manutium, Faerni emendationem explodentem. Graev. Non conjectura Faerni fuit isthæc, sed lectio vetustissimi codicis Vaticani certissima, quam pro glossemate haberi Manutius volebat. Ferri potest illius, & Hottomanni explicatio, si *nisi* retineatur. Ea vero sublata voce, illa quoque tollitur interpretatio, neque licet ad hoc membrum subaudire, *quid est aliud*. Optime ad rem demonstrandam, atque amplificandam hæc valent: *cruentare corpus suum, leve est: major hæc est vitæ, famæ, salutis suæ vulneratio*. Omnino Gravium, qui *nisi* ejecerat, *leve est* adsciscere oportebat. Gar.

Si familiam tuam dimisisses) *Familiæ* nomine servi intelliguntur: partem ergo pro toto posuit: si omnes hos servos manumisisses: pro, si bona tua omnia dilapidasses. Hottom.

Amici tui) Delenda vox *tui*, & sequenti versu, pro *populi Romani*, legendum *reip.* & item alio sequenti versu, post *populi* addendum *R.* id est, *Romani*. Faern. Legendum profecto arbitror, *amici te constringendum putarent*, ut in Vatic. est, ediditque ex Faerno Lambinus. Ceteri omnes libri glossam continent frequentissimam: vide ad c. 63. pro Sext. & 10. pro Dejot. Gar.

Constringendum) Elatorie, pro bonis tibi a prætore interdicendum, ad agnatos gentiles deducendum, curatorem tibi creandum. Hottom. *Constringendum*) Tanquam amentem, & furiosum. Abram.

Præsidium tu populi Romani) Populi Romani exercitus in præsidio collocatus ad tutandam Macedoniam contra incursiones barbarorum. Idem. Recte Vatic. *præsidium tu reipublicæ*: sed non recte infra, *injussu populi R. Senatusque*: ibi R. adjectitium est, & male a Lamb. receptum. Infra hoc ipso cap. *in regnum injussu populi, ac Senatus accedere*: III. de Offic. 30. *injussu enim populi, Senatusque fecerant*: adde V. in Verr. 8. aliosque aliquot locos. Gar.

Ecce tibi alter) Gabinii furorem ex eo describit, quod expilatione Syriæ non contentus, se Ptolemæo Alexandriæ Regi, exercitumque mercede addixerit. Abram.

Effusa jam maxima præda) Postquam maximam vim pecuniæ, quam ex fortunis publicanorum & sociorum deprædatus fuerat, in suam libidinem & luxuriem dissipavit: vides verbum *exhauseras*, non idem esse quod *hauseras*, sicut qui diceret, aquam e puteo exhausit, sensus esset, aquam e puteo haustam effudit & absumpsit. Idem.

Cum partim ejus prædæ) Antiquus liber

Digitized by Google

dæ libidines devorassent, partim nova quædam, et inaudita luxuries, partim etiam in illis locis, ubi omnia

liber habet, *partem*; quod non displicet; nec videtur incongruum: licet in sequentibus membris legatur *partim*. FABRN. *Partim ejus prædæ*) Rara & notanda locutio: pro cum eam prædam devorassent, partim profundæ libidines, partim, &c. Sæpe alibi *partim* cum genitivo conjungitur: ut Offic. 11. *horum ipsorum partim ejusmodi sunt, partim*, &c. Sed nusquam similem istius locutionem animadvertisse me recordor. HOTT. *Cum partim ejus prædæ*) Faernus admonet, in libris antiquis scriptum esse, *cum partem*, &c. LAMB. *Cum partim ejus prædæ profundæ libidines devorassent*) Etiam nostri mss. agnoscunt *prædam*: sed quid hoc? videtur ea vox simul cum præcedenti exturbanda, tanquam adsuta a librariis, ut & visum Guilielmio. GRUT. *Partim ejus prædæ*) Eadem syntaxi Cato Censorius oratione pro Rhodiensibus apud Gellium lib. 7. cap. 3. *Atque haud scio, an partim eorum fuerint, qui non nostræ contumeliæ caussa id voluerunt evenire*. Vide dicta de Provinciis Consularibus cap. 10. *Cum partim mihi illorum familiares, partim etiam me defendente capitis judiciis essent liberati*. ABRAM. In Pithœano est: *Cum partim ejus prædam profundæ libidines devorassent*. GRÆV. Nimirum Pithœanus cum MSis Grut. consentit: atque adeo *prædam* in Rom. & utraque Ven. reperi, tres denique MSi Britann. habent, *partem ejus prædam*. Hinc suspicio sane justa Guilielmio est, & Grutero suborta, tam *prædæ*, quam *prædam* emendatori deberi: sed iidem immerito vocem *ejus* eodem nomine condemnabant. Rectum est enim, *cum partim ejus profundæ libidines devorassent*. Quod autem ita fiat ambiguum, utrum *partim ejus*, nempe *maximæ prædæ*, quod antecessit, intelligat, an *ejus libidines*; id non ostendit, immite scalpellum jure adhiberi, sed potius addit aliquid vulgatæ ponderis, quæ a Vatic. firmatur, eosque *prædam* emendasse subindicat, qui locutionem, *partim ejus prædæ*, malam putabant: quam tamen esse planiorem, quam Hottom. & Abram. existimarunt, ea persuadent, quæ ad c. 9. pro L. Man. & de prov. Consf. 10. observavimus. GAB.

Profundæ libidines) Sic pro Sextio refert Gabinium, *haurire quotidie ex pacatissimis atque opulentissimis Syriæ gazis innumerabile pondus auri, bellum inferre quiescentibus, ut eorum veteres illibatasque divitias in profundissimum libidinum suarum gurgitem profundat*. Sic Philipp. 2. libidines Antonii cum carybdi comparantur: hinc est quod meretrices a Plauto cum mari comparentur in Truculento, & in Asinaria actu primo, scena secunda. In Bacchidibus vero non solum cum mari aut voragine, sed cum ipso orco conferuntur:

Pandite atque aperite propere januam hanc orci obsecro. ABRAM.

Luxuries) Luxuriem, ut bene advertit Manutius, distinguit a libidine: est enim libido in appetendo, luxuries in effundendo. Clarius fortasse diceretur, eam prædam a libidine Gabinii fuisse devoratam, quam ille in explenda sua libidine, & ad propriam voluptatem consumpserat, eam vero ab ejusdem luxurie absorptam fuisse, quam in convivia, ædificia, ceteraque ἀπειροκαλίαν prodegerat & dissiparat. IDEM.

Partim etiam in illis locis, ubi omnia diripuit) Puto deesse negationem: ut sit, *ubi non omnia diripuit*. Alioqui quorsum vox *emtiones* pertineret? HOTTOM. *Partim etiam in illis locis, ubi omnia diripuit*) Hic locus obscurus est: enumerat rationes quibus præda illa fuerit dissipata: prima ratio est libido. 2. luxuries. 3. emptiones: quia licet omnia diriperet, tamen ut latrocinia sua tegeret, sæpe statuas, columnas, tabulas, &c. immani pretio comparabat. 4. Permutationes, qui ad habendas columnas, & alia quæ in Tusculana sua villa collocaret, sæpe χρύσεα χαλκείων,

Digitized by Google

omnia diripuit, emptiones, partim permutationes ad hunc Tusculanum montem exstruendum: cum jam egeret, cum illa ejus immensa, et intolerabilis ædificatio constitisset, se ipsum, fasces suos, exercitum populi Romani,

μειοις, ἑκατόμβοι' ἐννεαβοίοις permutabat magno cum dispendio. ABRAM. In Erfurt. M. S. est, *ubi omnes diripuit*. GRÆV.

Permutationes) Permutationes pecuniarum dicuntur, cum pecunias, quæ certo in loco adnumerantur, alio loco curari volumus. Vulgus *cambium* istud appellat: qua de re in Diction. nostro feudali. HOTT.

Ad hunc Tusculanum montem exstruendum cum illa ejus immensa, & intolerabilis ædificatio constitisset) Hic tribus dictionibus amplior antiqua lectio est, quæ sic habet, *Ad hunc Tusculani montem exstruendum, cum jam egeret, cum illa ejus intermissa intolerabilis ædificatio constitisset*, continet tamen hoc mendum antiquus liber; quod pro *cum illa*, habet *cui illa*. FAERNUS. *Tusculanum montem*) Excelsam ædificationem. HOTT. *Ad hunc Tusculanum montem*) Villam Tusculanam tam immanem & insanam, ut monti, quam villæ similior esse videatur: quidam legunt *ad hunc Tusculanum in monte montem extruendum*: quo major, inquit Manutius, in Gabinium quæritur invidia, qui in editiore colle, quem vocat montem, suam villam quasi alterum montem exstruxisset. ABR. Legendum sane videtur, ut in antiquis libris repertum Manutius testatur, quamvis omnes editi in hac vulgata consentiant. Nam cum libris Manutianis convenit ad amussim Pithœanus in V. L. eorumque aperta vestigia lectionis continent Erfurt. & Vatic. In Erfurt. est, *ad hunc Tusculani in montem montem*: in Vat. *partim mutationes ad hunc Tusculani* ..... *montem*, ea nimirum lacuna relicta, quam Faern. contempsit, in qua potuisset *in monte* perscribi. Ferri posset etiam *Tusculani* h. e. sui: vel emendari, *ad hunc Tusculano in monte montem exstruendum*. Certe vocabuli ejusdem iteratio fraudi librariis fuit.

Optime autem adsunt, quæ in uno Vatic. inventa sunt, *cum jam egeret*; quæ nunc ab uno Britann. confirmari video. Illa etiam eodem ex fonte lectio probabilis, *cum illa ejus intermissa intolerabilis ædificatio constitisset*. In priore Vat. *cum illa ejus immissa intolerabilis*: unde facilius *intermissa* elicitur, quam *immensa*, cum præsertim absit conjunctio, quam tamen in vulgata quoque licet omittere. Vide ad IV. in Verr. 43. GRÆV.

Cum jam egeret) Tres hæ voces visuntur in Manutianis, & Lambinianis: sed non invenio in Pall. aut edd. manarunt forsan a Faerno: iidem mox etiam præferunt *intermissa* pro *immensa*. GRVT. Diserte quidem id Faernus indicat, ut *forsan* sit vacuum. GRONOV. Sed nec in Erfurt. nec in Franc. nec in Pithœi libris reperiuntur hæc tria verba, quæ receperunt ex solo Faerno. GRÆV.

Se ipsum) Ptolemæus Auletes Alexandriæ Rex a suis popularibus expulsus a S. P. R. contendit, ut in regnum restitueretur: libri Sibyllini inspecti sunt: ii Regem Ægypti cum armis remitti prohibebant: cum igitur exercitum a Senatu populoque Romano obtinere non posset, Gabinium Syriæ Proconsulem mercede corruptum secum in Ægyptum duxit, a quo cæsi Alexandrini, urbs expugnata, ipse in regnum restitutus: ex quo hic noster Gabinii furorem ostendit. ABRAM.

Fasces suos) Haud scio, an ad hunc locum Trebellius in triginta tyrannis alluserit: sic enim in Æmiliano: *Cum Theodato vellet, Gallienus, imperium Proconsulare decernere, a sacerdotibus est prohibitus, qui dixerunt, fasces Consulis ingredi Alexandriam non licere, cujus rei etiam Ciceronem, cum contra Gabinium loquitur, meminisse satis novimus: denique non exstat memoria rei frequentata: fertur enim apud Memphim*

mani, numen, interdictumque deorum immortalium, responsa sacerdotum, auctoritatem Senatus, jussa populi, nomen, ac dignitatem imperii regi Ægyptio vendidit. Cum fines provinciæ tantos haberet, quantos voluerat, quantos optaverat, quantos mei capitis pretio, periculoque emerat: his se tenere non potuit: exe-

phim in aurea columna Ægyptiis litteris scriptum, tunc demum Ægyptum liberam fore, cum venissent Romani fasces, & prætexta Romanorum: quod apud Proculum grammaticum doctissimum sui temporis virum, cum de peregrinis regionibus loquitur, scriptum invenitur. Idem Rom. ambæ Ven. & Ald. *fasciis*, ut infra Vatic. & iidem editi, *cum finis provinciæ*. Gar.

Numen Deorum) Quia Sibyllini libri vetabant Ptolemæum regem restitui: orat. pro Rabir. post. & Fam. lib. I. Hottom. *Numen interdictumque Deorum*) Emphatice plane Gabinius dicitur Deorum numen vendidisse, quod mercede corruptus id fecisset, quod libri Sibyllini indices divinæ voluntatis fieri prohibebant. Vide Dionem libro 39. Abram.

Responsa sacerdotum) Vel decemviros ad inspicienda Sibyllæ oracula constitutos intelligit: de quibus ibidem Dio Catonis Tribuni plebis faciens mentionem: *In concionem sacerdotes produxit, etiam inconsulto Senatu, eosque coegit renuntiare oraculum*: vel augures, qui hac de re consulti negaverint, Ptolemæum cum exercitu esse reducendum. Idem.

Responsa sacerdotum, auctoritatem Senatus, jussa populi) P. Lentulo Spinthere, & Q. Metello Nepote Coss. Ptolemæus Rex Ægypti a suis expulsus Romam confugit, obtinuitque, at SCum fieret, de quo Cicero loquitur I. Epist. 1. ad Lentulum. Puto, tum hoc decretum in Senatu fuisse, ut alter Consulum, cui provincia evenisset propior Ægypto, Regem reduceret, Lentulo autem Cilicia cum Cypro obtigerat, adeoque reductio Regis eidem mandata fuerat. Non ita multo post a Sibyllinis Sacerdotibus hac de re consultis responsum est, Ptolemæum Regem non esse cum exercitu reducendum, vel quod Lentulo inviderent, vel ut Pompeji cupiditati resisterent, qui eam sibi provinciam deferri cupiebat. Ibid. I. Epist. 4. *Hæc tamen opinio est P. R. a tuis invidis, atque obtrectatoribus nomen inductum fictæ religionis, non tam ut te impedirent, quam ut ne quis propter exercitus cupiditatem Alexandriam vellet ire.* Hac oblata religionis calumnia, rursus Marcellinus Cos. & Lupus Trib. pl. de eadem re ad Senatum referre cœperunt anno sequenti: cumque alii tribus Legatis negotium mandarent, alii Lentulo Spintheri, quidam Pompejo, tandem Patres decreverunt, ut ne quis omnino Regem reduceret. Sed, Tribunis pl. intercedentibus, ne SCum fieret, perscripta est Senatus auctoritas, ex I. Epist. 7. Quæ cum ita se haberent, Gabinius Syriæ pro Consule, privato consilio, sed Pompejo, & Cæsare auctoribus, bellum cum Ægyptiis suscepit, & cum exercitu Ptolemæum reduxit in regnum, suæ provinciæ fines egressus, quod vetabant leges tum Cornelia majestatis, tum Iulia de repetundis. Iam nemo non videt, quid hic Gabinio exprobret Cicero: nam X. millium talentum pretio, quæ accepturus erat a Rege, cum alia multa vendidit, tum etiam *responsa Sacerdotum, numen, interdictumque Deorum immortalium*, qui reductionem illam fieri cum exercitu prohibebant; *auctoritatem Senatus*, qui primum Lentulo Sphintheri eam provinciam decreverat, mox omnibus interdixerat, *jussa populi*, duas videlicet leges, Corneliam, & Iuliam, quibus non licebat Proconsuli exire de provincia privato consilio, & inde exercitum educere. Huc etiam spectat locus pro Rab. Post. 8. ubi vide. Ferratius.

Quantos mei capitis pretio, periculoque

exercitum eduxit ex Syria. Qui licuit extra provinciam? Tribuit se mercenarium comitem Regi Alexandrino. Quid hoc turpius? in Ægyptum venit: signa contulit cum Alexandrinis. Quando hoc bellum, aut hic ordo, aut populus susceperat? Cepit Alexandriam. Quid aliud exspectamus a furore ejus, nisi ut ad Senatum tantis de rebus gestis litteras mittat? Hic si mentis esset suæ, nisi pœnas patriæ, diisque immortalibus eas, quæ gravissimæ sunt, furore, atque insania penderet, ausus esset, mitto exire de provincia,

quæ emerat) Detracta dictione *periculoque*, ita collocanda sunt verba, *Quantos pretio mei capitis emerat*; & sequenti versu, pro *tribuit se*, in antiquo libro est, *præbuisse*; nos, *præbuit se*: & post aliqua, pro *aut Senatus*, *ac Senatus*; & post duos versus, ubi *planissime vetant*, *vetat*: nos tamen *vetant*, probamus. Faernus. Recte illud, *quantos pretio mei capitis emerat*, quod recepit de more Lambinus: nam videtur locum hic non esse *periculo*. Ego certe Vaticano adsentior. Gar.

Exercitum eduxit e Syria) Dio libro superius laudato: *Lege prohibente ne præsides exirent de suis provinciis: neque bella suo arbitrio susciperent: ad hæc & populus & Sibylla interdixerant, ne Ptolemæus reduceretur*. Abr.

Tribuit se mercenarium comitem Regi Alexandrino) Superius *Regi Ægyptio vendidit*; utrumque contemptus caussa: nam & Ægyptii & Alexandrini vel ipso nomine male audiebant. Augustus apud Dionem suos hortans ante pugnam Actiacam: *Alexandrini & Ægyptii (quo enim pejori & veriori nomine quis appellet?) serpentibus & aliis bestiis, tanquam Diis cultum exhibentes, & ad speciem immortalitatis sua corpora sale exsiccantes*. Idem. Non recedunt veteres codices a vulgata lectione, quæ mihi tamen suspecta est. Num Latine dicitur, *ego me talem huic tribuo*, hoc est talem præsto? Neminem sic loqui memini. *Tribuit ei laudem, honorem suum*, ut & *tribuit ei, ut ejus esse comes*, nota sunt, & crebra apud Tullium aliosque. Puto Ciceronem scripsisse, *Præbuit se mercenarium comitem Regi*. Pro Rosc. Amer. *Socii spectatores se occisos præbuerunt Leuctricæ calamitatis*. Sed exempla congerere, cum tot obvia sint, putidum esset. Vidi etiam post id occupasse margines Lambinianæ editionis. Græv. Imo Lamb. receperat *præbuit se*, quod ex Vat. cod. vere Faernus elicuit. In Rom. scribitur *mercenarium*, ut in cod. Lamb. & in Vatic. tam hic, quam sæpe alibi. Gar.

Signa contulit cum Alexandrinis) Conflixit cum Alexandrinis, ut ab iis Ptolemæum Auletem expulsum pristinæ restitueret dignitati. Abram.

Cepit Alexandriam) Licet Cicero Gabinii victorias elevare conetur, tamen vel ex ipso Alexandriæ nomine facile victoriæ magnitudo cognoscitur. Porro urbis celebritas hinc liquet, quod ab Ausonio, & Herodiano secunda urbium nominatur, & teste Appiano ejus Reges ducenta peditum, viginti equitum millia, trecentos elephantas, duo curruum falcatorum millia poterant in bellum educere; & arma, quæ trecentis hominum millibus satis essent in armamentario, in thesauris vero septies centena talentorum Ægyptiorum millia possidebant: præter alium incredibilem rei nauticæ apparatum. Abr.

Quid aliud exspectamus) Falsus est exspectatione. Dio lib. 39. postquam Gabinii de Alexandrinis & Ægyptiis, & Archelao, quem Berenice in regnum

Digitized by Google

cia, educere exercitum, bellum sua sponte gerere, in regnum injussu populi, aut Senatus accedere? quæ cum plurimæ leges veteres, tum lex Cornelia majestatis, Iulia de pecuniis repetundis, planissime vetant: sed hæc omitto. Ille, si non acerrime fureret, auderet, quam provinciam P. Lentulus amicissimus huic

gnum adsciverat, victoriam descripsit, subdit: *Nihil de his actis Romam per litteras nuntiavit, ne ipse suorum delictorum delator exsisteret*. In.

In regnum injussu populi, aut Senatus) Assentior Lambino tollenti disjunctionem, & legenti *injussu populi ac Senatus*: quod ad S. C. necesse esset populi suffragium accedere. In Vatinium cap. 5. *Fuerisne quod sine Senatus Consulto tibi facere non licuit, in regno Hiempsalis? fuerisne in regno Mastanesosi?* Vbi vide notas. Id autem severe prohibebant, quod plurimum putarent de populi Romani majestate decerptum iri, si magistratus regna adiissent: cum iis qui regna adeunt necesse sit frequenter adulari, seque Regibus servilem in modum submittere:

Οςις γαρ ως τυραννον εμπορευεται
Κεινυ 'ςι δυλος, καν ελευθεροι μολη.
Etenim tyranni si quis intrat in domum,
Fit servus ejus, liber etsi venerit.

Quod Sophoclis dictum Pompejus ipse Ptolemæum hujus filium aditurus usurpat apud Plutarchum, Dionem & alios. Porro non solum magistratibus Romanis, sine Senatusconsulto Reges adire non licebat, sed ne Regibus quidem fas erat Romam accedere. Epitome Liviana libro 46. *Eumenes Rex Romam venit, qui quia Macedonico bello se medium egerat, ne aut inimicus judicatus videretur, si exclusus esset; aut liberatus crimine, si admitteretur, in comitio lex lata est, ne cuiquam Regi Romam venire liceret*. IDEM. Abramium existimantem, hac in re debuisse ad SCum populi jussum accedere, ille ipse locus Vatinianæ refellit, quem adfert, & huic contrarium putat. Quamquam enim antiquum, & præcipuum Senatus jus in provincias esset; tamen negari non poterat, jussa populi valere debere, si in iis rebus interponerentur. Ita & SCum sine lege, & sine SCo lex erat rata. Illo Vatinianæ loco ridicula legis mentio fuisset, quam nemo in tam levi re postulasset, qualis erat iter Vatinii. Heic vero, ubi de exercitu, & de bello agitur, uterque fons juris merito exprimitur. Vtrum autem legas *aut*, an ex Vaticano *ac*, non videtur magnore laborandum. *Injussu populi, ac Senatus*, valet, sine jussu tam populi, quam Senatus, & sufficere alterutrum intelligitur æque, ac si disjunctionem retineas, cum jus illud nemini dubium esset. Tamen *ac* præfero, quia de certo Gabinii facto agitur, non de generali jure, atque interdicto. GAR.

Lex Cornelia) Lata a L. Cornelio Sulla Dictatore in eos, qui majestatem populi minuissent. ABR.

Lex Iulia) Lata a Iulio Cæsare in primo Consulatu. IDEM.

Planissime vetant) Adeo ut nemo aut legum verba detorquere possit, & in alium sensum convertere, aut excusationem ab ignorantia prætexere: quomodo autem Gabinius Iuliam legem violarit, vix compertum est, nisi fortasse quia lex illa eodem in numero ponebat, & qui provincias expilassent, & qui ab externis Regibus quoquo modo pecunias accepissent, contra quam legem Gabinius ingentem pecuniæ vim a Ptolomæo Rege acceperat. In Vatinium cap. 15. *Cum mea lex dilucide vetet*. IDEM.

Audiret) Mendum typographicum Gruterianæ, quod neque Græv. neque Verburg emendavit. Ego necessario restitui *auderet*, ut sensus, & libri postulant, atque ut nuper tandem fecit Ernestus. GAR.

Digitized by Google

huic ordini, cum et auctoritate Senatus, et sorte haberet, interposita religione sine ulla dubitatione deposuisset, eam sibi asciscere, cum, etiam si religio non impediret, mos majorum tamen, et exempla, et gravissimæ legum pœnæ vetarent?

22. Sed, quoniam fortunarum contentionem facere cœpimus; de reditu Gabinii omittamus: quem etsi sibi ipse præcidit, ego tamen, os ut videam hominis, exspecto. Tuum, si placet, reditum cum meo conferamus. Ac meus quidem is fuit, ut a Brundisio usque

P. Lentulus) Consul hujus anni. Hottom. Falsum. Hic, qui provinciam regem Ægyptium reducendi deposuerat, non erat Cn. Cornelius Lentulus illius anni Consul, sed P. Cornelius Lentulus Spinther, qui tum Ciliciam tenebat. Græv.

Auctoritate Senatus & sorte) Ptolemæus, ut sæpe dictum, ab Alexandrinis regno ejectus auxilium petierat a Senatu. Senatusconsultum factum est, ut Consules P. Lentulus Sphinther, & Q. Metellus Nepos sortirentur inter se provincias, isque Ptolemæum reduceret, cui Cilicia obtigisset. Sortiti sunt: Lentulo Cilicia obvenit: & ita Lentulus auctoritate Senatus, & sorte habuit Ptolemæi reducendi provinciam. Sed eam provinciam Lentulus deposuit *interposita religione*, &c. vide quæ dicentur in orationem pro Rabirio Postumo cap. 3. *Cujus reditum Consuli mandatum a Senatu videbat*. Abram. Vat. *cum ex auctoritate Senatus, & sorte haberes*, Garat.

Eam sibi tum adsciscere) Invito Senatu usurpare. Abram. *Tum* delevi nixus fide duorum optimorum MSS. Erfurtensis & Pithœani. Græv. Optimum Grævii factum secuti sunt merito recentiores: ego testor abesse *tum* a Vaticano quoque, & a priore Veneta. Infra Græv. in V. L. monet ex Erfurt. se dedisse, *quem etsi sibi ipse præcidit*, cum editiones habeant *ipsi*. Ego vero non modo in Vatic. sed etiam in omnibus meis editis *ipse* conspexi. De verbo *præcidere* consule Drak. ad Liv. IV. 3. ubi etiam hunc locum attulit. Gar.

Sed quoniam) Legendum *&* quoniam; & post pauca, pro *at meus*, *ac meus*, pro *a Brundusio*, *e Brundisio*; & sequenti versu, pro *viderem*, *videris*, ut referatur ad adventum. Faber.

Fortunarum contentionem) Comparationem utriusque absentiæ. Abram.

Quem etsi) Etsi tot se flagitiis obstrinxit Gabinius, tot sceleribus Senatus populique Romani odium in se concitavit, ut reditum sibi præcluserit, metu pœnarum, quas videt suis impendere cervicibus. Idem.

Præcidit) Veritus pœnas legum majestatis & de pecuniis repetundis. Hottom.

Ac meus) Ita cum Turnebo XXI. Advers. 15. recte codex Vatic. & edd. Rom. sec. Ven. Lamb. & Grut. cum in reliquis esset *at*. Grævii codices ab ipsius editione non dissentire V. L. indicant. Videndum, an Vatic. melius habeat, *videris*, quod refertur ad reditum, quam ceteri, *viderem*: an etiam *videris* indicium faciat fuisse *viderim*. Pergit autem is codex hoc modo: *neque enim regio ulla fuit, nec municipium, neque præfectura, aut colonia, ex qua non ad me publice venerint gratulatum*. De *nec* interposito vide supra ad c. 15. Sic pro Amer. 1. post *neque* duo *nec* subsequuntur, & X. ad Div. 27. *nec* inter duo *neque* collocatur, plane ut heic in optimo cod. Adde alium locum V. Tuscul. 10. item I. de Nat. Deor. 2. 41. III. 35. & III. ad Att. 19. duosque Plauti Pseud.

Digitized by Google

que Romam agmen perpetuum totius Italiæ viderem: neque enim regio fuit ulla, neque municipium, neque præfectura, aut colonia, ex qua non publice ad me venerint gratulatum. Quid dicam adventus meos? quid effusiones hominum ex oppidis? quid concursum ex agris patrum familias cum conjugibus, ac liberis? quid eos dies, qui quasi deorum immortalium festi, ac sollemnes, sunt apud omnes adventu meo, reditu-que celebrati? Vnus ille dies mihi quidem immortalitatis instar fuit, quo in patriam redii, cum Senatum egres-

Pseud. IV. 7. 9. V. 1. 19. Sed talia consectari finis esset prope nullus. Garat.

Totius Italiæ) Hominum qui ex tota Italia adventus mei fama exciti obviam mihi venerant ad gratulandum. Abram.

Quid concursum ex agris) Lego ex Vaticano *concursus*, cum præcesserint *adventus*, & *effusiones*. Britann. omnes, *concursum*. Gar.

Quasi deorum immortalium festi, ac sollemnes, sunt adventu meo, reditu-que celebrati?) Legendum *festi atque sollemnes*; & hic distinguendum. Statimque verba hæc duo addenda, *apud homines*; ut in antiquo libro: vel *apud omnes*, ut in aliis recentioribus est; quod magis probamus: & sequenti versu, ubi legitur, *quo in patriam*, legendum, *cum in p.* & post duos versus, pro *procedere visa est*; *progredi v. e.* nam & vitatur hemistichion heroicum, & numerus Tullianus exsistit. Faern. Erfurt. Franc. edd. prima, Manut. & Lambini interserunt hæc duo verba, *apud omnes*. Cur Victorius, & Gruterus, ac qui hos sequuntur, eas omiserint, ratio nulla redditur a quoquam. Si libri meliores id suadent, non repugno. Sed ea cum legantur in optimo Erfurtensi, & Franc. non malo, repudiare religio fuit. Grav. Verba hæc, *apud omnes*, excluserunt etiam recentiores; & desunt in Rom. sec. Ven. Ald. Naug. P. Man. Car. Steph. repet. Lamb. Herv. Grut. Sed Lambinum, Aldum nepotem, ac Grævium, qui ea restituenda curarunt, tuentur præter Franc. Erfurt. & ed. MCDLXXII. etiam prior Veneta, & cod. Vatic. licet in hoc sit ex solita commutatione *apud homines*. Præterea cum Faerno, & Lamb. lego, *atque sollemnes*, cum ita sit etiam in Rom. utraque Ven. Ald. Naug. & Hervag. nullaque ab iis discedendi causa fuerit. Gar.

Vnus ille dies mihi quidem immortalitatis instar fuit) Illo die tantam percepi voluptatem, tantum fructum civium amoris, ut immortalitate frui & cœlum viderer attingere. Magnam lætitiam & felicitatem declaraturi dicebant se immortalitatem aut divinitatem non optare, quasi jam ea fruerentur. Pindarus Ode 5. Olymp. Strophe 2.

—— ὑγίεντα δ' εἰ τις ὄλβον
Ἄρδει ἐξαρκέων κτεάτεσσι, καὶ
Εὐλογίαν προστιθεὶς, μὴ ματεύσῃ.
Θεὸς γενέσθαι. ——

Si quis & corporis sanitatem & sufficientes divitias habet, & aliquam nominis claritatem, ne quærat Deus fieri. Propertius lib. 2. el. 14.

Immortalis ego, si altera talis erit.

Pro Sextio: *Plausum immortalitatem, sibilum mortem videri necesse est.* Post reditum in Senatu: *Quod ne optandum quidem est homini, immortalitatem quandam per vos adepti videmur*: & alias frequenter. Abr.

egressum vidi, populumque Romanum universum, cum mihi ipsa Roma prope convulsa sedibus suis ad complectendum conservatorem suum procedere visa est: quæ me ita accepit, ut non modo omnium generum, ætatum, ordinum omnes viri, ac mulieres, omnis fortunæ, ac loci; sed etiam mœnia ipsa viderentur, et tecta urbis, ac templa lætari. Me consequentibus diebus in ea ipsa domo, qua tu me expuleras, quam expilaras, quam incederas, Pontifices, Consules, Patres Conscripti collocaverunt, mihique, quod

Populumque Romanum universum) Abest a Vatic. vox *Romanum*, & potest abesse: retines tamen: nec supra, *cum in patriam redii*, ex eodem cod. præfero, ut fecit Lamb. Illud potius dubitari potest, utrum *progredi*, an *procedere* præferamus. Nimiam Faerni diligentiam in vitanda hexametri clausula reprehendit Manutius ad c. 19. eademque in Lambinum valet reprehensio. Ego illius excludendæ causa nolim ad emendationes, neglecta codicum auctoritate, descendere: rursum optimos codices non contemno, dum sua ipsi sponte illam nobis eripiunt. Iunguntur *procedere*, & *progredi* IV. de Fin. 23. dicitur etiam, *obviam procedere*, & *obviam progredi*. GARAT.

Senatum egressum) Egredi solebat Senatus, ut exciperet triumphantes; quod vulgatum est: similis porro reditus Imperatorum sæpe a panegyristis describitur. ABRAM.

Viri, ac mulieres) In hujusmodi publicæ lætitiæ significatione distinctam ætatum ac sexuum faciunt mentionem, quod ita tenerior quidam affectus ostendi videatur. Sic Noster apud Plutarchum extinctis conjuratis publica civium gratulatione domum deductus est: *Multa lumina fulgebant in triviis, cum omnes in suis januis lampades, & faces ardentes posuissent. Mulieres vero e tectis respectabant, ut eum & honorarent, & viderent, deducentibus eum optimatibus splendide redeuntem*. Plinius Iunior in panegyrico Trajani: *Ergo non ætas quemquam, non valetudo, non sexus retardavit, quominus oculos insolito spectaculo expleret. Te parvuli noscere, ostentare juvenes, mirari senes, ægri quoque neglecto medentium imperio ad conspectum tui, quasi ad salutem sanitatemque prorepere. Inde satis alii, satis vixisse, te viso, te recepto, alii nunc magis vivendum esse prædicabant*. IDEM.

Tecta urbis ac templa lætari) Quibus modis in lætitia publica templa & domos exhilararent, ideo paucis attingam, quod de lucernis & ramis, quibus solebant januas obtendere, jam superius fecerim mentionem cap. 9. Solebant præterea suorum majorum imagines in atrio positas aperire. Vopiscus in Floriano: *Illud dico Senatores omnes ea esse lætitia elatos, ut domibus suis omnes albas hostias cæderent, imagines frequenter aperirent, albati sederent*. Noster pro Sulla: *Domus erit, credo, exornata, aperientur majorum imagines, ipse ornatum, ac vestitum recuperabit*. IDEM.

Consules Prætores) Antiq. liber habet, *Consules P. C.* quod placet: decreto enim Senatus restituta est Ciceroni domus & infra pro *omisso exercitu*, *amisso exercitu*: invidiose, cum non totum exercitum, sed partem ejus amiserit, quod supra dixit, *amissa maxima parte exercitus*. FAERNUS.

Patres conscripti collocaverunt) Ita quoque Pall. editioque vetus, sed litteris duabus P. C. quod sequentes male mutarunt in *prætores*. GRUT. Asconium patet legisse *collocarunt*. GRONOV. Iam erat P. C. in Rom. utraque

Ven.

Digitized by Google

quod ante me nemini, pecunia publica ædificandam domum censuerunt. Habes reditum meum. Confer nunc

Ven. & Naug. atque adeo senior Albus omnibus litteris dederat, *patres conscripti*. In Asconium autem irrepsit, *Prætores*, qui etiam in ed Oporini, *collocaverunt*. Britann. unus, *P. C.* alius, *populus R.* duo ergo reliqui, *patres conscripti*. GAR.

ASCONIUS.

CIRCA VERS. A NOVISS. DCCC. *Me consequentibus diebus in ea ipsa domo, qua tu me expuleras, quam expilaras, quam incenderas, pontifices, consules, prætores collocarunt, mihique quod ante me nemini, pecunia publica ædificandam domum censuerunt*) Hæc Cicero oratorio more, non historia, videtur posuisse: nam multis ætatibus ante Ciceronem nulli id contigisse verum est. Nemini vero unquam antea, videamus, ne parum caute dicamus: antiquis enim temporibus pluribus idem contigit. Valerio Maximo, ut Antias tradidit, inter alios honores domus quoque publice ædificata est in Palatio: cujus exitus, quo magis insignis esset, in publicum versus declinaretur, hoc est, extra privatum aperiretur. Varronem autem tradere, M. Valerio, quia sæpius vicerat, ædes in Palatio tributas, L. Higinius dicit in libro priore de viris claris: P. Valerio Volesi filio (1) Publicolæ ædes publicas sub Velia, ubi nunc ædes Victoriæ est, populum ex lege, quam ipse tulerat, concessisse tradunt, & Antiochi regis filio obsidi domum publice ædificatam (2), inter quos Atticus in annalibus, quæ postea dicitur Lucilii poetæ fuisse. Varro quoque in lib. III. de vita populi Romani, quo loco refert, quam gratus fuerit erga benemeritos, dicit, Mutini, quod in Sicilia cum equitatu suo transierat ad nos, civitatem Romæ datam, ædesque, & pecuniam ex ærario. Videamus tamen, num ideo Cicero dicat sibi, quod antea nulli, domum pecunia publica ex ærario ædificatam, quia illis aut locus publice datus sit, aut domus quæ non fuerat eorum, neque propter illos publico sumptu ædificata: Ciceroni domus, quæ fuerat ipsius, & diruta atque incensa erat & consecrata, publico sumptu ædificata sit: quod novum & huic primo, & adhuc etiam soli contigit.

VARIORUM.

Mihique, quod ante me nemini) In beneficiis & honoribus illud maxime spectari solet, utrum in vulgus spargantur, an uni soli vel cum paucis tribuantur. Seneca libro primo de beneficiis, cap. 12. *Illa quoque non erunt sine honore, quæ aut nemo illis alius dedit, aut nos nulli alii*. Vide quæ subdat c. 13. de *Alexandro Macedone cum Corinthii per legatos illum sua civitate donaverunt*. Iterum cap. sequenti: *Beneficium quod quibuslibet datur, nulli gratum est: nemo se stabularii, aut cauponis hospitem indicat, nec convivam dantis epulum*. Hoc loco notat Asconius hæc Ciceronem oratorio, non historico more posuisse: quæ ibi videnda, ubi affert exempla, quibus domus publicæ sunt datæ. Sane Livius quoque libro 44. de Onesimo, qui a Philippo Romam perfugerat: *Senatus in formulam sociorum eum referri jussit: locum, lautia præberi: agri Tarentini, qui publicus populi Romani esset, ducenta jugera dari, & ædes Tarenti emi: uti ea curaret, C. Decimio Prætori mandatum*. Pomponius D. de origine juris l. 2. §. 37. *Cajus Scipio Na-*

(1) *Legendum videtur*, Poplicolæ ædes publice sub Velia. *Et mox forte* Victoriæ *interpres posuit aliquis pro* Vicæpotæ. *Confer adnotat. ad c.* 8. *de Har. Resp. & ad Liv.* II. 7. GAR.

(2) *Forte verba*, inter quos Atticus in annalibus, *post* tradunt *erant collocanda: Aut potius fuit*: & P. Valerio *&c.* concessisse. Tradunt &c. *ut alii distinguunt*. IDEM.

Digitized by Google

nunc vicissim tuum, quandoquidem amisso exercitu, nihil incolume domum, præter os illud pristinum tuum, retulisti: qui primum, qua veneris cum laureatis tuis lictoribus, quis scit? quos tum Mæandros, dum omnes solitudines persequeris, quæ diverticula, fle-

Nasica, qui optimus a Senatu appellatus est, cui etiam publice domus in sacra via data est, quo facilius consuli posset. Multi igitur ante Tullium domum publice datam habuerunt. Sed nodum tamen hunc recte solvit idem Asconius, quem consule. Abram.

Amisso exercitu) Ferro, fame, frigore, pestilentia vastato, postquam *miserandum in modum milites populi Romani capti, necati, deserti, dissipati sunt incuria, fame, morbo, vastitate consumpti, ut quod est indignissimum, scelus imperatoris in pœnam exercitus expetitum esse videatur*: de Provinc. Consul. 5. Abram.

Præter os illud pristinum) Præter illam tuam impudentiam, vel etiam præter illam affectatam severitatem flagitia tuæ frontis nebulis obtegentem. Os & pro pudore, & pro impudentia sæpe reperitur. Catullus:

—— ruborem
Ferreo canis exprimamus ore.

Superius: *Os ut videam hominis exspecto*: ubi per *os* impudentiam denotat: quamquam etiam pro verecundia usurpatur. Helena Paridi apud Nasonem:

Nec tibi plus cordis, sed minus oris inest.

Lepide apud Senecam lib. 3. de ira, c. 38. *Cato noster melius, cui cum caussam agenti in frontem mediam, quantum poterat, attracta pingui saliva inspuisset Lentulus ille patrum nostrorum memoria factiosus, & impotens, abstersit faciem, &, affirmabo, inquit, omnibus Lentule, falli eos, qui te negant, os habere.* Idem. Meliore ordine Vatic. *præter os illud tuum pristinum*: quod sensit Lamb. eumque, addita nota MSi, adoptavit. Garat.

Qui primum, qua veneris cum laureatis tuis lictoribus) Imperatores post adeptam victoriam lictorios fasces habebant lauri foliis involutos: Piso ab exercitu dictus Imperator eos obtinebat, quod reditui magnum splendorem adferre poterat, nisi scelerum conscientia vexatus, latebras & diverticula de industria quæsiisset. Hinc igitur expeditam præ scelerum conscientia reditus obscuritatem ostendit, quod licet laureatos fasces haberet, nemo tamen eum redire cognoverit. Primus omnium Servilius, auctore Dionysio libro 6. devictis Latinis contra Senatus voluntatem, *στεφανώσαι τὰς ῥάβδους ἐκέλευσεν, fasces laurea coronavit.* In oratione pro Qu. Ligario 7. *a quo* (Cæsare) *hos ipso Cajo Pansa mihi nuntium perferente, concessos fasces laureatos tenui, quoad tenendos putavi.* Sæpius tamen hos fasces militum suffragiis obtinebant: ut hic ipse Piso, cui nec Senatus, nec alius Imperator aut magistratus concesserat. Abram.

Quis scit?) Ita imperite mutatum fuit, quod exstat in Rom. utraque Ven. & Naug. *qui scit?* quodque a duobus Britann. confirmatur. Sexcenta erant apud Tullium exempla. Garat.

Quos tum Mæandros) Hic locus in Vatic. ita legitur: *quos tu Mæandros, dum omnis solitudines persequeris, deverticula, flexionesque quæsisti?* Contraria optimi codicis *quæ* detrahentis ratio est, atque Lambini alterum relativum addentis: sic etenim se ille conjicere adscripsit: *quas flexiones quæsisti?* Ego neque addere *quas*, si maxime liceret, velim, neque audeo *quæ* tollere: in ceteris optime Vaticanus. Atque adeo *quos tu* habent mei omnes ante Lamb. editi, omnesque MSi Britannici. Idem.

Quos tum Mæandros) Quos flexus, quas latebras. Abram.

Non

Digitized by Google

flexionesque quæsisti? quod te municipium vidit? quis amicus invitavit? quis hospes adspexit? nonne tibi nox erat pro die? non solitudo pro frequentia? caupona pro oppido? non ut redire ex Macedonia nobilis imperator, sed ut mortuus infamis referri

Non solitudo pro frequentia?) Abest hinc negationis particula in cod. v. Lambin. Si, cum vidisset, hanc omitti negationem in edd. P. Man. & Car. Steph. neque addi a Faerno, consequens esse duxit, ut abesset a Vaticano, verissimo usus argumento Lamb. hæc adnotavit. Si de suo aliquo codice locutus est, alio testimonio Vaticanum adjuvit, qui tamen unus mihi negationis delendæ auctor est locuples. Gar.

Caupona pro oppido) Hic per *cauponam* œnopolium, & popinam intelligit. Caupones tamen dicuntur non soli vini venditores, sed omnes ii, a quibus minutatim merces distrahuntur. Plato I. de Repub. Καπηλους καλουμεν τους προς ωνην τε και πρασιν διακονουντας, ἱδρυμενους εν αγορα, τους δε πλανητας επι τας πολεις εμπορους. *Caupones vocamus eos mercatores qui rerum venditioni & emptioni in foro sedentes incumbunt; eos vero, qui per urbes vagantur, institores.* Quare arridet mihi eorum sententia, qui in Plauti Aulularia sc. *Narravi*, non *cinifiones*, ut vulgo, sed *caupones*, legendum existimant: nam inibi pleraque cauponum genera in paucos versiculos cogerentur:

> *Stat fullo, Phrygio, aurifex, lanarius,*
> *Caupones patagiarii, indusiarii.*

& quæ sequuntur. Nihilo tamen secius apud Latinos Iurisconsultos præsertim caupo sumitur, pro solo œnopola, sive vini venditore. Festus: *Copona taberna a copiis dicta*: alii legunt *a cupis*, quod vinum in caupona vendi solitum de cupa promeretur: vide infra: *Panis & vinum a propola atque de cupa*. Proprie igitur Martialis:

> *Non potes, ut cuperes, vendere caupo merum.* Abram.

Ex Macedonia) Quæ provincia semper fuit seminarium triumphorum, *Quæ tantis barbarorum gentibus attingitur, ut semper Macedonicis Imperatoribus, iidem fines provinciæ fuerint, qui gladiorum, atque pilorum*. In.

Sed ut mortuus infamis referri videretur) *In funus* habet antiquus liber, pro *infamis*: quæ olim lectio adeo mihi placuit, ut *efferri* pro *referri* legendum putarim: nunc contra: non enim hic agitur de Imperatore elato in funus, sed de turpiter in provincia mortuo, domum relato; cui contenditur nobilis Imperator ex provincia domum, sive ad urbem gloriose rediens. F. Ursinus. *Ut mortuus infamis*) Qui in lecticis tecti occultique ad majorum suorum monumenta referuntur. Vide Lipsium c. 19. lib. I. Elect. fusissime. Abram. Lectionem illam, *in funus*, ex Vaticano Ursinus certe non hausit, quem *infamis* vidi cum ceteris exhibere. Sed, quicumque fuerit ille codex, egregiam huic loco medicinam mihi videtur adferre. Cave, putes, quidquam in Lipsio voci huic *infamis* esse præsidii; cujus adponendæ causam neque adsequor, neque adsecutum quemquam cognovi. Quid enim? si talis esset infamia mortui, ut sepulchro prohiberetur, qua de re agit Kirchmannus in App. de Funer. cap. VII. VIII. is domum referri certe non poterat. Sin et sepulturæ jus non esset ablatum, cur occultius, quam ceteri omnes, demissiusque reportaretur? Talis videlicet excogitanda infamia est, ex qua ludibria, exsecrationes, vis denique, atque tumultus prætereunti mortuo timerentur. Utatur hac defensione, qui volet: mihi certe non placet, uno verbo, quod genus omne infamiæ complectitur, rem singularem notari, atque distingui. Deinde, cum Piso latebras idcirco quæreret, quod ipsum ve-

Digitized by Google

ri videretur? Romam vero ipsam fœdavit adventus tuus.

23

vehementer puderet sui, inepte item illius, qui suam vivus infamiam sustinere non potest, cum infamis mortui latione confertur. Satis occulte quivis peregre mortuus domum referebatur: operta erat lectica, familia exigua: non hospitum domus, non frequentia populi quærebatur. II. Phil. 41. de M. Antonio: *at iste operta lectica latus est per oppidum, ut mortuus*. Quid ergo attinebat, etiamsi liceret, Pisonis infamiam cum miseris illis mortuis communicare? Lego itaque, *sed ut mortuus in funus referri videretur*. Non vir nobilissimus, imperator P. R. de maxima provincia, cui præerat, decedere, sed unus mortuus Romam, ubi funus ei ducendum esset, ubi monumento majorum condendus, referri ex provincia videbatur. Hoc fieri plane ita consuevisse, Ser. Sulpicii exemplum illustre, aliorumque testatur. Vestigium etiam ejus rei superest in Pandectis XI. 7. 14. §. 4. *Impensa peregre mortui, quæ facta est, ut corpus prosequeretur, funeris est, licet nondum homo funeretur*. Quod Piso infamiæ suæ conscius fecit, id in mortuis fieri consuetudo jubebat. GARATON.

Fœdavit) Quasi cadaver illatum funestavit. Vrbem illatis cadaveribus funestari credebant: quo sensu capio illud sexti Æneidos:

— *totamque incestat funere classem.*

Atque hæc caussa fuit, cur ne ossa quidem mortuorum inferre liceret intra pomœrium, nisi si forte fuisset triumphalis. Plutarchus in quæst. Romanis 79. *Quam ob caussam viri triumphalis demortui & ambusti os e busto in urbem licebat inferre?* Quod sic horrebant, ut expiationibus etiam opus esset ei, de cujus obitu vel falso fuerat nuntiatum. Ibidem 5. *Quam ob caussam eos, quos in exteris regionibus mortuos esse falso audiverint, redeuntes a janua non admittunt, sed ad tectum adscendentes eos per tegulas demittunt*. *Nihil mirum si Romani iis qui semel visi fuerint sepulti, & positi in numero mortuorum vestibulum præterire non sinunt, quo & sacrificaturi egrediuntur, & sacrificiis peractis regrediuntur*. ABRAM.

Cum primum in Vatic. verbum *fœdavit* deesse vidi, non deesse etiam sequentia duo, *adventus tuus*, ægre ferebam: cum intelligerem, nihil subsequi causæ, cur fœdata urbs Pisonis adventu fuerit; sed ab itineris obscuritate ad obscurum illius in urbem introitum deveniri; conjungi autem posse optime, vocativo interposito, *Romam vero ipsam quemadmodum venisti?* Judicium animi retardabat reprehensionis metus, in quam solent hujusmodi curationes incurrere. Adlatus tandem Arusianus ad me, plura præstitit, quam cogitabam: in quo hanc egregiam loci totius constitutionem inveni: *Romam vero ipsam: o familiæ non dicam Calpurniæ, & hujus urbis, sed Placentini municipii, & bracatæ cognationis dedecus; quemadmodum ingressus es?* Si veram Tullii manum hinc habeamus, incredibile sit, quantum sibi veteres emendatores in addendo permiserint. Ego illud unum amplector, quo sanari præclare locum existimo. *Romam vero ipsam, o familiæ &c. quemadmodum ingressus es?* Id autem quia ita plane in suo codice Arusianus habuerit, dubitare non possum. Locutio enim, cujus exemplum proferret, hæc fuit ab ipso posita: *Ingressus loca*. Patet ergo tria verba, *fœdavit adventus tuus*, ut antea suspicabar, temere aliquem adjecisse, qui mancam sententiam crederet, cum propter interposita longius protrahatur. Hac adjectione recepta, jam consequens illud fuit, ut *ingressus es* tolleretur, quod absolute positum facile omnes offenderet: atque ita *venisti* suppositum fuit. Media vero illa, quæ breviora itidem profert Arusianus, & sese recte apud illum habent, & augeri profecto veteri eadem audacia facillime potuerunt. Nam, cum *familiæ Calpurniæ* mentio præcedat, abundat, *paterni generis*, quod ex c. 26. pr. sumere po-

Digitized by Google

23. O familiæ non dicam Calpurniæ, sed Calventiæ; neque hujus urbis, sed Placentini municipii; neque paterni generis, sed braccatæ cognationis dedecus! quemadmodum venisti? quis tibi, non dicam horum, aut civium ceterorum, sed tuorum Legatorum obviam venit? Mecum enim tum L. Flaccus, vir tua legatione indignissimus, atque iis consiliis, quibus mecum in Consulatu meo conjunctus fuit ad conservandam rempublicam, dignior, mecum fuit tum, cum te quidam non longe a porta cum lictoribus errantem visum esse narrabat: scio item virum fortem in primis,

potuit emendator: *Calventiæ* item nomine carere possumus, cum sequatur, *braccatæ cognationis*. Augendi autem, atque interpolandi caussam dabat synchysis, *o familiæ non dicam Calpurniæ —— dedecus*, pro, *o dedecus, non dicam F. C. &c.* quæ tamen reprehendi non debet. Sed hæc aliorum judicio relinquo, neque in ea loci parte quidquam mutare audeo: cum præsertim alibi Arusianum in iis viderim, quæ propositam sibi elocutionem non continent, brevitati studere potius, quam diligentiæ. Gan.

O familiæ non dicam Calpurniæ, sed Calventiæ) Gravi exclamatione Pisonis indignitatem ostendit: quippe qui dedecori fuerit non solum nobilissimæ Calpurniorum familiæ, sed etiam obscuræ Calventiæ, a Gallis & barbaris oriundæ. Abram.

Braccatæ) Sic dicta est Gallia, quod braccis uteretur, quas nos *Brayes* appellamus, Germani *Brach* vel *Broch*. Gallorum autem nomine Germanos plerumque veteres comprehendebant. Hottomannus.

Mecum enim tum L. Flaccus) Dictio, *tum*, abest ab antiquo libro & post pauca pro, *narrabat*, ille habet, *narraret*: & pro *enumero*, *numero*: & sequenti versu pro, *qui dico*, *cui dico*, & infra ubi est, *& catervam*, abest ab eo *&* copula: & sequenti versu, ubi est, *tanto exercitu*, addenda ex eo libro præpositio, *a*, in principio. Faernus. *Mecum enim L. Flaccus*) Sic ediderunt Lambinus, Gruterus, etiam in majoribus Gothofredus. Sed alii auctius *mecum enim tum L Flaccus*, quæ vocula hic suam habet vim etsi iterata. Consulant libros priscos, quibus ea copia. Et Faernus eo titulo ejecit. Gronov. Recte Iac. Gronovius observavit eam voculam hic vim obtinere, quam expunxerit Lambinus & eum secutus Gruterus, auctoritate unius Faerniani codicis. In Erfurtensi, Pithœano, Francii, editione prima aliisque ea legitur, & propterea est a me reposita. Graevius. Adest *tum* in meis omnibus ante Lamb. editis, cui ex uno Vatic. id omittenti repetitores illius parnerant: adest etiam in omnibus Britann. Sed rectius omitti vidit etiam cel. Ernestus. Gar.

Vir tua legatione indignissimus) Qui propter dignitatem splendoremque virtutum, indignam te Proconsule obiit legationem, & vir fortissimus sub Imperatore inertissimo militavit. Hic porro est L. Valerius Flaccus, qui legatos Allobrogum cum litteris conjuratorum in ponte Milvio deprehendit, quare consiliis secum conjunctum fuisse dicit Orator in suo consulatu: vide Catilinariam tertiam, & ipsam quæ pro eodem Flacco exstat orationem. Abram.

Errantem) Omnes solitudines persequentem, & diverticula quærentem. Idem.

Quin-

Digitized by Google

mis, belli, ac rei militaris peritum, familiarem meum; Q. Marcium, quorum tu Legatorum prælio imperator appellatus eras, cum non longe afuisses, adventu isto

Quintum Marcium) Qu. Marcium Regem intelligit, quem Dio tradit Ciliciæ fuisse Proconsulem, & Sallustius in Catilina scribit, ad urbem fuisse cum exercitu, Cicerone Consule: inimicorum invidia impeditum ne triumpharet. Vide Sigonium suis commentariis in Fastos in D. Silani & Murenæ consulatu: a quo tamen dissentio Qu. Marcii mortem ad consulatum M. Pisonis & M. Messalæ referente, ea solum conjectura, quod P. Clodius in epistolis ad Atticum dicatur *hereditatem Regis devorasse*. Ceterum an triumpharit, non liquet, satis tamen ex dictis constat, eum apprime fuisse peritum rei militaris: quod triumpho dignus erat, nisi invidia quorumdam obstitisset. Idem.

Quorum tu legatorum prælio Imperator appellatus eras) In Vaticano codice scriptum est, *Quorum tu legatorum opera in prælio Imperator appellatus eras.* F. Ursinus. *Quorum tu legatorum*) Luc. Flacci, & Qu. Marcii. Laudem Pisonis deterit, ex eo quod non sua, sed legatorum suorum virtute appellatus fuerit Imperator. Quod alibi diximus ex Diodoro Siculo in eclogis libri 36. *id fuisse positum in Romanorum militum instituto, ut si ductor exercitus prælio cum ipsis adversum hostes conserto supra sex hostium millia cecidisset, eum Imperatorem nominarent.* Id conceptis verbis necessarium fuisse ostendit, ut Imperator per se, non per legatos prælio interesset. Secus tamen videtur omnino contigisse: nam & hic Piso prælio per legatos confecto, a victore exercitu appellatur Imperator: & Cajus Antonius Catilina, suis auspiciis Petreji legati manu deleto, idem Imperatoris nomen sortitus est, ut prodidit Dio. M. Varro libro secundo de re rustica Cn. Trebellium Stropham de avo suo Quæstore Licinii Nervæ ita loquentem inducit: *Eo prælio hostes ita fudit, ut eo Nerva Prætor Imperator appellatus sit, & avus cognomen invenerit, ut diceretur Scropha.* Nervam ante dixerat castris absfuisse. Abram.

Cum non longe abfuisses) Immisi negativam fide Pall. editionumque vett. neotericæ abjecerant. Grut. Agnoscit *non* etiam Erfurt. Pith. Franc. MSS. *afuisses* est in Erfurt. quamvis male ibi *f* geminetur: *afuisses* autem a loco nimirum prælii. Graev. Primus negationem istam delevit Aldus: & in Vaticano diserte reperi, *cum longe adfuisses*. Si negationem inseras, ipse Piso exercitum duxisse videbitur, &, cum prælium instaret, rem Legatis omnem permisisse, ipsum in castris non longe substitisse dices: parta victoria, illum in castra rediens exercitus imperatorem appellaverit. Tunc licebit ad hanc sententiam id trahere, quod Vatic. habet, *quorum tu Legatorum opera in prælio imperator appellatus eras*. Si veritas negationem detrahi patiatur, Vaticani lectio subindicabit, Pisonem absentem imperatorem appellatum in ipso prælio fuisse: Aldina locum existimandi relinquet, Pisoni exercitum revisenti post prælium eum fuisse honorem habitum. Sed certe vehementissima omnium, & ad invidiam gravissima erat Aldina. In eam ego lectionem vehementer inclino, quidquid ipse mihi opponam ab historiæ luce desertus. *Legatorum prælio* dicitur, ut XIV. Phil. 3. *duobus Consulum, tertio Cæsaris prælio*. Mirifice Aldum contra Vaticani additionem unius tuetur egregius Varronis locus II. de R. R. 4. 1. quem adfert Abramius. Capitolin. in M. Aur. cap. VIII. *Et Verus quidem, posteaquam in Syriam venit, in deliciis apud Antiochiam, & Daphnen vixit, armisque se gladiatoriis, & venatibus exercuit, quum per Legatos bellum Parthicum gerens, imperator appellatus esset.* Garat.

Digitized by Google

isto tuo domi fuisse otiosum. Sed quid ego enumero, qui tibi obviam non venerint? Quid dico venisse pæne neminem, ne de officiosissima quidem natione candidatorum, cum vulgo essent et illo ipso, et multis ante diebus admoniti, et rogati. Togulæ lictoribus ad portam præsto fuerunt: quibus illi acceptis, sagula rejecerunt, et catervam imperatori suo novam præbuerunt. Sic iste, tanto exercitu, tanta provincia, trien-

Adventu isto tuo domi fuisse otiosum) Addit particulam *isto* per contemptum : nec temerarium est, quod addit Qu. Marcium adveniente Pisone *domi fuisse otiosum* : id enim ad contemptum Pisonis redundat : quem ita sui legati vel oderant , vel spernebant , ut quantumvis otiosi, nullisque aliis occupationibus districti , tamen obviam ei non procederent . Abram.

Qui *dico*) Ita omnes editi , sed perperam . Restituenda potius a Lamb. jam olim recepta Vaticani lectio : *cui dico venisse pene neminem* , obviam scilicet . Perpetua est commutatio : immo ipsum *qui* valuisse antiquitus etiam *cui* , viri doctissimi observarunt , Nannius ad II. in Verr. 59. Muretus ad I. Phil. 6. II. 13. Mazochius ad Tab. Heracl. p. 311, Quamquam optime cel. Ernestum judicasse nunc sentio , neque *cui* , neque *qui* adesse debere . Vidi etenim sæpe librarios relativis adjectis orationem , quam ita connectendam ducerent , pervertisse . Id fecit Vatic. idem infra c. 27. hoc ipso *cui* perperam inserto post , *laudabo inimicum* . Sic itaque dedisse videtur Cicero : *Sed quid ego enumero , qui tibi obviam non venerint ? dico venisse pene neminem , &c.* Gar.

Officiosissima quidem natione candidatorum) Qui vel infimos quosque prensant , studentque omnium gratiam demereri ad obtinenda eorum suffragia . Claudius Mamertinus in gratiarum actione pro consulatu : *Quis ignorat , tum quoque cum honores populi Romani suffragiis mandabantur , multos fuisse candidatorum labores, ediscenda omnium nomina , tributim homines atque etiam singuli salutandi , prehensandæ obviorum manus , omnibus arridendum , non solum cum infimis , sed etiam cum ignotis familiaritatis imago simulanda , multaque alia præter honorem agenda , quæ alias virum honore dignum facere non liceret : unde illud Crassi celebre dictum: Quæso , inquit , Muci , paulisper abscedas , nec comitatu tuo honestari putes , te spectante , ineptus esse non possum* . Præclare D. Chrysostomus in hanc sententiam : *Quid vero infelicius hominibus , qui aliis innituntur , & quemvis obvium dominum habent , ad quem respicere illis est necesse : & cujusque vultum considerare , quemadmodum servis dominorum* . Arrianus libr. 4. dissert. Epicteti cap. 10. *Si adipisci consulatum velis , vigilare oportet , ambire , deosculari manus , ad fores alterius contabescere , multa loqui ac facere illiberaliter, dona mittere multis , munuscula quotidie nonnullis* . Vide Nostrum in Miloniana , & Quintum Cic. de petitione Consulatus . Abram.

Vulgo) Passim , sine discrimine . Idem . Vide locos simile in Ind. Ernesti . Gar.

Togulæ lictoribus) Lictores ne redire tum primum e provincia viderentur , rejectis sagulis militaribus , togas induerunt , antequam ad Capitolium gratiam habituri pervenissent . Abram. Vide Manut. Quæsit. per Epist. III. 2. Verburg.

Tanto exercitu) Consulari , qui proinde duas legiones continebat : *Habebat exercitum tantum , quantum ipsi non Senatus , aut populus Romanus dederat , sed quantum ipsius libido conscripserat* . Abram. Vatic. *sic iste a tanto exercitu tanta provincia* . Facerus præpositionis ad-

triennio post, Macedonicus imperator in urbem se intulit, ut nullius negotiatoris obscurissimi reditus umquam fuerit desertior: in quo me tamen, qui esset paratus ad se defendendum, reprehendit: cum ego Cœlimontana porta introisse dixissem, sponsione me, ni

adjectionem tantum adnotavit, se sumpsit, quam Lamb. etiam, & Ernest. probaverunt. Tota Vaticani lectio neque mala est, neque necessaria. GAR.

Tanta provincia) Ut præter Macedoniam, Achajam, Thessaliam, Athenas, cunctam Græciam contineret. ABRAM.

Triennio post) Ut tanto tempore seges, & materia triumphi non defuerit: si se ducem strenuum præstitisset. IDEM.

Macedonicus) Ex qua provincia, *Aliquot prætorio imperio, Consulari quidem nemo rediit, qui incolumis fuerit, quin triumpharit*. IDEM.

Imperator) Ab exercitu appellatus: quæ res ad petendum triumphum ipsi animos addidisset, nisi scelerum sibi, rapinarumque conscius conspectum hominum, lucemque fugisset. IDEM.

In urbem se intulit) Clam irrepsit; mox a comparatione obscuri negotiatoris, reditus obscuritatem exaggerat. IDEM. In ipsa locutione *inferre se* nihil inest, quo clam ingressus Piso significetur, sed ex adjunctis id fere colligas. Simplex locutio est pro *se ferre*, quæ non multum dissimili modo adhibetur a Virgilio, & a Lucano, atque heic a Tullio. Ille de Iride anum Beroen adsimulante V. Æn. 622. *At fit Dardanidum mediam se matribus infert*: hic autem X. 56. *quum se parva Cleopatra biremi, Corrupto custode Phari laxare catenas, Intulit Emathiis, ignaro Cæsare, tectis*. Quod si usus hujus locutionis frequentissimus spectandus est, ironiam potius facetam continet. Cum enim pompam, & dignitatem in comitatu, aut elatum incedentis animum, gressumque basilicum soleant, hoc usurpato verbo, Latini exponere; potuit sane Cicero de industria sic loqui, quasi diceret, Macedonici imperatoris ingressum tam splendidum fuisse, quam ullus umquam fuerit hominis obscurissimi. Ioco etiam utitur in describendo Gabinii de sua provincia redeuntis ingressu III. ad Q. Fratr. 2. *Cum Gabinius, quacumque veniebat, triumphum se postulare dixisset, subitoque bonus imperator noctu in urbem, hostium plane, invasisset, &c.* Ibi quasi dolus quidam, & fraus lepide inducitur: eadem serio insunt adlatis poetarum locis: neque aliena sunt ab illis Vatinianæ verbis c. 13. *cum tot hominum millia accumberent, cum ipse epuli dominus Q. Arrius albatus esset; tu in templum Castoris te cum C. Fidulo atrato, ceterisque tuis furiis funestum intulisti*. Sed huic loco aut ironia, quam dixi, convenit, aut taciti cujusdam in urbem introitus, sentiente pæne nemine, significatio. GAR.

Ut nullius negotiatoris) Optime Vatic. habet, *ut ne ullius &c.* Nam *ne* pro *ne quidem* usurpari consuevisse jam vidimus ad II. in Catil. 4. Atque huic loco ista particula cum apta maxime, tum ab imperitis erepta verissime judicabitur. IDEM.

Cum ego Cœlimontana porta introisse dixissem, responsione me inimica, Esquilina introisse homo promptissimus lacessivit) Absurditatem vulgatæ lectionis ostendit antiqua; quæ in hunc modum habet: *Cum ego cum Cœlimontana introisse dixissem, sponsione me, ni Esquilina introisset, homo promptus lacessivit*. FAERNUS. *Sponsione me, ni Esquilina introisset, homo, &c.*) Si hoc solum protulissent libri vet. quibus Faernus usus est, quod ad hunc locum restituendum adjuverunt, & Faerno maximæ gratiæ deberentur, & codices illi quantavis laude essent dignissimi. Cum igitur ex hoc loco, tum ex infinitis aliis intelligere licet, quan-

Digitized by Google

ni Esquilina introisset, homo promptissimus lacessivit: quasi vero id aut ego scire debuerim, ut vestrum quis-

quantum tribuendum ſit antiquitati, non dico illi antiquitati pæne recenti, patrum, & avorum, & proavorum noſtrorum, qui incorruptam illam, & ſinceram antiquitatem corruperunt, ipſi in ſumma ignoratione litterarum verſati ſunt, ſed illi ultimæ, unde, quantumcumque nunc bonarum litterarum noſtra ætate remanet, profectum ad nos pervenit. Quid ſit autem, *ſponſione laceſſere*, & quomodo hæ ſponſiones conciperentur, ſupra docuimus, in notis ad Quinctianam. Lambin. *Sponſione me, ni Eſquilina introiſſet, homo promptus laceſſivit*) Ita hic locus legitur in vetuſtiſſimo codice Vaticano: atque ita olim ex ingenio emendarat Pantagathus, qui de corruptis vocibus *reſponſione mimica* fecerat *ſponſione me ni vincat*, ab antiquæ ſcripturæ veſtigiis non recedens: *promptiſſimus* etiam pro *promptus* retinebat, ut eſt in veteribus libris. F. Ursinus. *Sponſione me, ni Eſquilina introiſſet, homo promptiſſimus, &c.*) Eſt a libris Faerni, quibus accedunt utcunque Pall. certe non omnino exprimunt illud: vulgo antea receptum, *reſponſione me mimica, Eſq. introiſſe*, &c. Gruter. Eſt menda typographica. Græv. Ea nimirum, quæ in ed. Gryph. & in Grut. adnotationem irrepſerat, & a Iac. Gronovio corrigitur, *inimica* pro *mimica*. In æ̈tis ante Aldum editis corruptiſſime, *reſponſione me Moenia Exquilina introiſſe*, fere ut codices Græv. & Britann. Vaticani lectionem probo univerſam: neque ſcio, cur Lamb. priora illa reſpuerit, *cum ego eum Cælimontana introiſſe dixiſſem*. Ellipſis eſt vetus, & heic, ſi uſpiam alibi, admittenda, qua vox *porta* reticetur. Confer Boſium, & Schwebel. Ellipſ. Græc. p. 295. Neque moveor Liviano loco, qui huic vulgatæ favere videatur, XLI. 9. *Lupus etiam Romæ interdiu agitatus, quum Collina porta intraſſet, per Eſquilinam magno conſectantium tumultu evaſit*. Gar.

Cælimontana) A Cœlio monte, in cujus clivo ſita erat, dicitur. Creditur ea fuiſſe, quæ nunc eſt S. Ioannis. Vide Nardinum dicto loco, & Donatum de Vrbe Roma. 1. 9. Græv.

Eſquilina) Ab Exquiliis dicta, fuit inter portam, quæ nunc major dicitur, & S. Laurentii. Ante Tiberium nulli alteri rei, quam educendis ad ſupplicium damnatis inſerviit, qui extra illam portam morti dabantur: quo uſu poſtea obſoleto, ut e Taciti 11. annali patet, velut ſuperflua teſte Strabone occluſa eſt. Famianus Nardinus Rom. Vetere 1. 9. ubi vide plura. Idem.

Aut ego ſcire debuerim, aut veſtrum quiſpiam audierit) In antiq. libro eſt, *quiſquam*. Ceterum verbum *audierit*, mihi abundare videtur, eſſeque omnino tollendum & ſequenti verſu, ubi eſt, *Proconſulibus*, in eo libro eſt, *conſulibus*: quod non placet. Faernus. *Aut veſtrum quiſquam audieris*) Faernus teſtatur verbum *audierit*, reperiri quidem in codicibus manuſcr. ſed ſibi videri otioſum eſſe: cui quamvis aſſentirer, delere tamen olim non ſum auſus: ſed nunc tandem audendum eſt: deleto autem, repetendum erit ἀπὸ κοινοῦ, *ſcire debueris*. Præterea vocem, *quidquam*, quæ neceſſaria eſt, & quæ reperitur in aliis libris emendatis, reſtituimus, ut legatur, *aut quidquam ad rem pertineat*, &c. Lamb. *Ut veſtrum quiſpiam audierit*) Vulgata prius *aut veſtrum*, quæ & Faernum vexavit, & Lambinum: noſtra eſt e Pal. illo ſecundo, ſententia aperta. Gruter. Erfurt. & Pith. tuentur vulgatam, *aut veſtrum quiſpiam audieris*, Francii vero, *aut noſtrum quiſpiam audieris*. Græv. Nullo alio in codice *ut* inventum fuit: *quiſquam* eſt etiam in uno Britann. Gruterianam lectionem hanc unice veram putat Erneſtus, eamque recte ſic explicat: quaſi vero ego id ſcire debuerim, ſi maxime quiſpiam veſtrum audierit. Sed ita friget iſta, meo judicio, ſententia, ut locus, ea non addita, futurus omnino fuerit lon-

Digitized by Google

quispiam audierit, aut ad rem pertineat, qua tu porta introieris, modo ne triumphali: quæ porta Macedonicis semper Proconsulibus ante te patuit: tu inventus es, qui consulari imperio præditus ex Macedonia non triumphares.

24. At audistis, Patres Conscripti, philosophi vocem: negavit, se triumphi cupidum umquam fuisse. O scelus, o pestis, o labes! cum extinguebas Senatum

longe perfectior. Ego recte ab Oliv. ac Lallem. *aut* restitutum arbitror, & plane cum Vatic. lego: *quasi vero id aut ego scire debuerim, aut vestrum quisquam audierit*. Senatorem ullum negat audisse, qua porta Piso introiverit. Quid ni? acerbum hoc est ad obscuritatem illius introitus exagitandam. At, inquies, candidati erant in Senatu, qui audierant: siquidem, ut obviam venirent, rogati dicuntur. Adfirmare igitur oportebat, audisse aliquos; quod ne Grut. quidem lectio facit. Quid si Piso, postquam plerosque obviam veniendi officium negasse cognovit, portam commutarit? Certe advenientes e Macedonia Brundisium appellere, atque inde cum ad urbem Appia via pervenerint, porta Capena ingredi solebant. Tale iter Ciceronis in patriam restituti fuit. Portam celeberrimam Piso, quæcumque demum causa fuerit, omnino vitaverat. Sed omnia heic nimis incerta: ut constitui locus certa ratione non possit. Idcirco magis in meliorum codicum lectione adquiesco. Vocem *quidquam* a Lamb. adjectam alii mei editi omnes cum Vaticano, Britannicisque repudiant. GAR.

Triumphali) Porta triumphalis erat, per quam in Martium campum patebat exitus, non longe a circo Flaminio remota ad Marcellum Corvorum, quæ hoc tempore est obstructa. Olim tantum imperatoribus triumphantibus die triumphi patebat. Vide Nardini Romam Veterem lib. I. cap. 10. & Donatum de Vrbe Roma l. 19. ABRAM.

Macedonicis semper Proconsulibus) Cod. Vatic. tresque Britann. item ed. Rom. ambæ Ven. atque Ald. *Consulibus*. Hanc lectionem improbavit cum Faerno Lambinus: potuitque saue fieri, ut antecedens syllaba sequentem absorberet. Sed optimam esse, abunde illa declarant, quæ ad III. in Verr. 91. adnotavimus. Quin etiam Græca basis exstat in Monum. Pelopon. Paciaudii T. II. p. 125. in qua T Quinctium Flaminium ΥΠΑΤΟΝ dictum videmus, quo tempore Proconsul erat, neque aliter eumdem Plutarchus, item in Proconsulatu, appellat ejus vitæ cap. X. Denique Gabinium Cicero de prov. Cons. 4. *Consulem* vocat, cum Syriam pro Consule administraret. GARAT.

Philosophi vocem) Honorem, & humana omnia negligentis. ABRAM.

O scelus) Scelus frequenter pro scelerato: ut Noster alibi: *O scelus, o portentum in ultimas terras deportandum.* Terentius:

— *ubi est scelus, qui me perdidit.*

Maro I. Æneidos:

Vel cum se pavidum contra mea jurgia fingit
Artificis scelus. — IDEM.

O pestis) Et hic pestis pro pestifero: ut Aristophani morbus pro morboso: *εν κυκλῳ τα νοσηματα σκοπων*: id est, *ως νοσηλας*: *in orbem morbos intuens*: id est, *morbidos*, *ægrotos*. Eodem sensu lupanar pro meretrice. Catullus:

Non assis facis, o lutum, o lupanar.

Carcer apud Lucilium:

— *carcer vix carcere dignus.* ID.

O labes) Plautus in Persa sc. *Cura-*

se

tum, vendebas auctoritatem hujus ordinis, addicebas Tribuno plebis Consulatum tuum, rempublicam evertebas, prodebas caput, et salutem meam una mercede provinciæ: si triumphum non cupiebas, cujus tandem rei te cupiditate arsisse defendes? sæpe enim vidi, qui et mihi, et ceteris cupidiores provinciæ viderentur, triumphi nomine tegere, atque velare cupiditatem

te lenonem hoc pacto compellat,

Impure, inhoneste, injurie, illex, labes populi.

Pro Sextio: *Habeo quem opponam labi illi atque cœno.* Festus: *Labes macula in vestimento dicitur: & deinde μεταφορικῶς transfertur in homines vituperatione dignos.* Idem.

Cum extinguebas Senatum.) Cum omnem Senatui potestatem penitus auferebas, cum eum suis ipsius decretis parere prohibebas. Idem.

Vendebas auctoritatem) Pactione provinciæ. Idem.

Addicebas tribuno plebis consulatum tuum) Ponebas pretium tuo consulatui, & eum P. Clodio Tribuno plebis ea conditione mancipabas, *Ut si tibi provinciam, si exercitum, si pecuniam ereptam ex reipublicæ visceribus dedisset, omnium ejus scelerum socium te, adjutoremque praberes*: supra cap. 12. Idem.

Prodebas caput) Per summam perfidiam, me affinem tuum, quem in Senatu sententiam rogabas tertium, quem in tuis comitiis honoris caussa prærogativæ custodem præfeceras, a P. Clodio sinebas ejici de civitate. Idem.

Una mercede provinciæ) In contextu antiqui libri non est dictio, *una*: quæ & alioqui non modo non necessaria, sed & inepta est. Faernus. Sed in omnibus, quos ego inspexi, MSS. recte legitur *una*, hoc est hac sola mercede, & nulla alia. Cicero ad Q. Fratrem lib. 1. ep. 1. *Omnes enim qui istinc veniunt, ita de tua virtute, integritate, humanitate commemorant, ut in tuis summis laudibus excipiant unam iracundiam.* Exempla plura, ni putidum esset, facile congererem. Græv. Adsentior viro summo, & vocem non modo non ineptam, sed opportunam, egregiaque significatione præditam retineo. *Una merces* non refertur ad solam Tulliani capitis proditionem, quæ proxime antecedit, verum ad omnia etiam reliqua, extinctionem Senatus, venditionem ejusdem auctoritatis, addictionem Consulatus, eversionem reip. Hæc omnia, inquit, faciebas, tot, & tanta scelera perpetrabas *una mercede provinciæ*. Paullo post: *cumque omnium tuorum scelerum hæc pactio extiterit, ut, si tu totam remp. nefariis latronibus tradidisses, Macedonia tibi ob eam rem, quibus tu velles finibus, ut redderetur.* Omnes vero eam vocem libri tuentur: nam in ipso Vaticano superaddita fuit majoribus iisdem litteris, quibus codex erat conscriptus, manuque, si non eadem, certe vix posteriore. Garat.

Tegere, atque velare) In antiq. libro est, *celare*: & post pauca, *quod si te Senatus populusque Rom.* extrema hæc verba sine copula *que*, ita in eo sunt; *Senatus P. R.* ego lego: *quod si te Senatus, si populus Rom.* & post duos versus ubi est, *triumphi honorem atque dignitatem contemnere*, addita in principio dictione *justi* ex antiquo libro ita lego, *justi triumphi honorem, dignitatemque contemnere.* Faernus.

Tegere atque celare cupiditatem suam) Libri vulg. habent, *tegere, atque velare*. Faernus testatur in suis libris manuscr. esse scriptum, *atque celare*: quos secuti sumus: nonnulli ex nostris vulgatam lectionem tuentur: quæ quamvis quibusdam probabilis videatur, nos tamen antiquam magis probamus. Lamb. Nostri omnes velare,

ditatem suam. Hoc modo D. Silanus Consul in hoc ordine, hoc meus etiam collega dicebat: neque enim quisquam potest exercitum cupere, aperteque petere, ut non prætexat cupiditatem triumphi. Quod si te Senatus, populusque Romanus aut non appetentem, aut etiam recusantem bellum suscipere, exercitum ducere coegisset, tamen erat angusti animi, atque demissi, justi triumphi honorem, atque dignitatem contemnere,

re, quod ex uno Faerni non fuit admittendum cum Lambino. Non sane celant cupiditatem provinciæ, qui palam illam præ se ferunt, cum ambiunt eam, sed illam cupiditatem velant prætextu cupiditatis triumphi: non inepte hic notavit, quæ sequuntur, Abramius. Virgil. IV. Æneid.

Conjugium vocat, hoc prætexit nomine culpam.

Et quemadmodum hic Tullius tegere & velare! ita Plautus in Captiveis actu tertio sc. 3. mantellum, & integumentum pro prætextu usurpat:

Nec subdolis mendaciis usquam mihi integumentum est meis,
Nec sycophantiis, nec fucis ullum mantelium obviam est. Graev.

Recte *velare* præfertur. Confer etiam Schwarzium ad Plin Paneg LVI. I. Sed *celare* videtur celeb. Ernesto elegantius. Gar.

D. Silanus) D. Iunius Silanus Consulatum adeptus est post Ciceronem: quam autem provinciam tanto ambitu petierit, mihi non liquet: suspicor tamen eum provinciæ cupiditate rebus novis studuisse in suo Consulatu: certe obtinuit Hispaniam Rufi breviarium: *Hispaniam per D. Brutum obtinuimus, & usque Gades ad Oceanum mare pervenimus: post ad Hispanos tumultuantes D. Iunius Silanus cum exercitu missus, eos vicit.* Abram. Vatic. *hoc dicebat Silanus Consul in hoc ordine.* Ex Silani prænomine D. verbum *dicebat* exortum puto: vocemque *modo* libenter deleo: quæ tum glossam sapit quasi *hoc modo* pro *ita* positum fuerit, quod nemo probet, tum ad tempus relata, uti debet, neque necessaria est, neque opportuna, cum Silanus anno jam DCXCI. Consulatum gessisset. Gar.

Hoc meus etiam collega) C. Antonius, quem *cupidum provinciæ, multa in repub. molientem, patientia atque obsequio meo mitigavi*: supra cap 2. Abr.

Exercitum ducere) Prior Ven *exercitumque*. Gar.

Tamen erat angusti animi) Locus videtur depromptus e lib 4. Eth. cap. 9. Ο δ' ελλειπων μικροψυχος, ὁ δ' ὑπερβαλλων χαυνος. *Qui autem modum deserit in honoribus appetendis, is angusto parvoque animo dicitur; qui superat, elatus ac superbus.* Ο' μεν γαρ μικροψυχος, αξιος ων αγαθων, ἑαυτον αποστερει ων αξιος εστι. και εοικε κακον εχειν τι, εκ του μη αξιουν ἑαυτον των αγαθων, και αγνοειν δ' ἑαυτον. ωρεγετο γαρ αν, ων αξιος ην, αγαθων γ' οντων. *Nam qui demisso parvoque animo est, cum sit bonis dignus ipse se iis fraudat, quæ meretur: videturque mali quiddam in hoc inesse ex eo, quod sese bonis indignum esse arbitrabatur: atque adeo seipsum ignorare: nam, ni ita esset, ea expeteret, quibus dignus est, cum bona sint.* Item cap. 10. Τον τε γαρ φιλοτιμον ψεγομεν, ὡς και μαλλον η δει, και ὁθεν ου δει, της τιμης εφιεμενον τον τ' αφιλοτιμον, ὡς ουδ' επι τοις καλοις προαιρουμενον τιμασθαι. *Nam & ambitiosum vituperamus, tanquam nimia honoris cupiditate inflammatum, honoremque, unde non oportet aucupantem: & honoris contemptorem tanquam ne ex honestis quidem rebus honoris adipiscendi consilium capientem.* Abram.

Iusti triumphi honorem) Exstat & vox *iusti*, in Erfurd. ejusque loco erat in Pal secund. *jussi*: editionibus remotioribus deest: primum invexit Faernus.

Digitized by Google

temnere: nam, ut levitatis est, inanem aucupari rumorem, ut omnes umbras etiam falsæ gloriæ consectari: sic levis est animi, lucem, splendoremque fugientis, justam gloriam, qui est fructus veræ virtutis honestissimus, repudiare. Cum vero non modo non postulante, atque cogente, sed invito, atque oppresso Se-

nus. GRUTERUS. Tu vero præterea leges, *dignitatem quæ contemnere*, ut jamdiu legerat ex Vaticano Faernus, atque ut aures omnino postulant. Exstat *justi* etiam in uno Britann. GAR.

Nam ut levitatis est) Totum hunc locum ita legit Pantagathus: *Nam ut levitatis est inanem aucupari rumorem, omnes umbras etiam falsæ gloriæ consectari; sic jejuni est animi lucem, splendoremque fugientis, justam gloriam, qui est fructus veræ virtutis honestissimus, repudiare*. F. URSIN.

Ut omnes umbras etiam falsæ gloriæ consectari) P. Manut. & Lamb. editio: *& omnes umbras etiam falsæ gloriæ*: sed invitis omnibus MSS. quamvis sententia omnino hanc particulam exigat. GRÆVIUS. Utrumque falsum. Primum enim ad hanc iteratam particulam *ut* potest ἀπὸ κοινοῦ subaudiri, *levitatis est*. Eodem plane modo supra c. 17. *an* repetitur, quod Lambino, & Grævio immerito suspectum fuit. Deinde in optimo Vaticano legitur, *& omnis umbras*, ut Lamb. & Manut. conjunctionem a Faerno habuisse nunc demum intelligantur, quam propter codicis præstantiam recipi non vetabo. Firmant *omnis* etiam Rom. ambæ Ven. & Aldus. GAR.

Umbras falsæ gloriæ) Falsa, & futilis gloria cum umbra commode comparatur. Dio Chrysostomus oratione 2. de gloria: Την δε γε καλουμενην δοξαν ηγησεται μηδεν διαφερειν σκιας, ὁρων ὁτι γινεται των μεγαλων μικρα, και των μικρον μεγαλη. πολλακις και των αυτων, ὁτε μεν πλειων, ὁτε δ' ελαττων. *Gloriam autem, quæ dicitur, putabis nihil ab umbra differre, cernens a magnis parvam fieri, atque e parvis magnam: frequenter etiam ab iisdem modo majorem modo minorem*. Pergit: Ει δ' αν τις ειη τοιουτος ανθρωπος, οιος ζην προς την αυτου σκιαν, ὡστε αυξανομενης μεν αυτης επαιρεσθαι και μεγαλαυχειν, και τοις θεοις θυειν αυτος τε και τους φιλους κελευειν, βραχυτερας δε γιγνομενης λυπεισθαι τε και ὁρασθαι ταπεινοτερον, και τοσουτω μαλλον ὁσω περ αν ελαττων γενοιτο, καθαπερ αυτος φθινων θαυμαζον αν οιμαι παρεχων διατριβην, πολυ γ' αν ειη του Μαργιτου ασοφωτερος, αγνοουντος ὁτι χρη γημαντα χρησθαι τη γυναικι, &c. *Si quis igitur foret talis homo, qui viveret ad suam umbram, nempe ut ea aucta efferretur, atque gloriaretur, Diisque sacrificaret ipse, & juberet amicos: breviore autem facta contristaretur, dejectiorisque videretur animi: tantoque magis, quanto minor ea fieret, quasi ipse deficiens admirabilem, opinor, exhiberet conversationem, multo utique esset Margite insipientior, qui ducta uxore nesciebat ea esse utendum*: vide plura. ABRAM.

Sic levis est animi) Antiq. liber, *sic est levis animis*, nos putamus legendum, *lævi animi*: aliquod certe mendum subest. FAERNUS. *Sic levis est animi, &c.*) Faernus legendum putat, *sic est lævi animi*, id est, sinistri, stolidi, infelicis: quod malo, quam, quod est in omnibus libris, *levis*: verumtamen puto delendam vocem sive *levis*, quæ vox est in libris antiquis, & vulgatis, sive *lævi*, quam substituit Faernus: plane enim otiosa est; & credibile est additam esse propter vocem *levitatis*, quæ antecedit: sic igitur hic legendum puto: *sic est animi, lucem, splendoremque fugientis*, &c. Si quis tamen *lævi*, retinere volet, non carebit similibus exemplis. Virgil. Tityro, *si mens non læva fuisset*: & Horat. epist. ad Pison. de arte poetica:

—— o ego lævus,
Qui purgo bilem sub verni temporis ho-

Digitized by Google

Senatu, non modo nullo populi Romani studio, sed nullo ferente suffragium libero, provincia tibi ista manupretium fuerit non eversæ per te, sed perditæ civitatis: cumque omnium tuorum scelerum hæc pactio

horam. LAMBINUS.

Manutius emendabat *vilis*, quod vernaculam linguam sapit, & Latine idem potius exprimit Pantagathi emendatio *jejuni*, sive mavis *abjecti*, *humilis*, *pusilli*, atque, ut modo Tullius dixit, *angusti*, *demissi*. Scio Gellium VII. 11. *viles* ætate sua dici tradere, quos Tullius cum suis æqualibus *leves* appellabat. At hoc ipsum admonere Manutium debuit, non esse id verbum, quo sensu postea usurpabatur, Ciceroni adfingendum, neque optima deterioribus mutari oportere. Non itaque locum emendasset Manutius, sed explicasset ex Gellio, si vilem animum pro levi, nugatorio, contemnendoque cepisset. Est profecto, ut acceperit eo sensu, quo diximus. Sensu aeque bono, sed magis Latine, & propius ad litteras Faernus, *lævi*. Hanc tamen emendationem repudiat Pareus in Lex. Crit. p. 672. & *levis* retinet: quicum ego sentio, licet is non evincat ita fieri oportere. Nomen levitatis constat patere latissime I. de Offic. 26. *nam ut adversas res, sic secundas immoderate ferre, levitatis est*. Ergo levitas est tum abjectio animi, tum insolentia. Quidni etiam *levis* appelletur, angustus animus, atque demissus? tali animo haud minus, quam fracto, & abjecto, magnus, altus, excelsus opponitur. Tam levis est hominis, falsam gloriam consectari, quam justam repudiare: hæc etenim duo, quæ sunt inter se plane contraria, numquam in eumdem, sed tamen in parvum animum cadunt: parvus autem animus & ille est, qui vanus, ac futilis, & ille, qui demissus, atque jejunus, qui lucem hominum fugit, honorisque splendorem. Nodum porro scindit conjectura Lambini, qua, voce *levis* abjecta, legendum suspicatur, *sic est animi &c.* eique conjecturæ aliquid præsidii est in Vaticani trajectione *levis* post *est* collocantis. Ego sic nolim agere, cum persuasum mihi sit, μικροψυχίαν omnem *levitatis* nomine comprehendi. GAR.

Ferente suffragium libero) Oratorie, cum paucos dicat legi curiatæ ferendæ interfuisse. HOTTOM. *Libero*) Quia servi tantum, & mancipia ex omnibus ergastulis extracta leges Clodias de decernendis Pisoni, & Gabinio provinciis suo suffragio comprobarant. ABRAM. Non est existimandum, servos ad suffragia vocatos fuisse; verum eorum manus ad populum liberum, per quem lex perferri non potuisset, arcendum comparata fuit. Suffragia tulerunt non proprie servi, sed libertini, iique mercede conducti: liberi quoque facinorosi, & egentes, a Clodio empti, & concitati, quorum suffragium non erat liberum. GARAT.

Manupretium) Per contemtum, ut hominis mercenarii auctoramentum. HOTTOM. *Manupretium*) Merces, & compensatio: alii legunt, & bene quidem mea sententia: *manupretium fuerit eversæ per te, & perditæ civitatis*. ABRAM.

Non eversæ per te, sed perditæ civitatis) Detracta negatione legendum *eversæ per te & perditæ civitatis*, & & post duos versus, ubi est, *quibus tu finibus velles, redderetur*, tu lege, *quibus tu velles finibus traderetur*: & sequenti versu pro, *transibas*, in antiquo libro legitur, *transiebas*: ut Terentium quoque in Hecyra, hæc scriptura in antiquis libris est: *Ad hos redibat lege hereditas*. FAERNUS. *Non eversæ per te, sed perditæ*) Turnebus libro XXI. cap. 15. Adversar. mallet *proditæ*. GRUTERUS. *Sed proditæ*) Ita cum Turnebo dedimus pro vulgato, *sed perditæ*, quæ vox huic loco minime congruit. LALLEMAN. Hanc emendationem subjicit frequentissima permutatio. Suam vero Faernus

Digitized by Google

ctio exstiterit, ut, si tu totam rempublicam nefariis latronibus tradidisses, Macedonia tibi ob eam rem, quibus tu finibus velles, redderetur: cum exhauriebas ærarium: cum orbabas Italiam juventute: cum mare va-

nus ex Vaticano efformavit, in quo mendose, non *everse per se*, & *perditæ civitatis*. Sed id quoque pro vulgata facit, quam explicare videtur locus ille Sextianæ c. 15. *cum omnes urbem nondum excisam, & eversam, sed jam captam, atque oppressam videremus.* De R. H. 4. *ut P. ille Scipio natus mihi videtur ad interitum, exitiumque Karthaginis, qui illam —— solus evertit*. His autem locis *evertere* valet *delere*, *funditus tollere*, ut ait II. Agr. 32. Sic etiam I. de Offic. 24. Deinde, remoto etiam excidio, plus est *evertere*, quam *perdere*. V. ad Att. 16. *maxima exspectatione in perditam, & plane eversam in perpetuum provinciam nos venisse scito*. Eodem sensu infra c. 35. *evertisti miseras funditus civitates*. Civitas autem *perdita* pro vexata, capta, & oppressa recte dici facile videtur. Itaque nihil muto, Pisonemque intelligo manupretium accepisse perditæ civitatis, ac tantum non eversæ: ut illius quidem ædificia, murique steterint, sed nulla in iis jam esse civitas videretur. *Manupretium* autem propius pertinet ad eversionem, apteque adhibetur tam in vulgata, quam in emendationibus. GARATON.

Nefariis latronibus) P. Clodio, ceterisque seditiosis, qui impune grassabantur in republica. ABRAM.

Quibus tu finibus velles redderetur) Fortasse, *traderetur*: nisi ad mercedis, & manupretii rationem spectarit, quod operis præstitis quasi redditur. HOTTOMANN. Paulli Manutii & Lambini edd. ex Faerni conjectura scribunt, *quibus tu velles finibus traderetur*: sed libri omnes repugnant: nec opus est hac emendatione. Nam sententia in vulgatis & scriptis libris est optima. Tu remp. tradidisti latronibus, pro hoc manupretio illi tibi reddiderunt Macedoniam, quibus velles finibus. Male iidem invitis MSS. receperunt conjecturam Faerni, *everse*, & *perditæ*. GRÆVIUS. Egregia vulgata est: nam *reddere* est contra, & vicissim dare, ut IX. Phil. 2. *Reddita est ei tum a majoribus statua pro vita*. Hanc servo, quia probabilius arbitror suppositum ei fuisse *traderetur*: cum præsertim modo præcesserit, *tradidisses*. Nam lectionem quidem suam ex Vaticano Faernus hausit, in quo reperi, *ut raderetur*, altero T superposito, quo fiat, *ut traderetur*: sed tamen corruptum id esse potuit ex vera lectione, *ut redderetur*. Neque vero, cum supra in Vatic. sit, *hec pactio exstiterit, ut si totam remp.* delendum ibi dicas *ut*, quod heic iteratur, & pro *ut si* legendum *si tu*, cum *tu*, quod in aliis adest omnibus libris, & *ut* facile permutentur. Nam optima exempla suppetunt, quibus ea particula, verbis aliquot interpositis, iteratur: quorum si meminisset Faernus, ut poterat (viderat enim in optimis Terentii MSis V. Andr. 1. 9. 11.) iterationem istam Vaticani, tamquam mendosam, non abjecisset. Vide Gronov. ad Gell. III. 9. & Cortium ad Plin. II. Epist. 18. 4. Adde Caton. de R. R. CXLI. 1. Livium V. 21. & Legem Cornel. de Sicar. in Collat. LL. Mosaic. I. 3. In his autem ipsis Tullii orationibus habemus pro Planc. 38. *ageret mecum, ut, quoniam sibi servissem semper, &c. ut jam mihi servirem*: de Prov. Cons. 15. *quam ut qui Consul —— ut is &c.* pro Balbo 8. *ut, cum jussisset P. R. aliquid, si id —— ut cum &c.* GAR.

Cum exhauriebas ærarium) Stipendii & vasarii nomine: quantum stipendii nomine e reipublicæ visceribus eripuerit, non liquet: infra de vasario: *Nonne sestertium centies & octogies, quod quasi vasarii nomine in venditione mei capitis adscripseras ex ærario tibi attributum*. ABRAM.

Cum orbabas Italiam juventute) De Pro-

Digitized by Google

vastissimum hieme transibas: si triumphum contemnebas, quæ te, prædo amentissime, nisi prædæ, ac rapinarum cupiditas, tam cæca rapiebat? Non est integrum Cn. Pompejo consilio jam uti tuo: erravit enim: non gustarat istam tuam philosophiam: ter jam homo stultus triumphavit. Crasse, pudet me tui: quid est, quod, confecto per te formidolosissimo bello, coronam illam

Provinc. Consul. *Exercitus ille noster superbissimo delectu & durissima conquisitione collectus*. HOTTOM.

Cum mare vastissimum hieme transibas) Faernus testatur in libris veteribus scriptum esse, *transiebas*, quemadmodum Terentius dixit in Hecyra, *Ad hos redibat lege hereditas*. LAMB. *Cum mare vastissimum*) Quod inter Brundusium Italiæ oppidum, & Epidamnum sive Dyrrhachium nunc *Duracho* interjacet: mare autem vastissimum appellat, non tam propter latitudinem, ut opinor, (distat enim a Brundusio Apuliæ urbe, centum milliaribus propemodum, ut auctor est Maginus in Ptolemæum.) quam propter solitudinem, quod tam infesto anni tempore nemo navigaret. At Piso prædæ cupiditate accensus, non dubitavit, se & exercitum suum tempestati committere. ABRAM. Hecyræ locus est I. 2. 97. ubi maluit Bentleius *rediit*. Lamb. heic ad marginem conjiciebat, *transmeabas*. Melius conjiceretur, *trajiciebas*, ex ea permutatione, de qua Drak. ad Liv. XXX. 28. Sed nihil conjecturis est opus. Corn. Nep. Hamilc. IV. 1. *postquam mare transiit*, neque dubitationem habet locutio. *Transiet* defendere conatur Vulpius apud Tibull. I. 4. 27. quod ex Christianis auctoribus illustrat Brunemannus ad Lactant. IV. Div. Instit. 28. 32. & ad Epit. XLVI. 8. quemadmodum *inietur* defendit Grævius apud Tullium II. Agr. 26. Etiam *rediebat*, *transiebas*, & similia fortasse usu non caruerunt. Verum hujusmodi formæ non tam ab antiquitate transmissæ, quam ex usu minus antiquo ad superiorem ætatem traductæ videntur. GARAT.

Tam cæca) Malim *jam cæca*: jam tum, jam ex illo tempore, quæ successu temporis magis cæca effecta est. ABRAM.

Non est integrum) Non est liberum, non licet Cn. Pompejo resilire, & triumphi honorem, quem tanti fecit, contemnere penitus, & a se deprecari. IDEM.

Ter jam homo stultus triumphavit) Cic. pro Cornelio: *Pompejus tot habet triumphos, quot sunt oræ partesque terrarum*. Item: *Pompeji tres triumphi testes sunt totum orbem terrarum nostro imperio teneri*, & alibi passim. IDEM.

Crasse) Dicit M. Crassum, qui bellum contra Spartacum confecit. Qua de caussa Plutarchus scribit, ei permissum, ut ovans urbem iniret: quasi indignum esset de servis subactis triumphare. Agell lib v. *Myrteam coronam M. Crassus, cum bello fugitivorum confecto ovans iniret, insolenter aspernatus est. S. C. faciendum per gratiam curavit, ut lauro non myrto coronaretur*. Plin. libr. xv. *Myrtea ovantium fuit corona, excepto M Crasso, qui de fugitivis & Spartaco laurea coronatus incessit*. HOTTOM.

Pudet me tui) Vatic. *Crasse, pudet me tui quidem, quod &c.* GAR.

Confecto formidolosissimo bello) Addendæ post hæc duæ dictiones *per te*. FAERN. His duabus vocibus auctior est etiam codex Erfurt. & Pithœi, *confecto per te formidolosissimo bello*: quod non sprevi: *per te* est tuo ductu, & virtute. GRÆV. Has voces, quas omittunt vulgati, servant Faerni, & Grævii codices, & nostri. LALLEM.

Asco-

Digitized by Google

illam lauream tibi tantopere decerni volueris a Senatu? P. Servili, Q. Metelle, C. Curio, P. Africane, cur non hunc audistis tam doctum hominem, tam eruditum, prius quam in istum errorem induceremini? C. ipsi Pomtino, necessario meo, jam non est integrum: religionibus enim susceptis impeditur. O stultos

ASCONIUS.

CIRCA VERS. A NOVISS. DCCCXX. *O stultos Camillos, Curios, Fabricios, Calatinos, Scipiones, Marcellos, Maximos! O amentem Paulum, rusticum Marium! nullius consilii patres horum Consulum, qui triumpharunt!*) Diximus, hanc orationem esse dictam Cn. Pompejo Magno II. M. Crasso II. Coss. Pompeji pater bello Italico de Picentibus; M. Crassi pater P. Crassius ante bellum Italicum de Hispanis triumphavit.

VARIORUM.

Coronam illam lauream) *Auream* habet liber Vaticanus, sed non placet; nam M. Crasso de Fugitivis, & Spartaco ovanti, laurea (ut inquit Plinius) concessa fuit, cum alii ovantes myrtea coronari soliti essent: & paullo post, *L. Afrani* pro *P. Africane*: quod probo: ut intelligamus de L. Afranio, qui post P. Servilium Consul fuit cum Q. Metello Celere anno DCXCIII. P. autem Africanus, qui centum quinquaginta fere annis ante triumphavit, non bene cum Q. Metello, P. Servilio, aliisque, qui a Cicerone nominantur, quique tunc vivebant, conjungitur. F. URSIN. Ejus & Claudianus meminit in Eutropium:

Illustrat servilis laurea Crassum.

De L. Afranio vero vide P. Manutium. GRAV. Non erat omittendum, in Vatic. etiam esse *tanto opere* duabus vocibus, quomodo & MSi præstantes habere, & critici passim probare solent. Neque hic solum ita exhibet Vaticanus, sed etiam infra tribus aliis locis: c. 25. *quid est, Cæsar, quod te supplicationes &c. tanto opere delectent?* c. 27. *ne magno opere quidem quidquam, præter libidines, sumtuosum*: c. 28. *simul atque audivit, voluptatem a philosopho tanto opere laudari*. De L. Afranio nondum Vaticano pareri turpe profecto est: qui codex mendi etiam originem docet: habet enim extrema in littera peccans, *Luci Afrane, cur hunc non audistis, &c.* Homo Consularis, Pompeji familiarissimus, vivebat Afranius. At eum, inquit Manutius, triumphasse nescimus. Id vero hic primum a Tullio discendus: quandoquidem id nobis diserte offert Vaticanus, quod facile ipsi Manutio, homini experienti, jam antea litterarum similitudo subjecerat; cum intelligeret, nihil magis esse ridiculum, quam rogare Africanum, cur Pisonem non audierit, antequam caperet triumphandi consilium. Quid quod Afranius dux parum peritus a quibusdam existimatur? tamen Legatorum opera, & virtute militum triumphum adipisci potuisset. Imo vero Cicero XIII. Phil. 14. *L. Afranium summum ducem* appellat mortuum. GARAT.

C. ipsi Pontinio) In antiquo libro scriptum est, *Pomptino*: nos *Pontino*, legendum putamus. FABRNUS *C. ipsi Pontino*) Pontinus, sive ut alii volunt, Pomptinus, aut etiam Pontinius Prætor Consule Cicerone, Allobroges anno proxime sequenti devicerat, non tamen triumphavit ante Appii Claudii & L. Domitii consulatum sex septemve annis post victoriam: de quo Dio libro 37. & 39. consulendus. ABRAM. Primum apud Lamb. vidi *Pomtino*. Man. & Car. Steph. *Pontinio*. Rom. ambæ Ven. Ald. Naug. Cart. *Pontino*. Lall. *Pomptino*, ut solet. Vide ad c. 13. de Prov. Conf. GAR.

Religionibus enim susceptis impeditur) Vel, quod toto illo tempore, ut auctor est Dio, remansisset extra pomœrium, vel quod Senatum jam in ædem Bellonæ convocarat, vel fortasse quod juraverat, se sine triumpho in urbem non esse rediturum: vel

Digitized by Google

tos Camillos, Curios, Fabricios, Calatinos; Scipiones, Marcellos, Maximos! o amentem Paullum! rusticum Marium! nullius consilii patres horum amborum Consulum, qui triumpharunt.

25. Sed, quoniam præterita mutare non possumus, quid

vel quod jam preces quasdam & vota conceperat. Hanc autem concipiendorum ante triumphum votorum solemnem fuisse consuetudinem testatur Iosephus 7. de excidio cap. 16. *Τω περιβληματι το πλεον της κεφαλης μερος αποκαλυψαμενος*, (an *επικαλυψαμενος*, orabant enim capite operto) *ευχας εποιησατο τας νενομισμενας*, *Indumento majorem corporis partem opertus solitas preces concipiebat*. Abram.

Scipiones) E quibus primus triumphavit de Pœnis, Sardinia, & Corsica L. Cornelius Scipio anno CDXCIV. Secundus P. Scipio Asina de Corsis anno DXXXII. tertius fuit Major Africanus de Pœnis, & Siphace anno 552. Quartus L. Scipio Asiaticus de Antiocho anno 564. Quintus Scipio Æmilianus de Africa 607. & anno 621. de Numantinis. Sextus Scipio Nasica de Dalmatis anno 598. Septimus Scipio Africanus ex Hispaniis 621. Idem. De reliquis vide Manutii notas. Grav.

Marcellos) Inter quos M. Marcellus anno 531. relatis opimis spoliis de Gallis Insubribus, & Germanis triumphavit: & anno 542. devictis Syracusis in monte Albano triumphavit, primum deinde ovans urbem ingressus est. Ejus filius M. item Marcellus de Insubribus, & Comensibus anno 557. Nepos, qui postquam ter Consul fuit, periit in mari: primum de Gallis anno 587. & 598. de Liguribus, ut probabilis est conjectura, iterum triumphavit. Abram.

Maximos) Duplex fuit Maximorum familia, Valeriorum altera, altera Fabiorum: in utraque sui Triumphales exstiterunt: inter Valerios, Marcus Valerius Maximus primum anno 441. de Samnitibus, deinde anno 453. de Etruscis triumphavit. item M. Valerius Maximus Messala 490 de Pœnis. Inter Fabios Q. Fabius Maximus Gurges de Samnitibus anno 463. idem Gurges iterum anno 477. de Samnitibus, Lucanis, & Brutiis, Q. Fabius Maximus de Liguribus anno 520. item Q. Fabius Maximus de Allobrogibus anno 632. Idem.

O amentem Paullum!) Delenda interjectio *o*, & sequenti versu pro *partes istorum*, legendum *partes horum*: & item alio sequenti pro *qui triumpharunt*, *qui triumpharint*. Faern. *O amentem Paullum!*) Æmilium qui de Persæ Macedoniæ Rege triumphavit anno 586. amentem vocat ironice, quia passim ejus prudentia celebratur; jam autem antea de Hispania ulteriore triumpharat anno 564. alii tertium triumphum addiderunt, anno 572. de Liguribus. Abram.

Rusticum Marium) Commode rusticum appellat, quia juventutem rure transegerat, & ut ait Iuvenalis,

—— Volscorum in monte solebat
Poscere merces alieno lassus aratro.

Idem.

Patres horum amborum Consulum) Ita cod. Vatic. prior Ven. & Lamb. Asconio firmante, qui tamen *amborum* non agnoscit. Ceteri omnes, *istorum amborum*. Auctor Rhet. ad Heren. IV. 37. *Horum amborum generum exempla subjiciemus*. Optime quoque, *Maximos! amentem Paullum! &, qui triumpharint!* ut Lamb. & Ald. Nep. quæ duo verba cel. Ernestus immerito adjectitia censebat. Gar.

Quoniam præterita mutare non possumus) Horat. Ode 29. lib. 3.

—— cras vel atra
Nube polum pater occupato
Vel sole puro: non tamen irritum
Quodcunque retro est, efficiet: neque
Diffinget, infectumque reddet,
Quod fugiens semel hora vexit.

Aga-

Digitized by Google

quid cessat hic homullus ex argilla, et luto fictus Epicureus, dare hæc præclara præcepta sapientiæ clarissimo,

Agathon:

Μονυ γαρ αυτυ και θεος στερισκεται
Αγενητα ποιειν ὁσσ' αν ῃ πεπραγμενα.
Unum hoc negatur cœlitum potentiæ
Quodcunque factum est, facere, ut infectum queant.

apud Aristotelem lib. 6. Ethic. Idem.

Hic homulus) In antiquo scriptum apparet, *homillus*, quod postea versum est in *homullus*: & sequenti versu, pro *fictus Epicureus*, *fellus Epicurus*, quod non probo. Faernus. Pleræque editiones *hic homulus*: sed rectius ex MSS. P. Victorius, & Gruterus *hic homullus*, sic & Erfurt. & Pith. Adnotavit ad marginem editionis Lambinianæ P. Pithœus testimonium Adhelmi ex libro de metris: *Homo*, *homunculus*, *vel homuncio*, *vel homullulus*, *vel homullus*, *ut Cicero*, *homullus ex argilla*, *& luto fictus*. Graev. Ex editionibus, quas habeo, solæ veteres duæ, Rom. & sec. Ven. recte *homullus*. Priscianus p. 614. cum ex Plauto protulisset *homunculus*, subdit. „ Dicitur tamen & homuncio, & homullus, & homullulus. Idem in eodem: *homullulus & ex argilla*, *& ex luto fictus*„. Miror hanc labem a Putschio relictam. Ordo enim apud Priscianum perversus est, & hujus loci lectio inquinata. Recte omnia sese habent in duobus Prisciani codicibus Barberinis, qui, alio ex hac eadem oratione c. 27. exemplo huc retracto, sic exhibent. „ Dicitur tamen & homuncio, & homullus, & homullulus (hoc ultimum codex minus vetustus omittit, cum in antiquissimo exstet). Similiter facit diminutivum, fur, furunculus. Cicero in Pisonem: *Olim furunculus*, *nunc vero etiam rapax*. Idem in eadem: *Homullus ex argilla*, *& luto fictus*. „ Idem, quem dixi, codex pro *diminutivum* habet *diminutionem*, ut edidit Putschius, sed contra alterum præstantiorem codicem, & Prisciani consuetudinem. Ex Faerno Lambinus arripuit *homillus*, qui etiam apud Lucret. III. 927. edidit ex propria emendatione, *brevis hic est fructus homillis*, cum vulgo editum sit *homullis*, ut habet etiam cod. Barb. Ait autem ab homine *homulum* fieri, deinde ab homulo *homululum*, & *homillum*. Sed mihi non satis videtur esse causæ, cur *homullum* repudiemus, quod aliis plurimis doctissimis viris se probavit, quodque in Vaticanum ipsum intulit non recens manus, sed vetustissima, & ipsa illa fortasse, quæ codicem scripserat. In eo littera V super I posita fuit. Varro quoque apud Nonium p. 182. ed. Merceri habet *homullum*, ubi antea *homonulum*, & ubi Iunius, item Gifan. in Ind. Lucret. legebant *homulum*. Iterum Varro in fragm. p. 96. *mundus domus est maxima homulli*. Eadem illa varietas, *Homulus*, *Homullus*, in viri nomine apud Plinium est IV. Epist. 9. 15. ubi quoque ut L. geminandum cum Gorio censeam, optimi cod. Medicei auctoritate facile adducor. Adde Iuret. ad Symmach. IV. 33. qui etiam citat, *ex a. & l. fictus Epicurus*. Priscianus, & Adhelmus male interpunxisse videntur, *hic homullus ex argilla*, *& luto fictus*, *Epicureus*: si modo vocem postremam in suis MSis habuerunt. Sed egregia est, quamvis probetur a nemine, Vaticani lectio, *ex argilla*, *& luto factus Epicurus*. Quemadmodum supra c. 9. Piso dicitur *barbarus Epicurus*, ubi etiam in nonnullis libris *Epicureus* audit, ita hic luteus, aut fictilis Epicurus facete appellatur. Vide adnot. ad l. c. Garat.

Ex argilla, *& luto fictus Epicureus*) Homines e cera fictos dicimus, homines concinnos, politos, tersos, & quasi lævigatos: qui, ut Horatius appellat, *ad unguem factos*, quod cera artifici non resistat, sed arti penitus quamcunque in partem obsequatur: at orator Pisonem eleganti ironia non e cera, sed *e luto & argilla fictum* appellat, adeo videlicet sordidum Epicureum, adeo lutulentum, ut totus

simo, et summo imperatori, genero suo? fertur ille vir, mihi crede, gloria: flagrat, ardet cupiditate justi, et magni triumphi: non didicit eadem ista, quæ tu: mitte ad eum libellum: sed jam, si ipse coram congredi poteris, meditare, quibus verbis incensam illius cupiditatem comprimas, atque restinguas: valebis apud hominem volitantem gloriæ cupiditate vir moderatus, et constans, apud indoctum eruditus, apud generum socer: dices enim, ut es homo facetus, ad persua-

tus e luto concretus & compactus esse videatur. ABRAM. Non valde dissimile dictum est Theodori Gadareni de Tiberio, cum illum objurgans appellavit *lutum sanguine maceratum*. Homines enim nullius pretii vocabant lutum, ut Lucilii exemplo probat Casaubonus ad Persii Sat. III. *Nil parvi, ac pensi utiliter edoceas lutum*. GRÆVIUS.

Hæc præclara præcepta sapientiæ) Pal. pr. *hæc paratæ pr.* forsan non male; nisi aliud quid subsit: nam sec. & Turing. *paratæ clara*: oct. *parate clare*. GRUT. Poetam veterem hæc redolent, & adjuvant libri scripti, in quibus pro *præclaræ*, legitur *paratæ clare*: itaque vide ne versus trimetri sint, ita quidem distinguendi:

Quid cessat hic homullus ex
Argilla, & luto factus Epicurus, dare hæc
Paratæ clara præcepta sapientiæ.

GRÆVIUS. Rom. & sec. Ven. *dare hæc paratæ præcepta sapientiæ*, ut Palatinus primus. Prior autem Ven. *dare hæc parate clara*, cum duobus optimis. Tres etiam Britann. pro *præclara* habent *parate*, unus *parata*. GARAT.

Fertur ille vir, mihi crede) Legendum fortassis est, *fervet ille vir*, &c. cujus scripturæ non obscura sunt in uno codice manuscr. vestigia. LAMB. *Fertur ille vir, mihi crede*) Lambinus cuperet *fervet*: at plus est, certe longe aliud, *fervere gloria*, & *ferri gloria*, hoc est, duci, agi, rapi. GRUT.

Non didicit eadem ista, quæ tu) Non iisdem quibus tu præclaris Epicuri præceptis imbutus est. ABRAM.

Mitte ad eum libellum) Litteras quibus eum a triumphi cupiditate dehorteris. IDEM.

Sed jam si ipse) Antiquus liber, *& si jam ipse*: & infra pro *e schola*, habet *ex scole* sine aspiratione, ut semper. FABRUS.

Ut es homo facetus, ad persuadendum concinnus) Legendum fortassis est, *ut es homo factus ad persuadendum concinnus, pers.* &c. factus ad persuadendum autem, id est, πεφυκως προς το πειθειν, maxime accommodatus natura ad persuadendum: sic apud Cornel. Tacitum. lib. 14. sub extr. pro, *facetus natura*, &c. legendum *factus natura*. LAMB. *Ut es homo facetus ad persuadendum*) *Factus* legit Ant. Augustinus, pro *facetus*: & recte, ut mihi quidem videtur: nam facetiæ non obtinent primas partes in persuadendo, ut eas ante omnia præponere debuerit. F. URSINUS. Cum tribus his viris doctissimis emendandum censeo, *ut es homo factus ad persuadendum, concinnus, &c.* Quid est enim *facetus*, aut *concinnus ad persuadendum*? Emendatio autem facillima est, pudentissima, elegantissima. XIV. ad Att. 18. *Sed ego Frotem ad ista expedienda factum mihi videbar reliquisse*: I. de Offic. 29. *ad ludum, & jocum facti*: in Bruto 45. *doctus aut in Græcis litteris propinquus noster factus ad dicendum M. Gratidius*. Locus Taciti XIV. Annal. 56. ex libris a Lipsio inspectis jam recte sic editur: *factus natura, & consuetudine exercitus, velare odium fallacibus blanditiis*. GAR.

Quid

Digitized by Google

suadendum concinnus, perfectus, politus e schola: *Quid est, Cæsar, quod te supplicationes toties decretæ tot dierum tantopere delectent? in quibus homines errore ducuntur: quas dii negligunt: qui, ut noster ille divinus dixit Epicurus, neque propitii cuiquam esse solent, neque irati*. Non facies fidem scilicet, cum hæc disputabis: tibi enim et esse, et fuisse deos videbis iratos. Vertes

Quid est, Cæsar) Ita h. l. exhibet Vaticanus. *Quid est, Cæsar; quod te supplicationes totiens jam decretæ tot dierum tanto opere delectent?* Egregie. Prior Ven. tresque Britann. *delectant*. IDEM.

Tot dierum) Quindecim: ut diximus ad eam de Provinciis Consularibus. HOTTOM.

Divinus Epicurus) Lucianus in Pseudomanti: Ἐπικούρῳ τιμωρῶν, ἀνδρὶ, ὡς ἀληθῶς ἱερῷ, καὶ θεσπεσίῳ, τὴν φύσιν. *Epicurum ulciscens, virum, ut vere loquar, sacrum, & natura divinum.* Lucretius initio lib. 5. de natura rerum, de eodem Epicuro:

Deus ille fuit, Deus inclute Memmi.

Item:

Quo magis hic merito nobis Deus esse videtur.

Plinius libro 35. cap. 2. *Vultus Epicuri per cubicula gestant, ac circumferunt secum. Natali ejus vicesima luna sacrificant, feriasque omni mense custodiunt, quas Icadas vocant, maxime qui se ne viventes quidem nosci volunt*. ABRAM. Vatic. *ut noster divinus ille dixit Epicurus*. In uno Britann. *divinus* deest. GARATON.

Neque propitii cuiquam esse solent, neque irati) Sic a Lucretio libro primo ex Epicuri placitis divina natura describitur:

Nam privata dolore omni, privata periclis,
Ipsa suis pollens opibus, nihil indiga nostri,
Nec bene pro meritis capitur, neque tangitur ira.

Ipsius Epicuri verba a Plutarcho in opusculo ὅτι οὐδὲ ζῆν ἔστιν ἡδέως κατ᾽ Ἐπίκουρον. ita referuntur: ἐν νόσοις δειναῖς, καὶ πόνοις ὑπερβάλλουσιν ἐλπίζεις τι χρηστὸν παρὰ θεοῦ; τετύφωσαι, τὸ γὰρ μακάριον καὶ ἄφθαρτον οὔτε ὀργαῖς, οὔτε χάρισι συνέχεται. *In gravibus morbis & doloribus modum excedentibus speras te a Deo aliquid boni consecuturum? Caecutis: quod enim beatum est & immortale, neque ira, neque gratia capitur*. Cicero quadam epistola ad Trebatium libro 7. *Quomodo autem tibi placebit Iovem lapidem jurare, cum scias Iovem iratum esse nemini posse*. ABRAM.

Tibi enim & esse, & fuisse deos videbis iratos) Delenda dictio *deos*: quæ tamen ex præcedentibus petenda est. FAERNUS. *Deos videbis iratos*) Posteriores edd. *videbit*, sed contra Pall. vetustius cusos: etiam Victorianam. GRUT. *Tibi enim & esse & fuisse Deos videbis iratos*) Lepidum illud Diogenis in hanc sententiam: *Rogatus a Lipsia Pharmacopola, Deosne esse arbitraretur, Quomodo, inquit, non arbitrer, quando quidem etiam te Diis inimicum esse existimo? quamvis id alii Theodoro tribuerunt*. Nec abludit ille apud Lucianum in Iove Tragœdo: Οὐχ ὁρῶ ἥν τινα ἂν ἄλλην ἐπίδειξιν τῆς ἑαυτῶν προνοίας μείζω ἐξενεγκεῖν ἠδύναντο, ἢ εἰ κακὸν κακῶς ἐπιτρίψαντες. *Nescio quam aliam majorem providentiæ suæ demonstrationem possint exhibere, quam si malum male perdant*. ABR. Lambiniana editio *videbit*, sensu optimo. Non persuadebis Cæsari, deos non irasci, quos tibi & esse, & fuisse videbit iratos. OLIVET. *Videbit iratos*) Ita omnino legendum cum Lambino, non, ut vulgo, *videbis*. LALLEM. Veram lectionem *videbit* ante Lamb. dederant Car. Steph. & P. Manut. & ex Manutiana, quam confe-

Digitized by Google

tes te ad alteram scholam: disseres de triumpho: *Quid tandem habet iste currus? quid vincti ante currum duces? quid simulacra oppidorum? quid aurum? quid argen-*

ferebat, Faernus retinuit, cum in Vaticano optime sit, *tibi enim & esse, & fuisse videbit iratos*: quod totum restituendum censeo. GAR.

Vertes te ad alteram scholam) Hoc est ad alteram disputationem, seu dissertationem de triumpho. Prima schola fuerat de providentia divina, quæ cum secundum Epicuri dictum nulla sit, frustra Diis gratias agi pro rebus bene gestis: altera est de vanitate triumphi: II. de fin. cap. I. *Deprecor, ne me, tanquam philosophum, putetis scholam vobis aliquam explicaturum*: hoc est disputaturum de argumento aliquo philosophico. GRÆV.

Iste currus) Aureos aliquando currus fuisse ex Horatio compertum est:

In triumpho quid moraris aureos
Currus & intactas boves.

Eburneos. Tibullus elegia 7. libro I.

At te victrices lauros Messala gerentem
Portabat nitidis currus eburnus equis.

Item e margaritis: Appianus in Mithridaticis de triumpho Pompeji: *αὐτὸς δ' ὁ Πομπήιος ἐπὶ ἅρματος ἦν καὶ τοῦδε λιθοκολλήτου. In curris vehebatur e lapillis preciosis.* Ad diversa curruum triumphalium materiam fortasse Vellejus libro secundo alluserit: *Quinque egit triumphos: Gallici apparatus ex citro, Pontici ex acantho, Alexandrini testudine, Africi ebore, Hispaniensis argento rasili constitit.* Ejus porro forma sic a Zonara libro secundo describitur: Το *δε δη ἅρμα ουτε αγωνιστηρίῳ, ουτε πολεμιστηρίῳ ην εμφερες, αλλ' ες πυργου περιφερους τροπον εξειργαστο. Currus neque bellicis, neque iis similis erat, quorum in ludis usus est, sed instar turris rotundæ confectus.* Eum variegatum fuisse tradit in libris Appian. *ἐφ' ἅρματος κατάστικτα γεγραμμενου ποικιλως: in curru picto.* ABRAM. Locus Velleji non pertinet ad currum, sed ad fercula triumphalia. GRÆV.

Quid vincti ante currum duces) Livius lib. 3. de Quintii triumpho: *ducti ante currum hostium duces.* Ovidius I. de Arte:

Ergo erit illa dies, qua tu pulcherrime rerum
Quatuor in niveis aureus ibis equis.
Ibunt ante duces onerati colla catenis.

Appianus in Mithridaticis sub finem: *Pompejum ipsum antecedebant debellatorum Regum liberi, duces, & Imperatores, alii captivi, alii obsides, quatuor & viginti supra trecentos.* Idem testatur Plutarchus in Æmilio, & Ovidius 4. Tristium, elegia 2. pulcherrime:

Vinctaque captiva reges cervice ferentes
Ante coronatos ire videbit equos.

Quid autem his captivis fieret, multorum auctoritate constat. Zonaras libro 2. *aliquot*, ait, *captivis in carcerem duci occidique jussis, in Capitolium invehebatur.* Eos autem fuisse hostium duces Eumenius Panegyrico Constantini, Iosephus VII. de excidio cap. 18. & Cicero prodidit Verrina septima: *Nullum est autem*, inquit, *testimonium victoriæ certius, quam quos sæpe metuerit, eos a te vinctos ad supplicium duci videre.* Sic Poeta nescio quis apud Lactantium libro I. cap. II. *Enumeratis amoribus singulorum, qui in potestatem cupidinis ditionemque venissent, instruit pompam, in qua Iupiter cum ceteris Diis ante currum triumphantis ducitur catenatus.* ABRAM. Adde Arntzenium ad Plin. Paneg. XVII. n. I. GARAT.

Simulacra oppidorum) Quintilianus libro sexto, cap. 3. *Chrysippus cum in triumpho Cæsaris eborea oppida essent translata, & post dies paucos Fabii Maximi lignea, thecas esse oppidorum Cæsaris dixit.* Tibull. lib. 2. eleg. 6.

Ut Messalinum celebrem, cum præmia belli
Ante suos currus oppida victa feret.

Lucius Scipio Asiaticus: ut ait Livius libro 7. decadis quartæ, *tulit in*

Digitized by Google

gentum? quid Legati in equis, et Tribuni? quid clamor militum? quid tota illa pompa?. inania sunt ista, mihi crede, delectamenta pæne puerorum, captare plausus, vehi

in triumpho oppidorum simulacra CXXXIV. ABRAM.

Quid aurum? quid argentum?) Duplex fuit aurum, quod in triumphis ferebatur, alterum ex manubiis, de qua voce Gellius in noctibus Atticis consulendus: alterum coronarium. De auro ex manubiis illud ex Plinio lib. 37. cap. 2. de triumpho Pompeji notatu dignissimum: *Coronas ex margaritis* XXXIII. *montem aureum quadratum cum cervis, & leonibus, & pomis omnis generis circumdata vite, aurea, Museum ex margaritis præter aurum signatum*. Argenti signati in Pompeji triumpho delati sic meminit in Mitridaticis Appianus: *argenti signati* 17500. *pondo*. Aliud vero fuit coronarium, de quo Lipsius in libris de Magnitudine Romana suo more doctissime. Nobis satis sit unum exemplum e Plutarchi Æmilio Paulo depromere: *Post hæc vero ferebantur coronæ aureæ numero quadringenta, quas oppida in præmia victoriæ miserant cum legatis*. ABRAM.

Quid legati in equis) Appianus in Lybicis: *Ascendunt vero eorum currum liberi, virginesque, & in jugalibus equis utrimque adolescentes, qui triumphantis cognatione conjuncti sunt*. Idque nemini alteri civium licuisse tradit Zonaras: vide & Iosephum VII. de excidio cap. 17. Sequutos autem fuisse legatos in equis, vix ullum exstat in antiquitate vestigium, nisi forsitan id voluerit Appianus in Libycis, quamvis nullam currus faciat mentionem: *Et sequuntur quicunque in bello aut scribarum, aut ministrorum, aut armigerorum officio fungebantur*. Aliquid tamen non absimile apud Livium decadis tertiæ libro octavo reperitur, ex cujus epitome hæc verba præstat adscribere: *Cum M. Livio, & Cajo Neroni Coss. triumphus decretus esset, Livius qui in provincia sua rem gesserat, quadrigis invectus est, Nero qui in collegæ provinciam, ut victoriam ejus adjuvaret, venerat, equo est secutus*. IDEM.

Quid clamor militum) Appianus in Libycis: *Qui vero rem bene gesserant virtutis suæ præmiis ornati Imperatorum alios laudibus, alios cavillis, alios vituperiis prosequuntur: simplex enim triumphus est, & unicuique libertas quodlibet ad arbitratum loquendi conceditur*. Livius decadis 4. libro 4. de Valerio Consule. *Cum ex S. C. inquit, urbem ovans introiret, alternis inconditi versus militari licentia jactati*: de versibus in Cæsarem acerbissime jactatis Suetonius & Dio videantur. Erant autem ii milites laureati. Festus: *Laureati milites sequebantur currum triumphantis, ut quasi purgati a cæde humana intrarent urbem*. IDEM.

Quid tota illa pompa) Lucanus libro 1. Pharsalicorum 286.

> *Nunc quoque te longi remeantem pompa triumphi*
> *Excipit, aut sacras poscunt Capitolia laurus*. ABR.

Captare plausus) Ovidius lib. 4. Tristium, eleg. 2.

> *Quaque ibis, manibus circumplaudere tuorum,*
> *Vndique jactato flore tegente vias*.

Mox:

> *Ipse sono, plausuque simul, fremituque calentes*
> *Quadrijugos cernes sæpe resistere equos*.

Et ante ipsum Propertius libro tertio elegia tertia:

> *Ad vulgi plausus sæpe resistere equos*.

Item elegia decima:

> *I, nunc tolle animos, & tecum tolle triumphos,*
> *Stantiaque in plausum tota theatra fremant*.

Tibullus eleg. 5. lib. 2.

> *Tunc Messala meus pia det spectacula turbæ,*
> *Et plaudat curru prætereunte pater*.

Ca-

hi per urbem, conspici velle: quibus ex rebus nihil est, quod solidum tenere; nihil quod referre ad voluptatem corporis possis. Quin tu me vides, qui, ex qua provincia T. Flamininus, L. Paullus, Q. Metellus, T. Didius, innumerabiles alii, levi cupiditate commoti, triumpharunt, ex ea sic redii, ut ad portam Esquilinam, Macedonicam lauream conculcarim; ipse cum hominibus quindecim male vestitis

Captare autem dicitur proprie auribus 3. *Æneid.*

—— *atque auribus aera captat.*

IDEM.

Conspici velle) Bene Tertullianus libro de cultu fœminarum: *Propter ipsum*, inquit, *conventum ac mutuum videre & videri omnes pompæ in publicum proferuntur, aut ut luxuria negotietur, aut gloria insolescat, ut autem melius conspici possent per ipsa urbis theatra invehebant*: si Iosephum lib. 7. excidii cap. 16. audiamus, *triumphum duxerunt per theatra invehentes, ut facilius eos spectare posset multitudo*. IDEM.

P. Flaminius, L. Paulus) Ex Livio, & antiquis monumentis legendum *T. Flaminius*: pro *Paulus* vero, & numismata, & marmora semper habent *Paullus* per duo *l.* & sequenti versu ubi legitur, *levi cupiditate*, in antiquo est, *levitate & cupiditate*, quod non placet: & post aliqua ubi, *neglectis vehiculis triumphalibus*, ibi est, *neglectis ferculis triumphalibus*, & recte, *fercula* enim erant lignea instrumenta, quibus pompæ per triumphum ferebantur. FAERNUS. *T. Flaminius*) Sic legendum esse & Faernus admonet ex auctoritate librorum manuscr. & ex T. Livio, & nos alibi ostendimus: hic est enim T. Quinctius Flamininus, qui Macedoniam subegit, L. Quinctii Flaminini frater, quem M. Cato in censura senatu movit, quod in convivio a scorto exoratus esset, ut quemdam rei capitalis damnatum, in vincula conjectum, securi feriret. LAMB. *Titus Flamininus*) T. Flamininus de Macedonia & Philippo Rege triumphavit: anno 559. L. Æmilius Paulus de eadem Macedonia & Perse Rege anno 586. ABRAM.

Q. Metellus) *Q. Cæcilius Metellus, cui ex virtute Macedonici cognomen inditum, præclara victoria Pseudophilippum, qui Macedoniam occupaverat, gentemque superavit*. Ita Vellejus libro 1. hic autem Pseudophilippus fuit Andriscus quidam, qui se Philippum Persæ jam ante devicti filium esse simulabat: triumphavit anno 607. IDEM.

Titus Didius) Quid gesserit in Macedonia Titus Didius, non liquet. Florus: *Nec fusus modo a Scordiscis aut fugatus, sed (simile prodigio) omnino totus interceptus exercitus, quem duxerat Cato*. Cajum Porcium Catonem Censorii nepotem intelligit: *Didius vagos & libera populatione diffusos intra suam repulit Thraciam*. Rufus in breviario: *Didius vagantes Thracas repressit*: unde existimo triumphasse ex Macedonia Didium, non quod Macedonas superarit, sed quod Thracas e Macedoniæ finibus extruserit. ABR.

Innumerabiles alii) Cn. Octavius navali certamine victor anno 586. C. Metellus Caprarius anno 640. M. Drusus anno 641. cujus tamen triumphus valde incertus est, Cn. Dolabella anno 676. Curio anno 681. M. Terentius Lucullus anno 682. IDEM.

Macedonicam lauream) Quam obtinui cum appellatus sum Imperator, mihique concessum est, ut haberem fasces laureatos. IDEM.

Conculcarim) Abjecerim & non in gremio Iovis Capitolini deposuerim, ut moris est. IDEM.

Male vestitis) Sic in lib. de fato: *Viator bene vestitus caussa grassatori fuisse dicitur, cur ab eo spoliaretur*. HOTTOM. *Ipse cum homines quindecim a male-*

vestitis ad portam Cœlimontanam sitiens pervenerim: quo in loco mihi libertus, præclaro imperatori, domum ex hac die biduo ante conduxerat: quæ vacua si non fuisset, in campo Martio mihi tabernaculum collocassem: nummus interea mihi, Cæsar, neglectis ferculis triumphalibus, domi

Inversitio) Ita est in libro Vaticano, cum in aliis desit præpositio *a*. fortasse autem nomen est loci, *malevestiti*. F. Vrs.

Ad portam Cœlimontanam) Ciceronem Piso sponsione mimica lacessiverat, ni porta Esquilina introisset, lepide Cicero hic sibi repugnantia loquentem inducit, vel potius porta Esquilina introierat Piso, sed ad Cœlimontanam inde contendit, ubi libertus ei domum conduxerat. Abram.

Sitiens) Salse & festive, quasi vero Piso Epicureus natus abdomini magnum e provincia fructum se percepisse arbitretur, quod sitim e via collegerit, ad bibendum jucundius. Idem.

Quo in loco) Iuxta portam Cœlimontanam. Idem.

Ex hac die) Cum alii Imperatores cum triumpho redeuntes soleant ad Capitolium divertere, ibique convivium optimatibus exhibere: ego ex hac ipsa die ad domum conductam diverti. Varro cap. 2. lib. 3. de re rustica. *Sed ut ad hunc bolum pervenias, opus erit tibi aut epulum, aut triumphus alicujus, ut tunc fuit Scipionis, & Metelli, aut collegiorum cœnæ quæ tunc innumerabiles excandefaciebant annonam macelli*. Item: *Quotusquisque enim est annus, quo non videas epulum aut triumphum, aut collegia non epulari, quæ nunc innumerabiles incendunt annonam*. Epulæ igitur in triumphis, at epulæ publicæ solebant in templis, non in domibus privatis exhiberi: ut jam in Vatin. ostendimus: at epulæ triumphales in ipso Capitolio solitæ celebrari. Appianus in Libycis de triumpho majoris Africani: *Ubi vero Capitolium adscendit Scipio, finita pompa, epulum amicis ex more in templo præbuit*. De his epulis agens Plinius dicit minium *addi in unguenta cœnæ triumphalis, & a censoribus in primis Iovem miniandum locari*. Valerius lib. 2. cap. 3. de jure triumphandi: *Moris erat ab Imperatore triumphum ducturo, Consules invitari ad cœnam, deinde rogari ut venire supersedeant, ne quis eo die, quo ille triumphaverit, majoris in eodem convivio sit imperii*. Idem.

Conduxerat) Vereor, ut latenter sordes Pisonis, & avaritiam reprehendat, qui non ædes die solemni conduxerit, sed tantum biduo antequam ad urbem accederet. Suetonius in Tiberio cap. 35. *Senatori latum clavum ademit, cum cognovisset sub Kalendas Iulii demigrasse in hortos, quo vilius post diem ædes in urbe conduceret*. Vide Martialem lib. 12. epigrammate 52. ad Vacerram, Ciceronem libro undecimo ad Attic. epist. 3. Idem.

In campo Martio) Qui tum extra urbem erat. Hott.

Nummus interea) Horatius sermonum Sat. 1.

> —— *quidam memoratur Athenis*
> *Sordidus, ac dives populi contemnere voces*
> *Sic solitus, populus me sibilat, at mihi plaudo*
> *Ipse domi, simul ac nummos contemplor in arca*. Abram.

Vehiculis triumphalibus) Novitiæ edd. *ferculis*, sed præter Pall. præter vett. edd. respuitque P. Victorius. Grut.

Vehiculis triumphalibus) Vide supra, *Iste currus*. Alii legunt *ferculis triumphalibus*, quod malim: ferculorum enim nomine continentur non vehicula solum, sed etiam simulachra oppidorum, spolia hostium, & quæcunque in triumphi pompa deferuntur. Tranquillus in Iulio cap. 37. *Pontico triumpho inter pompæ fercula trium verborum prætulit titulum*, Veni, vidi, vici. Ita frequenter: *fercula pomparum*.

Digitized by Google

mi manet, et manebit: rationes ad ærarium retuli continuo, sicut tua lex jubebat: neque alia ulla in re legi tuæ parui: quas rationes si cognoris, intelliges, nemini plus, quam mihi, litteras profuisse: ita enim sunt perscripta

rum. Cicero 1. de officiis: *Cavendum est ne tarditatibus utamur in ingressu mollioribus, ut similes pomparum ferculis esse videamur*: post quem Ambrosius primo de officiis: *Sunt qui sensim ambulando imitantur histrionicos gestus, & quasi quaedam fercula pomparum*: & alibi frequenter, ne in rebus adeo tritis hæreamus. Abram. Vide V. L. Recentiores *vehiculis* retulerunt, & non multum videatur interesse, utrum præferas. Confer Ind. Ernesti p.815. Is Gruterum, & Abramium consuluit, non etiam Faernum; ex quo didicisset, *ferculis* ad Lambinum, & Grævium ex optimo codice pervenisse. Qui solum quidem is habet, sed antiquitate, ac præstantia vincit omnes: cujus vel unius rei gratia recte illi obtemperari censeo; cum præsertim vehicula ferculorum causa comparata essent, & substituta ferculis interpretandi studio vehicula probabilius videantur, quam fercula vehiculis. Ernestus tandem in adnotat. aptius, & præferendum esse *ferculis* aperte professus est. Gar.

Domi manet) Non distribuitur amicis, non in sumptus publicos erogatur, non in lautitias effunditur, sed domi manet defossus & absconditus. Abram.

Rationes ad ærarium) Statim atque in urbem me recepi, administratæ provinciæ, & acceptæ e publico pecuniæ reddidi rationem. Qui aliquam administrarant provinciam rationem datæ, & expensæ pecuniæ, jam ante legem Iuliam referebant. Libro 1. in Verrem, qui *de Pretura urbana* inscribitur: cap. 14. at *lege Iulia relinquere rationes in provincia necesse erat, easdemque totidem verbis referre ad ærarium.* Immo etiam lex jubebat ut præsides provinciarum, apud duas civitates, quæ maximæ in provincia viderentur, rationes confectas collatasque sive consignatas deponerent. Vide lib. 5. famil. epist. 20. ad Rufum, & Carolum Sigonium cap. 11. lib. 2. de antiquo jure Provinciarum. Hæc eadem consuetudo in Atheniensi Rep. viguit. Sic Æschynes Ctesiphontem accusat, quod rationibus nondum relatis Demosthenem aurea corona donaverat. Idem.

Retuli continuo sicut tua lex jubebat) In antiquo libro est, *continuo sicut tua lex jubebat, detuli*. Faernus. *Sicut tua lex jubebat*) Iulia de pecuniis repetundis. Abram. Verba *deferre*, & *referre* passim confunduntur: nemoque ignorat in his rationibus verbum esse sollemne *referre*, ut I. in Verr. 13. *videamus, rationes quemadmodum retuleris*, & ibid. 38. *solus est hic, qui numquam rationes ad ærarium referat*, tumque alibi, tum V. ad Div. 20. pluries. In hac tamen epistola unus est locus, qui Vaticano favet, *quamquam justis de causis rationes deferre properarim*. Emendat ibi quidem *referre* I. F. Gronovius, sed vulgatam cum ceteris omnibus MSis tuentur Barberini duo, quam explicat recte in Ind. Ernestus. Sic enim beneficia, & SCa *deferri* ad ærarium dicuntur, ut ille observat. quas formulas collectas habes in Lex. Crit. Parei p. 312. Quamquam hæc est in eadem epistola distinctio, *triginta diebus deferri* (beneficia) *necesse esse, quibus rationes retulissem*, ubi cod. Barb. n. 1411. *detulissem*: tamen nihil obstat, quin rationes, quæ ad ærarium adferuntur, ibique deponuntur, *deferri* optime dicantur. Licet igitur *detuli* adsciscere, cum præsertim *retulis* paullo post de scriba sequatur, codex autem Vaticanus ceterorum simul omnium pondus æquet, nisi etiam deprimat. Utrumvis præferas. Vaticanum certe in verborum ordine sequendum censeo, quem Lamb. in omnibus est secutus. Gar.

Litteras profuisse) Nam pro argento litteras reddidi. Hott.

Sci-

Digitized by Google

scriptæ scite, & litterate, ut scriba, ad ærarium qui eas retulit, perscriptis rationibus, secum ipse, caput sinistra manu perfricans, commurmuratus sit, „ Ratio quidem hercle apparet, argentum οἴχεται. Hac tu oratione non du-

Scite, & litterate) Tum callide ad tegenda mea furta, & rapinas, spoliationesque oppidorum. ABRAM.

Scribæ, ad ærarium qui eos retulit) Qui eas exscripsit, ut earum exemplum servaretur in templo Saturni, sive ærario. *Scribas*, ait Festus, *proprio nomine antiqui & librarios, & poetas vocabant: at nunc dicuntur quidem scribæ librarii, qui rationes publicas scribunt in tabulis.* Cicero quinta Verrina scribas commendat, quod *eorum hominum fidei tabulæ publicæ, periculaque magistratuum committantur.* Pro domo: *Scribæ, qui nobiscum in rationibus, monumentisque publicis versantur*: qui proinde γραμματεύς, & tesserarius in veteribus glossariis nominatur. Scribæ frequentem invenio cum præfectis ærarii fieri mentionem: 4. in Catilinam: *Convenisse video Tribunos ærarios, fortissimos viros: scribas item universos, quos cum casu hic dies ad ærarium frequentes advocasset*, &c. Quare Plutarchus in Catone Iuniore scribarum ita meminit: *In ærarii ministros & scribas magnam mutationem invexit, qui cum semper publicas tabulas, & leges ad manum haberent*, &c. atque horum facit hic Cicero mentionem. ABRAM.

Caput sinistra perfricans) Hic gestus aliquando mollitiem ostendit. Plutarchus in Pompejo: *quis uno digito caput perfricat? Pompejus*: & in Cæsare: Cicero non putabat Cæsarem invasurum rempublicam, cum eum videbat, *caput uno digito perfricantem*. Iuvenalis:

Qui digito scalpunt uno caput.

Aliquando studium & sollicitudinem, Horatius:

Sæpe caput scaberet, vivos & roderet ungues.

Aliquando desiderium quoddam inefficax, quod pudet aperte confiteri, ut hoc loco, & apud Heliodorum 2. Æthiopicæ historiæ: *Igitur cum paululum spatii intermisisset Chariclia; quam sub aure scalpens: Beatam quidem, inquit, judico, quam Theagenes duxit, aut etiam osculatus est*: hunc locum Petrus Victorius lib. 8. variar. lect. cap. 6. sic exponit, ubi quid sit perfricare frontem, τρῖψαι μέτωπον pluribus ostendit. *Caput fricamus*, inquit, *cum heremus animo in aliqua re*, dubitamusque, *quid faciendum nobis sit.* Vide ibi plura. IDEM.

Ratio quidem hercle) Hic versus Plautinus ex Trinummo, sic in antiquo libro est, ut & apud Plautum, Græca tamen voce Latinis litteris scripta hoc modo, *Ratio quidem hercule apparet, argentum oichete*: quod vero aliqui putaverunt legendum cum dictione, *decoctum*, tu eorum sententiæ ne accedas: neque enim fides librorum, neque ratio versus cum illis facit. FABRN.

Argentum οἴχεται) Prius edebatur verbo addito, *argentum decoctum οἴχεται*, ejusque vestigia diserte in Pal. omnibus: sed pro hac nostra acriter disputat contra Victorium Muretus lib. IV. Variar. lect. cap. 19. qui consulatur. GRUT. Ego vero, ubinam *decoctum* edatur, ignoro. Victorius XXIV. Var. Lect. 5. qui eam vocem adesse debere censebat, & optime refutatur a Mureto l. c. & a Popma ad VI. ad Att. 1. nullam editionem nominat, in qua reciperetur, ut ferme putem in omnibus ante Aldum editis ea fuisse menda, quæ Græv. in Erf. & Franc. invenit, quæ habent etiam tres MSi Britann. & vidi ego in Rom. & utraque Ven. *argentum & doctum te theca*, sive *te chere*, ut in Franc. & pr. Ven. quæ denique Victorianæ illius lectionis vestigia in Palatinis inventa a Grut. appellari existimo. Ex iis autem mendis Budæus ante Aldi ed. scribens in Pandect. p. 142. (ed. Vascos. MDLVI.) emendabat, *argentum decoctum echete*,

dubito, quin illum jam adscendentem in currum possis revocare.

26. O tenebræ, o lutum, o sordes, o paterni generis oblite, materni vix memor! ita nescio quid istuc fra-

οἴχεται, vel *ocheta*, *ogeto*, explicabatque, pecuniam in luxum, & ganeam absumptam fuisse. Recte itaque Muretus non libris editis, sed Budæi conjecturæ id verbum tribuit; egoque sane in omnibus meis editis jam inde ab Aldo seniore lectionem hanc Faernianam inveni, hoc est Plautinam certe ipsam Trin. II. 4. 17. ubi vide Scip. Gentil. in ed. Gronov. sive I. Parerg. 20. Ratio quidem versus, quam Turnebus III. Adv. 8. aliique viri docti opponunt Victorio, cum a Plauto id verbum poni non potuisse demonstret, poterat a Tullio negligi, qui sua interdum versibus alienis interserit, vel potius a Scriba illo, cui profecto id erat licitum. Sed, quoniam Budæus perite codicum vestigia tractavit, aliquis exstitit fortasse vetus interpres, neque is mehercule ineptus, qui verbum οἴχεται exponens *decoctum* adscripserit, h. e. coquendo absumtum, quasi, ut ait Victorius, in fumum abiverit: ut non pars aliqua metalli evanuerit, sed totum plane occulta quadam, & abstrusa ratione dilapsum videretur. Porro Græcum hoc verbum, ejusque in rebus evanescentibus usum illustrant duo Platonis in Phædone loci de anima: alter cap. 14. Forst. p. 70. A. Tom. I. Serr. ὥσπερ πνεῦμα, ἢ καπνὸς, διασκεδασθεῖσα οἴχηται διαπτομένη; καὶ οὐδὲν ἔτι οὐδαμοῦ ᾖ. *tamquam ventus, aut fumus, dissipata, & dilapsa avolet, nihilque postea uspiam sit*; alter cap. 34. p. 84. B. ὅπως μὴ διασπασθεῖσα ἐν τῇ ἀπαλλαγῇ τοῦ σώματος, ὑπὸ τῶν ἀνέμων διαφυσηθεῖσα, καὶ διαπτομένη οἴχηται, καὶ οὐδὲν ἔτι οὐδαμοῦ ᾖ. *ne in ipsius a corpore discessu distracta quorumdam ventorum vi difflata, & dilapsa avolet, evanescat, & omnino aliquid esse desinat*. Cum Vatic. *hercule* habent Rom. & ambæ Venetæ. Mox cum Lamb. ex eodem Vatic. legendum, *revocare possis*. GAR.

O tenebræ) O vilitas animi *lucem splendoremque fugientis*, o lutum Epicurei ex argilla, & luto ficti. O sordes, animi avari & sordidi, quem cum provinciam per tot scelera peteret non triumphi, sed prædæ jam tum cupiditas cæca rapiebat: sordes tamen hic potissimum appellat, propter superiorem prosopopœiam, quæ nihil præter sordes & avaritiam redolebat; sordes enim dicuntur non tam in corradendis pecuniis, quam in retinendis. ABR.

O lutum) Lutum etiam in conviciis. Plautus Mostellaria, sc. ultima:

Verberibus cædere lutum pendens,
tametsi me pudet,
Interimam hercle ego, si vivo.

Catullus epist. 36.

Non assis facis, o lutum, o lupanar,
Aut si perditius pote est quid esse.

Plautus in Persa, sc. *Curate*, multa hujusmodi probra exaggerat:

—— ego lutum lenonium,
Commixtum cœno sterquilinium publicum,
Impure, inhoneste, injurie, illex, labes populi,
Pecuniæ accipiter, avide, atque invide,
Procax, rapax, trahax, trecentis versibus
Tuas impuritias traloqui nemo potest.

Item:

Possum-ne facere, ut argentum accipias, lutum? IDEM.

O paterni generis) Non solum a nobilissima Calpurniorum gente, & paterno genere degeneras, verum ne maternæ quidem Calventiorum genti plane respondes; supra: *O familiæ non dicam Calpurniæ, sed Calventiæ, neque hujus urbis, sed Placentini municipii, neque paterni generis, sed braccatæ cognationis dedecus*. IDEM.

Asco-

fractum, humile, demissum, sordidum, inferius etiam est, quam ut Mediolanensi præcone, avo tuo dignum esse videatur. L. Crassus, homo sapientissimus nostræ civitatis, spiculis prope scrutatus est Alpes: ut, ubi hostis non erat, ibi triumphi causam aliquam quæreret. Eadem cupiditate vir summo ingenio præditus, C. Cotta, nullo certo hoste, flagravit; eorum neuter triumphavit, quod alteri illum honorem collega, alteri

ASCONIUS.

Cicer. vers. a noviss. pelx. *Eadem cupiditate vir summo ingenio præditus, C. Cotta, nullo certo hoste, flagravit: eorum neuter triumphavit, quod alteri illum honorem collega, alteri mors ademit*) Credo vos quærere, & quis hic Cotta, & quis ille collega Crassi fuerit. Fuit autem C. Cotta orator ille compar P. Sulpicii, qui est in dialogis Ciceronis de Oratore scriptis; qui, cum decretus illi esset triumphus, mortuus est ante diem triumphi, cum cicatrix vulneris ejus, quod ante plures annos in prælio acceperat, rescissa esset repente. Crasso autem collega fuit Q. Scævola pontifex: qui cum animadverteret, Crasso, propter summam ejus in rep. potentiam, ac dignitatem, Senatum in decernendo triumpho gratificari, non dubitavit reipubl. magis, quam collegæ habere rationem: ac, ne fieret S.C. intercessit: sed idem provinciam, cujus cupiditate plerique etiam boni viri delinquebant, deposuerat, ne sumptui esset ærario.

VARIORUM.

Nescio quid istus) God. Vatic. & prior Ven. habent *istud*. Utroque modo locutum Ciceronem constat. Gar.

Mediolanensi præcone) Vide superius Asconium de socero Pisonis patris, & hic Manutium. Grav.

L. Crassus) Cicero lib. I. de inventione: *L. Licinius Crassus Consul quæstam in citeriore Gallia nullo illustri, neque certo duce, neque eo nomine, neque eo numero præditos, ut digni essent, qui hostes populi Romani dicerentur, quod tamen excursionibus, & latrociniis infestam provinciam redderent, consectatus est, & confecit. Romam redit, triumphum ab Senatu postulat*. Abr.

Spiculis prope scrutatus est Alpes) In antiquo libro est *Peculiis prope*, sine dubio mendose, quare vulgatam retinemus. & post aliqua ubi est, *cupidi laureæ*, habet hic liber *cupidi coronæ lauree*; quod & ipsum non placet. Faernus. *Spiculis*) Ut Faernus testatur, se in suis codicibus scriptum reperisse *peculiis*, pro *spiculis*: ita nos quoque in nostris hoc nomen reperimus varie scriptum: ex quo conjicere possit aliquis, scriptum esse a Cicerone *pilis*. Sed *spiculis* tamen retineo. Lamb. In Vat. scribitur *Alpis*. Gar.

Nullo certo hoste) Gallos opinor devicerat: nam Marcus Tullius eum in Bruto scribit ex Consulatu in Galliam esse profectum. Abr.

Alteri mors ademit) Vatic. *alteri mors peremit*, ut pro Planc. 42. *sin autem vitam mihi fors ademisset, aut vis aliqua major reditum peremisset*: ubi dativus adest ἀπὸ κοινοῦ, quem ceteris locis, quibus verbum *perimere* similiter usurpatur, non invenio, apud Schorum in Phrasib. p. 620. Ernest. in Ind. p. 664. Mencken. in Observ. L. L. p. 736. & Heusing. ad III. de Offic. 7. Sed vulgatam cum ceteris libris omnibus servat Asconius, ut quidem ad nos pervenit. Gar.

Digitized by Google

ri mors ademit. Irrisa abs te paullo ante M. Pisonis cupiditas triumphandi, a qua te longe dixisti abhorrere: qui etiam si minus magnum bellum gesserat, ut abs te dictum est, tamen istum honorem contemnendum non putavit. Tu eruditior, quam Piso; prudentior, quam Cotta; abundantior consilio, ingenio, sapientia, quam Crassus; ea contemnis, quæ illi idiotæ,

ASCONIUS.

STATIM. *Irrisa est a te paulo ante M. Pisonis cupiditas triumphandi: a qua te longe dixisti abhorrere, qui etiam si minus magnum bellum gesserat, ut abs te dictum est, tamen istum honorem contemnendum non putavit: tu eruditior, quam Piso?*) Quis hic M. Piso fuerit, credo vos ignorare. Fuit autem, ut puto jam nos dixisse, Pupius Piso eisdem temporibus, quibus Cicero, sed (1) tanto ætate major, ut adolescentulum Ciceronem pater ad eum deduceret (2), quod in eo & antiquæ vitæ similitudo, & multæ erant litteræ: orator quoque melior, quam frequentior, habitus est: biennio tamen serius, quam Cicero, Consul fuit: triumphavit pro Consule de Hispanis, Q. Hortensio, Q. Metello Cretico Coss. ante Ciceronis consulatum.

VARIORUM.

Irrisa abs te) Legendum omnino: *Irrisa est abs te*, sive, ut habet Rom. *irrisa*. Verbum *est* Grut. Græv. Verb. Ernest. soli omiserunt, cum in aliis meis omnibus editis exstet, in Vatic. in Britann. & apud Asconium. GARAT.

Contemnendum non putavit) Liber manuscriptus Asconii, *obmittendum non putavit*, pro *omittendum*: non temere. GRÆV.

Tu eruditior, quam Piso) De hoc noster in Bruto: *M. Piso quicquid habuit, habuit ex disciplina, maximeque ex omnibus, qui ante fuerunt, Græcis litteris eruditus fuit*. ABR.

Prudentior, quam Cotta) MSi omnes Britann. *doctior, quam Cotta*. Huic profecto Cottæ neque prudentia defuit, neque doctrina. Doctum fuisse hominem, tum illum in oratoria facultate singularis præstantia declarat, tum Ciceronis testimonium in dialogis de Nat. Deor Vide ibi II. 1. Sed iterum a prudentia laudatur in fragm. Cornelianæ primæ. *Possum dicere, hominem summæ prudentiæ clarum, C. Cottam de suis legibus abrogandis ipsum ad Senatum retulisse*. Nihil heic omnino mutandum. Porro ex uno C. Cotta duos perperam facit Index Hist. cel. Ernesti pag. 143. Exsilium fortasse Cottæ nondum Tribunicii, III. de Orat. 3. commemoratum, persuasit Ernesto, nullam postea in rep. mentionem illius exstare oportere. Atqui restitutus in patriam fuit, & ad Consulatum deinde pervenit: quo ex magistratu Galliam sortitus, inde ad triumphum senex rediit, quem illi tamen mors eripuit ab Asconio descripta. Confer Sallust. fragm. p. 117. 118. ed. Haverc. p. 999. 1000. ed. Cort. & Tullium in Bruto c. 88. 89. (quæ cum c. 56. ibid. jungenda) deinde c. 90. & 92. quibus ex locis Indicem illum viri summi in hoc C. Cotta emendabis, atque supplebis. GAR.

Illi idiotæ) Philosophia non imbuti: idiotæ nomen philosopho opponitur: Lucianus de hæresibus: [illegible]

(1) MS. *tanto ætate major*; & sic legendum: vulgati *tanto*. GRÆV.
(2) *Vide Gronov. III. Observ. 23.* GAR.

stæ, ut tu appellas, præclara duxerunt. Quod si reprehendis, quod cupidi laureæ fuerint, cum bella aut parva, aut nulla gessissent; tu, tantis nationibus subactis, tantis rebus gestis, minime fructum laborum tuorum, præmia periculorum, virtutis insignia contemnere debuisti. Neque vero contempsisti, licet Themista sapientior, si os tuum ferreum Senatus convicio ver-

νον, ἀλλ' οὕτως ἀπόκριναι οἷος ποτε ἦσθα, ἰδιώτης καὶ κατὰ τὸν νῦν ἐμε. *Ne te, quæso, eum qui nunc es, sive semisapientem, sive jam plane sapientem, ad judicandum de rebus optimis melius quam nos qui vulgus sumus, existima: sed ita responde, ut te statuas eum qui aliquando fuisti, idiotam, & mei similem*. Item, περὶ φιλοσοφίας καὶ φιλοσόφων ἀνδρῶν τοῖς ἰδιώταις πιστεύετε. *de philosophia & philosophis creditis idiotis*. Et in Hermotimo: Δεήσει ὑμᾶς ἰδιώτην τινὰ βίον ζῆν ἀποστάντας τοῦ φιλοσοφεῖν. *Oportebit vos idiotarum vitam agere a philosophia discedentes*: & alibi passim. Nonnius dictos ait, *quasi sibi tantum non plurimis utiles*. Lucilius: *Quidni & tu idem illitteratum me, atque idiotam diceres?* Ant.

Cupidi laureæ) Triumphi, quem lauro coronati ducebant, ramum item laureum manu præferentes. Idem. Addunt cum Vaticano *coronæ* Rom. ambæ Ven. omnesque MSi Britannici: quod glossema esse suspicari magis licet, quam adfirmare. Nam supra c. 24. in omnibus libris legitur, *coronam illam lauream tibi tanto opere decerni volueris a Senatu*. Livius XXIIII. 11. *coronatus laurea corona*, ubi vide Iac. Gronov. & Drak. Svetonius in Cæs. XLV. *jus laureæ coronæ perpetuo gestandæ*, & c. LXXIX. *coronam lauream candida fascia præligatam*: ita utrobique Casaub. & Oudendorp. Sic autem Vatic. *quod cupidi coronæ laureæ fuerunt*; atque in priore quoque Ven. *fuerunt* inveni. Mallet aliquis, *quos si reprehendis, quos cupidi &c.* vel, *quod si reprehendis, qui cupidi &c.* sed apud Tullium sæpe hic particularum *quod* concursus occurrit. Garat.

Tu, tantis nationibus subactis) Est ironia: non enim subegerat, sed barbaros in Macedoniam grassantes subigere debuerat: &, ut eum spectasse dicamus, quod numquam cogitavit, videtur alludere ad Achajam quam lege Iulia liberam, tamen intra provinciæ suæ fines inclusam misera servitute oppresserat, aut etiam ad urbes & gentes quas expilavit. Abram.

Licet Themista sapientior, si os tuum) Ante hæc verba addendum est verbum *sis*: ubi vero particula *si* infra est, pro ea restituendum *sed*, & sequenti versu pro *quandoquidem*, *quoniam quidem*. Faern. *Themista sapientior*) Patet non unum aut alterum verbum deesse, sed fortasse versum unum. *Themista* autem mulier philosophiæ studio nobilis. Lactant. de fals. sap. III. cap. XXV. *Denique nullas unquam mulieres philosophari docuerunt præter unam ex omni memoria Themistam; neque servos præter unum Phædonem*. Hieronymus in prol. comment. in Sophon. prophetam: *Plato inducit Aspasiam disputantem: Sappho cum Pindaro contendisse scribitur, & Alcæo, Themista inter sapientissimos Græciæ philosophatur*. Hott. *Themista sapientior*) Quamvis in commentariis Lucretianis, nuper de integro amplificatis, & editis, nihil hic esse mutandum, ut Adrianus Turnebus, & quidam alii existimarunt, ostenderimus: tamen etiam ad hunc locum, cujus propria hæc nota est, admonebimus, ne quis, qui commentarios illos nondum viderit, aliter sentiat. Themista igitur mulier fuit, Epicuri ætate, philosophiæ Epicureæ dedita, Leontis, seu Leontei cujusdam uxor, ad quam scripsit

Digitized by Google

non semel Epicurus; ut refert Laertius. Sic enim ille, Λεοντευς τε, ὁ Λαμψακηνος ὁμοιως, και ἡ τουτου γυνη, Θεμιστα, προς ἣν γεγραφεν Επικουρος. Commemorat eamdem Lactantius lib. 3. qui de falsa sapientia inscribitur, his verbis: *Denique nullas unquam mulieres philosophari docuerunt Epicurei, praeter unam ex omni memoria Themistam*, &c. Hæc igitur hujus loci sententia est, Quamvis tu Piso, Themista, muliere Epicureis præceptis erudita, & perpolita, sapientior sis, hoc est, quamvis egregius sis philosophus, & mulierem Epicuream doctissimam, ac sapientissimam, Themistam, sapientia superes: non tamen triumphum contemsisti, sed Senatus convicium timuisti, si triumphum postulares. Est autem jocus Ciceronis in Pisonem amarus, eum cum muliere Epicurea comparantis, & ejus sapientiam, sapientiæ muliebri anteponentis: & vero jocus eo fit festivior, ac venustior, quod sumta sit ea potissimum mulier, quæ eamdem philosophiam coluerit, cujus Pisonem studiosum fuisse dicat Turnebus igitur, & alii, nodum in scirpo quæsiverunt. Lamb. *Licet Themista sapientior*) Turnebus dicto capite 15. libenter legerit, *licet tu in isto sapientior*. Lipsius lib. 1. Var. lect. cap. 18. sic constituit istæc, *licet Themi sis sap. sed os*: non placet, quid enim huic bardo cum Themide? Grut. *Themista sapientior*) Themistam Lambinus mulierem tradit fuisse Epicuream ex Diogene Laertio, & Lactantio: de hac etiam Clemens Alexandrinus 3. stromatum: Και Θεμιστω ἡ Ζωιλου ἡ Λαμψακηνη, ἡ Λεοντεως γυνη του Λαμψακηνου, τα Επικουρεια εφιλοσοφει. *Et Themisto Zoili filia Lampsacena, & Leontis Lampsaceni conjux Epicuri philosophiam secuta est*. Turnebus legit: *Licet tu in isto sapientior*: quod minus placet, tum quod longius a vulgata lectione discedat, tum quod sensus accommodatus huic loco vix elici posse videatur. Lipsius legit: *Licet Themi sis sapientior*: nam ut ait Festus: *Themis Dea fuit quæ doceret petere, id quod fas esset, & liceret*. Sensus est itaque: Etsi te Themista sive Themi sapientiorem esse concederem, non tamen ideo triumphi petitionem omisisti, quod hunc honorem petendum esse non putares, sed quod metueres repulsam pati, & Senatus convicio verberari. Abram. Vide an non omnia sint rotundiora, si leges: *Licet Themista sapientior sis: os tuum ferreum Senatus convicio verberari noluisti*. Nam durius hic omittitur, *licet Themista sapientior*, verbum, ut vocant, substantivum, quod & Faernus vidit, & *si* nullo fere sensu sequentibus adjungitur, cum posset omitti commodissime. Qui Ciceronis lectione tritas habent aures, facile videbunt Ciceroni me suam manum restituisse. Græv. Atqui Manutio, retenta particula *si*, sensus pulcherrimus videbatur. Est vero non incommodus: ejusque particulæ usus non dissimilem observare licet alibi, ut XI. ad Div 5 *hortatione tu quidem non eges, si ne illa quidem in re, quæ a te gesta est post hominum memoriam maxima, hortatorem desiderasti*. Sed Grævii, meo judicio, conjectura præstantior. Hanc tamen ipsam vindicatam arbitror a lectione Faerni: *neque vero contempsisti, sis licet Themista sapientior; sed os tuum ferreum Senatus convicio verberari noluisti*: ex qua *sis licet* retinuit P. Manut. in notis, *sed* autem nulla de causa improbavit: quam recte universam Aldus filius illius amplexus est. Neque video, cur Lamb. in ea *sis* post *licet* amandarit, tum heic in ed. sua, tum ad Lucret. V. 149. tum ad II. de Fin. 21. ubi Cicero iterum Themistam nominat, ipso, & Davisio, quem consules, mentionem illius egregie restituente. Sed fortasse ita in Memmianis invenit: nam qui eum cum Oliveto secuti sunt, Oxonienses unius tantum codicis, a quo *sis* abest, varietatem adnotant, ut reliqui tres a Lamb. facere videantur. At certe illa ordinis, numerique præclari depravatio est. Eadem venustate locum privabat Th. Bentleius ad l. c. de Fin. p. 110. dum emendari volebat, *licet Themista sapientior sis, sed &c.* referente, veramque lectionem non dignoscente I. Christ. Wolfio in Catal. Fœmin. Illustr. p. 451. Quod si Faerno conjicienti adstipularer; multo magis Vaticano

Digitized by Google

verberari noluisti. Iam vides, quandoquidem ita mihimet fui inimicus, ut me tecum compararem, et degressum meum; et absentiam, et reditum ita longe tuo præstitisse, ut mihi illa omnia immortalem gloriam dederint, tibi sempiternam turpitudinem inflixerint. Nunc etiam in hac quotidiana, assidua, urbanaque

codici adsentior, ex quo totam loci lectionem suam ille accurate deprompsit. Gar.

Si os tuum ferreum) Aldus Manutius & Lambinus, *sed os* &c. contra libros, & tuetur veterem Paullus pater. Gruter. *Os tuum ferreum*) Catullus:

—— ruborem ferreo canis exprimamus ore.

Sic Licinius Crassus apud Suetonium in Cn. Domitium Ænobarbum jocabatur: *Non esse mirandum, quod æneam barbam haberet, cui esset os ferreum, cor plumbeum.* Sophocles apud Aristotelem libro 2. Rhetoric. cap. 23. de muliere impudente:

Σαφως Σιδηρω και φορουσα τουνομα.

Clare Sidero quæ suum nomen geris.

Aristophanes Acharnensibus:

Ισθι νυν αναισχυντος ων σιδηρεος τ' ανηρ.

Scis impudentem te esse, & hominem ferreum.

E quibus colligit Eustathius Odyss. Ψ.

Οτι και θρασυτητος αλλημα εστιν ο σιδηρος.

Quod ferrum etiam de audacia sive impudentia profertur.

S. Chrysostomus adversus Iudæos: *Και ημεις εθος πολλακις τους ερυθριαν μη ειδοτας χαλκοπροσωπους καλειν. Et solemus plerumque eos qui erubescere nesciunt æreo vultu præditos vocare.* Plinius Iunior Paneg. ferream frontem sumit etiam pro impudenti: *Neque ut antea exsanguem illam & ferream frontem nequicquam convulnerandam præbeant punctis, & notas suas rideant.* Abram.

Verberari) Plautus in Truculento scena secunda:

Me illis quidem hæc verberat verbis.

Et in Amphitruone scena prima:

Merc. *Hinc enim mihi dextera vox auris, ut videtur, verberat.*

Sos. *Metuo vocis ne vice hodie hic vapulem, quæ hunc verberat.*

Lactantius libro quinto de Iustitia cap. 9. *Qui peccantium frontem non verbis, quia tacent, tamen ipso vitæ genere dissimili feriunt, & verberant.* Nonius Marcellus: *Verberare non solum a verberibus, sed etiam a verbis.* Rursum Lactantius libro 2. Dæmones, *Iustos autem, id est cultores Dei metuunt, cujus nomine adjurati de corporibus excedunt: quorum verbis tanquam flagris verberati, non modo dæmonas se esse confitentur, sed etiam nomina sua edunt.* Ambrosius I. de officiis cap. 2. *Verberantur etiam vocis nostræ verbere cum loquimur, & quorum sono cæditur alienus noster, & mens consauciantur.* Idem.

Et degressum meum) Ita primus ex meis editis Grut. sed ita ab aliis nescio quibus antea lectum testatur margo Lambini. Neque aliter locus postulat, si placita doctorum sequamur. Græv. tamen in V. L. videtur probare *digressum*, quod in omnibus vidi editis, ipso, & Grut. & Verb. exceptis, & a MSis, qui noti sunt, servari existimo. Confer de hac voce Mencken. in Observat. L. L. pag. 231. & observa Tullianum locum de Senect. 23. *me ipse consolabar, existimans, non longinquum inter nos digressum, & discessum fore.* Homines digrediuntur invicem, a locis autem degrediuntur. Supra Vatic. *Iam vides, quoniam quidem ita mei mihi fui inimicus: ut fortasse fuerit, ita egomet mihi.* Gar.

Hunc etiam) Legendum *nunc etiam*: & infra ubi est *cuiquam es infirmissimo*, tu lege *infimo*: & post duos versus pro

que vita splendorem tuum, gratiam, celebritatem domesticam, operam forensem, consilium, auxilium, aucto-

pro *proditorem*, *perditorem*: & post aliqua ubi legitur *per latrones*, & *per servos*, delenda copula &: sequenti versu, ubi est *tanti ac universi*, post *tanti*, interponenda dictio *tam*. FABRN. Cum nulla in editione mendum illud *hunc* invenerim; cum etiam Manutiana a Faerno adhibita det *nunc*; cum denique Lambinus, qui Faernum pedibus sequebatur, solus ediderit *num*; facile suspicabar, pro vulgato *nunc* Faernum substituere *num* voluisse. Simile quiddam pro Flacco 3. contigisse censuimus. Vaticano tandem inspecto, *num etiam* in eo diserte reperi: sed *nunc* retineo, quod aptius, & melius existimo. GARAT.

Quotidiana) Privata, sive domestica, sive forensi. ABR.

Assidua urbanaque vita) Eodem modo Plautus Trinummo actu 1. scen. 3.

Vrbani assidui cives, quos scurras vocant.

Sic & frequenter Orator, ut pro Roscio Amerino: *Vtrum verisimilius sit ab eo esse occisum, qui assiduus eo tempore Romæ fuerit, quam ab eo qui multis annis Romam omnino non accesserit*. Pro Murena: *Assiduitatis, & operarum harum quotidianarum putat esse consulatum*. Item: *Ista nostra assiduitas, Servi, nescis quantum interdum afferat hominibus fastidii, quantum satietatis*. Dictus igitur assiduus qui residet in urbe, & in foro versatur: quamquam alii nomen aliunde derivant, ut habetur in Topicis ad Trebatium: *Cum lex Ælia Sentia assiduo vindicem assiduum esse jubeat, locupletem jubet locupleti: locuples enim est assiduus, ut ait Ælius, appellatus, ab assedando*. Sed id Tullius exempli caussa profert, non etiam probat, &, ut jam alibi videor monuisse, non videtur is fuisse legis Æliæ Sentiæ sensus, ut locuples fidejussor esset locupleti. Quid enim opus fuit id lege sancire, aut quis alium, quam locupletem pro locuplete vindicem, sive fidejussorem admitteret? Sicut nec facile crediderim Gellio proletarium eadem lege sumi pro pauperrimo tenuissimo, cum cavetur ut *proletarius proletario sit vindex*. Quis enim fide pauperis pauperi credendum putet, aut quæ tandem esse potest pauperis pro paupere fidem suam interponentis auctoritas? Cum tamen & Varro & alii proletarios pro pauperibus aliquando sumpserint, nolim brachia torrenti testium opponere: quare viderint eruditi. IDEM. *Assidua*, *urbana* vita est, quæ versatur assiduo in foro, in concionibus, comitiis, judiciis. Vide Gronov. de pec. vetere lib. IV. cap. 10. GRÆV.

Splendorem tuum) Privatis virtutibus quæsitam claritatem. ABR.

Gratiam) Populi benevolentiam. IDEM.

Celebritatem domesticam) Frequentiam clientum, qui domum tuam matutina salutatione celebrent ac frequentent. Quia videlicet honorificum fuit multos habere clientes, qui mane ad salutandum accederent. Maro 2. Georg.

—— Si non foribus domus alta superbis
Mane salutantum totis vomit ædibus undam.

Claudianus in Ruffinum:

Turba salutantum latas tibi perstrepit ædes.

Plutarchus in Cicerone: *Ipse vero circa palatium eo consilio domicilium collocavit, ut clientibus suis hoc viarum compendio minorem molestiam exhiberet: neque enim pauciores obsequii deferendi caussa, domum ejus, quam Crassi ob divitias, aut Pompeji ob militarem potentiam, celebrabant*. Honorificum, inquam, fuit clientes, & salutatores habere quamplurimos. Dionysius lib. 2. antiq. Rom. *Magnæ laudi fuit viris illustribus clientes quamplurimos habere, acceptas a majoribus clientelas servare, & propria virtute novas acquirere*. Hinc illud Iuvenalis:

ille

Digitized by Google

ctoritatem, sententiam senatoriam nobis, aut, ut verius dicam, cuiquam es infirmissimo, ac desperatissimo antelaturus?

27. Age, Senatus odit te, quod eum tu facere jure con-

—— *ille excludetur amicus*
Jam senior, cujus barbam tua janua vidit.

Statius primo Theb.

atria congestos satis explicitura clientes.

Sed non est otium hic morari: vide Iuvenalem Sat. 3. Senecam passim, & Martialem: & dicta in Cælianam. IDEM.

Operam forensem) Patrocinium in caussis agendis ad splendorem civium pertinebat: unde & maximi quique operam in foro judiciisque navabant: prætermitto Gracchos, Catones, Scipiones, Hortensios: unus Plutarchi locus in Crasso suffecerit: *Nullam adeo vilem, aut parvi momenti caussam fuisse dicunt, ad quam imparatus accederet: sed quamvis & Pompejus, & Cæsar, & Cicero hujusmodi caussas respuerent, ipse perorabat, & hoc pacto magnam gratiam sibi collegerat.* Et miramur eloquentiam suam tum floruisse, cum ei se viri urbis, atque adeo totius orbis principes tam diligenter impenderent? vocat autem operam forensem, quod non intra parietes, sed in ipso foro, & in propatulo controversiæ disceptarentur: quod liquere videtur ex Valerio libro octavo referente App. Claudium, & L. Pisonem damnationi ereptos fuisse, & discussam *subito coorti imbris beneficio* quæstionem. IDEM.

Consilium) Privatis exhibitum, ut fieri solet a Iurisconsultis, qui ab actoribus de successu litis futuræ, & caussæ justitia consuluntur. IDEM.

Auxilium) Advocationem. IDEM.

Auctoritatem) Opinionem virtutis, sive potius, potestatem quandam conciliatam non magistratu, & honore, sed sola opinione virtutis. IDEM.

Sententiam senatoriam) Prudentiam, & auctoritatem in dicenda sententia in Senatu. IDEM.

Cuiquam es infirmissimo, ac desperatissimo) Vulgati codices habent, *infirmissimo, ac desperatissimo*: manuscr. *infimo, ac desperatissimo*: ego, ab antiqua scriptura tanquam manu ductus, legendum censeo, *ac despicatissimo*. Vtitur eadem voce in oratione pro Sextio: *cessi Tribuni pl. despicatissimi hominis furori*. Omnino vox *desperatissimo* hic inepta est, neque ullo modo convenit. LAMB. In Francii legitur, ut est in editis: *cuiquam es infimo ac desperatissimo*: sed alia manus, non minus antiqua, voci *desperatissimo* superscripserat *despectissime*: quod si ex meliore codice repositum esset, facile præferrem vulgato: sed Erfurt. non abit a vulgatis. GRAEV. In Vaticano est, *cuiquam infimo, ac desperatissimo sis antelaturus*? Recipiendum censeo *infimo*, quod alii MSS confirmant. Ita in Vatin. 7. *omnium facile omnibus rebus infimus*, & ita passim: idque huic loco unice convenit. Optime vero cum infimo jungitur *despicatissimus*, ut egregia sit conjectura Lambini, quam plures loci adjuvant a Pareo collecti in Lex. Crit. p. 340. Optime item *despectissimo* præbet eodem sensu Francii codex. ut III. in Verr 41. *ne contemtissimi, ac despectissimi esse videamur*. Variis modis homines *desperati* dicuntur: infra c. 41. pro Sext. 14. ubi vide Manut. I. Act. in Verr. 12. II. in Catil. 3. & 5. pro Amer. 10. pro Domo 5. IV. Acad. 10. III. de Leg. 10. His ex locis hoc unum discitur, ex adjunctis, totaque sententia istud explicari debere. Erit igitur, si legendum ita sit, *desperatissimus*, a quo nihil sperari omnino potest, qui neque gratia, neque ingenio, neque auctoritate quidquam valet, qui bonæ frugis nihil habet, neque umquam ulli usui futurus existimatur. Confer, quæ in hanc rem supra leguntur c. 9. GAR.

Asco-

Digitized by Google

concedis, afflictorem, et perditorem non modo dignitatis, et auctoritatis, sed omnino ordinis, ac nominis sui: videre equites Romani non possunt, quo ex ordine vir præstantissimus, et ornatissimus, L. Ælius, est, te Consule, relegatus: plebs Romana perditum cupit, in cujus tu infamiam ea, quæ per latrones, et per servos de me egeras, contulisti: Italia cuncta ex-

Afflictorem, & perditorem) Ita legendum quoque monuit, auctoritate mss. Turnebus libro xxi. vulgata *proditorem*: nata ex typographico sphalmate editionis primæ, in qua transposita littera *preditorem*: nisi dicamus voluisse *prædatorem*. Gruter. Imo Romana vere prima cum omnibus ante Lamb. edititis, *proditorem*, priore Ven. excepta, in qua illud est sphalma. Britann. omnes cum veteribus illis editis consentiunt. Vatic. *ac perditorem*, idque probanti Faerno non erat, cur magnopere Manutius repugnaret. Infra idem Vatic. *videre equites Romani nolunt, non possunt*, duabus more antiquissimo conjunctis lectionibus. Alii ergo *nolunt*, alii *non possunt*, utrique recte. Gar.

Auctoritatis) Bene: nam, ut frequenter diximus, majestas in populo, imperium in Consule, auctoritas in Senatu. Abr.

Vir præstantissimus L. Ælius) Cognomento *Lamia*: de quo in Sext. Hott. *Vir præstantissimus L. Ælius Lamia*) Sic puto legendum, seu, *L. Lamia*. Nam ex historia, & ex ipsius M. Tullii orationibus Sextiana, & ea, quæ post reditum est habita, didicimus, L. Lamiam a Clodio esse relegatum. Quamvis autem non ignorem, Lamias, nomine dictos esse Ælios, notiores tamen sunt cognomento Lamiarum, quam nomine Æliorum. Adde quod cognomento major eorum nobilitas, & generis antiquitas declaratur, quam nomine. Nam, si Horatio credimus, a Lamo Formiarum conditore, cognomen traxerunt. Sic Horat. oda 17. lib. 3. *Æli vetusto nobilis ab Lamo, (Quando & priores hinc Lamias ferunt denominatos, & nepotum Per memores genus omne fastos) Auctore ab illo Ducis originem, qui Formiarum mœnia dicitur Princeps, & innantem Maricæ Litoribus tenuisse Lirim, Late tyrannus*, &c. Lambin. *Vir præstantissimus, L. Ælius*) Aulus Gabinius L. Lamiam principem equestris ordinis, *in concione relegavit, edixitque, ut ab urbe abesset mille passus, quod esset ausus pro cive, pro bene merito cive, pro amico, pro republica deprecari*: pro Sextio arguit hic igitur Pisonem, quod eum relegari permiserit. Abr. Recepi ex Pithœi, & Franc. MSS. *vir præstantissimus & ornatissimus*. Graev. Hanc additionem, quam recentiores merito adsciverunt, ab aliis omnibus antea cusis ignoratam, in priore tamen Veneta inveni: eademque a Vaticano, tribusque Britannicis firmatur. Hunc ipsum Lamiam *ornatissimum, atque optimum virum* Cicero appellat pro Sext. 13. Non erat autem, cur Lambinus L. Ælii cognomen hic adesse vellet: nam centies omittuntur cognomina, quantumvis illustria, centies idem homo modo per nomen solum, modo per solum cognomen nominatur. Gar.

Plebs Romana) Infima plebs te odit, quod ipsius nomine exsilium mihi irrogatis, quod ad magnam plebis redundavit infamiam, licet non plebs Romana, sed servi quidam & latrones legem Clodiam de meo exsilio suis suffragiis comprobarint. Abr.

In cujus infamiam) Culpam legis Clodiæ contulit in plebem. Plebiscitum enim appellavit. Hott.

Italia cuncta) Ex omni Italia; e municipiis & coloniis missi fuerant legati ad exsilium Tullio deprecandum,

Digitized by Google

execratur, cujus idem tu superbissime decreta, et preces repudiasti. Fac hujus odii tanti, ac tam universi periculum, si audes. Instant post hominum memoriam apparatissimi, magnificentissimique ludi, quales non

dum, sed horum preces a Pisone & Gabinio repudiatae fuerunt. Am.

A S C O N I U S.

SEQUITUR. *Instant post hominum memoriam apparatissimi, magnificentissimique ludi: quales non modo nunquam fuerunt, sed ne quo modo quidem fieri posthac possint, possum ullo modo suspicari*) Cn. Pompeji ludos significat, quibus theatrum a se factum dedicavit, quibus ludis elephantorum pugnam primus omnium dedit in circo (1).

V A R I O R U M.

Cujus idem tu superbissime) Pro *idem* Vatic. habet *item* quod Lamb. recipere non dubitavit, Ernest. autem sua de conjectura proferre. Sed neque hoc superiora requirunt, neque abjicienda est locutio aptissima huic loco, & optima *idem tu*, cui geminam habemus infra c. 34. *idemque tu Rabocentum* &c. Hujusmodi formas contra ipsum Lambinum, ejusque adstipulatores ad c. 3. post red. ad Quir. & ad II. Phil. 13. abunde propugnamus. Vatic. & alii veteres libri saepe T. pro D. adhibent: hinc ista permutatio, & egregiae lectionis ejectio. GAR.

Ac tam universi) Ita recte Faern. Lamb. Ald. nepos, Grut. & recentiores, Vaticano morem gerentes: neque aliter prior Veneta. Quod in aliis erat omnibus, *ac universi*, a Tullio esse non poterat: vide ad c. 3. pro Flacco, & adde Arntzen. ad Plin. Paneg. XLV. n. 1. Eadem macula est infra c. 29. praestantissimi codicis ope detersa. Quam quidem ultro inlatam a cel. Davisio miror loco illi I. de Nat. Deorum 1. *utrum nihil agant, nihil moliantur, ac ob omni curatione, & administratione rerum vacent*. In vulg. deerat *ac ab*, & liquet omnino, *ab* ex Firmico, & MSis recipiendum esse, *ac* in uno inventum codice rejiciendum. IDEM.

Apparatissimi, magnificentissimique ludi) Ludorum horum ea fuit occasio, quod Pompejus theatrum a se factum consecrarat. Dio, Plutarchus, & alii. Cui autem Deo consecrarit, possit fortasse dubitari. Tertullianus de spectaculis. *Theatrum proprie sacrarium Veneris est*. Item: *Pompejus Magnus solo theatro suo minor, cum illam arcem omnium turpitudinum exstruxisset veritus quandoque memoriae suae censoriam animadversionem, Veneris aedem superposuit, & ad dedicationem edicto populum vocans, non theatrum, sed Veneris templum nuncupavit, cui subjecimus, inquit, gradus spectaculorum*. At Tyro Tullius apud A. Gellium cap. 1. lib. 10. Noct. Attic. *Cum Pompejus*, inquit, *aedem victoriae dedicaturus foret, cujus gradus vice theatri essent*, &c. Plinius libro 8. cap. 7. Theatrum Pompeji, *Templum Veneris Victricis* appellat. Salvianus Massiliensis lib. 6. de gubernatione Dei: *Colitur namque & honoratur Minerva in gymnasiis, Venus in theatris, Neptunus in circis, Mars in arenis, Mercurius in palaestris*. Jam ut de apparatu ludorum Pompeji pauca dicamus, non minimam ejus partem habuit ipsius theatri pulchritudo. Dio: Ὁ Πομπήιος τὸ θέατρον, ᾧ καὶ νῦν λαμπρυνόμεθα, καθιέρωσε. *Pompejus theatrum, quod etiam nunc ornamento est urbi, dedicavit*. Cujus cavea, auctore Plinio XL. spectatorum millia facile capiebat: sed hic non est morandum, cum Ammianus id inter praecipua urbis aeternae miracula numerarit libro 16. Ludorum magnificentia, sic a Dione libro 39. describitur: *Eo in ipsa spectacula musicae, ludosque gymnicos, & in circo equorum concertationem, ferarumque multarum omnis*

(1) *Vide Harduin. ad Plin.* H. N. VIII. 7. *in Emend.* n. XIV. GAR.

non modo numquam fuerunt, sed ne quomodo fieri quidem posthac possint, possum ullo pacto suspicari. Da te populo, committe ludis: sibilum metuis? ubi sunt vestræ scholæ? ne acclametur? ne id quidem est cu-

omnis generis cædem exhibuit. Leones quingenti diebus quinque absumti sunt: præterea elephanti decem & octo cum armatis hominibus certaverunt. Plinius libro octavo cap. 7. *Pompeji quoque altero consulatu, dedicatione templi Veneris Victricis, pugnavere in circo elephantes viginti, aut ut quidam tradunt, septemdecim.* At chronicon Alexandrinum, nisi si forte error in scripturam irrepsit, numerum duplicavit. Vide & de cetero apparatu, & ferarum multitudine & varietate Plinium libro 8. cap. 17. de pantheris, & cap. 19. & 20. & Cic. VII. ad fam. epist. 1. ABRAM.

Quales non modo numquam fuerunt) Vide tamen de Claudii Pulchri apparatu Valer. II. cap. 1. de Cæsaris & C. Antonii Plin. 33. 3. de scena Murenæ Cic. in orat. pro Mur. de Scauri apparatu Plin. 34. 7. IDEM.

Da te populo) Ingredere ad theatrum refertum populo, & te ipsum committe spectatoribus. IDEM.

Sibilum metuis) Metuis ne populus odio tui inflammatus te venientem in theatrum exsibilet & explodat. Frequentem invenio sibili mentionem in spectaculis: vetus glossarium titulo *de spectaculis*, scribit *sibilum συρ-ριγμος*: quod videlicet populus, quos odio habebat, eos sibilis frequenter exploderet. Cicero pro Sextio de Clodio: *Qui tamen quo tempore conspectus erat, non modo gladiatores, sed equi ipsi gladiatorum repentinis sibilis extimescebant.* Plutarchus in Cicerone: *Cum in Theatro conspectus fuisset Otho, plebs in ejus contumeliam sibilis, at equester ordo plausibus eum excepit. Populus vicissim sibilos, illi plausum dare majorem; tum contra se invicem conversi ultro citroque jactare convitia, & spectacula perturbare. Cicero re comperta, & plebe in Ædem Bellonæ convocata, eos & reprehendit & hortatus est, tum plebeji in theatrum redeuntes, splendidam Othoni plausum ita dederunt, ut cum equestri ordine de ejus viri honore & dignitate amica contentione certarent.* Quæ integra exhibere volui, non magis ut morem antiquum, quam ut vim Tullianæ orationis ostenderem: quantæ enim eloquentiæ fuit populum tam facile mitigare? sed ad rem. Lucianus in Nigrino, & plausus theatralis meminit, & sibilorum: *Εγω και βοαν και κροτειν ἑτοιμος ειμι· ην δε διαμελλης, αντισκαλλωπω γε παρα τον αγωνα, και οξυτατα συριξομαι. Ego vero paratus sum & acclamare, & plaudere: at si tardaveris, & acceptæ injuriæ meminero, & acutissime sibilabo.* IDEM.

Ubi sunt vestræ scholæ) Disciplina Epicurea; quæ dedecus pro nihilo haberi suadet. HOTT. *Ubi sunt vestræ scholæ*) Ubi præclara Epicuri præcepta, quibus ostendit populi judicium esse negligendum. Quale est illud apud Senecam epistola 29. *Numquam volui populo placere: nam quæ ego scio, non probat populus: quæ probat populus, ego nescio. Quis hoc? inquis: tamquam nescias cui imperem. Epicurus.* Simile est & illud epistola 91. *Quid autem stultius homine verba metuente? eleganter Demetrius noster solet dicere eodem loco sibi esse voces imperitorum, quam ventre editos crepitus: quid enim, inquit, mea refert, sursum isti an deorsum sonent? quanta dementia est vereri ne infameris ab infamibus? quemadmodum famam extimuistis sine caussa, sic & illa quæ numquam timeretis, nisi fama jussisset: numquid detrimenti faceret vir bonus iniquis rumoribus aspersus.* Et epistola 7. *Epicurus cum uni ex consortibus studiorum scriberet; hæc, inquit, ego non multis, sed tibi: satis enim magnum alter alteri theatrum sumus.* ABRAM.

Ne acclametur) Post hæc verba habet antiquus liber dictionem *times*, quam deinde non habet infra: ubi est in vulgata, *manus tibi ne afferantur timeo*

Digitized by Google

curare philosophi: manus tibi ne afferantur, times: dolor enim est malum, ut disputas: existimatio, dedecus, infamia, turpitudo, verba sunt, atque ineptiæ.

times, nos tamen vulgatam sequimur: & post sequiversum, ubi est *verba sunt*, dictio *sunt*, etiam alioqui non necessaria, ab antiquo libro abest: & ubi est *non audebit*, addenda in principio dictio *nam*. FABRIC. *Ne acclametur*) Solebant cum plausu faustisque acclamationibus excipere venientes. Cicero in Sextiana: *Cum audito S. C. auctori ipsi atque absenti Senatui plausus est ab universis datus: deinde cum Senatoribus singulis spectatum e Senatu redeuntibus: cum vero ipse, qui ludos faciebat, Consul assedit, stantes & manibus passis gratias agentes, & lacrymantes gaudio suam erga me benevolentiam ac misericordiam declararunt.* Et de ipso Sextio loquens: *Venit, & se populo dedit, non plausus cupiditate, sed ut ipsi inimici nostri voluntatem universi populi viderent: venit, ut scitis, ad columnam Maeniam: tantus est ex omnibus spectaculis usque à Capitolio, tantus ex fori cancellis plausus excitatus, ut unquam major consensio.* Horatius.

—— datus in theatro
Cum tibi plausus.

Nec absludit illud ejusdem:

—— populus me sibilat, at mihi plaudo
Ipse domi, quoties nummos contemplor in arca. ABRAM.

Ne id quidem est curare philosophi) Quia videlicet magnanimus vereque philosophus, ut honores non aucupatur, ita nec oblatos repudiat: non quod eos magnifaciat, sed quod eos contemnat, iisque se majorem existimet. Vide Aristotelem 4. Ethicor. cap. 7. & 8. De his enim honoribus ne cogitat quidem: quare eos nec ambit, nec vero etiam aspernatur. Plato in Theaeteto: *Et ne quidem advertit se haec non advertere: neque enim his se abstinet ut gloriam consequatur, sed solum ipsius corpus in urbe versatur, at mens haec omnia parva ducens, atque adeo ut contemnens quidem, quaquaque in partem fertur, & super terram; ut cum Pindaro loquar, & sub terra res geometriae considerans, & astrologica coelestia.* Vide quæ ibi sequuntur plura, eaque pulcherrima. IDEM.

Manus tibi ne afferantur) Hinc ostendit summum esse odium totius civitatis, quod metuat Piso, ne veniens in theatrum lapidibus appetatur. Cicero in Sextiana: *At cum ille furibundus incitata illa sua vecordi mente venisset, vix se populus Romanus tenuit, vix homines odium suum a corpore ejus impuro atque infando represserunt: voces quidem & palmarum intentus, & maledictorum clamorem profuderunt.* Hinc ille jocus Caselli Jurisconsulti oppido festivus apud Macrobium libro secundo Saturn. cap. 6. *Lapidatus a populo Vatinius, cum gladiatorium munus ederet, obtinuerat ut aediles edicerent, ne quis in arenam nisi pomum misisse vellet. Forte iis diebus Casellius consultus a quodam, an nux pinea pomum esset, respondit: Si in Vatinium missurus es, pomum est.* Hæc ille, e quibus vides in editores quidem sordidos ut plurimum, aliquando tamen & in alios, lapides mitti consuesse. IDEM.

Dolor enim est malum) Hæc est celebris illa quæstio in omnibus prope philosophorum pergulis variis altercationibus agitata: alii, ut Aristoteles, dolorem malum quidem, sed non summum, & ipsum malum τὸ κακὸν esse censuerunt: alii, ut Stoici, dolorem neque in bonis, neque in malis, sed in indifferentibus numerarunt, quamvis alicubi Seneca dolorem incommodum esse fateatur. Epictetus & Aulus Gellius lib. 1. cap. 2. & alii passim consulantur. Alii, ut Epicurei, voluptatem summum bonum, dolorem summum malum esse duxerunt. Vide Nostrum libris de finibus bonorum & malorum, & alios passim. IDEM.

Verba sunt, atque ineptiae) Epicurus apud

ptiæ. Sed de hoc non dubito: non audebit accedere ad ludos: convivium publicum non dignitatis gratia inibit, nisi forte, ut cum P. Clodio, hoc est, cum amo-

apud Plutarchum in Catonem: *Ego vero ad voluptates perpetuas invita, & non ad virtutes, usuas & futiles, spem fructuum habentes sexcentis perturbationibus implicatam*. Verba sæpe, & nomen pro vanitate, quæ non cohærent, Ovidius 1. de arte:

Conquerar? an moveam nullum fas esse nefasque?
Nomen amicitiæ, nomen inane fides.

Dio libro 37. Brutum sibi manus inferentem exclamasse refert illud Herculis:

Ω τλῆμον ἀρετὴ, λόγος ἄρ᾽ ἦσθ᾽ ἀλλως, ἐγὼ
Σ᾽ ὡς ἔργον ἤσκουν, σὺ δ᾽ ἄρ᾽ ἐδούλευες τύχῃ.

O misera virtus verba eras: at ego te ut rem seriam exercebam, tu fortunæ serviebas: Horatius libro 1. epist. 6.

—— *Virtutem verba putas, ut Lucum ligna*: ——

Idem. *Sunt*, quod a Vaticano abest, videtur sane adjectitium. Pro Mur. 40. *mutare sententiam, turpe est: exorari, scelus: misereri, flagitium*: pro Flacco 5. *quibus jusjurandum jocus est, testimonium ludus, existimatio vestra tenebræ*: Gar.

Sed de hoc non dubito) Vatic. *Sed hæc non dubito: nam non audebit accedere ad ludos*. Verbum *dubito* hic videtur adhibitum, ut pro Amer. 31. I. de Offic. 45. III. 19. quos locos habet Pareus in Lex. Crit. p. 387. Adde pro Mil. 16. At duplex hinc sensus exoritur. Aut enim significat, se Pisonis timores exploratos habere, neque in controversia ponere: ut Lc. III. de Off. 19. *hæc nonne est turpe dubitare philosophos, quæ ne rustici quidem dubitent?* planius dicam: sed hæc metui a Pisone non dubito. Aut potius hoc sibi vult, se non disputare, non quærere, quid potissimum timeat Piso. Neutrum mihi sic placet, ut vulgatam damnare velim, qua Cicero se non dubitare ait, quin Piso sit expers ludorum futurus. Tres MSi Britann. *non audebis*. Idem.

Convivium publicum non dignitatis gratia inibit) Quod Cn. Pompejus ad dedicationem sui theatri publice exhibebit, non inibit, ad honorandum Cn. Pompejum exhibitorem convivii. Vide Vatinianam de epulis publicis: *Ita enim illud epulum est funebre, ut munus sit funeris, epulæ quidem ipsæ dignitatis*. Dignitatis autem caussa dicitur iniri convivium, quia Senatores epulabantur ab aliis ordinibus separati. Am.

Nisi forte, ut cum P. Clodio, hoc est, cum amoribus suis ceteris) In antiq libro pro *P. Clodio*, est *Patribus conscriptis*: & pro *amoribus*, *amatoribus*: nos tamen & hic malumus vulgatam sequi. Faerna. *Cum amoribus*) Ut pares cum paribus: quod est in veteri proverbio. Hott. *Nisi forte, ut cum P. Clodio, hoc est, cum amatoribus*) Non displicet vetus lectio tam edita quam calamo exarata, *cum Patribus conscriptis*: certe & veterrima editio, *P. C.* Gruter. *Ut cum Patribus Conscriptis, hoc est, cum amoribus suis*) Editio princeps, & duo codices e nostris habent litteris initialibus, *cum P. C.* quod a nonnullis haud recte videtur explanatum, *cum P. Clodio*. Lallem. Romana princeps, ambo Ven. cod. Franc. & duo Britann. *cum P. C. hoc est, cum majoribus suis*. Optimi autem codices, Vatic. Erfurt. & Pith. item unus Britann. omnibus litteris habent *Patribus Conscriptis*; cumque in eorum tribus ceteris sit, *majoribus* solus Vat. *amatoribus*. Aldus senior, Naug. & Hervag. *cum P. Clodio, hoc est, compotoribus suis*, pessime: eique lectioni accessit P. Manutii emendatio, ut ipse testatur; unde ista demum vulgata exstitit, *cum amatoribus*. Ex his omnibus manifestum fieri arbitror, ne a MSis, & a Ciceronis mente discedamus, plane cum Vaticano esse legendum, *ut cum Patribus con-*

Digitized by Google

amoribus suis cenet, sed plane animi sui causa. Ludos nobis idiotis relinquet: solet enim in disputationibus suis, oculorum, et aurium delectationi abdominis voluptates anteferre: nam, quod vobis iste tantummodo improbus, crudelis, olim furunculus, nunc vero

conscriptis, hoc est, cum amoribus suis cenet. Vnus Lallem. vulgatam, quod attinet ad Clodium, ferri non posse perspexit. Id enim si vere dicatur, nihil ad dignitatem facit, & valde frigidum est, nihilque subesse potest, quod in Pisonem, & Clodium quadret: *εἰρωνικῶς* autem nequit ulla ratione consistere. Contra in optimorum codicum lectione actis, & justa inest ironia, cum Pisonem Senatus odio maximo prosequeretur, ut initio capitis dictum est. *Senatus odit te, quod eum tu facere jure concedis, adflictorem, & perditorem non modo dignitatis, & auctoritatis, sed omnino ordinis, ac nominis sui*. Gar.

Solet in disputationibus) Interponenda post *solet*, dictio *enim*, & post aliquanto pro *nihil posterius*, legendum *nihil protervius*: quod & ipsum ad libidinem pertinet: sicut in superiore: quasi diceret *petulantius*. Faern. Vox *enim* quae, sanequam opportuna est, & in omnibus meis ante Lamb. editis deest, & Vatic. deinde ab omnibus retenta, confirmari videtur ab Erfurt. & Franc. in V. L. Gar.

Abdominis voluptates) Supra de Gabinio, *natus abdomini suo*: per voluptatem abdominis non solum gulam, sed vel maxime Venerem & voluptatem quae sub ventre sedem habet, intelligit: vetus vocabularium, *abdomen λαπαρα*, [illegible], *ὑποχονδριον*. De his fuse Aulus Gellius cap. 2. lib. 19. noct. Attic. *Quae ex gustu atque tactus est, ea voluptas, sicuti sapientes viri censuerunt, omnium rerum foedissima est*. Cujus [illegible] reddit ex Aristotele rationem, quam ibi vide. Illis subnectit Gellius: *Quis igitur habens aliquid humani pudoris voluptatibus istis duabus coeundi atque comedendi, quae sunt homini cum sue atque asino communes, gaudeat?* Plato in Philebo duas has voluptates vocat, *συμπεφυρμενας ὁμου λυπαις τε και αναπαυσεσιν ὀδυνων των μεγιστων*, *una doloribus & dolorum induciis atque sedationibus permixtas*; *τας περι τε τα καλα λεγομενα χρωματα, και περι τα σχηματα, και των ὀσμων τας πλειστας και τας των φθογγων, και ὁσα τας ενδειας αναισθητους εχοντα, και αλυπους τας πληρωσεις αισθητας και ἡδειας καθαρας λυπων παραδιδωσι*: id est, ut vertit Serranus: *Illae nimirum sunt verae voluptates quae circa pulchros colores & figuras & plerosque odores, & harmonias versantur, & quae circa eas quae defectus quidem habent, sed qui nec sub sensionem cadunt, nec dolorem aliquid pariant: hujusmodi autem repletionem exhibeant, quae & sentiantur, & jucundas atque doloribus immunes sensus subministrent*. Subjicit tamen: *το δε περι τας ὀσμας ἡττον μεν θειον γενος ἡδονων*. *At in his voluptatibus genus illud quod circa odores versatur minus divinum est*. Arn.

Nam, quod vobis) Lepide enumeratis prius sceleribus, quae & in confesso esse fingit apud omnes, & videbentur Pisonem in contemptum adducere, subdit de ejus nequitiis & voluptatibus, a quibus propter frontis severitatem maxime videbatur alienus. Idem.

Olim furunculus) Olim cum legum poenam metueret, occulte furabatur, nunc factus audacior, excusso timore legum, palam & aperte praedatur. Idem. Priscianus p. 614. ed. Putsch. *olim furunculus, nunc verum etiam rapax*: sed emendandum ibi est *vero*, non modo ex Cicerone, sed etiam ex duobus ipsius Prisciani codicibus Barberinis, ut ad c. 25. exhibuimus. Ex Prisciano autem, imo ratione plane suadente, distinxi, *crudelis, olim furunculus*, nam haec duo verba male con-

vero etiam rapax, quod sordidus, quod contumax, quod superbus, quod fallax, quod perfidiosus, quod impudens, quod audax esse videatur: nihil scitote esse luxuriosius, nihil libidinosius, nihil posterius, nihil nequius. Luxuriam autem in isto nolite hanc cogitare. Est enim quædam, quamquam omnis est vitiosa, atque turpis, tamen ingenuo, ac libero dignior. Nihil apud hunc lautum, nihil elegans, nihil exquisi-

conjungebantur in omnibus, quas vidi, editionibus, una tantum Aldi nepotis excepta. Gar.

Quod fallax) Inter fallaciam & perfidiam est distinctio: nam fallaces esse possumus etiam in eos, quibus nihil unquam promisimus, perfidiosi esse non possumus. Abr.

Luxuriosus) Luxuria in sumptibus faciendis, libido in voluptatibus perfruendis: Idem.

Nihil posterius) Legunt alii, *nihil protervius*. Turnebus Advers. lib. 14. c. 17. explicans illud Varronis apud Nonium: *Non modo absens quidquam sequius de te cogitabit, sed etiam ruminabitur humanitatem*. *Sequior*, inquit, pro deterior dici, non est perinde infrequens, quod a sequendo reor deduci: deteriora enim sequi, meliora præcedere solent: proinde etiam posterior pro deteriore poni etiam alicubi adnotamus. Id vero adnotat lib. 20. cap. 9. loco horum verborum orationis de Provinciis Consularibus, *ut nemo posset utrum deterior an infelicior esset, judicare*: legi in juratissimis libris *utrum posterior*: quam lectionem, ubi probavit hoc ipso loco quem præ manibus habemus, *posterior autem*, inquit, *deterior & nequior dicitur*. Idem. *Protervius* ex Faerno recepit Lambinus, tamque id pro vero habuit, ut exinde locum illum emendarit de Prov. Cons. 4. ubi vide. In Vatic. ipso scribitur, *nihil proterbius*. Aptissima huic loco vox, quæ inter *libidinosius*, & *nequius* media collocetur. Vide Abram. ad c. 16. pro Cœl. Manutiis quoque illa placuit. *Posterius* autem nimis est γενικὸν, latiusque patet, quam ut huic loco conveniat, in quo nihil ab antecedentibus definitur: quamquam *posterius*, & *nequius* bene conjungi dicas ex loco Gracchi apud Gellium XV. 12. quem ad c. 47. pro Amer. Hottomannus adhibuit. Mox Vatic. *nolite in isto hanc*, ut apud Faernum, non *hanc cog. nolite in isto*, ut apud Lamb. qui ex aliis etiam refert, *nolite hanc cogitare in isto*. Gar.

Luxuriam autem in isto nolite) Sic collocanda sunt verba, *nolite in isto*: quod vero sequitur *hanc cogitare*, aut aliquid deest, puta, *quæ nunc viget*: vel aliquid tale: aut certe intelligendus est Cicero manu prolata, aut aliquo gestu oris, vel oculorum, luxuriam sui sæculi demonstrasse. Faernus. *Luxuriam*) *Luxa membra*, inquit Festus, *e suis locis mota, & soluta: a quo luxuriosus in re familiari solutus*. Hott. *Luxuriam*) Utramque luxuriam pulchre describit Noster 2. de finibus bonorum, & malorum: *Nolim enim mihi fingere asotos, ut soletis, qui in mensam vomant, qui de conviviis auferantur, crudique postridie se rursus ingurgitent: qui solem, ut ajunt, nec occidentem unquam viderint, nec orientem, qui consumptis patrimoniis egeant: nemo nostrum istius generis asotos jucunde putat vivere*. Et hanc sordidam lutulentamque luxuriam tribuit Pisoni: alteram, quam vitiosam quidem ait, sed ingenuo, & libero digniorem sequentibus verbis ita delineat: *Mundos, elegantes, optimis cocis, piscatu, aucupio, venatione, his omnibus exquisitis, vitantes cruditatem, quibus vinum diffusum e pleno sit œnophoro, ut ait Lucilius, &c. adhibentes ludos, &c. adsint etiam formosi*

situm, laudabo inimicum, magnopere quidem quidquam, præter libidines, sumptuosum: toreuma nullum: maximi calices, et hi, ne contemnere suos videatur, Placentini: exstructa mensa, non conchyliis, aut pisci-

formosi pueri qui ministrent, resplendeat his vestis, argentum, æs corinthium. Abr.

Ne magnopere quidem) Vatic. *laudabo inimicum, cui ne magnopere quidem* &c. Gar.

Toreuma) Toreumata fuerunt calices & crateres eminenti cælatura spectabiles. Noster libro 2. in Verrem de Siciliensi jurisdictione, cum dixisset: *Toreumata sane nota ac pretiosa auferuntur*. Subdit: *Novus astrologus, qui non tam cæli rationem, quam cælati argenti duceret*. Et libro 4. de signis: *Verri dicitur, habere eum per bona toreumata: in his pocula duo, quæ Thericlea nominantur, Mentoris manu summo artificio facta*. Subdit; *Reclamat Sicilia tota propter cælati argenti cupiditatem reos fieri rerum capitalium*. Vide Plinium libro 34. cap. 8. Abr.

Maximi calices) Calicum genus magnorum quidem, sed vilium & plerumque fictilium, Placentinorum Magnorum. Horatium lib. 2. Sat. 8.

Nos, nisi damnose bibimus, moriemur inulti,
Et calices poscunt majores. ——

Vilium. Iuvenalis Sat. 5.

Tu Beneventani sutoris nomen habentem
Siccabis calices nasorum quatuor. ——

Martialis libro 13. ep. 110.

Surrentina bibis: nec murrhina picta, nec aurum
Sume, dabunt calices hæc tibi vina suos.

Et libro 14. ep. 96.

Vilia sutoris calicem monumenta Vatini
Accipe, sed nasus longior ille fuit. Idem.

Exstructa mensa) Noster Tusculana quinta: *Mensæ conquisitissimis epulis exstruebantur*. Catullus in Nuptiis:

Large multiplici constructæ sunt dape mensæ.

Plautus in Menæchmis:

Cereales cœnas dat, iis mensas exstruit.
Tantas struices comminat patinarias.
Standum est in lecto si quid de summo petas. Idem.

Conchyliis, aut piscibus) Quibus delicatissimæ mensæ instruuntur. Plin. Athenæus. Hott. *Conchyliis aut piscibus*) Quia videlicet elegantioris est luxuriæ piscibus, & conchyliis, quam carnibus delectari. Vide Ælianum libro primo variæ historiæ cap. 28. Horatius Satyr. 2. lib. 2.

Ac mihi cum longum post tempus venerat hospes
Sive operum vacuo gratus conviva per imbrem
Vicinus, bene erat non piscibus urbe petitis,
Sed pullo atque hædo.

De antiquorum in piscibus coemendis insania Petronius:

Ingeniosa gula est: Siculo scarus æquore mersus
Ad mensam vivus deducitur, inde Lucrinis
Eruta littoribus vendunt conchylia cœnis
Vt renovent per damna famem.

de quibus Horatius & Iuvenalis in Satyris quamplurima. Seneca de Consolat. ad Helviam, & epist. 95. vel ut alii 96. Plutarchus in Symposiacis lib. 4. problemate quarto: *Quemadmodum cum multi sint poetæ, unum Poetam per excellentiam nominamus, sic cum multa sint opsonia, id tamen consecutus est piscis; ut solus opsonium appelletur, quod omnia opsonia vincat dignitate: nam & opsoniorum amatores eos dicimus, non qui carnibus bubulis delectantur, ut Hercules, qui virides ficus cum carnibus comedebat, neque qui ficus comedunt, ut Plato, neque qui uvas amant,*

scibus, sed multa carne subrancida: servi sordidati ministrant: nonnulli etiam senes: idem coquus, idem atriensis: pistor domi nullus, nulla cella: panis, et vinum a propola, atque de cupa: Græci stipati, quini

us Arcesilaus, sed qui ad macellum piscatorum eunt frequenter, & ad pulsum tintinnabuli aures arrigunt. Vide ibi plura. Asn.

Multa carne subrancida) Horatius Sat. 2. lib. 2.

Rancidum aprum antiqui laudabant: non quia nasus
Illis nullus erat: sed credo hac mente, quod hospes
Tardius adveniens, vitiatum commodius, quam
Integrum edax dominus consumeret. —— Idem.

Panis & vinum a propola) Sic restituit Adr. Turnebus. Est autem propola, (ut docet ille) qui merces propalam, & velati de palo suspensas vendit. Lambin. *Panis, & vinum a propola*) Revoco lectionem mss. Palatinorum, imo vero editionum priscarum, quam stabilit Turnebus lib. 1. Adversar. cap. 1. Gruter. Quamvis *propola* sit in MSS. cum tamen nihili vox sit, quæ corrupta quoque legitur apud Varronem, ut bene monuit Scaliger, eam cum Manutio & aliis refinxi in *propola*. Sunt autem propolæ, copones, qui aliquid promercale propositum habent in taberna: ut hic panis de propola, qui panem vendebat. Græv. Totum editionum priscarum testimonium, quod Grut. advocat, in una priore Veneta consistit. Male Turnebo etiam Pareus in Lex. Crit. p. 1002. adsentiebatur. Turnebum quidem, Lamb. & Iunium hac in re acriter a Dounæo ad Lysiæ Eratosth. p. 118. refutatum fuisse didici ex Burm. Sec. T. II. Anth. Lat. p. 751. & plura de *cupa* eundem adnotasse: sed numquam eum librum vidi. Satis autem *propolam* tuetur Scaliger ad Catalecta p. 42. quem Grævius, & Lexica Fabri, Gesnerique sequuntur. *Propola* mendum est, ortum ex *propula*, ut in Vaticano scribitur, more vetustissimorum, qui Græcum Ω per V reddebant: ut certe meis reliquis ante Lambinum editis *propola* optime exhibentibus Vaticanus accedat. Garat.

Atque de cupa) Iosephus Scaliger *cupam* capit pro *caupone*, quasi dixerint, *copo, caupo, cupo, caupa*: videatur in conjectaneis ad Varronem de lingua Latina, sive notis ad Virgilii Catalecta, ubi est, *Copa Syrisca caput*, &c. Gruter. Recte Scaliger, *cupa*, & *copa* eadem est. Sueton. Neron. 27. *Quoties Ostiam Tiberi deflueret, aut Bajanum sinum praeternavigaret, dispositæ per litora & ripas diversoria insignes ganea, & matronarum institoria copas imitantium, atque hinc inde orantium ut appelleret.* Virgil.

Copa Syrisca fuit Graja redimita mitella.

Copa, & cupa est mulier, quæ cauponam exercet. Significat Cicero Pisonem nunquam de penu, & promtuario vivere, sed ex caupona, sive a copa vinum petere, ex taberna panem. Grævius. Sic censet etiam Bentleius ad Horat. II. Serm. 2 123. quem vide, sic Vossius in Etymol. v. *Caupo*, sic Burmannus ad Suet. Claud. XL. aliique. Sed vereor, ne hi omnes locum parum attente consideraverint. Cur enim præpositio mutatur, &, cum *a propola* dictum sit, sequitur *de cupa*? cur mulier potius nominatur, quam caupo, aut caupona? an solæ mulieres cauponam exercebant? an vero sciebat Cicero, Pisonem a copa vinum petere consuevisse? Mihi certe verisimilior videtur explicatio Turnebi I. Adv. 1. ab Vesino, Abramio, Pareoque in Lex. Crit. p. 282. probata, qui *cupam* pro magno quodam doliari vase accipit, in quo vinum neque vetus, neque defusum, sed vilissimum servabatur. Quod si hujus nomen vasis non *cupam* scribi velis, ut contendit Salmasius ad Capitolini Maximinos cap. XXII.

atque

Digitized by Google

ni in lectulis, sæpe plures; ipse solus: bibitur usque eo dum de solio ministretur: ubi galli cantum audivit,

atque ut scribitur apud Nonium, & Catonem, sed *cuppam*, ut alii volunt; præsto erunt Rom. & sec. Ven. quæ habent diserte *de cuppe*: atque hæc apud Catonem quoque varietas adnotatur in ed. Rusticorum Gesneriana. Præcipue huc facit Augustini locus IX. Confess. 8. a Bentleio laudatus: *cum de more puella juberetur a parentibus de cuppa vinum depromere submisso poculo*. Sed locus est paullo infra, quem Ant. Augustinus, & Ernestus in Ind. p. 746. viri doctissimi, una de optimorum codicum lectione mutata littera, ita constituunt: *bibitur usque eo dum de dolio ministretur*. Hæc autem verba dum interpretatur Ernestus, Pisonem a caupona vinum defusum, & vetustum, quod in amphoris, aliisque minoribus vasis condebatur, sumsisse supponit. Ait enim, tum demum de dolio vinum ministrari cœptum, ac finem bibendi factum, cum defusum, & vetus amplius non suppeteret. Sed vide, ne Pisonem, cujus sordes Tullius exaggerat, nimis lautum facias. An vero tales in cauponis deliciæ invenirentur, non dis puto: non utar Dionysii exemplo apud Plutarch. in Timol. c. XIV. dilutum vinum Corinthi ex caupona petentis, quod ad Pisonem transfert Casaubonus ad Svet. l. c. sed tamen vino usum plebejo, & sordido Consularem hunc ganeonem, verisimilius existimo. At, si ab Ernesto discedas, non mediocris ex usu formulæ *usque eo dum* difficultas exoritur. Solet enim cum conjunctivo adhiberi non pro *quamdiu*, sed pro *donec*, ut non tam terminum rei actæ, quam novæ initium denotet. Ita profecto est: sed forte aliqua reperiri potest exceptio. Nam certe *usque dum* pro *quamdiu* ponitur I. in Verr. 5. *vivos prædonum duces &c. usque dum per me licuerit, tenuisse*. Livius III 65. *ut qui plebem Romanam Tribunos plebis rogaret, is usque eo rogaret, dum decem Tribunos pl. faceret*, h. e. quamdiu opus esset ad decem Tribunos creandos. Sed huic Livii loco perparum confido; doctisque viris judicandum relinquo, an, quemadmodum apud Livium rogationis terminus est creatio decem Tribunorum expleta, sic bibendi terminus apud Tullium esse possit desinens, dolio exhausto, vini ministratio; an vero legendum sit cum Turnebo *usque dum*. Utroque modo Ernesti emendatio *de dolio* cum ea *cupæ* significatione conciliabitur, quam huic loco aptissimam censuimus. Quod si lubrica hæc, atque audacia videantur, tum statuant, utrum *cupa* pro muliere usurpetur, an potius explodenda sit Ernesti emendatio; quæ postulat, ut aut aliud præter doliare Piso vinum habuerit, h. e. præter illud quod servabatur in cupis, aut liceat interpretari, bibitur, quamdiu superfit, quod de dolio ministretur. Lubet tantum addere locum Adhelmi, sive Althelmi ex carmine *de octo principalibus vitiis*; quem non inutilem censeo:

Ni fallax caupo strophas infundat aquosas,
Qui soles interdum mercantes fallere lymphis,
Dum studes in cupis defruti perdere nectar.

GARATON.

Græci stipati, quini in lectulis) In antiquo libro est *lectis*: & eodem versu ubi est, *bibiturus quæ eodem de solio ministretur*, ita in eo, *bibitur usque eo, dum de solio ministretur*: & post duos versus pro *mehercule*, *mehercules*. FAERNUS. *Quini in lectulis*) Sordidum habebatur, si plures tribus. nimirum quatuor ac quinque convivæ in uno lecto accumberent, ut hic apud Pisonem. GRÆV.

Ipse solus) Non absimile illud Iuvenalis Sat. 1.

Optima sylvarum interea, pelagique vorabit
Rex horum, vacuisque toris tantum ipse recumbet. ABRAM.

Bibitur quæ eodem de solio ministretur) Turnebus ex antiquo libro: *Bi-bi-*

bitur usque dum de solio ministretur. Solium autem in quo lavabatur. Liv. lib. XLIV. Lavanti Regi dicitur nunciatum hostes adesse: quo nuncio cum pavidus exsiluisset e solio, victum se sine prœlio clamitans proripuit. HOTTOM. Ipse solus: bibitur usque eo dum, &c.) Sic legendum, & distinguendum: & ita impressum est in exemplis Romanis a Faerno emendatis, & item nostris. LAMB. Bibitur usque eo, dum de solio ministretur) Ita in libro Vaticano scriptus hic locus reperitur, quem antea turpi fœdatum mendo, Ant. Augustinus ita emendarat, ut pro solio reponeret dolio: quod non erat ferendum: cum enim supra dixerit de cupa, quomodo hic de dolio? Pantagathus autem legebat: Bibitur autem usque eo dum bellaria ministrentur. F URSIN. Bibiturus quæ eodem de solio ministrentur) Hæc est scriptura editionum veterum, quibus adstipulantur Pall. neque aliter publicavit Victorius. Faernus invexit, bibitur usque eo dum de solio ministretur: quod & Turnebo placuit, ut videre est libro XXI. cap. 15. sequunturque Aldus junior, & Lambinus, me non adnuente. GRUTERUS. Erfurt. Ipse solus bibiturus, quæ eodem de solio ministrentur. Franc Ipse solus, quæ eodem de solio ministretur. Sed alia manus, sed æque antiqua, inter solus, & quæ apposuerat paullo minoribus litteris, bibitur. Mihi hic æque hæret aqua, ac aliis interpretibus: nec ausim affirmare, me aliquid vero similius allaturum, quam alii attulerunt. Codicis Faerniani eadem est scriptura, quæ aliorum librorum, nisi quod voces aliter dividantur. Retinenda videtur Faerniani lectio: bibitur usque eo, dum de solio ministretur: hoc est bibitur tamdiu, quamdiu hospes suis convivis, & convictoribus ipse præbet, & propinat poculum in orbem circumferendum, quod aliter dicunt a summo bibere, ut apud Plautum in Asin. v. 2. 42. & aliis in locis, quia ei primum ministrabatur, qui summum locum tenebat in triclinio, idque per orbem ibat, donec perveniretur ad imum imi lecti hospitem. Huc etiam respexit Cic. in Catone: Et is sermo, qui more majorum a summo adhibetur in poculis, quod dudum viri docti monuerunt. Summum autem locum inter Græculos suos obtinuit Piso. Is locus solium vocatur, quia in lecto illo solus accumbebat. Nam solia sunt sedilia, in quibus non plures singulis possunt sedere, teste Festo. Sic enim legendum non sella: ostendunt sequentia: Ideoque solia sternere dicuntur, qui solisternium habent. Solia sane lectos quoque significare, ostendit locus Taciti XV. annal. 44. Solisternia, ac pervigilia celebravere feminæ, quibus mariti erant. Sic enim legitur in codice Florentino, & Budensi, pro quo in editis habetur lectisternia, ac pervigilia: meritoque hanc vocem restituit Tacito Vir Cl. mihique, dum in vivis esset, amicissimus Theodorus Ryckius, quamvis in codicibus sit sellisternium, qui ex Festo sunt corrigendi. Dicit igitur Cicero, bibebatur de solio, quod idem est, ac a summo, quamdiu a Pisone propinabatur, propinabatur autem ad galli cantum. GRAEV. Fatendum est, hunc locum expediri nondum potuisse. Grævii explicatio sententiam pæne ineptam parit: bibitur, quamdiu vult Piso. Neque adeo solium dici potest locus, in quo Piso discumberet. Nam cui probabit vir summus, aut Pisonem in sella cœnasse contra testatam antiquitatis memoriam, aut lectum, in quo solus cubabat, solium fuisse appellatum? Solium nihil est aliud, quam sedile quoddam: quid autem a solio differat sella, docet Vossius in Etymol. In loco Taciti sellisternia Ryckius, Iac. Gronovius, & Ernestus ex MSis optimis receperunt, neque aliter legit ipse Grævius ad c. 27. de Har. Resp. ubi solia deorum de sellisternio explicat. Emendationem Augustini de dolio duplicem habere sensum vidimus: sed, cum alterum vix pati verba videantur, quæ Græviano huic eodem modo repugnant, alterum ab Ernesto excogitatum in aliquas difficultates incurrere. Quandoquidem libri ad unum omnes habent de solio, nolim emendationes non certissimas librorum auctoritati anteponere. Solium pro vase aquali accipi posse, ipse fatetur Ernestus: & ex Festo de alveo balinei Turnebus interpretatur XXI. Advers. 15. Quid si aqua inde ca-

divit, avum suum revixisse putat: mensam tolli jubet.

28. Dicet aliquis, unde tibi hæc nota sunt? non mehercule, contumeliæ causa describam quemquam, præsertim ingeniosum hominem, atque eruditum, cui generi esse ego iratus, ne si cupiam quidem, possum. Est quidam Græcus, qui cum isto vivit, homo, vere ut

calida bene saginatis, & potis ministraretur ad vomitum sive adjuvandum, sive provocandum? confer, quæ de Pisonis convivio supra dicuntur c. 10. Hæc res ad intemperantiam exagitandam maxime valeret. Sed obscurissimum locum non intelligere, me profecto non pudet: non est enim interpretum culpa, sed temporum. Gruterianam lectionem ab Ernesto reductam miror, etsi eam Britannici omnes confirmant: quam ego quidem numquam Cicerone dignam existimavi. Neque vero satis eam vindicat summi viri eidem adhibita emendatio, *eodem de dolio*. Quin adeo parum verisimile videatur, vinum de cupa cauponis haustum, in dolio ad usum expositum in triclinio fuisse. GAR.

ASCONIUS.

VERS. A NOVISS. DLX. *Est quidam Græcus, qui cum isto vivit, homo, vere ut dicam, sic enim cognovi, humanus, sed tamdiu, quamdiu cum aliis est, aut ipse secum*) Philodemum significat (1), qui fuit Epicureus illa ætate nobilissimus, cujus & poemata sunt lasciva.

VARIORUM.

Ubi galli cantum) Gallicinii meminit, ut ostendat Pisonem intempestivis conviviis totas noctes exigere de more helluonum. Poeta nescio quis,

—— *& vigiles lucernas*
Profer in lucem.

& alter:

Sic noctem ludo, sic ducam carmine, donec
Injiciat radios in mea vina dies.

De his Seneca epist. 122. eleganter: *Et hi mortem timent, in quam se vivi condiderunt, tam infausti ominis, quam nocturnæ aves sunt: licet in vino, unguentoque tenebras suas exigant, licet epulis, & in multa quidem fercula distinctis, totum perversæ vigiliæ tempus diducant, non convivantur, sed justa sibi faciunt: mortuis certe interdiu parentatur*. ABRAM.

Avum suum) Qui Gallus fuit: lusum in verbo jam notavit Manutius: sed idem præco; ideoque *mensam Piso tolli jubet*, quasi avus convivii terminandi signum dederit. Sic enim intelligo. Confer Burmann. ad Petron. cap. LXXIV. p. 473. Recte autem Turnebus l. c. gallicinium ait videri quoddam esse præconium: ut gallus Pisonis avum nomine, ac voce referret. Quod infra negationem addere necesse duxit Ernestus, deditque, *cui generi esse ego* (melius in priore Ven. *ego esse*) *iratus, ne si cupiam quidem, non possum*: eam negationem nullo in libro repertam ego quidem non requiro. Supprimi enim solet, præcedente *ne quidem*, ut XI. ad Att. 11. *ne si sit quidem, quod ad te debeam scribere, facile id exsequi possim*: eademque videtur mihi ratio locorum ejusmodi, qualis est ille I. de Offic. 24. *iidem gloriæ jacturam ne minimam quidem facere vellent*. Mallem, vir summus conjecisset, *possim*. GAR.

Contumeliæ caussa) Quid sit contumelia, explicat Seneca sane eleganter libro, *quod in sapientem non cadat injuria* cap. 10. *Contumelia*, inquit, *est* mi-

(1) *Scholiastes Horatii Cruquianus ad I. Serm. 2. 121.* Philodemus fuit poeta Epicureus, qui Græce scripsit plura epigrammata. GAR.

Digitized by Google

ut dicam, sic enim cognovi, humanus, sed tamdiu, quamdiu cum aliis est, aut ipse secum: is cum istum adolescentem jam tum cum hac diis irata fronte vidis-

minor injuria, quam queri magis, quam consequi possumus, quam leges quoque nulla dignam vindicta putaverunt: hunc affectum movet humilitas animi contrahentis se ob factum, dictumque inhonorificum: ille me hodie non admisit, cum alios admitteret: sermonem meum, aut superbe aversatus est, aut palam risit, & non in medio me loco, sed in imo collocavit, & alia hujusmodi notæ. ABRAM.

Est quidam Græcus) Philodemum Horatii designari, ostendit Adversar. xxi. cap. 15. Turnebus. GRUTER.

Qui cum isto vivit) Prior Ven. *quicum iste vivit*. Philodemus autem idem fuisse Pisoni videtur, quod ipsi Tullio Stoicus Diodotus: *qui cum habitavisset apud me*, inquit in Bruto c. 90. *mecumque vixisset, nuper est domi meæ mortuus*. Vatican. *homo, ut vere dicam*. GAR.

Humanus) Politiore litteratura, & liberalibus studiis eruditus. Paullo post: *In hominum eruditissimorum, & humanissimorum cœtu loquor*. Pro Cælio: *Ille vir, illa humanitate præditus, illis studiis, artibus, & doctrina*. Vide Gellium 13. Noct. Attic. ABRAM.

Quamdiu cum aliis est) Quam cum Pisone: in ejus enim consuetudine ita se gerere cogitur, ut sui ipsius eruditionisque suæ oblitus esse videatur. IDEM.

Aut ipse secum) Hoc totum glossema est, inquit Manut. vel certe negantem particulam *haud* sententia postulat. Ego neque mendum agnosco, neque negationem requiro. Philosophus enim ille humanus esse dicitur, quamdiu bonorum virorum familiaritate utitur, aut domi se continens perditorum hominum consuetudine non depravatur, in iis rebus, quas ipse solus per se agit. Is ipse nimirum secum est, qui suis tantum studiis, negotiisque operam dat, & alienis non immiscetur. Hujusmodi fuisse describitur magister L. Pisonis: *qui si fuisset in discipulo comparando meliore fortuna, fortasse austerior, & gravior esse potuisset*: sed casus illum natum, instructumque ad humanitatem *istius pecudis cœno, & sordibus inquinavit*. FERRATIUS.

Is) Philodemus cum Pisonem adolescentem jam tum frontis ad severitatem compositæ integumentis vitia obtegentem vidisset, atque adeo deceptus fuisset eadem illa virtutis simulatione, quæ populum Romanum decepit, fefellit, in fraudem induxit. ABRAM.

Jam tum cum hac diis irata fronte vidisset, non fugit ejus amicitiam) Hæc sic in antiquo libro: *jam tum hac distracta fronte vidisset, non fastidivit ejus amicitiam*: ut forte *distractam frontem* Pisonis appellet ob id, quod supra de eodem dixit, *altero ad frontem sublato, altero ad mentum depresso supercilio*: qui tamen legerit, *diis irata*, potest intelligere ob sectam Epicuream, quam amplexus est Piso, deorum contemptricem. FAERNUS. *Jam tum cum hac diis irata fronte*) Non admodum placet antiqua scriptura, *jam tum hac distracta fronte*, quamvis eam Faernus probare videatur. Idem testatur legi in suis veteribus libris, *non fastidivit ejus amicitiam*: quod non improbo: sed neque vulgatam lectionem damnare audeo. LAMB. *Cum hac diis irata fronte*) Notum est Deos iratos dici tristibus, & ærumnosis, unde & Deos solebant iratos imprecari. Ovidius libro tertio de Arte:

> *Crimina dicuntur, resonat clamoribus æther,*
> *Invocat iratos & sibi quisque Deos.*

Livius libro 5. *Minime convenire quibus iratos quisque Deos precatus sit, in his sua potestate cum liceat & oporteat, non uti*. Adverte leporem: non dixit, *Deos iratos esse fronti* Pisonis, sed contra frontem Pisonis esse Diis iratam, propter illam fictæ severitatis nubeculam, qua sic frontem obduxerat, & contractum supercilium ob-

Digitized by Google

disset, non fugit ejus amicitiam, cum esset præsertim appetitus: dedit se in consuetudinem sic, ut prorsus una viveret, nec fere ab isto umquam discederet. Non apud indoctos, sed, ut ego arbitror, in hominum eruditissimorum, et humanissimorum cœtu loquor. Audistis profecto dici philosophos Epicureos, omnes res, quæ sunt homini expetendæ, voluptate metiri: recte, an secus, nihil ad nos: aut, si ad nos, nihil ad hoc tem-

obvolverat, ut non solum hominibus sed etiam Diis minari videretur. Horatius Sat. 3. lib. 2.

Dis inimice senex custodis ne tibi desit, &c.

Vide Cœlianam, ubi diximus id maxime convenire tristibus illis tetricis & severis, qui naturæ suæ repugnantes, id est, gigantum more cum Diis bellantes genium suum honesta delectatione fraudarent, quod in Pisonem apprime quadrat, qui flagitia sua & insignem animi nequitiam contractæ frontis integumento velans, tetricam illam morum asperitatem simulabat. Abram. Vide porro Lamb. ad c. 16. pro Mil. ubi firmat Vaticani lectionem *fastidivit*, quam recepit Aldus nepos, egoque præfero, tum codicis auctoritate permotus, tum quia præ ista glossam mihi altera *fugit* redolere videtur. Sic Livius II. 41. *fastidire munera*, si locum ex optima I. F. Gronovii emendatione legas. Eodem sensu *fastidire alicujus* habent Lucilius, & Plautus, & homo *fastiditus* ita fere apud Tacitum est XIII. Annal. 1. Sic plane Curtius IV. 1. 18. *quanto majus esset regnum fastidire, quam accipere*: item Iustinus tum alibi, tum XIV. 2. 7. *Argyraspides post Alexandrum omnes duces fastidiebant*. Ne plura, elegans, & ipso Tullio digna locutio est, *fastidire amicitiam*, h. e. dedignari, fastidiose repudiare. Altera Vaticani lectio, *distracta fronte*, magnam profecto mendi speciem habet: & optima vulgata est, & adversus dubitationem omnem firmissima: modo eam cum Abramio explices. Neque enim Epicureorum more tum Piso diis iratus esse poterat, qui ejus nondum præcepta sectæ cognoverat. Verumtamen inæqualitas illa superciliorum, quam reprehendit Quinctil. I. O. XI. 3. p. 1016. & in ipso Pisone Cicero supra c. 6. iterum hoc loco notari potuit, ut Faern. intellexit. Recte idem Quinctil. p. 1015. *multum*, inquit, *& superciliis agitur: nam & oculos formant aliquatenus, & fronti imperant*. Confer locum pro Sext. 8. *nam quid ego de superciliis dicam?* &c. & alia plura in Abramii adnot. ad c. 6. inter Manutianas. Ita frons non modo contrahitur, unde etiam post red. in Sen. 7. *vos*, inquit, Piso *rugis, supercilioque decepit*: verum etiam distrahitur, atque diducitur. Ego vero ex Vaticano *cum* deleo, & lego, *jam tum hac diis irata fronte*. Mox idem Vat. *nec fere umquam ab eo discederet*. Gar.

In hominum eruditissimorum & humanissimorum cœtu loquor) Erfurt. *In hominum eruditissimorum & humanissimo cœtu loquor*: forte copula delenda. Graev.

Omnes res, quæ sunt homini expetendæ, voluptate metiri) Summum hominis bonum in voluptate collocare. Abram.

Recte an secus) Addit: *Recte an secus, nihil ad nos*: ne erga Græcorum philosophiam nimis affici videatur, hoc enim nomine aliquando derisus, & Græcus scholasticus per ludibrium nominatus: addit tamen, *aut si ad nos, nihil ad hoc tempus*: ne videatur Epicureorum sententiam suo suffragio comprobare. Idem. Vatican. *rectene an secus*: ego restituo, *rectene an secus*. Nolim enim inde *an* exsculpere, cum præsertim major littera

Digitized by Google

tempus: sed tamen lubricum genus orationis, adolescenti non acriter intelligenti sæpe præceps. Itaque admissarius iste, simul atque audivit, a philosopho voluptatem tantopere laudari, nihil expiscatus est: sic suos

N, qua utitur Vat. haud ita facile in V abire soleat, aut ex V formari, ut in minore scriptura. Præstat omnino *an*, quod a ceteris omnibus libris firmatum vidi: consule Arntzen. ad Plin. Paneg. XLIV. n. 8. Supra Vat. Rom. ambæ Ven. & Ald. *omnis res*. GAR.

Sed tamen lubricum genus orationis, &c.) Etiamsi verum dicerent, tamen male loquuntur, dum enim ita voluptatem commendant, in periculum provehunt auditores, in quod facile prolabuntur ii, qui & per adolescentiam ad libidines & vitia propensi sunt, & per imperitiam aut debilitatem ingenii minus veram & honestam voluptatem a fucata & inhonesta possunt distinguere. ABRAM.

Sæpe præceps) Addendum in principio verbum *est*; & infra pro *adhinniit*, lege *adhinnivit*: & post pauca pro *quomodo ajunt*, *quemadmodum ajunt*. FAERN. *Est* Lamb. recepit, quamvis necessarium non sit: in Vat. legitur, *intellegenti est sæpe præceps*. GARAT.

Admissarius iste) Allegoria ducta ab equo, qui fœturæ supplendæ caussa in armenta equarum admittitur: qui loquendi modus apud auctores rei rusticæ frequens. Columella c. 2. lib. 7. *mansuefactus tectis ovibus admisit*. Sed hoc nomen equo potissimum solet convenire. Idem libro 6. cap. 37. *Est & alterum genus admissarii furentis in libidinem, quod nisi astu inhibeatur, affert gregi perniciem: nam & sæpe vinculis abruptis gravidas inquietat, & cum admittitur cervicibus dorsisque feminarum imprimit morsus: quod ne faciat, paulisper ad molam vinctus amoris sævitiam labore temperat, & sic Veneri modestior admittitur*: & alibi sæpe: Palladius Martio, *admissarii generosi equabus admittendi sunt*: omitto Varronem qui frequenter admissarii nomen usurpat. Nota est equorum ad libidinem insania. Horatius Ode 25. lib. 1.

Et libido,
Quæ solet matres furiare equorum,
Seviet circa jecur ulcerosum
Non sine questu.

Prudentius lib. 1. in Symmachum:

Advena quos profugus gignens & equina libido
Intulit Italiæ, Thuscis namque ille puellis
Primus adhinnivit simulato numine mœchus.

Vide Hieremiam cap. 5. versu 8, Virgilium 3. Georgicon, Aristotelem in historia animalium libro 6. Oppianum primo κυνηγετικων, & alios. ABRAM. Horatii, & Prudentii locis jam hunc illustraverat Turnebus XIX. Advers. 29. Gesnerum adde in Thes. L. L. GAR.

A philosopho voluptatem tantopere laudari) Legendum ex Vatic. *voluptatem a philosopho tanto opere laudari*, ut monui jam ad c. 24. & ex eodem mox, *adhinnivit*, ut voluit Faernus. Sic Arnobius lib. V. p. 172. idemque habes *adhinnivisse* lib. IV. p. 135. Prior. Ven. *audivit*, quatuor Britannici (sunt jam iterum quinque) *adhibuit*, quod a malo emendatore manavit. Huc autem in primis pertinet Senecæ locus de Vita B. c. 12. *Ita non ab Epicuro impulsi luxuriantur, sed vitiis dediti, luxuriam suam in philosophiæ sinu abscondunt, & eo concurrunt, ubi audiunt laudari voluptatem. Nec æstimatur, voluptas illa Epicuri (ita enim mehercule sentio) quam sobria, & sicca sit: sed ad nomen ipsum advolant, quærentes libidinibus suis patrocinium aliquod, ac velamentum —— Hoc est, cur ista voluptatis laudatio perniciosa sit: quia honesta præcepta intra latent; quod corrumpit, apparet. Mea quidem ista sententia est (invitis hoc nostris popularibus dicam) sancta Epicurum, & recta præcipere, & si propius accesseris, tristia —— Quid ergo est?*

Digitized by Google

suos sensus voluptarios omnes incitavit, sic ad illius hanc orationem adhinniit, ut non magistrum virtutis, sed auctorem libidinis a se illum inventum arbitraretur. Græcus primo distinguere, atque dividere illa, quemadmodum dicerentur: iste claudus, quomodo ajunt, pilam retinere; quod acceperat, testificari; tabulas obsignare velle, Epicurum disertum dicere; est ta-

est? ille, qui desidiosum otium, & gulæ, ac libidinis vices felicitatem vocat, bonum malæ rei quærit auctorem. IDEM.

Nihil expiscatus est) Nihil sciscitatus est, nihil examinavit, nihil ulterius inquisivit. ABRAM.

Græcus primo distinguere) Elegans disputationis inter Philodemum & Pisonem initæ descriptio. Græcus, inquit, Philodemus cœpit orationem distinguere, & dicere duplicem esse voluptatem, unam quæ animo & ex virtute, alteram quæ corporis sensibus ex rebus despicatissimis hauriatur: fœlicitatem hominis non illa libidine corporis, sed corporis indolentia, & quadam animi bene conscii, & tranquilli delectatione metiendam. IDEM. Vat. *& dividere illa*, & ita Lamb. addito MSorum testimonio. GAR.

Iste claudus (quemadmodum ajunt) pilam retinere; quod acceperat testificari) Ita est in vulgatis. Ant. Augustinus *pilam retinere quod acceperat*, optime interpungit. Videndum an ita ferri possit: *Iste (claudos quemadmodum ajunt pilam) retinere quod acceperat, testificari, tabulas obsignare velle*. F. VRSINVS. *Iste claudus, quomodo ajunt, pilam, retinere quod acceperat*) Piso noluit a priore sententia dimoveri: proverbium convenit in eos, ut ait Chiliastes, qui quicquid a præceptoribus acceperint, sive id doctum sit, sive indoctum nullo delectu nulloque judicio tenere solent ac sequi; sumpta metaphora a diffidente pedibus suis, & ob id pertinaciter columnis innitente: nisi si cui magis referendum videtur ad ludum pilæ, quam claudus ita demum accipit si commode illi mittas. Nam Piso eo sensu accepit Epicuri sententiam, quod ad palatum ejus magis sapere videbatur: & claudos imitatus est, qui timentes, ne si aliter pila remittatur, eam ipsi rejicere non possint, eam cum semel acceperint, manu retinent, nec volunt rejicere. ABRAM. Vide Ind. Ernesti p. 384. & ex Vatic. lege, *quemadmodum*, ut V. in Verr. 21. &c. atque ut cum antiquis loquitur Arnobius quoque lib. II. p. 96. *ante horas, quemadmodum dicitur, pauculas*. Male utitur hoc loco Scheffer. ad Petron. c. XXXIX. GAR.

Testificari, tabulas obsignare) Ut in testationibus quæ ob alicujus dictum fiunt. Notarat illud Philodemi dictum, *voluptatum summum esse bonum*: mordicus illud retinebat. HOTTOM. *Testificari, tabulas obsignare*) Verebatur Piso, ne Philodemus negaret se dixisse res omnes, quæ sunt homini expetendæ, voluptate esse metiendas: quare testes adhibere conatus est, petiitque, ut ille tabulas obsignaret, & dicto suo subscriberet; ne posset resilire. ABRAM. Restituo ex meis ante Ald. editis, ex Britann. MSis omnibus, & Vatic. *tabellas obsignare*: ut I. de Orat. 38. *cum obsignes tabellas clientis tui, quibus in tabellis id sit scriptum; quo ille capiatur*: item pro Cluent. 65. *tabellæ quæstionis plures proferuntur, quæ recitatæ, vobisque editæ sunt, illæ ipsæ, quas tum obsignatas esse dixit, in quibus tabellis de furto littera nulla invenitur*. Præcipue animadvertendus est locus V. Tuscul. 11. *Tu quidem tabellis obsignatis agis mecum, & testificaris, quid dixerim aliquando, aut scripserim*. GAR.

Epicurum disertum decernere) Eodem modo dixit, ut Prætores dicuntur decer-

Digitized by Google

tamen: dicit, ut opinor, se nullum bonum intelligere

cernere ingenuum, servum, aut filium. HOTTOM. *Epicurum disertum decernere, & tamen dictum opinor*) In antiquo libro hæc ita sunt: *Epicureum disertum dicere: est tamen, dicit, ut opinor*: nos ita: *Epicurum disertum dicere, & tamen dicit ut opinor*, aliquid tamen hic inest obscuritatis, aut mendi. FAERNUS. *Epicurum disertum decernere*) Antiqua scriptura hoc loco mendosa est: neque hic Faerni codices nostris sunt meliores. Vident omnes, opinor, divinatore aliquo ad hunc locum emendandum & explicandum opus esse. LAMBINUS. *Epicurum disertum decernere, & tamen dictum opinor*) Guilielmius in Amphitruonem cap. 3. ait proditum a Faerno, legi in optimis mss. *Epicurum disertim dicere. Est tamen dicit, ut opinor*: ex quibus facit, *Epicurum disertim dicere (& tamen dicit, ut opinor.*) Pall. nihil variant, nisi quod sec. *differte*. GRUT. *Epicurum disertum*) Qui plane & diserte loqueretur, ideoque non opus esse distinctione, sed verba prout sonabant esse capienda. ABR. Vestigiis Faerni libri insistens lego: *Epicurum disertim dicere, & tamen dicit, ut opinor*. Verba Ciceronis verbis Pisonis interjecta locum obscuraverunt. Ait Piso, Epicurum diserte dicere, extra voluptates corporis se nihil beatum reperire, & ei assentiens Cicero, & tamen, inquit, hoc dicit Epicurus, ut opinor. *Disertim* corruptum in *disertum* fuerat etiam Plauti Sticho: *Fuit disertim, verum id usu perdidi*: quod mendum Camerarius correxit. Glossæ veteres *disceptim* σαφως, φανερως. Rescribo, *disertim*. I. GUILIELMIUS. Sed cur rejicitur, quod non modo Faernus in suo, sed & Manutius in quatuor, *est tamen dicit ut opinor*. Sic autem distinguendum: *est tamen: dicit, ut opinor*. Est tamen inquit Cicero, scilicet ita. Dicit Epicurus, *ut opinor*, voluptatem esse summam bonum. GRÆV. Parenthesi hoc includo (*& tamen dicit, ut opinor*) atque in hunc modum intelligi posse arbitror. Etiamsi adfirmet Piso, & quovis pignore contendat, *Epicurum disertim decernere, se nullum bonum intelligere posse, demptis corporis voluptatibus*, tamen opinor ita dixisse Epicurum. Salse, ni fallor, & argute. Significat enim, Pisonem non eum esse, cui possit fides haberi. ANONYMUS in *ed. Oliveti*. Lamb. *Epicurum disertum decernere: & tamen dicere, opinor*. Lallem. lectione Grævii restituta, *disertim* recepit, quo facto, *est* retinere non debuit. Ac sane Guilielmii lectio videtur hactenus omnium probabilior. Quod si *diserte* arripias ex Pal. sec. qui satis probus est codex, potes, nihil discedens a libris, ita legere: *Epicurum diserte dicere (& tamen dicit, ut opinor) se nullum bonum &c.* Usurpatur *& tamen* in re mirabili, ut in Cat. Maj. 6. &c. Illud autem caput est, Epicurum aliquando hoc revera dixisse, ut Cicero testatur II. de Fin. 3. *ne intelligere quidem se posse, ubi sit, aut quid sit ullum bonum, præter illud, quod cibo, & potione, & aurium delectatione, & obscena voluptate capiatur*, & pressius III. Tuscul. 18. ipsa Epicuri verba convertens, quæ ibi ex Laertio, & Athenæo adfert Davisius. Aliter ipse alibi Epicurus, & eo præcipue loco, quem mox adfert Abram. ex Diog. Laert. X. 131. 132. Inde illa Philodemi distinctio, & honestissima Epicuri defensio I. de Fin. 9. & seqq. GAR.

Se nullum bonum intelligere) Vide Athenæum lib. 7. Deipnos. & Ciceronem 3. Tuscul. Voluptatem porro definiebat Epicurus, ut videre est apud Plutarchum in Opusculis, & Gellium libro 9. cap. 5. noct. Attic. *σαρκὸς εὐσταθὲς κατάστημα, corporis constantem habitum*. De his multa Tullius tum alibi, tum in libris de finibus, sed præstat ipsum audire Epicurum, qui tertia epistola earum quæ supersunt: *Cum igitur dicimus finem in voluptate positum esse, non voluptates helluonum, & eorum qui ad fruendam voluptatem omnia referunt, dicimus, ut aliqui ignorantes, & non consentientes aut male interpretantes arbitrantur: sed voluptatem in eo ponimus, ut neque cor-*

pi-

Digitized by Google

re posse, demptis corporis voluptatibus. Quid multa? Græcus facilis, et valde venustus nimis pugnax contra Senatorem populi Romani esse noluit.

29. Est autem hic, de quo loquor, non philosophia solum, sed etiam litteris, quod fere ceteros Epicureos negligere dicunt, perpolitus. Poema porro facit ita

pore doleamus, neque animo perturbemur; non enim compotationes & comessationes jucundam vitam pariunt, sed sobria ratio. Subdit: ουκ εστιν ηδεως ζην ανευ του φρονιμως και καλως. *Vivere jucunde non potest, qui prudenter & honeste non vivit*. Ex quo vides cur & noster Pisonem reprehendat, quod ipsum voluptatis nomen arripuerit, & nullam explicationem admittens, solo voluptatis nomine contentus Epicurum satis disertum esse, ac proinde interpretatione non indigere decreverit. Abram.

Græcus facilis) Philodemus minime contumax, sed omni humanitate perpolitus, & ad unguem factus, Pisoni viro Patritio & Senatorio noluit nimium refragari. Idem.

Contra Senatorem populi Romani) Vatic. *contra imperatorem* P. R. quod ferri nequit: hic enim titulus in provincia Pisoni accessit multo post initia illa philosophandi. Ac nisi nos hic doceret locus, Senatorem jam illum, h. e. Quæstorium eo tempore fuisse, facile putaretur Philodemi amicitia vetustior. Hanc vero locutionem, *Senatorem* P. R. habemus etiam IV. in Verr. 11. & alibi. Gar.

Sed etiam litteris, quod fere) Hæc antiqua est lectio: *Sed etiam ceteris studiis, quæ fere*: & post aliqua ubi est *si qui volet, si qui vult*: quamvis in antiquo libro inversus sit ordo verborum. Faernus. Si Vaticanum audias, ut fecit Lamb. erit legendum, *sed etiam ceteris studiis, quæ fere ceteros Epicureos neglegere dicunt, perpolitus*. Notum est Epicuri dictum apud Diog. Laert. X. 6. παιδειαν δε πασαν μακαριοι φευγετε. Plutarchus intelligit την ελευθεριον καλουμενην παιδειαν, *disciplinas liberales quæ vocantur*, docetque non modo poesin, & eloquentiam, eruditionemque omnem, sed ipsam quoque mathesin ab Epicureis vituperari, atque contemni, T. X. p 502. 503. ed. Reisk. Dialecticam Cicero addit II. de Fin. 6. I. de Nat. Deor. 32. & alibi; ut recte Athenæus Epicurum omnis εγκυκλιου παιδειας expertem dixerit, apud Casaub. ad Diog. l. c. Quinctilianus I. O. II. 17. p. 194. *disciplinas omnes* interpretatur: Cicero I. de Fin. 7. Epicurum ait *deterruisse alios a studiis*: idem II. de Fin. 4. Epicureos disputare, *nihil opus esse eum, qui philosophus futurus sit, scire litteras*. Lactant. III. Divin. Instit. 25. *Epicurus quoque, qui rudes omnium litterarum ad philosophiam invitat*. Ex his apparet, veram hujus loci lectionem internosci non posse. Neque sane muto vulgatam. Vaticani lectio & speciem aliquam potest habere glossematis, & iteratione illa, *ceteris, ceteros*, complures offendet. Nec me movet definitio Tulliana I. de Inv. 25. *studium est animi assidua, & vehemens ad aliquam rem adplicata magna cum voluntate occupatio, ut philosophiæ, poetices, litterarum*. Ceterum scio, quid in hac re ad Epicuri defensionem adferri soleat: sed ea disputatio hujus loci non est. Gar.

Quod fere ceteros Epicureos negligere dicunt) Sic sane de Epicuro Cicero 1. de finibus agens de Epicuro: *Vellem equidem aut ipse doctrinis fuisset instructior (est enim, quod ita tibi videri necesse est, non satis politus iis artibus, quas qui tenent, eruditi appellantur.) aut ne deterruisset alios a studiis*. Fabius lib. 12. cap. 2. *Epicurus inprimis nos a se ipse dimittit, qui fugere omnem disciplinam navigatione quam velocissima jubet*. Contra Synesius in Dione eos graviter carpit, qui mansuetiores musas a philosophia divellunt: quem vide,

Digitized by Google

ita festivum, ita concinnum, ita elegans, nihil ut fieri possit argutius: in quo reprehendat eum licet, si qui volet, modo leviter, non ut impurum, non ut improbum, non ut audacem, sed ut Græculum, ut assentatorem, ut poetam. Devenit, aut potius incidit in istum eodem deceptus supercilio Græcus, atque advena, quo tam sapiens, et tanta civitas: revocare se non poterat familiaritate implicatus: et simul inconstantiæ famam verebatur: rogatus, invitatus, coactus, ita

vide, ut & Maximum Tyrium xxi. dissertatione, qua docet, quid conferant ad virtutem parandam disciplinæ liberales. ABRAM.

Non ut impurum) Hæc verba, quæ in impressis præcedunt, sunt inferius transferenda, hoc modo: *non ut improbum, non ut audacem, non ut impurum*. FAERNVS. Tota Vaticani lectio est: *si qui modo vult leviter, non ut improbum, non ut audacem, non ut impurum*. Conjungi solet a Tullio improbus cum audace, ut videre licet apud Pareum in Mantissa Lex. Crit. p. 37. item cum impuro, ut III. in Verr. 61. &c. Recte itaque medius hic locus improbo datur. Recte quoque impuro Græculus, improbo assentator, audaci poeta respondet. GAR.

Græculum) Adulatio Græca frequenter traducitur. Iuvenalis:

Quid quod adulandi gens prudentissima? laudat
Sermonem indocti, faciem deformis amici.

Et alia plura, quibus fuse Græculorum adulatio, & garrulitas explicatur. ABRAM.

Assentatorem) Non adulatorem, sed assentatorem appellat: ea autem videtur esse inter utrumque distinctio, quod adulator omnia ad lucrum referat, & amicum bonis exhauriat, ejus, ut ita loquar, sanguinem adulet & exugat; assentator non spectet lucrum, sed tantummodo placere desideret. Aristoteles 4. Ethicorum cap. 6. Τῦ συνηδύνοντος ὁ μεν τῦ ἡδυς ειναι στοχαζομενος μη δια τι αλλο, αρεσκος· ο δ᾽ ὅπως ωφελεια τις αυτῷ γινηται εις χρηματα, και οσα δια χρηματων, κολαξ. *Eorum qui delectationem captant qui solam quærit delectationem, nec aliud quicquam, festivus: qui vero utilitatem pecuniariam, aut aliam hujusmodi sectatur, adulator*. IDEM.

Devenit, aut potius incidit) In libro Vaticano, *Devenit autem, aut potius incidit*. F. VRSINVS. *Devenit, aut potius incidit*) Hæc est inter utrumque distinctio: pervenit, qui locum attigit ad quem iter direxerat: devenit, qui licet non ex voluntate, tamen non præter voluntatem aliquo appulsus est: incidit, qui non solum præter consilium, sed etiam præter voluntatem aliquo provectus est:

Devenire locus ubi nunc ingentia cernes
Mœnia.

incidit in latrones, in morbum, insaniam, &c. quamvis nonnunquam confundantur: incidit igitur in amicitiam Pisonis, quia ejus supercilio, & ficta morum severitate deceptus est. ABRAM. Hic locus in Vaticano ita legitur: *Devenit autem, seu potius incidit in istum eodem deceptus supercilio Græcus, atque advena, quo tot sapientes, & tanta civitas*. GAR.

Revocare se non poterat) Retrahere se, ut cum Catullo loquar, non potuit, & illum familiaritatis nexum dissolvere. ABRAM.

Rogatus, invitatus, coactus) Iam respondet quæstioni paullo ante propositæ: *Dicet aliquis, Vnde tibi hæc nota sunt?* Respondet ea se comperisse ex versibus Philodemi, qui Pisonem intus & in cute norat, ejusque libidines

Digitized by Google

ita multa ad istum de isto scripsit, ut omnes libidines, omnia stupra, omnia cenarum, conviviorumque genera, adulteria denique ejus delicatissimis versibus expresserit. In quibus, si quis velit, possit istius tamquam in speculo vitam intueri: ex quibus multa a multis lecta, et audita recitarem, nisi vererer, ne hoc ipsum genus orationis, quo nunc utor, ab hujus loci more abhorreret: et simul de ipso, qui scripsit, detrahi nolo: qui si fuisset in discipulo comparando meliore fortuna, fortasse austerior, et gravior esse potuisset: sed eum casus in hanc consuetudinem scribendi induxit, philosopho valde indignam: siquidem philoso-

dines plane perspexerat. ABRAM.

Ita multa ad istum de isto) Cum isti suos libellos, in quibus de istius vita scribebat, inscriberet. HOTTOMANN. *Ita multa ad istum de isto scripsit, ut omnes hominis libidines, omnia cenarum genera, conviviorumque adulteria ejus delicatissimis versibus expresserit*) Hæc ex antiqui libri fide, additis quatuor vocibus, unaque detracta, sic legenda; *Ita multa ad istum, de isto quoque scripsit, ut omnes libidines, omnia stupra, omnia cenarum conviviorumque genera, adulteria denique ejus, delicatissimis versibus expresserit*. FAERN. Optime sane Faerni liber, qui editis utique, quod feci, est præferendus. GRÆV. Verb. & Olivet. Grævium secuti sunt, sed plenius Vaticanum expresserunt Lamb. Ald. nepos, & Lallem. edentes, *de isto quoque scripsit*; utque id a sequentibus confirmatur abunde, Philodemum de Pisone scripsisse: quod unum spectavit Grævius; alterum fortasse quærens, an ea scripserit ad Pisonem, quorum ipse Piso argumentum non esset, ex quibus tamen utriusque impuritas cognosceretur, ne particula *quoque* otiosa videatur. Quod, cum per se admodum esset verisimile, factum plane demonstrabo ex epigrammate Philodemi, quod in Anthologia Constantini Cephalæ a Reiskio edita n. 651. servatum est, insigne inprimis, atque festivum, & ab Horatio probatum, qui ad illud allusit I. Serm. 2. 120. 121. eo plane sensu, quem ante proditum in vulgus epigramma Bentleius perspexerat. Vide Reiskii notas p. 173. & quæ de Philodemo idem habet in *Notitia Poetar. Antholog.* p. 171. Toupium non vidi, quem citat vir celeb. Brunckius ad illud idem epigramma p. 142. quod est inter Philodemiana in eius Analectis nonum; cum quidem XXXI. epigrammata hujus Philodemi collegerit Tom. II. p. 83. ad 91. Prior Ven. *ita multa de isto ad istum scripsit*. Veteres editi *omnis libidines*. GAR.

Si quis velit) Ex Vatic. lege, *si qui velit*, ut modo, *si qui volet*, & alibi persæpe. Britann. quatuor cum Vaticano consentiunt. Mox in eodem, *ni vererer*, ut VI. ad Div. 6. *ni vererer, ne ex eventis fingere viderer*, & IV. in Verr. 25. *non auderem preferre, ni vererer, ne &c.* IDEM.

Simul de ipso, qui scripsit) Philodemo nolo inurere impuritatis infamiam, ABRAM.

Detrahi nolo) Lege, *detrahi nihil volo*: & post aliqua pro *ac intemperatissimæ, atque intemperantissimæ*, & post sesquiversum ubi est *qui modo res gestas consulatus mei cum laudasset*, legendum, *qui modo cum res gestas consulatus mei conlaudasset*: & sequenti versu, pro *non ulla*, *non illa*, & post aliqua ubi legitur *scripsisti enim versus*, dictio *versus* delenda: & infra ubi

Digitized by Google

losophia, ut fertur, virtutis continet, et officii, et bene vivendi disciplinam: quam qui profitetur, gravissimam mihi sustinere personam videtur. Sed idem casus illum ignarum quid profiteretur, cum se philosophum asse diceret, istius impurissimæ, atque intemperantissimæ pecudis cœno, et sordibus inquinavit: qui

ubi est *ut non quod M. Cicero versum fecerit*, delenda negatio. Faernus. Probo Vaticani lectionem, *& simul de ipso, qui scripsit, detrahi nihil volo*: neque ordinem immutare necesse est cum Lambino, qui dedit, *nihil detrahi volo*. Pro Amer. 48. *de se aliquid detractum arbitrari*: pro Planc. 21. *nihil est de te detractum*. Gar.

Quam qui profitetur) Vatic. *quam qui confitetur, gravissimam sustinere mihi personam videtur*. Mendose, *confitetur*. Ordinis varietatem ex ed. Faerni Lamb. adnotarat. Ipse.

Sed idem casus) Necessitas obsequendi & obtemperandi voluntati Pisonis, qui poetam illum jubebat ad versus libidinosos animum appellere, casum appellat, quia non praeviderat ex familiaritate Pisonis hanc sibi impudicitiæ necessitatem imminere. Abr.

Illum gnarum quid profiteretur) Emendatio est a Victorio, quam confirmat lib. v. Var. lect. cap 10. Vulgo erat, *ignarum*, plane contra rationem. Gaudrævs. Neque Victorii emendatione *gnarum* opus est, neque Lambiniana *non ignarum*, quibus sensus efficitur vulgato plane contrarius, imo vero menti Ciceronis ipsius. Nam Philodemum, quid profiteretur, ignorasse, dum turpia scribebat, superiora convincunt: *sed eum casus in hanc consuetudinem scribendi induxit philosopho valde indignam &c.* Neque enim consentaneum est, se philosophum profiteri, & adversus bonos mores tam impura conscribere. Gruteri notam non bona fide a Grævio relatam ad illius editionem repræsentavimus: qui retinuit vulgatam in omnibus MSis exstantem, sed perperam Victorio adsentiebatur. Gar.

Istius impurissimæ, atque intemperantissimæ pecudis) Per pecudem aliquando hominem stolidum, aliquando voluptatibus deditum, intemperantem, impurum intelligunt. Cornelius Tacitus 13. annalium de Iunio Silano: *Segnis & dominationibus aliis fastiditus adeo, ut Cajus Cæsar pecudem auream appellare solitus sit*. Et Diogenes, ut est apud Laertium Τον πλουσιον αμαθη προβατον ειπε χρυσομαλλον. *Divitem indoctum pecudem aureo vellere indutam nominabat*. Frequenter pecus pro voluptario & impuro reperitur: quia nimirum pecorum vitam imitantur, *quæ*, ut ait Sallustius in Catilina, *natura prona, atque ventri obedientia finxit*. Cujus appellationis luculentam reddit Plato 7. de Repub. rationem: *Sed pecudum instar semper deorsum intuentes, & proni in terram, & in epulas, pascuntur cibis & veneri indulgentes, & propter harum voluptatum affluentiam calcitrantes, se ferreis cornibus & ungulis impetentes propter insatiabilem earum cupiditatem interimunt, quod videlicet non rebus vere exsistentibus, secundum illam sui partem quæ vere & solide exsistit, impleantur*. Et omnium elegantissime S. Augustinus in Psalm. c. 11, *Pecori quid bonum est nisi implere ventrem, carere indigentia, dormire, gestire, vivere, sanum esse, generare? tale tu bonum quæris? soberes Christe quid gaudes? quia socius es pecorum?* Abram. Hunc locum sanavit optime Vaticanus, cui jam inde a Lamb. mos geritur. Ferri nullo modo vulgata poterat, *ac intemperatissimæ*, in qua contra Latinorum perpetuam consuetudinem *ac* vocali præponebatur: vide supra ad c. 27. Hinc Turnebus XXI. Advers. 15. reponebat *&*. In altera autem voce manifestum erat mendum, quod Victorius quoque sustulerat V. Var. Lect. 10. Vide ad c. 3. pro Flacco, & ad VIII. Phil. 5.

Digitized by Google

qui modo cum res gestas Consulatus mei collaudasset, quæ quidem laudatio hominis turpissimi mihi ipsi erat pæne turpis, *non ulla tibi*, inquit, *invidia nocuit*, *sed ver-*

5. Duo quoque Britann. *intemperantissimæ*; in iisque omnibus videtur fuisse *atque*, cum nihil in ea voce varietatis adnotatum sit. Gar.

Cœno & sordibus) Notum est impuras hasce voluptates cum cœno & sordibus comparari. Pulchre Lucianus in Nigrino: *Possumus multis januis voluptatem admittere, partim oculis, partim auribus, & naribus: partim gutture & ventre, quæ perenni & turbido lapsu influente, omnes viæ dilatantur: simul enim intrat adulterium, avaritia, perjurium, & aliæ voluptates ejusmodi, ejicitur vero anima undequaque inundata, verecundia, virtus, justitia, a quibus cum locus desertus fuerit, anima cœno quodam impleta multis & agrestibus cupiditatibus pullulabit*. Cui simillimum est illud Basilii Magni in Asceticis libro de vera virginitate: *Una enim cum sit genere voluptas, instar fontis cujusdam a carne scaturiens, & tanquam in quinque canales sic in sensus quinque distributa, per hos ad internos sensus interiore quodam fluxu delabitur, quorum unusquisque per proprium sui sensorii foramen, suum ipsius fluentum suo ipsius sensui vehementer immittens, omne quod congenitum est inundans ad seipsum trahit, & cum cœno quodam a carne defluente impleverit torrentis instar, contraria influxu rursum ab exterioribus, per eadem sensuum foramina in carnis vortices rapidius fluens ipsam mentem perfluctuantem demersam jactat*. In qua similitudine toto pene tractatu immoratur. Abram.

Qui modo cum res gestas) Piso cum laudasset res gestas in meo consulatu, & Catilinæ conjurationem meis consiliis prudenter extinctam esse dixisset, subjecit me non propter res gestas, sed propter versus meos in invidiam venisse, adeoque impudens fuit, ut qui alium ad scribendos impudicos versus induxerat, reprehenderet meos. Dialogismo festivo & eleganti orationem illustrat. Piso: *Non ulla tibi invidia nocuit, sed versus tui*. Cicero: *Nimis magna pœna te Consule constituta est sive malo poetæ, sive libero*. Piso: *Scripsisti enim versus, Cedant arma togæ*. Cicero: *Quid tum?* Piso: *Hæc res tibi fluctus illos excitavit*. Cicero: *At hoc nusquam*, &c. In Vaticanum cum Lamb. Aldo nepote, & Grut. secutus est Grævius. Rom. & ambæ Ven. habent, *qui modo res gestas Consulatus mei collaudasset*. Ex harum editionum lectione, quam eamdem in omnibus Britannicis repertam video, Aldus senior, & reliqui fecerunt, *cum laudasset*, ut particula *cum* adesset, quæ necessaria erat. *Qui* refertur ad *prandis* eadem ratione, qua pro Sext. 17. dicitur, *duo importuna prodigia, quos &c.* ubi vide, & ad c. 3. pro Marc. Lamb. mox, *quæ quidem collaudatio*, addita nota v. c. ac sane in Vaticano est *conlaudatio*. Ita II. de Inv. 43. & II. ad Herenn. 9. *conlaudatio scriptoris*. Supra c. 7. *Hic te ille homo dignissimus tuis laudibus collaudavit*: quomodo aliis etiam locis. Corn. Nepos in Paus. II. 5. *Rex . . . eum collaudat*. Vide Drak. ad Liv. VII. 41. Gar.

Mihi ipsi erat pæne turpis) Nam pulchrum est laudari, sed a laudato viro. Hotto.

Non ulla tibi) Hæc lectio primo adspectu vix quemquam offendat. Sed, si introspexeris, facile intelliges, versus alia nulla ratione Pisonem dicere Ciceroni nocuisse, nisi quod invidiam ei conciliarint. Abramius hoc vidit: cur ergo tulit, *non ulla tibi invidia nocuit*? quasi ad versus invidia non pertineret. Atqui præsto erant Faernus, & Lambinus, qui ex cod. Vatic. rectissime dederant, *non illa tibi &c.* eique optimo codici omnino parendum est. Alia, inquit, invidia tibi nocuit, non illa, quam tu prædicas, propter supplicium conjuratorum contractam. Nihil hac permutatione frequentius: exsulavitque vera

versus tui. Nimis magna pœna, te Consule, constituta est sive malo poetæ, sive libero. *Scripsisti enim*, CEDANT. ARMA. TOGÆ. —— Quid tum? *Hæc res tibi fluctus illos excitavit*. At hoc nusquam opinor scriptum fuisse in illo elogio, quod, te Consule, in sepulcro reipublicæ incisum est, *velitis, jubeatis, ut, quod M. Cicero versum fecerit*: sed, *quod vindicarit*.

30. Verum tamen, quoniam te non Aristarchum, sed

vera lectio nimium diu: eam tandem celeb. Ernestus, causa cognita, revocavit. Male in uno Britann. *non tibi*, sine media voce. GAR.

Nimis magna pœna) Quandoquidem res a me gestas laudas, non debuisti Consul permittere, ut propter versus ejicerer e civitate: vel enim in meis versibus tibi libertas in loquendo, vel inconcinnitas displicebat; at neutrum caussa fuit justa, cur exsilium mihi sineres irrogari: quare nimis magna pœna te Consule in meum caput est constituta. ABRAM.

Scripsisti enim versus) Cum Manutio, & Faerno, auctoritate codicis Vaticani, delevi *versus*, quæ vox hic inanis erat & nullius sententiæ. Præcesserat enim modo *versus*. GRÆVIUS. Adde Lamb.

Hæc res tibi fluctus excitavit) Hæc jactantia tibi offensionem Pompeji concitavit, & illos civilis invidiæ fluctus, qui in te redundarunt, dum Clodii lege ejectus es. ABRAM.

In illo elogio) Et elogia & tituli sepulchrorum, inscriptiones dicebantur. HOTTOM. Arusian. *in eo elogio*: prior Ven. *in illo eulogio*, ut sæpe libri peccant: suo more Lamb. *eclogio*, aliosque dare ait *ellogio*, e Græco nimirum ἐλλογεῖν. Confer Burmann. ad Sveton. Calig. XXIV. Claud. I. & Orth. Cellar. T. I. ed. Harlesii p. 226. GAR.

Vindicarit) Conjurationem vindicarit, ei aqua & igni interdici. HOTT. Sed vide Manut. GRÆV. Ut hæc verba existimare jubent, in privilegio Clodiano tale aliquid fuit: *Quod M. Cicero in cives Romanos indemnatos vindicarit*. Ita V. in Verr. 50. *Fateor, non modo in socios, sed etiam in cives, militesque nostros persæpe esse severe, ac vehementer vindicatum*. Paria ex Sallustio dabit Menckenius Observ. L. L. p. 1007. At Manutius hoc usum verbo Clodium non putabat: sed a Tullio ad suam laudem id immutatum censebat, quod Clodius posuerit, *condemnarit*. Immo vero aut *vindicaris* esse in lege potuit, aut *animadverterit*, aut denique *necarit*, *interemerit*, *sustulerit*, quibus in ea re verbis utuntur Vellejus, Dion, Appianus: *condemnarit* certe numquam. Senatus enim condemnarat: Clodius autem SCum, ex quo damnatio conjuratorum illa constabat, suppositum a Tullio dixit, ut vidimus ad c. 6. extr. Quæ porro laus illa immutatione verbi quæreretur, nemo dixerit. Verumtamen aliquando sum suspicatus, totum hoc *sed quod vindicarit*, esse adjectitium. Sed eam suspicionem satis justas habere causas hactenus ipse non puto. GAR.

Verum tamen) Rationem reddit cur versum suum debeat explicare: nimirum Pisonis crudelitatem, qui non contentus grammaticorum more reprehendere versus malos, poetam armis fuerat persecutus. ABRAM.

Non Aristarchum) Similem insigni illi grammatico qui Homeri versus, quos non probabat, tanquam spurios & a majestate Homerica alienos, obelisco sive stella notabat. Epistola XI. libri III. ad famil. *Ut enim Aristarchus Homeri versum negat, quem non probat, sic tu (libet enim mihi jocari) quod disertum non erit, ne putaris meum.*

Talia

sed Phalarim grammaticum habemus, qui non notam apponas ad malum versum, sed poetam armis persequare: scire cupio, quid tandem isto in versu reprehendas, CEDANT. ARMA. TOGÆ. *Tuæ dicis*, inquit, *togæ summum imperatorem esse cessurum*. Quid nunc te, asine, litteras doceam? non opus est verbis, sed fustibus; non dixi hanc togam, qua sum amictus; nec arma, scutum, et gladium unius imperatoris: sed,

Talis fuit ille versus quo Phœnix asserit, voluisse se patri manus inferre violentas:

Τον μεν εγω βυλευσα κατακταμεν οξει χαλκω.

quem, ut refert Plutarchus opusculo de audiendis poetis, Aristarchus expunxerat. Quam insanabile porro scribendi cacoethes hunc litteratorem tenuerit, liquet ex Suida, qui eum tradit octingentos commentariorum libros in lucem edidisse. Eum Vitruvius in prologo libri primi Grammaticorum omnium principem fuisse tradit. IDEM.

Sed Phalarim) Tyrannum omni immanitate atque diritate teterrimum. IDEM.

Poetam armis persequare) Ut Phalaris Stesichorum poetam armis est persecutus: quanti tamen eum fecerit, ex eiusdem scriptis liquet. Stesichorus Phalarim e principatu suæ civitatis exegerat: ut constat ex epist. 94. Eum tamen sic observavit, ut redactum in potestatem non pœna, sed beneficiis affecerit. Vide epist. 93. ad Himeræos, & epistolam 103. ad Stesichori liberos. Quin etiam quantis artibus cum ejus abstinentia certaverit, epistola ad ipsum cum muneribus data sic ostendit: *Ει μη λαβων εσῃ μεν γε, προδοσιαν εν ισθι. προς Ιμεραιυς καταψευσομαι σε.* *Nisi pecuniam ad te missam acceperis tibi plane apud Himeræos proditionis crimen affingam.* Quod non laudis studio, sed sola poesis admiratione faciebat. Vide epist. 146. Crudelis igitur Piso, qui propter malum versum poetam fuerit armis persecutus. IDEM.

Summum imperatorem) Cn. Pompejum. HOTTOM. Manutius vult C. Cæsarem significari. At quantus imperator Cæsar, Cicerone Consule, qui neque exercitum duxerat, neque provinciam administraverat, eo demum anno Prætor creatus? quis bellicam illius virtutem potius, quam popularem gratiam timuit ante decennale bellum in Gallia gestum, victosque pluribus prœliis optimates? Neque vero diutius dubitare nos patitur ipse Cicero paulo infra, dum ait: *atque ista ratione hoc tamen intelligi, scelerate, vis, Pompejum inimicum mihi isto versu esse factum, &c.* Pompejus igitur summus ille imperator erat, cujus militarem gloriam minorem sua togati futuram Cicero gloriabatur: is enim tunc temporis, post piraticam expeditionem prospere confectam, Mithridaticum bellum gerendum susceperat, & vix anno elapso, ut ait Vellejus II. 40. *victor omnium, quas adierat, gentium, suoque, & civium voto major, & per omnia fortunam hominis egressus, revertit in Italiam.* FERRAT.

Qua sum amictus) Dissimulandum esse non arbitror, in ed. principe, atque in quatuor MSis Britann. legi, *quem sum amictus*, quamquam hoc mendosum existimo. GAR.

Scutum & gladium) Antiq. liber, *scutum aut glad.* & sequenti versu pro *quod pacis*, *quia pacis*: & pro *more poetarum locutus*, habet ille *poetarum more conlocutus*, licet tertia littera dictionis *conlocutus* non bene appareat, nos tamen *locutus* probamus, collocationemque vulgatæ. Item delendum pronomen *me*, ex illis verbis, quæ infra sunt, *nisi tu me expedisses*: & sequenti versu pro *cruentis*, legendum

Digitized by Google

sed, quod pacis est insigne, et otii, toga; contra autem arma, tumultus, atque belli: more poetarum locutus, hoc intelligi volui, bellum, ac tumultum paci, atque otio concessurum. Quære ex familiari tuo, Græco illo poeta: probabit genus ipsum, et agnoscet, neque te nihil sapere mirabitur. *At in illo altero*, inquit, *hæres*, CONCEDAT LAVREA LAVDI. Immo meher-

dum *e cruentis*. FAERNVS.

Poetarum more tum locutus) Cùm libri veteres ita habeant, *poetarum more conlocutus*, ego *tum locutus* reposui: quæ scriptura videtur esse recta, & vera, quamquam scripturam, *more poetarum locutus*, non damno. LAMBINVS.

Concedat laurea linguæ) Recte sic: cum in aliis *laudi* sit scriptum. HOT. *Concedat laurea linguæ*) Sic Quinctilianus legit, *concedat laurea linguæ*, & ita esse legendum docet P. Victorius lib. 5. Variar. lect. non, ut vulgo, *laurea laudi*: nata autem mendi origo & occasio est ex iis, quæ paullo post sequuntur, *non modo amplissimæ, sed etiam minimæ laudi*, &c. cum M. Tullius, per linguam, eloquentiam intelligi velit: quæ laus est amplissima: Piso autem indicarit, lauream non modo eloquentiæ, quæ amplissima laus est, sed etiam minimæ laudi concessisse. Postremo hanc lectionem confirmat Plutarch. in Cicerone, his verbis: ἡ δὲ Κικέρωνος ἐν τοῖς λόγοις ἀμετρία τῆς περὶ αὐτοῦ λογίας, ἀκρασίαν τινὰ κατηγορεῖ πρὸς δόξαν βοῶντος, ὡς τὰ ὅπλα ἔδει τῇ τηβέννῳ, καὶ τῇ γλώσσῃ τὴν θριαμβικὴν ὑπείκειν δάφνην. Id est, *Ciceronis autem immoderata de se ipso prædicatio declarabat, eum esse supra modum gloriæ cupidum, cum clamaret, arma togæ cedere debere, & lauream triumphalem linguæ*. LAMBINVS. *Concedat laurea linguæ*) *Laudi* est in libro Vaticano: quod miror Faernum non animadvertisse, cum *laudi* pro *linguæ* in aliis etiam libris scriptum reperiatur: & ita omnino legendum esse constat vel ex iis, quæ paullo infra scripta sunt, quibus veterum librorum de Officiis auctoritas accedit. F. VRSINVS. *Concedat laurea linguæ*) Defendit hanc lectionem Victorius libro v. cap. 24. contra Quinctiliani *laudi*, quod tamen in mss. nostris. GRVTER. Contra quos quomodo potuit religio tua, Grutere, sic peccare? Plane & Victorius ostendit, significationem vocis *laus* fuisse ipsi ignotam, ut parebit conferenti caput ex eo citatum, cum illis, quæ pueris nobis dictabat paert, verissima quidem, & vulgavit Cl. Grævius ad Officia I. 22. GRONOV. *Laudi* est etiam in Erfurt. Francii, & ed. Manut. & vere laudi asseruit maximus Gronovius, in notis a filio laudatis ad librum de Officiis. Nam *laus* fere Tullio notat τὰ ἐπαινετὰ ἐν τοῖς πολιτικοῖς πράγματα καὶ σπουδάσματα, & honesta hominum de iis judicia. In Bruto: *At vero extra Græciam, magna dicendi studia fuerunt, maximique huic laudi habiti honores illustre nomen oratorum reddiderunt*. Pro Plancio: *Itaque si quam habeo laudem*. Conjungit utrumque nomen Plautus Cistellaria, sed paullo diversus: *Perdite perduelles: parite laudem, & lauream*. Valde suspicor excidisse tale quid in Plinio VII. 30. *Salve primus omnium parens patriæ appellate, primus in toga triumphum linguæque lauream merite, & facundiæ Latinarumque litterarum parens: atque, ut dictator Cæsar hostis quondam tuus de te scripsit, omnium triumphatorum lauream adepte majorem, quanto plus est ingenii Romani terminos in tantum promovisse, quam imperii*. Locum totum adscripsi, quod hinc in Ciceronem transcriptum mihi videatur *linguæ*, cum longe aliter Plinius linguæ lauream accipiat, quam hic Cicero linguæ lauream cedere dixisset.

dice

Digitized by Google

Sed in posterioribus malim legere: *omnium triumphatorum laurea laudem adepte majorem*. Certe sententia mirum quantum illustrior erit futura, si sic legas Ob litterarum enim similitudinem librarii facillime labi potuerunt. Sin vulgata tuearis, dicendum laurea subaudiendum, omnium triumphatorum laurea lauream majorem adepte. Grav. Polletus. lib. II. Hist. Fori Rom. c. 8. censet etiam scribendum *laurea laudi*, quod ita lepida sit antithesis, & forum castris, atque utriusque præmia inter se conferantur. Verbvrg. Cum Polleto, Vrsino, Grævio, Gronoviis, aliisque *laudi* probat etiam Pearcius ad l. c. I. de Offic. 22. Faernum nihil adnotasse, non esset admiratus Vrsinus, si vidisset in Manutiana, quam ille conferebat, esse *laudi*, quomodo etiam in Rom. utraque Ven. Ald. Herv. Naug. Gryph. & Car. Steph. atque in omnibus MSis, quos recentiores quoque secuti sunt. Neque verum est, quod ait Græv. in V. L. multas edd. habere *linguæ*: nam ita Lambinus tantum, & Gruterus, a quo aliæ ad Iac. Gronovium usque descriptæ non tam multæ sunt, & Gruterianæ nomine continentur. At cum Plutarcho ψευδος ille Sallustius, & Quinctil. I. O. XI. 1. habent sine varietate *linguæ*, quod præferre videtur cel. Burmannus p. 966. sed tamen judicium certum, ac definitum non interponit, a quo etiam abstinent viri doctissimi, Gesnerus ibid. & Cortius ad illam Declamat. in Cic. n. 13. Ego Grævium censeo veram lectionem reposuisse, sed eam non satis accurate illustrasse. Scio equidem, Tullium dicere pro Mur. 3. se Catilinam *verbis expulisse*. An vero, cum totam illam conjurationem Cicero prudentia, consilio, animi fortitudine patefecerit, eluserit, vindicarit, hanc unam rem delegit, in qua potissimum gloriaretur? an ipse veram suam laudem imminuit, quod erat animi, linguæ concedens? Deinde absolute *linguam* pro eloquentia ponere, non tam dignum est Cicerone, quam Plinio. Nec solet orator summus eloquentiam suam extollere, atque jactare, ut docet Quinctil. l. c. p. 965. & seqq. ubi hunc ipsum versum aperte ad res gestas ἀνδρῶν refert, ab eloquentiæ jactatione sejungit. Adde D. Augustin. Tract. LVIII. in c. 13. Ioh. n. 3. Æschines certe adrogantior, ut Græcus; cujus dictum cum hoc Tulliano Victorius comparavit. In tamen celebri contra Ctesiph. loco p. 536. ed Lips. recte locum loco, τὸ βῆμα oratoris τῷ στρατηγείῳ imperatoris opposuit. At quomodo heic *laureæ* dicamus *linguam* opponi? quid hoc rationis habet? quid venustatis? *Laurea* est triumphus, ut supra c. 24. & 26. Plutarchus in Comp. Dem. & Cic. p. 846. ed. Reisk. θριαμβικὴν δάφνην *laurum triumphalem* appellat. Ipse suum versum defendens Cicero, de Offic. l. c. *quæ res igitur gesta umquam in bello tanta? qui triumphus conferendus?* Cum igitur virtutis bellicæ præmium laurea sit, ea cum præmio domesticæ fortitudinis comparari debet. Hoc autem præmium nihil est aliud, nisi, quæ infra commemoratur, *laus amplissima*. IV. in Catil. 10. *tantam laudem, quanta vos me vestris decretis honestastis, nemo est adsecutus*. Respicit SCum, de quo III. ibid. 6. quod unum I. F. Gronovius heic putat intelligi. Atque id sane maximum Ciceroni præmium fuit, ipsoque triumpho majus. Sed enucleanda diligentius hæc est Tullio digna, & e philosophiæ fontibus ducta sententia. Laudis nomen nihil habet in se, quod res domi praeclare gestas, aut ullam omnino togati meritum proprie attingat: cum γενικὸν ipsum sit, quo pertineat, intelligitur ab adjunctis. Cadit itaque in omnes res laude dignas, quas & universas, & singulas eo nomine appellaverunt, sive ingenio, & industria, sive fortitudine, sive domi, sive militiæ laus quæreretur. Eo pertinent loci II. ad Div. 4. in Bruto 7. & 13. aliique plures: ii præsertim, qui *laudis præmia* commemorant. Vide Mencken. in Observ. L. L. p. 569. Burmann. ad Virgil. V. Æn. 751. & Vulp. ad Catull. LXIII. 102. Tantum abest, ut hoc sensu laus ipsa sit præmium. Illo tamen forte sensu IV. in Catil. 11. *pro triumpho, ceterisque laudis insignibus, quæ sunt a me propter urbis, vestræque salutis custodiam repudiata*: nam heic etiam c. 26. triumphus, & laurea

hercule, habeo tibi gratiam: hærerem enim, nisi tu expedisses: nam cum tu timidus, ac tremens tuis ipse furacissimis manibus detractam e cruentis fascibus lauream ad portam Esquilinam abjecisti, indicasti, non modo

virtutis insignia dicuntur. Sed malo ibi simplicius intelligere partæ, adquisitæ laudis insignia: ut *habere laudem* dicitur pro Planc. 27. &c. Iterum Tullius ad Quirites III. in Catil. 11. *in animis ego vestris omnes triumphos meos, omnia ornamenta honoris, monumenta gloriæ, laudis insignia condi, & collocari volo.* Illud etiam observandum, laudem, ubi de civium in remp. meritis agitur, esse gloriam: vide *gloriæ* definitionem I. Phil. 12. & III. Tuscul. 2. Hinc IV. in Catil. 10. *erit profecto inter horum* (imperatorum) *laudes aliquid loci nostræ gloriæ.* Hæc præmisi, ut de iis, quæ interpretes adferunt, de antithesi, de sententia judicium institui perspicuum possit. Cicero suas res in toga gestas bellicis anteponit. *Cedant*, inquit, *arma*, quibus hostes repelluntur, & propagatur imperium, *togæ*, in qua urbs ipsa servata est, *concedat laurea*, domitorum hostium, & imperii propagati testis, insigne, præmium, *laudi*, & gloriæ, quæ conservationem urbis una est consecuta. Sunt hæc admirabilia: plus togatum ducem in otio præstare, quam paludatum in bello; domesticam gloriam majorem esse militari, quæ splendoris est, pompæque plena, quæ omnium existimatur amplissima. Sed tamen laurea laudis insigne, non ipsa laus est, quæ sine triumpho maxima esse potest, & exigua cum triumpho. Si ergo illa ipsa bellica laude, quam indicat, laurea minor est, exstare alia potest excellens laus domi parta, quæ lauream vincat. Neque enim ulla est gloria, quæ majorem aliam superare idcirco possit, quod honoribus, insignibusque amplioribus decoretur. Hæc est causa, cur laurea laudi, id est, consentienti Senatus, populi Romani, omnium gentium judicio concedat. Triumphus enim semper bene gestæ, laus ista conservatæ reip. fuit. Idem illud heic valet, in quo Cicero sæpe gloriatur, cum supplicationem sibi decretam ceteris omnibus anteponit: neque tamen honos cum honore, triumphus cum supplicatione, sed honos maximus imperatorum, quod vere magnificum est, cum solida gloria in hominum animis hærente confertur. GAR.

Nisi tu me expedisses) *Me* delevi Faerni codicem secutus. *Nisi tu expedisses*, hoc est explicasses ista verba: *expedire* pro explicare, exponere tritissimum est. GRÆV. Fateor, pronomen *me* suspectum esse non immerito posse: id ego tamen in Vaticano exstare conspexi, nedum in editis ante Faernum: cujus ab alio aliquo minoris pretii codice abfuisse credendum est. GAR.

Timidus ac tremens) Scelerum conscientia, & exspectatione judicii de repetundis, quod putabas jam tuis cervicibus imminere. ABRAM.

Tuis ipse furacissimis manibus) Quibus Macedoniam expilaras: videtur iterum jocari: quasi esset ita furtis & spoliationibus assuetus, ut aliorum furtorum opportunitate privatus sibi temperare non posset, quin suos ipse fasces laurea spoliaret, instar illius apud Martialem, qui, cum nihil aliud habet, quod furetur,

—— *soleas surripit ipse suas*. ID.

Cruentis fascibus) Sanguine civium Rom. & sociorum innocentium. HOTTOM. *Cruentis fascibus*) Juvenalis Sat. 8.

Si frangis virgas sociorum in sanguine, si te
Delectant hebetes lasso lictore secures.

ABRAM. Optima erat lectio meorum omnium ante Lamb. editorum, *detractam cruentis fascibus lauream*. Sic III. de Nat. Deor. 34. *aureum ei detraxit amiculum*, multisque aliis locis. Sed præpositionem a Faerno accepit Lambinus, eamque cum recent. illius non ejecissent, retinuit Grut. ad omnes-

Digitized by Google

modo amplissimæ, sed etiam minimæ laudi lauream concessisse. Atque ista ratione hoc tamen intelligi, scelerate, vis, Pompejum inimicum mihi isto versu esse factum: ut, si versus mihi nocuerit, ab eo, quem is versus offenderit, videatur mihi pernicies esse quæsita. Omitto, nihil istum versum pertinuisse ad illum: non fuisse meum, quem, quantum potuissem, multis sæpe orationibus, scriptisque decorassem, hunc uno violare versu. Sed sit offensus: primo nonne compensabit cum uno versiculo tot mea volumina laudum suarum? Quod si est commotus, ad perniciemne non dicam amicissimi, non ita de sua laude meriti, non ita de republica, non Consularis, non Senatoris, non civis,

mnesque propagavit, aliisne, præter Vaticanum, libris volentibus, ignoro. GARAT.

Atque ista ratione) Id moris est Ciceroni, ut post jocum, & ironiam in motum vehementiorem assurgat: ne in delitias, & mollitiem se virilis illa & generosa frangat oratio. Etiamsi, inquit, tam insulse versum hunc explices, & in perversum ineptumque sensum detorqueas, tamen adeo sceleratus es, ut Cneum Pompejum in infamiæ scelerisque tui partem arcessas, eumque tacitus insimules, inimicum mihi hoc uno versu factum, caussam fuisse, cur ego ejicerer e civitate. ABRAM.

Hoc tamen intelligi, scelerate, vis) Huc usque pertinet fragmentum antiqui libri, reliqua ex recentibus libris emendabimus. FAERNUS. Extrema in Vaticano sunt verba: *Atque ista oratione hoc*. Oratio Pisonis illa intelligitur: *tuæ dicis togæ summum imperatorem esse cessurum*: qua item deinde Pompeji lauream suæ laudi cessuram a Tullio dictum criminabatur. In solemni permutatione tu vide quid eligas. GAR.

Non fuisse meum, &c. hunc uno violare versu) Erfurt. & Pith. *non fuisse eum, &c. hunc uno violarem versu*. GRÆV.

Ad perniciem ne non dicam amicissimi) In uno libro non est particula *ne*: quæ etiam turbat lectorem. FAERNUS. Hanc particulam Lamb. omisit, addito codicis testimonio, sui, ut opinor; nam Faernianis lectionibus nullam ejusmodi notam solet apponere. Qua ex re si velimus aliquid consequi, synchysin adhibitam statuere oportet; de qua vide ad c. 27. pro Cœl. ut constructio sit; *non dicam ad perniciem amicissimi*. Sed præstat omnino contra reliquos omnes libros, in quibus optimi sunt, nihil movere. Neque lector hærebit, si ἀνανταπόδοτον esse in hac periodo cogitabit, sive quo alio nomine appellanda sit elocutionis institutæ ad aliam formam traductio. Hac utitur aliquando Cicero, ne perpolita nimium, & elaborata videatur oratio; quasi, cum aliquantum verborum interponitur, superiorum, quæ continuanda sunt, oblivio ceperit: aut ne cogatur auditor verba distantia mente repetere, atque conquirere; qua sæpe de causa illud etiam ipsum, quod ante fuerat positum, iteratur. Vide omnino Wopkens. I. Lect. Tull. 10. p. 60. Quod autem *sed* omittatur, ea de re diximus ad I. Act. in Verr. 10. GAR.

Digitized by Google

civis, non liberi: in hominis caput ille tam crudelis propter versum fuisset?

31. Tu quid, tu apud quos, tu de quo dicas, intelligis? complecteris amplissimos viros ad tuum, et Gabinii scelus: neque id occulte: nam paullo ante dixisti, me cum iis confligere, quos despicerem: non attingere eos, qui plus possent, quibus iratus esse deberem: quorum quidem, quis enim non intelligit, quos dicas? quamquam non est una causa omnium, tamen est omnium mihi probata. Me Cn. Pompejus, multis obsistentibus ejus erga me studio, atque amori, semper dilexit, semper sua conjunctione dignissimum judicavit, semper non modo incolumem, sed etiam amplissimum, atque ornatissimum voluit esse: vestræ fraudes, vestrum scelus, vestræ criminationes insidiarum mearum, illius periculorum nefarie fictæ, simul eorum, qui familiaritatis licentia suorum improbis-

In hominis caput) Particula *sed* aut subaudienda aut addenda, ut fit, *sed in cujusmodi hominis caput*. Hottom.

Tu quid) Mendose ante Lamb. editi, *Tu quidem, tu apud quos, de quo dicas, intelligis?* & illius repetitores ad mendosam istam lectionem redierant. Nullus nominatur codex, unde Lamb. & Grut. locum emendarint. A qua parte Græviani fient, ex V. L. non intelligitur. Omnes Britann. habent *quidem*, tres omittunt tertio loco *tu*. Gar.

Complecteris viros) Adjungis, ut videantur fuisse participes. Hottom.

Complecteris) Cn. Pompejum & C. Cæsarem in sceleris tui, Gabiniique, vestræque in me perfidiæ societatem vocas: quasi vero illi perinde atque tu, & Gabinius, me Publio Clodio prodidissent. Abram. Optime Erfurt. & Pith. *complecti vis amplissimos viros*. Grævius.

Nam paullo ante) Cum de me apud Senatum quereretis, dicebas me tecum, & cum Gabinio confligere, quos despicerem, ideoque me graviter in vos invectum, auctorem fuisse, ut vobis successor mitteretur, & tibi Macedonia, Gabinio Syria provincia tolleretur: me autem non attingere dicebas, quamvis tacito nomine, Cæsarem, & Pompejum, a quibus etiam fueram violatus, quibusque perinde iratus esse deberem. Abram.

Quid plus possent) Pompejum, & Cæsarem significat. Hottom.

Omnium) Cæsaris, Crassi, & Pompeji: Crassi nullam postea facit mentionem: vox tamen *omnium* me inducit, ut addam, quæ non dicitur de duobus. Abram.

Vestræ criminationes) Cum me ad illum deferebatis quasi vitæ ipsius insidias posuissem. Hottom. *Vestræ criminationes*) Pompeium *domi meæ certi homines ad eam rem compositi monuerunt, ut esset cautior: ejusque vitæ a me insidias apud me domi positas esse dixerunt: atque hanc & suspicionem alii litteris mittendis, alii nuntiis, alii coram ipsi excitaverunt, ut ille, cum a me certe nihil timeret, ab aliis, ne quid meo nomine molirentur, sibi cavendum putaret*. pro Sextio. Abram.

Simul eorum) Vatinii maxime: quem

Digitized by Google

probissimorum sermonum domicilium in auribus ejus, impulsu vestro, collocaverunt, vestræ cupiditates provinciarum effecerunt, ut ego excluderer, omnesque, qui me, qui illius gloriam, qui rempublicam salvam esse cupiebant, sermone, atque aditu prohiberentur. Quibus rebus est perfectum, ut illi plane suo stare judicio non liceret, cum certi homines non studium ejus a me alienassent, sed auxilium retardassent. Nonne ad te L. Lentulus, qui tum erat Prætor, non Q. Sanga, non L. Torquatus pater, non M. Lucullus venit? qui omnes ad eum, multique mortales oratum in Albanum, obsecratumque venerant, ne meas fortunas desereret cum reipublicæ salute conjunctas: quos ille ad te, et ad tuum collegam remisit, ut causam publicam susciperetis, ut ad Senatum referretis: se contra armatum Tribunum plebis sine consilio publico decer-

quem constat & Pompejo familiarem fuisse ex epistolis ad Atticum, & eidem Pompejo auctorem, ut Ciceroni pestem arcesseret. Pro Sextio: *Ille eos, a quibus audiebatur, quotidie aliquid effecti afferebat: ille hominem mihi amicissimum Cn. Pompejum, ut domum meam metueret, atque a me ipso caveret,* &c. IDEM.

Collocaverunt) Ita omnes mei editi: Lambini conjectura est, *collocarant*, ad marginem adscripta, quam Græv. in V. L. editis nescio quibus adtribuit. GAR.

Ut ego excluderer) A congressu Cn. Pompeji. *Ipsemet in Albanum adscendit: at Pompejus non sustinuit in ejus conspectum venire: verebatur enim virum, qui tot pro ipso certamina adierat,* &c. *sed per alias januas egrediens vitavit ejus congressum:* ait Plutarchus in Cicerone. ABRAM.

Quibus rebus) Quibus Vatinii, & aliorum delationibus, qui sermonum suorum domicilium in auribus Pompeji collocarant, perfectum est, ut ille mihi auxilium non præberet, ut & cupiebat, & faciendum esse censebat. IDEM.

Multique mortales) Claudius Quadrigarius apud Gellium cap. 27. libro 13. noct. Attic. *Concione dimissa Metellus in Capitolium venit, cum multis mortalibus: inde cum domum proficisceretur, tota civitas eum reduxit:* quem locum Fronto apud eundem Gellium sic explicabat: *Longe lateque esse amplius, prolixius, fusius in significanda totius prope civitatis multitudine, mortales, quam homines dixisse: namque multorum hominum appellatio intra modicum quoque numerum cohiberi, atque includi potest: multi autem mortales nescio quo pacto, & quonam sensu inenarrabili, omne fere genus, quod in civitate est, & ordinum, & ætatum, & sexus comprehendunt.* Infra: *De quo jampridem omnes mortales, omnium generum, ætatum, ordinum judicaverunt.* Plautus in prologo Menæchmorum:

Mortales multi ut ad ludos convenerant. IDEM.

In Albanum) Fundum Cn. Pompeji: Plutarch. scribit, eum data opera eo secessisse, & cum ad eum Cicero venisset, per posticum se subduxisse. HOTT.

Cum reip. salute conjunctas) Prior Ven. *cum reip. fortuna conjunctas*. GAR.

Contra armatum Tribunum plebis) Contra Publium Clodium, a quo ser-

Digitized by Google

centare nollet: Consulibus ex Senatus consulto rempublicam defendentibus, se arma sumpturum. Ecquid, infelix, recordaris, quid responderis? in quo illi omnes quidem, sed Torquatus præter ceteros, furebat contumacia responsi tui, te non esse tam fortem, quam ipse Torquatus in Consulatu fuisset, aut ego: ni-

servorum delectus habebatur pro Tribunali Aurelio nomine collegiorum, cum vicatim homines conscriberentur, decuriarentur, ad vim, ad cædem, ad direptionem incitarentur, hæc pro Sextio. Abram.

Consulibus ex Senatusconsulto rempublicam defendentibus) Si factum esset S. C. ut viderent Consules ne quid respublica detrimenti caperet. Hoc illud Senatus Consultum videtur intelligi, quo decerni solebat, DARENT. OPERAM. CONSULES. NE. QUID. RESPUBLICA. DETRIMENTI. CAPERET. quod verbo *defendendi* nonnunquam exprimebant, ut hoc loco, & Philippica 8. *De ea re ita censuerunt, uti Opimius Consul rempublicam defenderet*. Valerius Maximus lib. 3. cap. 2. *Cunctisque censentibus, ut Consul armis rempublicam tueretur*. Idem.

Se arma sumpturum) Recentius vulgati *suscepturum*: sed alterum illud restat in Pall. in Turing. in edd. obsoletis. Gruter. *Suscepturum* editum est a secunda Ven. usque ad Grut. sed Rom. & prior Ven. *sumpturum*; neque aliter in Britann. Gr.

Torquatus... aut ego) Qui in nostro singuli consulatu singulas Catilinæ conjurationes extinximus. Accommodate autem ad Torquati naturam, quem agrestiori ingenio fuisse tradit Gellius c. 5. libri 1. Noct. Attic. *Cum Luc. Torquatus subagresti homo ingenio, & infestivo, gravius acerbiusque, apud consilium judicum, cum de caussa Sullæ quæreretur, non jam histrionem eum* (Hortensium) *esse diceret, sed gesticulariam, Dionysiamque eum notissimæ saltatriculæ nomine, appellaret: tum voce molli atque demissa Hortensius: Dionysia, inquit, Dionysia malo equidem esse, quam quod tu Torquate αμουσος, αναφροδιτος, και απροσδιονυσος*: quare mirum non est, si cum hujusmodi natura esset, facile ob contumaciam responsi Pisonis exarserit. Abram.

Quam ipse Torquatus) Duas Catilinæ conjurationes exponit Sallustius: alteram Luc. Tullo, & M. Æmilio Lepido Consulibus initam in Luc. Cottæ, & Luc. Manlii Torquati consulatum eruptam, de qua Dio Cassius libro 36. & Tranquillus in Julio cap. 9. Cn. Piso, Catilina, & Autronius, *circiter nonas Decembres*, inquit Crispus, *consilio communicato, parabant in Capitolio Kalendis Jan. Luc. Cottam & Luc. Torquatum Consules interficere, ipsi fascibus correptis Pisonem cum exercitu ad obtinendas duas Hispanias mittere. Ea re cognita rursus in Nonas Februarias consilium cædis distulerant*. Quam fortiter autem in ea conjuratione opprimenda se gesserit Torquatus, mihi non liquet: illud ex Dione constat, *Cottæ, Torquatoque datos fuisse custodes a Senatu: cædemque contra conjuratos perpetrandam fuisse, nisi quispiam Tribunus plebis intercessisset*. Quare Piso, ut urbe submoveretur, specie honoris Quæstor pro Prætore missus in Citeriorem Hispaniam. De posteriore conjuratione dicere non attinet. Idem. Nomen Torquati repetitum hoc loco delet Ernestus: quod recte fieri dicerem, si Piso Torquatum solum adloqueretur, non etiam Lentulum, Sangam, & Lucullum. Ceterum non his hominibus pro Tullio deprecantibus, sed ipsi Tullio responsum hoc datum scribit Plutarchus in Cic. cap. XXXI. cum a Pompejo desertus ad Consules confugisset. Και Γαβινιος μεν, inquit, ην χαλεπος αει. Πεισων δε διελεχθη πραοτερον, αυτον παραινων εκστηναι, και ὑποχωρησαι τη του Κλωδιου ῥυμη, και την μεταβολην των καιρων ενεγκειν, και γενεσθαι παλιν σωτηρα της πατρι-δος

Digitized by Google

nihil opus esse armis, nihil contentione: me posse iterum rempublicam servare, si cessissem; infinitam cædem fore, si restitissem: deinde ad extremum, neque se, neque generum, neque collegam suum, Tribuno plebis defuturum. Hic tu hostis, ac proditor aliis me inimiciorem, quam tibi, debere esse dicis?

32. Ego C. Cæsarem non eadem de republica sensisse, quæ me, scio: sed tamen, quod jam de eo, his audientibus, sæpe dixi, me ille sui totius Consula-

[illegible] ἐν [illegible], [illegible] δι᾽ ἐκεῖνον οὖσαν. *At Gabinius quidem semper erat durus. Piso autem benignius eum est adlocutus, admonens, ut cederet, ut Clodianum impetum devitaret, ut conversionem temporum sustineret, patriamque iterum servaret ipsius causa seditionum malis agitatam.* Hoc idem Pisonis consilium a Dione quoque commemoratur, cujus locum attulimus ad c. 6. Vterque sane poterat esse diligentior. GARATON.

Me posse iterum rempublicam servare) Omnes libri scripti habent *salvare*: quod quamvis non placeat, tamen testatum voluimus: & post multa pro *atqui me ille*, *atque me ille*, & item post multa pro *&* *multum dubitantem*, *multumque dubitantem*: qui etiam melior est numerus: & paulo infra ubi est *tum quidem*, in illis legitur, *cum quidem*: ego sane malo *cum quidem*: *e* vero rejicio: & post aliqua ubi est *cum mihi notum senseris*, interposito verbo *esse*, legendum *notum esse senseris*. FAERNVS. *Iterum rempublicam servare*) Qui eam jam ante a Catilinæ conjuratione, & exitio liberaram. ABRAM. Pessime cum Faerni libris habent *salvare* Rom. sec. Ven. & Aldus, item MSi Britann. tres. GAR.

Neque se, neque generum, neque collegam suum) Facile heic esset dicam librariis scribere, & emendare, *neque te, neque generum, neque collegam tuum*, ut similia hæc fierent superioribus, unusque tenor Pisonianæ responsionis exsisteret. Sed notanda potius est personæ mutatio, quæ a Latinorum consuetudine non abhorret. Vt heic a secunda ad tertiam, sic a tertia ad secundam oratio convertitur cap. 33. extremo: iterum autem a secunda ad tertiam capite 41. Vide locum Terentii Hec. I. 2. 70. ad 76. cui plura exstant similia: & præcipue II. Phil. 16. Illud vero probari potest, atque imperite sublatum jam inde ab Aldo seniore censeri, quod habent ambæ veteres Venetæ, ac Romana princeps, *Tribuno plebis non defuturum*. Multa similia dabunt Gronov. & Drak. ad Liv. III. 26. confer etiam supra ad c. 15. Negationem illam inferunt etiam quatuor MSi Britannici: quæ tamen rarius particulas *neque* subsequitur. IDEM.

Non eadem de republica sensisse) Censuerat enim, conjuratos non ultimo supplicio adficiendos. HOTTOM. *Sensisse*) Fateor me a Cæsare dissensisse, cum in suo consulatu legem ferret de agro Campano viritim dividendo: ille enim hanc divisionem e republica putabat esse: ego censebam, hoc pacto perturbari vectigalium rationem. ABRAM.

Sæpe dixi) De Provinciis Consularibus: *Consul ille egit eas res, quarum participem me esse voluit, quibus ego si minus assentiebar, tamen illius mihi judicium gratum esse debebat: me ille ut quinqueviratum acciperem, rogavit: me in tribus sibi conjunctissimis Consularibus esse voluit: mihi legationem quam vellem, quanto cum honore vellem, detulit: quæ ego omnia non ingrato animo, sed obstinatione quadam sententiæ repudiavi;* &c. IDEM.

Ho-

Digitized by Google

latus, eorumque honorum, quos cum proximis communicavit, socium esse voluit, detulit, invitavit, rogavit: non sum ego, propter nimiam fortasse constantiæ cupiditatem, adductus ad causam: non postulabam, ut ei carissimus essem, cujus ego ne beneficiis quidem sententiam meam tradidissem. Adducta res in certamen, te Consule, putabatur, utrum, quæ superiore anno ille gessisset, manerent, an rescinderentur. Quid loquar plura? si tantum ille in me esse uno roboris, et virtutis putavit, ut ea, quæ ipse gesserat, conciderent, si ego restitissem: cur ei non ignoscam, si anteposuit suam salutem meæ? Sed præterita omitto. Me ut Cn. Pompejus omnibus suis studiis, laboribus, vitæ periculis complexus est; cum municipia pro me adiret, Italiæ fidem imploraret, P. Lentulo Consuli, auctori salutis meæ, frequens assideret, Senatui sententiam præstaret, in concionibus non

Honorum socium) Cum mihi quinqueviratum agro Campano dividendo detulit: vide quæ hac de re in orat. de Prov. adscripsi. HOTTOM.

Cujus ego beneficiis quidem sententiam meam tradidissem) Pro *quidem*, puto legendum esse *pridem*, meliore sententia. F. VASIUS. Omnes MSS. Erfurt. Pith. Francii, omnesque editiones, præter Lambini, Gothofredi, & Gruteri: *Cujus ego beneficiis quidem sententiam meam tradidissem*. Si illud ne interposuerunt ex MSS. non improbo: sed omnes tacent. Reliqui tamen, cum id postulet sententia. GRÆVIUS. Non est profecto hæc particula in editis ante Lamb. neque in ullo Britann. sed necessaria est, similiterque de Cæsare c. 17. de Prov. Cons. *quod me secum ne beneficiis quidem videbas posse conjungi*. GAR.

Manerent) Fixa & rata essent: de Provinciis Consularibus: *Statuendum est legem Æliam manere, legem Fufiam non esse abrogatam*. ABRAM.

Cur ei non ignoscam) Vetus erat lectio, *cur non ignoscam*: quam editi ante Lamb. quatuorque MSi Britann. exhibent. Tantum [illegible]ior Ven. & quintus Britann. ab interpolatore habent, *cur ego non ignoscam*. Pronomen additum a Lamb. retentum a ceteris, nulla certa, testataque auctoritate munitum, cum necessarium non sit, præstat, ut opinor, omittere. GAR.

Si anteposuit suam salutem meæ) In Sextiana: *Suaque sibi propiora pericula esse, quam mea loquebantur*. ABRAM.

Me ut Cn. Pompejus) Statim atque Cn. Pompejus de me revocando cogitavit, & *excitavit illam suam non sopitam, sed suspicione aliqua retardatam consuetudinem reipublicæ bene gerendæ*, &c. vide Sextianam. ABRAM.

Senatui sententiam præstaret) Id est, nunquam suo loco deesset, paratum se semper ad sententiam libere dicendam præstaret. HOTTOM. *Senatui sententiam præstaret*) Primus diceret sententiam de me in Senatu, quam reliqui sequerentur. ABRAM. *Senatui sententiam præstare*, est Senatum securum esse juberet de sua sententia, quam de mea salute sit dicturus. Lib. VII. ad fam. 17. *Ultimas exspectato, quæ ego tibi honesta & jucunda præstabo* h. e.

Digitized by Google

non modo se defensorem salutis meæ, sed etiam supplicem pro me profiteretur; hujus voluntatis eum, quem multum posse intelligebat, mihi non inimicum esse cognorat, socium sibi, et adjutorem C. Cæsarem adjunxit. Iam vides, me tibi non inimicum, sed hostem; illis, quos describis, non modo non iratum, sed etiam amicum esse debere? quorum alter, id quod meminero semper, æque mihi fuit amicus, ac sibi al-

h. e. ego in me recipio, & te securum esse jubeo, ultime futura honorifica. Graevius.

Hujus voluntatis) Misso P. Sextio ad Cæsarem. Pro Sextio: *Iter ad Cæsarem pro mea salute suscepit*, &c. Item: *Pertinere & ad concordiam putavit, & ad perficiendi facultatem animum Cæsaris a caussa non abhorrere*: & de Provinciis: *Si idem ille tum me salvum esse voluit*, &c. vide plane. Abram.

Iam vides) Lambinus, nescio quo auctore: *Iamne vides*, ut c. 1. *Iamne vides, bellua, jamne sentis*, ut Lucret. I. 906. *Iamne vides igitur, paullo quod diximus ante*, &c. Notam interrogationis omnes a Lambino sumpserunt, cum antea nemo adposuerit: & sic adfirmative, *Iam vides* &c. habemus supra c. 26. Gar.

Non inimicum, sed hostem) Quos hic disjungit Cicero Lucilius utrumque conjunxit:

Hinc hostis Muti Albutius, hinc inimicus.

Plus tamen est hostis, quam inimicus, quod inimici dicantur etiam illi qui civiliter inter se & jure contendunt: hostes autem sint externi, qui

Non ex jure manu consertum, sed mage ferro

Rem repetunt. Abram.

Quorum alter) Pompejus non sibi fuit amicior, quam mihi: quia pro mea salute non dubitavit vitam suam exponere: cum enim de meo reditu ageret, ut dicitur in Sextiana: *Falsum est consilium de interitu Cn. Pompeji: quo patefacto ferroque deprehenso ille inclusus domi tamdiu fuit, quamdiu inimicus meus in tribunatu.* Cæsar sibi amicior fuit quam mihi; quia anteposuit suam salutem meæ: veritus, ne, si ego manerem, ea, quæ gesserat, conciderent, & rescinderentur. Idem.

Id quod meminero semper) Solet oblivionem injuriarum, beneficiorumq; memoriam præ se ferre, ut post reditum, & alibi passim: idque impensius in eo laudandum, quo magis, potissimum apud divites, ut scribit Plautus Pœnulo, scena *Age tu progredere*:

Si quid bene facias, levior pluma est gratia:
Si quid peccatum est, plumbeas iras gerunt.

Cum (ut inquit Seneca primo de beneficiis, capite primo) *ita naturæ comparatum sit, ut altius injuriæ, quam merita descendant, & illa cito defluant, has tenax memoria custodiat.* Nec alia mens erat Dionis Cassii scribentis, lib. 38. Πλειυς των ανθρωπων προχειρότερον επι τοις δυσχερεστεροις αγανακτειν, η των αμεινονων χαριν τισιν εχειν· και τοις μεν συναγορευουσι σφισιν αποδεδωκεναι τον μισθον νομιζειν, τους δ' αντιδικησαντας αμυνεσθαι τροπον τινα προαιρεισθαι. *Plerosque mortalium procliviores esse ad indignandum propter injurias, quam ad gratiam propter beneficia referendam: atque iis quidem, quorum patrocinio usi sunt, mercedem se persolvisse arbitrari, adversarios autem quacunque ratione ulcisci studere.* Tacitus 4. annalium: *Proclivius est injuriæ, quam beneficio vicem exsolvere: quia gratia oneri, ultio in quæstu habetur.* A quo non abludit Strepsiades ille Aristophaneus in Nebulis:

Ει μεν γ' οφειλεται μοι ρηματων παντα,
Εαν δ' οφειλω σχεδιαιος, επιλησμων πανυ.

Valeo

Digitized by Google

alter, id quod obliviscar aliquando, sibi amicior, quam mihi. Deinde hoc ita fit, ut viri fortes, etiamsi ferro inter se cominus decertarint, tamen illud contentionis odium simul cum ipsa pugna, armisque ponant. Atqui me ille odisse numquam potuit, ne tum quidem, cum dissidebamus. Habet hoc virtus, quam tu ne de facie quidem nosti, ut viros fortes species ejus, et pulchritudo etiam in hoste posita delectet. 33

Valeo memoria, si quæ debentur mihi.
Obliviosus, debeo si quid miser.

Abram.

Æque mihi fuit amicus, ac sibi) Omittit vocem *amicus* editio Romana princeps, & secunda Venetarum veterum, quas habeo, omittunt etiam quatuor MSi Britannici: quorum unus infra pro *etiamsi*, habet *etsi*; statimque iidem quatuor carent vocibus *inter se*, sine quibus reliqua bene consistunt, *etiamsi ferro cominus decertarint*. Gar.

Alter sibi amicior, quam mihi) C. Cæsar, qui, ut modo dixit, *suam salutem anteposuit meæ*. Sic in Sextiana: *Suaque sibi propiora pericula, quam mea, loquebantur*. Hotom.

Contentionis odium simul cum ipsa pugna armisque ponant) Hector Iliados 7. versu 298. sic Ajaci loquens inducitur:

Δωρα δ' αγ' αλληλοισι περικλυτα δωομεν αμφω,
Οφρα τις ωδ' ειπησιν Αχαιων τε Τρωωντε
Η'μεν εμαρνασθην εριδος περι θυμοβοροιο
Η'δ' αυτ' εν φιλοτητι διετμαγον αρθμησαντε.
Dona vero age mutuo inclyta demus ambo,
Ut aliquis sic dicat Achivorumque, Trojanorumque,
Profecto pugnabant pro contentione animum rodente,
Et iterum in amicitia separati sunt conciliati.

Thucydides libro 1. *Ανδρων σωφρονων μεν εστιν, οι μη αδικοιντο, ησυχαζειν, Αγαθων δε, αδικουμενους, εκ μεν ειρηνης πολεμειν, ευ δε παρασχον, εκ πολεμου παλιν ξυμβηναι*. *Virorum temperantium est quiescere, si non afficiantur injuria; bonorum, si injuriam acceperint, ex pace quidem ad arma se convertere, si res bene successerit ex bello iterum ad pacem transferri*: quo loco *ευ δε παρασχον*, αντι του παρασχοντος δηλον οτι του δαιμονος, ait interpres. Plato in Lyside reddit præclaram rationem: *Bonos ait similes sibi ipsis, & amicos; malos vero, (quod & de ipsis crebris solet usurpari sermonibus,) nunquam similes sibi ipsis esse, sed veluti lymphatos, & instabiles: quod vero sibi ipsi dissimile est, alteri simile, & amicum esse non potest*. Nec abludit Xenophon 2. memorabilium: *Contentio, & ira bella solent concitare, & plus habendi cupiditas ad inimicitias impellit, æmulatio odii mater: tamen per hæc omnia amicitia sese insinuans viros bonos inter se conjungit*. Abram.

Atqui me ille odisse) *Atque* est etiam in Franc. sed in Erfurt. & Pith. est *Neque me ille odisse unquam potuit*: quod non rejiciendum censeo. Græv. Lallem. recepit *atque*, ut cum Faerni MSis, & Franc. habent Rom. ambæ Ven. & Aldus, quatuor item Britann. Garat.

Habet hoc virtus, &c. ut viros fortes species ejus & pulchritudo etiam in hoste posita delectet) Sic & Annibalis virtus non admirationi solum, sed etiam amori videtur fuisse Romanis: Plinius lib. 34. cap. 6. *Annibalis etiam statuæ tribus locis visuntur, in urbe cujus intra mœnia solus hostium emisit hastam*. Quid Alexandri virtus quantos vel in Dario sui amores excitavit? *Dii patrii*, (inquit Darius apud Curtium libro 4.) *primum mihi stabilite*

pe-

Digitized by Google

33. Equidem dicam ex animo, Patres Conscripti, quod sentio, et quod vobis audientibus sæpe jam dixi. Si mihi numquam amicus C. Cæsar fuisset, sed semper iratus: si aspernaretur amicitiam meam, seseque mihi implacabilem, inexpiabilemque præberet, tamen

regnum: deinde si de me jam transactum est, precor, ne quis Asiæ Rex sit, quam iste tam justus hostis, tam misericors victor. Hinc est, quod apud Persas hostes fortitudo Pythii Æginetæ tantæ fuit admirationi, ut ejus vulnera sedulo obligarint, & ab exercitu diu spectatum incolumemque dimiserint. Herodotus in Polyhymnia. Hinc quod Alexander Satrapam, a quo propemodum occisus est, *videntibus cunctis dimisit, & ad exercitum conversus, Macedones, inquit, ita debent esse milites in bello generosi*: ut inquit Callisthenes. Hinc est quod Pomponius apud Plutarchum in Lucullo vel Pompejus apud Appianum in Mithridaticis: *Pompejus saucius ad Mithridatem adductus est, & roganti regi, si incolumis dimitteretur, quam gratiam esset redditurus, si, inquit, cum Lucullo amicus fueris multo maximam, si inimicus, ne deliberabo quidem: hæc Pompejus: & barbaris eum occidi petentibus Rex asseruit nolle se insultare virtuti afflictæ.* Quanquam quid opus est ista recensere, cum mulierum spectata virtus, etiam Phalaridis crudelitatem mollíverit? sic enim ad Peristhenem ipse rescribit: *Vxores Eubuli & Ariphanti, qui mihi insidias moliti fuerant, quas tu, o Peristhenes, in potestatem tuam redactas, ad me misisti, ut neci dederentur, cum eas initio magno studio vellem occidere, salvas incolumesque dimisi. Mireris omnino quid sit, cur iracundiam mollierim: sed audita caussa magis etiam mirabere, eas ideo fuisse dimissas, quod excellentis cujusdam virtutis & generositatis specimen ostenderint.* Quam rem gestam fusius exponit Quintus Smyrnæus libro 4. versu 192.

> Εσθλῳ γαρ φιλος εσθλος ανηρ, χαλεπῳ δ' αλεγεινος.

legerim χαλεπος δ' αλεγεινῳ.

> *Fortis amat fortem; atque odio est ignavus eidem.* Abram.

Quam tu ne de facie quidem nosti) A qua tu sic es alienus, ut non solum ejus naturam intus, quod ajunt & in cute, non inspexeris, sed ne externam quidem ejus speciem noris. Faciem virtutis Prodicus apud Xenophontem 2. memorabilium, Clement. Alexandr. libro 2. Pædagogi, Tullium de Officiis, & alios oculis visendam exhibebat: *ευπρεπη τ' ιδειν και ελευθεριον, φυσει κεκοσμημενην το μεν σωμα καθαροτητι, τα δ' ομματα αιδοι, το δε σχημα σωφροσυνη, εσθητι τε λευκη. Facie venusta & liberali, natura ornatam, corpus munditiis, oculos verecundia, compositione corporis temperata, veste candida.* Horridiorem alii virtutem finxerunt: ut Seneca libro de beata vita cap. 7. *Pulverulentam, coloratam, callosas habentem manus.* Silius melius ita horridam illam quidem expressit, ut severitatem quandam vultus lætitia temperaret, lib. 15. versu 28.

> *Alterius dispar habitus, frons hirta, nec unquam*
> *Composita mutata coma, stans vultus, & ore*
> *Incessuque viro propior, lætique pudoris,*
> *Celsa humeros, niveæ fulgebat stamine pallæ.* Idem.

Sæpe jam dixi) Vt in oratione de Provinciis Consularibus: *An ego possum esse huic inimicus, cujus litteris, fama, nuntiis celebrantur aures quotidie meæ novis nominibus generum, nationum, locorum?* Idem.

Implacabilem inexplicabilemque) Vnde in P. Manutii, & Gruteri, & ceteras, qui Gruterianam sunt secuti, editiones irrepsit *inexplicabilem*, quod revera in hoc loco explicari non potest, cum rectissime & MSS. & edd. Victor. Lambini aliorumque, *inexpiabilem*? Gra-

men ei, cum tantas res gessisset, gereretque quotidie, non amicus esse non possem: cujus ego imperio non Al-

Graevius. I. Aug. Ernesti *inexpiabilem* repudiantis, malentisque *inexplicabilem* haec animadversio est. Hoc, inquit, de hominibus dici, qui se placari non sinunt, non memini, nec credo. Sed tamen in hac ipsa oratione c. 7. dicit Cicero: *a me quidem etiam poenas expetistis, quibus conjuratorum manes mortuorum expiaretis*. Quid est istud *expiaretis*? certe *placaretis*. Si se manes expiari non sinant, erunt ergo, dicenturque *inexpiabiles*: neque adeo est incredibile, hoc posse de iis dici, qui se placari non sinunt. Olivetus. Cel. Ernestus in altera suae *Clavis* editione Oliveto respondit, si maxime sequatur ex eo loco c. 7. homines dici *inexpiabiles*, haud tamen necessariam esse Graevii, ut vocabat, correctionem. Atqui Graev. id restituit, quod in optimis MSis invenit Erfurt. ac Pith. tum etiam in Franciano, quodque jam exstabat in editis fere omnibus, quodque adspexi egomet in Rom. utraque Ven. Ald. Naug. Cam. P. Man. MDXLI. Seb. Gryph. & Car. Steph. immo etiam in ed. Gothofr. & in Lamb. repet. minori MDLXXII. Vidi demum *explicabilemque* in majore Aldi Nepotis editione, qua utor, mendis refertissima. Inde non manavit hoc ad Gruterum, qui Lamb: repetitionibus utebatur: sed a majore Lamb. repetitione MDLXXXIV ex officina Sanctandreana, in qua per errorem, ut puto, *inexplicabilemque*: neque enim consulto Grut. id admisisset silens. Cujus quidem facilitatem erroris ostendit pervetus codex Graevianus XI. Phil. 12. pro *inexpiabili scelere* habens *inexplicabili*, & nescio quo in libro repertum *fraudes inexplicabiles* pro *inexpiabiles* I. Tusc. 30. apud Gesner. in Thes. L. L. Quod si exemplum quaeritur, quo homo vivus, & videns hoc sensu dicatur *inexpiabilis*: ego vicissim petam, quo dicatur *inexplicabilis*. Nam rem inexplicabilem ex VIII. ad Att. 3. & *inexplicabilia sophismata* ex IV. Acad. 29. vir celeb. proferebat. Quod autem ad Latinitatis rationem attinet, considerari velim, cum ira, odium, injuria expiatur, hominibus ipsis iratis, inimicis, laesisque satisfieri: viditque hoc jam Gronovius ad ea Livii verba I. 14. *ut tamen expiarentur Legatorum injuriae, Regisque caedes, foedus inter Romam, Laviniumque urbes renovatum est*. Quid igitur dubitemus, quin homo, qui odium suum expiari non sinit, seipsum praebeat inexpiabilem? quis neget, quae ad motus animi, adfectusque pertinent, ea hominibus ipsis rectissime tribui? exemplorum hujusmodi seges est. Non haec mihi contorta videntur, sed illa potius, quae vir summus pro sua lectione commentus est. Verum idem tandem in sua Tullianorum operum editione librorum consensum agnovit, & secutus est: disputatiunculam ex Clavi plane sustulit: in adnot. autem causam illam egit longe remissius, neque nos de sententia dejecit. Profecto si quis criticus ad integrum locum sollicitandum accesserit, non *inexplicabilem* emendaturum fuisse putarim, sed *inexorabilem*, ut apud Horat. A. P. 121. Achilles dicitur *iracundus, inexorabilis, acer*, & in Rhet. ad Herenn. IV. 45. *inimicis te placabilem, amicis inexorabilem praebes*. Ita quod *bellum inexpiabile* Cicero appellat, *inexorabile* a Boethio dicitur II. Consol. pr. 8. Codices Britann. duo a nostra nihil lectione discedunt, duo alii, *implacabilem, inexpiabilem praeberet*, quintus denique voce, qua de agimus, expuncta, *implacabilem praeberet*. Hinc dicat aliquis glossema huc irrepsisse, legendumque videri, *sesequе mihi inexpiabilem praeberet*, interpretationis autem loco additum fuisse *implacabilem*. Crederem, si MSi optimi auctores fierent. Nunc bene utrumque adesse arbitror ad ornatum, & copiam, quamvis ad rem notandam satis alterutrum fuerit. Garatonius.

Cujus ego imperium non Alpium vallum) Libri vulg. a quibus manuscr. non discrepant, habent, *cujus ego im-*

Alpium vallum contra adscensum, transgressionemque Gallorum, non Rheni fossam gurgitibus illis redundantem, Germanorum immanissimis gentibus objicio, et oppono. Perfecit ille, ut, si montes resedissent, amnes

imperio: quæ verba, si emendata scriptura est, sic explico, cujus propter imperium: sed putabam olim legendum, neque nunc mihi aliter videtur, *imperium*: ut sit hæc sententia: cujus Cæsaris imperium oppono ascensui Gallorum, non Alpium vallum &c. id est, cujus imperio, & rebus imperio gestis factum esse judico, ne Galli in Italiam pervenire possint, &c. Itaque sic velim totum hunc locum scribi: *cujus ego imperium, non Alpium vallum ascensui, transgressionique Gallorum, non Rheni fossam, gurgitibus illis redundantem, Germanorum*, &c. LAMBINUS. Non est a libris discedendum. Similiter vox *imperio* hic adhibetur, atque infra c. 34. *labes imperii tui*. Neque movet me unus Britann. in quo nunc *imperium* exstare cognosco. Ipsa etenim, meo judicio, fieret sententia deterior. GAR.

Non Alpium vallum) Italiæ mœnia Livius appellat libro 21. *Mœniaque eos transcendisse non Italiæ modo, sed etiam urbis Romæ*: post quem Silius libro 3. Hannibalem ita suos hortantem inducit:

Nunc o nunc socii dominantis mœnia Romæ
Credite vos, summumque Iovis conscendere culmen.

Idem *aggeres alpinos* vocat:

Aggeribus caput Alpinis & rupe nivali,
Proslit in Celtas, ingentemque extrahit amnem,
Spumantii Rhodanus proscindens gurgite campos.

Post Maronem:

Aggeribus Socer Alpinis, atque arce Monœci.

Arcem, inquit, sectatus Polybii vestigia libro tertio dicentis: *Alpes arcis cujusdam totius Italiæ speciem exhibere*. Pulchre ad hunc locum Herodianus lib. 8. historiæ: *Hi vero in campo, oriente sole ad Alpes properabant, quos montes immensa magnitudine tanquam Italiæ murum natura excitavit, qui nubes altitudine excedant, tantaque longitudine porrigantur, ut totam Italiam comprehendant*. ABRAM.

Non Rheni fossam gurgitibus illis redundantem) Rheni fossam appellat, quia Rhenus Gallos a Germanis disterminat: nam Germania, ut ait Polyhistor. c. 23: *Ubi incipit, Danubio; ubi desinit, Rheno perfunditur*: vide Cæsarem libro 4. Plinium, historicos passim, & Geographos. Per gurgites altitudinem & profunditatem & impetum fluvii denotat. Silius, *Rhodanus*:

—— proscindens gurgite campos
Ac propere in pontum lato ruit incitus alveo:
Auget opes flavii similis, tacitoque liquore
Mixtus Arar, quem gurgitibus complexus anhelis
Cunctantem immergit pelago, &c.

sic Eumenius, ut modo referemus Rheni gurgites appellat: sic Claudianus:

—— explorat nascentes gurgite Rhenus. IDEM.

Perfecit ille) Cæsar Gallos, & Germanos armis ita compressit, ut jam non possint quicquam contra nostram rempublicam moliri, etiamsi neque Alpes Gallos, neque Rhenus & Alpes Germanos ab Italiæ aditu prohiberent. IDEM.

Ut, si montes resedissent) De Provinciis Consularibus: *Alpibus Italiam munierat ante natura, non sine aliquo divino numine: nam si ille aditus Gallorum immanitati multitudinique patuisset, nunquam hæc urbs, summo imperio domicilium ac sedem præbuisset: quæ jam licet considant: nihil est enim ultra illam altitudinem montium, usque ad Oceanum, quod sit Italiæ pertimescendum*. ABRAM. Obtemperandum est tandem optimo codici Erfurtensi,

quem

Digitized by Google

amnes exaruissent, non naturæ præsidio, sed victoria sua, rebusque gestis Italiam munitam haberemus. Sed cum me expetat, diligat, omni laude dignum putet, tu me a tuis inimicitiis ad simultatem revocabis? sic tuis sceleribus reipublicæ præterita fata refricabis? quod qui-

quem in V. L. Grævius testatur habere *residisset*, ut recte jam censuit Arntzenius ad Plin. Paneg. XVI. 5. qui vere locum etiam huic similem emendavit Hegesippi, quem Ambrosium esse tum ille cum aliis adfirmat, tum copiose, docteque demonstrat Mazochius in Kalend. Neap. p. 780. ad 853. Sic itaque Ambrosius 11. Excid. Hierosl. 9. *consedisse montes Germaniæ credidit, Rhenum exaruisse*, ut de Prov. Consl. 14. *quæ* (Alpes) *jam licet considant*. Similis etiam est locus ille Plinianus, in quo Arntzen. & Schwarzius ex MSis optimis restituerunt, *subsedisse montes, flumina exaruisse*: utrumque vide. Vix dubitem, quin Plinius, & Ambrosius Tullium imitari voluerint: Pareum miror, qui in Ciceronis Bruto c. 91. emendabat optime, *contentio nimia vocis residerat*, hunc locum, quem simul profert in Lex. Crit. p. 1088. non emendasse similiter. Sic in eodem Bruto c. 5. legi possit, *cura considerit*, & c. 23. *ardor animi —— cum consedit*. GAR.

Tu me a tuis inimicitiis) Dices me Cæsari potius, quam tibi ipsi debere irasci. ABRAM. Lamb. conjicit, *ad simultatem C. Cæsaris revocabis*? Ego malim unam litterulam demere, quam tot adjicere. Profecto etenim rectum esset; *tu me tuis inimicitiis ad simultatem revocabis*? Ita mox *tuis sceleribus*. Erat autem inimicum, & sceleftum Pisonis facinus in eo positum, quod Tullium a Cæsare magno illius, & reip. malo disjungere conaretur. Idem notatur scelus c. 30. ubi agitur de Pompejo: *Atque ista ratione hoc tamen intelligi, scelerate, vis, &c.* Sed hic superiora illa respiciuntur c. 31. extr. *Hic tu, hostis, ac proditor, aliis me inimiciorem, quam tibi debere esse dicis*? Ea tamen ipsa verba emendationi nostræ non refragantur. In vulgata subauditur *illius*; eamque ferri posse non pernegem. GAR.

Reip. præterita facta refricabis) Mendosus sine dubio locus: & in quo vox *vulnera* desideratur: sed sine ope vetusti codicis nihil remedii. HOTTOM. *Si tuis sceleribus reip. præterita facta refricabis*) Pro *facta* non dubito, quin legi debeat *fata*: quam lectionem ad oram libri doctissimi viri notatam me legisse memini. F. VASINUS. *Reip. præterita fata refricabis*) Ita Pall. nostri, quomodo & antea conjecerat amicus noster Fulvius Ursinus: prius erat *facta*. GRUT. *Præterita facta refricabis*) Malim *fata*, quasi illa dissensio Cæsaris a Senatu non ipsius Cæsaris voluntati, sed fato cuidam & necessitati tribuenda esse videatur. *Refricabis* est in memoriam revocabis: translatione sumpta ab iis, qui vulnus cicatrice obducta jam pene sanatum unguibus impressis renovant. Noster 2. de Oratore: *Sic & eorum dolorem qui lugebant suos oratione refricabam*. Epist. 13. libro 5. *Ne refricem litteris desiderium ac dolorem tuum*. 3. Agraria: *Refricare obductam jam reip. cicatricem*. Pro Flacco: *Cum venisset Lælius ad iratos, & illud Castricianum vulnus dicendo refricuisset*. 12. ad Attic. epist. 19. *Quæ res forsitan sit refricatura vulnus meum*. ABRAM. Lamb. dedit: *sic tuis sceleribus præsentibus præterita facta refricabis*? temere profecto; eumque merito reprehendit Abramius. Primus autem Grut. *fata* restituit, non optimis solum MSis, verum etiam ed Rom. principe, & secunda Ven. confirmantibus. Accedunt tres MSi Britann. GAR.

Asco-

Digitized by Google

quidem tu, qui bene nosses conjunctionem meam, et Cæsaris, eludebas, cum a me trementibus omnino labris, sed tamen, cur tibi nomen non deferrem, requirebas. Quamquam, quod ad me attinet:

„ *Numquam istam imminuam curam infitiando tibi*: tamen est mihi considerandum, quantum illi tantis reipublicæ negotiis, tantoque bello impedito ego homo amicissimus sollicitudinis, atque oneris imponam: nec

ASCONIUS.

CIRCA VERS. A NOVISS. CCCXX. *Quamquam, quod ad me attinet, numquam istam imminuam curam inficiando tibi*) Prope notius est, quam ut indicandum sit, hunc versum esse L. Accii poetæ, & dici a Thyeste in Atreo.

VARIORUM.

Quod quidem tu, qui bene nosses conjunctionem meam & Cæsaris, eludebas) Modus loquendi obscurior: sic intelligo: in quo quidem eludebas ea crimina, quæ, cum de Provinciis Consularibus ageretur, tibi objeceram in Senatu: non enim tu illas meas objectiones ulla defensione diluisti, sed me & auditores eludens a me petiisti, cur te non accusarem judicio de repetundis: id autem petere ausus es, quod bene nosses conjunctionem meam, & Cæsaris generi tui, certoque compertum haberes, nolle me Cæsari sollicitudinem injicere, in quam incurreret, si tibi socero suo videret nomen deferri, atque hac quidem fiducia ad judicium provocavisti, quamvis aliunde scelerum tuorum conscientia oppressus judicium refugeres, ut tremor ille labiorum tuorum indicabat: sensum videor attigisse: tamen illam locutionem, *quod quidem tu eludebas*, non satis intelligo: explicat Manutius, *serio non agebas*. ABRAM. Si nihil hoc loco librarii peccarunt, videtur ita explicandus. Ostendebas, nolle te ullam inter me, ac Cæsarem simultatem intercedere, cum conjunctionis nostræ fiducia de me quærebas, cur te non accusarem. Neque enim hoc me dicto lacessisses, si tua superiori oratione me in Cæsarem irritatum iri, aut omnino ad illum offendendum posse adduci putasses. Tantus propter conscientiam scelerum te metus judicii tenet, ut ne in hac quidem securitate potueris de judicio mihi, nisi labris trementibus, insultare. Sic *eludere* valebit illudendo elevare. Livius XXVIII. 44. *si gloriam ejus eludere, & meam verbis extollere velim*. Ibi tamen Buherius ad Cic. I. in Catil. I. emendabat *elidere*: sed vir magnus non videtur satis justas habuisse conjecturæ causas. Quod si quis heic similiter malit, *elidebas*, haud facile adsentiar. Haud autem scio, an idem impeditæ conscientiæ signum in maledicto Gabinius dederit, de quo III. ad Q. Fratr. 2. *Homo undique actus, cum a me maxime vulneraretur, non tulit, & me trementi voce exsulem appellavit*. Manutius ad iracundiam id refert. GAR.

Cur tibi tamen non deferrem) Cur tuum nomen non deferrem, cur te reum non facerem? Significabat Ciceronem a deferendo Pisonis nomine, metu Cæsaris generi deterritum fuisse. HOTTOM.

Numquam istam) Versus Accii, ut Pedianus auctor est: ad quem adludit quoque in ea post reditum, ut ibi notavi. IDEM.

Sollicitudinis atque oneris) Cum ante dixerit *conjunctionem meam & Cæsaris*, videtur significare Cæsarem non alienum ab illa accusatione futurum: quam conjecturam vox *oneris* adauget: verbum tamen *sollicitudinis* ad curam de socero accusato potius pertinere videtur. IDEM.

Digitized by Google

nec despero tamen, quamquam languet juventus, nec perinde, ac debebat, in laudis, et gloriæ cupiditate versatur, futuros aliquos, qui abjectum hoc cadaver consularibus spoliis nudare non nolint, præsertim tam affli-

Nec despero tamen) Superioribus verbis videri poterat, Pisonem judicii metu nonnihil liberasse: nunc timorem incutit, & Pisoni nomen, si non a se, saltem ab aliis delatum iri comminatur. ABRAM.

Languet juventus) Ad juvenes enim accusandi onera transferebantur: ut in I. & II. Verr. docuimus. HOTT.

Nec perinde, atque debeat) Rectius Erfurt. & Pithœi codex: *nec perinde, ac debebat*. GRÆVIUS. Paruerunt Græviano judicio recentiores. Exquisita profecto hujus imperfecti ratio, si ad genus illud referre liceat, quod apud Græcos sæpe observatum Latini quoque usurparunt. Confer omnino virum doctissimum, Fischerum ad initium Platonicæ Socratis Apologiæ, & I. F. Heusinger. ad Mall. Theodor. de metris p. 55. Hujusmodi autem imperfecta, licet pro præsentibus posita videantur, attingunt tamen aliquid elapsi temporis, & quædam rerum, aut consiliorum initia respiciunt. Sed eorum vim sentire, atque agnoscere facilius est, quam exprimere. Porro sive heic *debet* legendum contendas, quod nullo exstat in libro, sive *debebat*, quod cum duobus illis optimis quatuor etiam Britann. exhibent; miror, cur non etiam *langueat* ii dederint, quibus & *debeat* placuit, & *versetur*. Nam *versatur* P. Man. invexit, omnibus recte adprobantibus, quod in sola priore Ven. reperi, & ab uno Britannico nunc video confirmari: atque ita emendandum Turnebus monebat XXI. Advers. 15. GAR.

Abjectum hoc cadaver consularibus spoliis nudare) Si juventus perinde, atque deberet, laudis, & gloriæ studio se industriam exhiberet, stantes, & incolumes sceleratos, judiciorum armis percelleret: nunc quanquam languet, voluptatibus, & delitiis enervata, non tamen sic animum abjecit, ut non ausit cadaver abjectum consularibus ornamentis spoliare. Quia nimirum languidissimus quisque potest hostium cadavera spoliare. Plato 5. de Rep. sapienter: *Hostium cadavera spoliare pretextum quidem præbet ignavis, ne cum pugnantibus manum conferant, quasi operæ pretium faciant, cum proni in cadaver incumbunt: nec pauci exercitus propter hujusmodi rapinas deleti sunt*. Subdit: *Illiberale igitur videtur, & sordidum, mortuum spoliare, & muliebris pusillique animi, mortui corpus inimicum arbitrari, cum jam inimicus excesserit, isque, cum quo pugnabat, defecerit: an existimas aliud agere, qui hoc faciunt, quam canes, qui in eum qui percusserit non impetentes, iram in lapidem expromunt: verissime*. Sic Hector Græcis exprobrans a Poeta quodam inducitur I. Anthologiæ *περι ανδρειας*.

> *Βαλλετε νυν μετα ποτμον εμον δεμας, ὅττι και αυτοι*
> *Νεκρυ σωμα λεοντος εφυβριζουσι λαγωοι.*
>
> *Post mortem imbelles nostrum lacerate cadaver,*
> *Quippe lepus functo solet insultare leoni*. ABRAM.

Consularibus spoliis nudare) Per judicium repetundarum opima spolia quæ ex consulari imperio detraxit, eripere. HOTTOM. Sed vide Manutium. GRÆV. Quid sibi vult gemina illa negatio, *non nolint*? an dedignari vulgo homines Pisonis nomen deferre, quod ex adflicto reo parva admodum laus exspectaretur? sic Manutius. At quid C. Antonio infirmius? quocum viri principes inimicitias gerebant, quem nudum ab amicis, & propinquis conjurasse cum Catilina, hostibus legiones prodidisse, magnas a sociis pecunias abstulisse insimulabant. Ex eo tamen damnato maximam sibi gloriam comparasse dicebantur accusatores Fabius, & Cæ-

Digitized by Google

afflicto, tam infirmo, tam enervato reo: qui te ita gesseris, ut timeres, ne indignus beneficio videreris, nisi ejus, a quo missus eras, simillimus exstitisses.

34. An vero tu parum putas investigatas esse a nobis labes imperii tui, stragesque provinciæ? quas quidem nos non vestigiis odorantes ingressus tuos, sed totis

Cælius. Alia omnino Tullii mens est. Duæ res erant, quæ maxime ad aliquem accusandum hortarentur, gloriæ cupiditas, & victoria facilis. Hoc tantum onus nemo susciperet, qui vel ex hominis obscuri, & plebeji damnatione nihil speraret laudis, vel præstantem virum, & innoxium, & bene de rep. meritum absolutum iri arbitraretur. Cur itaque non desperat orator fore, qui ad accusandum Pisonem accedant? quia & hominem Consularibus spoliis nudare, e summo dignitatis fastigio deturbatum, gloriosum erat; & reum habebant infirmum, multisque criminibus infamem, ut videretur facile vinci posse. Illud unum putabatur obesse, quod jam langueret juventus, gloriæque stimulis non, ut antea solebat, duceretur: hinc per desidiam nolebant. Ita ne vero apud eos duo, quæ diximus, nullum pondus habitura erant, ut semper nollent? Hæc ipsa est Ciceronis argumentatio: statimque Pisonis infirmitatem scelera ejus commemorando confirmat. FERRATIUS. Formulam *non nolle* Tullianis tribus exemplis, quibus hoc est addendum, illustrat Vulpius ad Catull. VIII, 7. GAR.

Tam afflicto, tam infirmo, tam enervato reo) Vide gradationem: afflictus, & abjectus potest tamen excitari: infirmus non potest ille quidem, tamen potest ad firmitatem redire: at enervatus, cui nervi succisi sunt, ne potest quidem aut stare, aut recuperare corporis firmitatem. ABR. Prior Ven. pro *infirmo* habet *infimo*: idemque cum habeant Rom. & altera Ven. item codices Erf. Pith. omnesque Britannici, sunt auctiores præterea his duobus verbis, *tam infimo*, post *afflicto*: quæ nullum quidem ibi locum habere possunt, sed fortasse aliquid verius latere subindicant, quod aliis eruendum relinquo. GAR.

Qui te ita gesseris) Qui in administratione Macedoniæ provinciæ tot scelera admiseris, ut timeres, ne indignus illo beneficio, quo Clodii lege provinciam adeptus es, videreris, nisi ipsi Clodio omnium bipedum & quadrupedum teterrimo simillimus exstitisses. ABRAM.

Ne indignus beneficio) Provincia, quam tibi P. Clodius, a quo missus es, beneficii loco tradidit. HOTTOM.

Investigatas) Ad comparandam & instruendam accusationem. IDEM.

Investigatas) Egregia allegoria suam in exquirendis Pisonis flagitiis & facinoribus diligentiam ostendit, quæ non levibus argumentis, ut belluæ alicujus vestigiis, sed firmis certisque probationibus tanquam volutationibus corporis dicit se fuisse persequutum. ABRAM.

Non vestigiis odorantes) Differunt, ut vides, inter se ingressus & volutationis vestigia, quod hæc illis sint certiora. Xenophon de venatione: *ὅσαι δὲ τῶν κυνῶν τὰ ἴχνη, τὰ μὲν εὐναῖα ἀγνοοῦσι, τὰ δὲ δρομαῖα ταχὺ διατρέχουσιν, οὐκ εἰσὶ γενναῖαι. Canum autem quæcunque volutationum & cubilium vestigia non agnoscunt, cursus vestigia celeriter transcurrunt, non sunt generosæ.* Ubi suavitate plusquam nectarea hanc investigandi rationem copiose describit: quæ ibi leges. Venuste autem a rebus corporeis ad animum & sagacem mentis inquisitionem transfertur: ut Verrina 20. *Atque adeo hæc ne longius, aut obscurius esse*

totis volutationibus corporis, et cubilibus persecuti sumus. Notata a nobis sunt et prima illa scelera in adventu, cum, accepta pecunia a Dyrrhachinis ob necem hospitis tui Platoris, ejus ipsius domum evertisti, cujus sanguinem addixeras, cumque servis sympho-

esse possit, prodite in medium, explicate descriptionem imaginemque tabularum: ut omnes mortales istius avaritiæ, non jam vestigia, sed ipsa cubilia videre possint. Et libro quarto in Verrem 47. *Immittebantur illi continuo Cibyratici canes, qui vestigabant & perscrutabantur omnia.* Item 31. *Mirandum in modum canes venaticos diceres: ita odorabantur omnia & pervestigabant.* Rursus libro secundo: *Acutissime tota provincia, quid cuique esset necesse indagare, & odorari solebat.* Et in Cluentiana pulcherrime: *Anni sunt octo cum ista causa in ista meditatione versatur: cum omnia quæ nunc ad eam rem pertinent, & ex hujus, & ex aliorum tabulis agitatis, tractatis, inquiritis; cum interea Cluentianæ pecuniæ vestigium nullum invenitis. Quid? Albiana pecunia vestigiisne vobis odoranda est, an ad ipsum cubile, vobis ducibus, venire possumus?* Et alibi frequenter. Abram.

Cubilibus) Xenophon frequenter εὐνὰς ferarum appellat, ut *ἐπειδὰν δ' αἱ κύνες ἐγγὺς ὦσι τῆς εὐνῆς ἐπίασι, cum canes prope cubile pervenerint, incurrunt.* Et: *ἐπειδὰν δ' ἀφίκηται ἐπὶ τὴν εὐνὴν, ὑλακτεῖ: latrat, cum ad cubile pervenerit.* Oppianus 3. κυνηγετικῶν versu 365.

> *Εὐνὰς μὲν ποθέει τυμβώρυχας ἐν βένθεσι κρημνῶν.*
> *Cubilia quidem appetit extremis in vallibus præcipitiorum.*

Ubi male interpres vertit: *Concubitus quidem appetit.* Idem.

Notata a nobis) Hic ostendit in uno facto sex crimina fuisse implicata. Primo quod pecuniam ob necem acceperit contra legem Iuliam de repetundis. 2. Quod ob necem hospitis. 3. Quod domum ejus exhauserit. 4. Quod contra fidem datam eum occiderit. 5. Quod non securi percusserit more majorum, sed adhibito chirurgo venas ejus exsolverit, ut exhausto sanguine lenta morte tandem interiret. 6. Quod Pleurati mortem adjunxerit. Septima, circumstantia, & quasi novum crimen addi potest, quod in ipso adventu ab hoc scelere fuerit auspicatus. Item octava, quod cum occiderit, cujus domum everterat, contra leges Romanas, quæ pœnam pecuniariam pœnæ capitis addi prohibebant. Idem. Codices Græv. in V. L. & edd. veteres Rom. ambæque Ven. *Notanda a nobis sunt*: neque aliter omnes Britann. quorum etiam quatuor supra *gressus* habent cum ed. Rom. & altera Ven. pro *ingressus*, Utrumque mendose. Gar.

In adventu) Cum primum Brundusio solvens Dyrrhachium appulsus es. Abram.

Accepta pecunia) Contra legem Iuliam de repetundis. Macer lib. 1. publicorum judiciorum. D. l. 48. tit. 11. de lege Iulia agens: *Quid enim si ob hominem necandum pecuniam acceperint.* Lex autem illa Iulia, quamvis ab Augusto perlata sit, e lege Iulii Cæsaris videtur exscripta paucis mutatis. Idem.

Ejus ipsius domum evertisti) Tantæ fuisti perfidiæ, ut cum Platoris civis Dyrrhachini sanguinem suis ipsius civibus vendidisses, promisissesque accepta pecunia fore, ut illi mortem inferres, tantæ, inquam, fuisti perfidiæ, ut ei, cujus sanguinem tanquam licitatione publica addixeras, te amicum esse simulares, & ad eum tanquam hospes ad hospitem diverteres, tamdiuque maneres in ejus domo, ut eam everteris, & impensis, quæ factæ sunt, penitus exhauseris. Idem.

Cumque servis) Avaritiam notat perfidia implicatam, quod munera acceperit, & inter ceteros servos sym-

Digitized by Google

phoniacis, et aliis muneribus acceptis, timentem, multumque dubitantem confirmasti, et Thessalonicam fide tua venire jussisti: quem ne majorum quidem more supplicio affecisti, cum miser ille securibus hospitis sui cervices subjicere gestiret: sed ei medico, quem tecum eduxeras, imperasti, ut venas hominis incideret. Cum equidem tibi etiam accessio fuit ad ne-

symphoniacos, & musicos. IDEM.

Timentem) Mortis periculum quod a tua perfidia videbat suis imminere cervicibus. *Ac multum dubitantem*. De tua in ipsum fide. *Confirmasti*. Spem bonam habere jussisti. & *Thessalonicam fide tua*, promittens nihil te ipsi illaturum injuriæ, *venire jussisti*. IDEM.

Multumque dubitantem) Vtimur lectione codicum Faerni, quam Lamb. & deinde Grut. adscivit, & quam firmat prior Veneta, & unus Britann. Nam tres illorum habent cum plerisque *& multum*, alius omittit hoc totum, *timentem*, *multumque dubitantem*. Erfurt. & Pith. *accepisti trementem*, ex *acceptis ti trementem*, quod varietatem indicabat, *timentem*, *trementem*. Junguntur *timens*, & *dubitans* etiam pro Domo 55. Alio modo I. Tusc. 30. *dubitans* —— *multa adversa reverens*. GAR.

Fide tua) Cum incolumem eum domum reversurum spopondisses. HOTTOM.

Majorum more) Mos majorum fuit, ut damnati virgis ad necem cæderentur, ad extremum eorum cervix securi abscinderetur. Livius, alii. HOTTOM.

Eduxeras) Proprie usurpatur de iis, qui in provincias educuntur. IDEM. Rom. ambæ Ven. omnesque MSi Britann. *quem tecum tu eduxeras*. GAR.

Vt venas hominis incideret) Ad exhauriendum omnem sanguinem e venis, & lenta morte necandum hominem. Invenio duplicem fuisse venarum incisionem supplicils deputatam: alteram, quæ necem inferebat, cujus apud Tacitum, aliosque, qui de rebus Neronis scripserunt, exempla sexcenta reperies: quod tamen merito Tullius reprehendit, tanquam supplicium a Romanis legibus alienum. Alia fuit venarum incisio non extremi supplicii, sed ignominiæ caussa solita militibus delinquentibus irrogari, de qua Petrus Faber I. semestrium c. 27. Valtrinus libro 4. de re militari cap. 8. Muretus cap. ultimo libro 13. Variarum, & alii recentiores. ABRAM. Platoris hujus necem Cicero exagitavit etiam de Har. Resp. 16. quem locum confer. GAR.

Cum equidem tibi) Sic Pall. publicata, *tum quidem*: iisdem auctoribus statim post feci, *cum te trecentis pro tu*: neque aliter Victoriana, abjecit tamen pronomen Turnebus d: libro XXI. GRVTERVS. *Tum quidem*) Cum Platorem occideres, ad ejus mortem velut auctarium quoddam accessit ejus comiti illata nex. Facti crudelitatem tum a modo & supplicii genere, tum a Pleurati ætate exaggerat: crudelius enim videtur in ætatem infirmam sævire, quam in florentem, & vigentem. ABRAM. Etiamsi putes, hanc non absurdam esse lectionem, quam Grut. Græv. & Verb. adoptarunt, quam in suis MSis Faernus, egoque in Rom. & in sec. Ven. inveni; quoniam *equidem* hoc modo positum defenderunt viri docti complures; & ad Crisanii Observ. L. L. hunc ipsum locum adjecit Otho V. C. adsensusque Grutero est: tamen heic malo *cum quidem*, ut habet prior Ven. & Lamb. volebatque ipse Faernus. Nunc *tum quidem* ex Aldo sen. Hervag. Naug. P. Man. Seb. Gryph. Car. Steph. &c. restituerunt Olivetus, & Lallemandus: quod Gesnerus in Thes. LL. Gruteriana lectione po-

 tius

Digitized by Google

necem Platoris Pleuratus ejus comes, quem necasti verberibus, summa senectute confectum. Idemque tu Rabocentum, Bessicæ gentis principem, cum te trecentis talentis Regi Cotto vendidisses, securi percussisti:

tius habendum existimabat. Sed mecum senties, si loci elegantiam sedulo perpendas, & ea conferas, quæ disputat celeb. Ernestus in Ind. p. 565. a quo denique *cum quidem* prælatum lætus video, addito editionis Angelii Iuntinæ suffragio. Quin etiam nuperrime Oxonienses in omnibus suis MSis testati sunt esse *cum quidem*. Gar.

Summa senectute confectum) A senectute miserationem aucupatur: unde illud magni artificis:

— *Dauni miserere senectæ*.

Et noster pro Cælio: *Nolite, judices, aut hunc jam natura ipsa occidentem velle maturius extingui vulnere vestro, quam suo facto, aut hunc nunc primum florescentem, firmata jam stirpe virtutis, tanquam turbine aliquo, aut subita tempestate pervertere*. Vide notas Maro:

Ducitur infælix ævo confectus Aletes.

& illud Omericum:

Οικτειρων πολιον τε καρη, πολιον τε γενειον.

Incanumque caput miserans, incanaque menta.

Catullus eadem pene aura de nuptiis Pelei & Thetidos Ægeum misericordiam ab ætate captantem inducit:

Sed primum multas expromam mente querelas,
Canitium terra atque infuso pulvere fædans.

Quem Virgilius pressis vestigiis secutus est 12. Æneidos:

Canitiem immundo deformem pulvere turpans.

Claudianus libro priore in Ruffinum:

— *non flectitur annis,*
Non ætate labat, juvenum pendentia colla
Ante patrum vultus stricta cecidere securi.
Ibat grandævus nato moriente superstes

Post trabeas exsul. Abram.

Idemque tu) Vide quibus circumstantiis crescat sceleris atrocitas. Piso legatum percusserat, quod est contra jus gentium: auget factum a personæ dignitate, principem Bessicæ gentis occiderat: a caussa, ut ajunt, morali & incitatrice, mercede corruptus & quasi addictus: a persona cui se addixerat & mancipatat, Regi Cotto: quod est a Romana libertate penitus alienum, neque solum Regi, sed Cotto, id est, Regi Thraciæ crudelissimæ gentis: cujus tamen immanitati morem gerebat: denique ab ingrato animo, Rabocentus magna præsidia ultro offerebat: at Piso adeo ingratus fuit, ut offerentem occideret. Tandem ceterorum legatorum mentionem facit, in quos Piso suam pariter perfidiam, & crudelitatem exercuit. Abram.

Cum tu trecentis talentis) Sic habent omnes fere lib. quos quidem viderim, & ita edidit Faernus. Alii nonnulli, *cum te*. Sed Adr. Turnebus legit, *cum trecentis*, &c. detracto pronomine *tu*, vel *te*. Lambinus. *Trecentis talentis*) Decem & octo millibus aureorum: summam nominat, ut magis testata dici videantur. Am. Imo decies octies centies mille Philippeis seu aureis. Triginta talenta non sunt 18000. aureorum, sed trecenta talenta sunt 180000. aurei. Grav. Imo vero mei omnes ante Lamb. editi habent, *cum te*. *Cottum* autem Cicero appellat, quem alii *Cotyn*: vide ad I. in Verr. 24. Sed mendum hic esse, legendumque *Coti* Sigonius censuit ad Liv. XLV. 42. quem sequuntur Burmannus ad Vellei. II. 129. 1. & Oudend ad Cæsar. III. B. Civ. 36. Tacitus II. Ann. 64. dativum *Cotyi* usurpavit, quem alios magis etiam hic probaturos non dubito. Genitivum *Cotyis* maluit Heusingerus in Cornelii Nepotis Iphicrate

Digitized by Google

sisti: cum ille ad te legatus in castra venisset, et tibi magna præsidia, et auxilia a Bessis peditum, equitumque polliceretur: neque eum solum, sed etiam ceteros legatos, qui simul venerant, quorum omnium capita Regi Cotto vendidisti. Denseletis, quæ natio semper obediens huic imperio, etiam in illa omnium barbarorum defectione Macedonica C. Sentium Prætorem tutata est, nefarium bellum, et crudele intulisti: eisque cum fidelissimis sociis uti posses, hostibus uti acerrimis maluisti: ita perpetuos defensores Macedoniæ, vexatores, ac perditores effecisti: vectigalia nostra perturbarunt, urbes ceperunt, vastarunt agros, socios nostros in servitutem abduxerunt, familias abripue-

crate c. III. Confer tamen ibi Staveren. quicum vulgatam in libris exstantem omnibus retineri posse hactenus arbitror, quam ne Torrenius quidem ad Valer. Max. III. 7. Ext. 7. ausus est condemnare, neque Ernestus in Indice. Tantum *Coto* scribendum puto cum Davisio ad Cæs. l. c. Lucilius apud Nonium p. 98. *Rex Cotus ille duos &c.* GAR.

Regi Cotto) Bessorum regi. HOTT.

Denseletis) Qui cum initio pacem grandi pecunia emissent, postea bello lacessiti acerrime sese ulti sunt: de prov. consul. IDEM.

In illa omnium barbarorum) Provincia Macedonica partim Græcos, ut Bœotios, Ætolos, Achæos, Atticos, partim barbaros, Thessalos, Macedonas, & alios continebat: soli barbari a C. Sextio Prætore defecerant. Videtur legendum *C. Sentio*, de quo Orosius libro 5. cap. 18. *Iisdem temporibus Rex Sothimus cum magnis Thracum auxiliis Greciam ingressus cunctos Macedoniæ fines depopulatus est: tandemque a C. Sentio Prætore superatus, redire in suum regnum coactus est*. Sulla autem & Qu. Pompejo Coss. Macedoniam obtinebat, ut constat e Plutarcho in Sulla. Saturninum cognominat Orator in Planciana. Vide Sigonium in Fastos ad annum 664. & Ioannem Glandorpium Onomastico Romano. ABRAM.

C. Sentium pretorem) Recepta lectio habebat *Sextium*: sed libuit eam ejicere, quod alterius mentio fieret, tanquam Macedonici prætoris apud alios auctores, exhiberetque illam scripturam Turingicus liber, cui secundas faciebat Pal. secundus. GRVT. Optime Gruterus. Non sic solus Erfurt. & Palatinus secundus; sed & Pithœi scribunt *C. Sentio* (corrupte pro *Sentium*) P. R. GRAV. Mihi vero emendationem aliam, eamque, ut arbitror, valde opportunam subjiciunt optimi codices. Legi enim posse melius dixerim, *Macedoniam, C. Sentio Pretore, tutata est*. Ablativum confirmat prior Ven. item cod. Franc. omnesque Britann. cum habeant *C. Sextio Pretore*. GAR.

Vexatores, ac perditores effecisti) Idem Erfurd. *predatores*, neque longe abit Pal. sec. in quo *preditores*. GRVTERVS. Quamquam optima vulgata est, tamen æque probe optimus cod. *predatores*. De hac permutatione vide Grut. ad c. 27. Sic autem Cicero II. in Catil. 9. *predatorum, direptorumque*. GAR.

Vectigalia nostra perturbarunt) Publicanos impedierunt a vectigalibus colligendis. ABRAM.

Familias arripuerunt) Puto legendum, *abripuerunt*: & *familias* magis pla-

Digitized by Google

ripuerunt, pecus abegerunt; Thessalonicenses, cum oppido desperassent, munire arcem coegerunt.

35. A te Iovis Vrii fanum antiquissimum barbarorum, sanctissimumque direptum est. Tua scelera dii immortales in nostros milites expiaverunt: qui cum uno genere morbi affligerentur, neque se recreare quisquam posset, qui semel incidisset; dubitabat nemo,

placet quam ut in Turnebi libro, *matresfam*. *Familias* enim cum pecoribus conjungit. HOTTOM. *Familias abripuerunt*) Sic habent libri veteres, quos quidem viderim: atque ita edidit Faernus: neque quidquam mutandum; aptissime enim cohærent hæc: *familias abripuerunt, pecus abegerunt*, &c. *matresfamilias autem abripuerunt*, quod ajunt quidam in quibusdam codicibus reperiri, non convenit. Infra non longe, ubi libri omnes habent, *Iovis Velsuri*, probabilis est Adr. Turnebi conjectura existimantis, legendum, *Iovis Vrii*. Itaque eum sequor. LAMBINVS. Infelix erat Turnebi conjectura, non MSi lectio, *matres familias*. Primus Manut. recte *abduxerunt*, primus Lamb. *abripuerunt*: antea, *adduxerunt*, *adripuerunt*. Meudum prius Britann. etiam quatuor, alterum tres continent GAR.

Iovis Velsuri) *Iupiter Velsurius* quis, nondum legi quod sciam. De *Vrio* dixi in Verrin. sed nihil ad istum. HOTTOM. *A te Iovis Vrii fanum*) Ortum a conjectura Turnebi, quam firmat egregie lib. XXI. d. cap. 15. alludit Pal. sec. in quo *Suvii*: nam pr. *vel Suri* vocibus divisis: vulgata, *Versuri*. GRVTERVS. Confer Ind. Hist. Ernesti, & Antiquit. Asiat. Chishulli p. 59. & seqq. Britannici quoque omnes cum Erfurt. Pith. & Pal. pr. *Iovis vel Iuri*. Cum scriptum, ut solebat, esset *Iovis Vri*, duplicata primum fuit littera s, deinde ad veram lectionem adjecta varietas, præposita ejus facti indice particula *vel*. Tum ejecta voce *Vri* remansit *vel Suri*: quod monstrum denique hoc peperit *Velsuri*, aut, quemodo in priore Ven. *ouisuri*. GARAT.

Tua scelera dii immortales in nostros milites expiaverunt) Dii immortales pestem immiserunt in nostrum exercitum, ut tua scelera expiarent. Pro Milone: *Eum cujus supplicio Senatus solemnes religiones expiandas sæpe censuit*. Propertius:

Nam quid Medeæ referam quo tempore matris
Iram natorum cæde piavit Amor.

Maro 6. Æneidos:

Nam tua finitimi longe lateque per urbes
Prodigiis acti cælestibus ossa piabunt.

Id est, pœnis & suppliciis, quasi piaculo quodam satiabunt. ABRAM. Hujus integritate loci non est contentus Ernestus, legendumque conjicit: *quæ scelera, dii immortales! in nostros milites expetiverunt*. Vide ad c. 3. de Prov. Cons. Sed primum *tua* defendit anaphora quædam: convenit enim superioribus, *idemque tu*; *a te Iovis Vrii*. Deinde recensio illa criminum, quæ consequitur, *dubitabat nemo, quin &c.* etsi non excludit connectentem formulam, *quæ scelera*, tamen sine libris *tua* mutare vetat, quo in verbo major etiam inesse vis mihi videtur; siquidem directa est vehementior, quam obliqua, petitio. Reliqua vero ita se habent, ut meliora non videantur optanda. Nonne *scelera expiari* recte dicuntur? talia præsertim, quorum pœnas deos expetere maxime conveniebat? Iam vero morbi pœnam inflixisse quinam, nisi dii, putentur? Optime igitur, *tua scelera dii immortales expiaverunt*.

Illud

Digitized by Google

mo, quin violati hospites, legati necati, pacati, atque socii nefario bello lacessiti, fana vexata, hanc tantam efficerent vastitatem. Cognoscis ex particula parva

illud superest, in quo potissimum summus vir offendebat, *in nostros milites*. At quod militum pœna, damno, malo, atque adeo interitu expiatum fuit, cur non recte *in milites* expiatum fuisse dicatur? ego certe non dubito, quin abunde hanc locutionem analogia defendat. GAR.

Violati hospites) Utitur verbo violandi, quod hospites res augusta & prope ad divinitatem accedens esse videatur: ut 11. Æneidos:

> —— *cælestia corpora demens*
> *Appetii, & Veneris violavi vulnere dextram.*
> *Quicunque Iliacos ferro violavimus agros*
> *Hoc quicunque sacrum violaris vulnere corpus.*

Hoc igitur, ut dixi, emphatice verbum usurpat, quod nescio quam in hospitibus divinitatem agnoscerent, & Iovem hospitibus putarent præsidere: hinc illud Maronis:

> *Iuppiter, hospitibus nam te dare jura loquuntur*, &c.

Homerus apud Herodotum in ipsius vita:

> Ἠΐδεσθε Ζηνὸς ξενίου ξενίην τε τράπεζαν.
> *Læsit Iovem hospitalem, & hospitalem mensam.*

Paulo post:

> Αἰδεῖσθε ξενίοιο Διὸς σέβας ὑψιμέδοντος,
> Δεινὴ γὰρ μετόπισθε ξενίου Διὸς, ὅς κ' ἀλίτηται.
> *Vos teneat magni reverentia magna Tonantis,*
> *Hospitibus quem sancta suis dare jura loquuntur.*
> *Est gravis ira Iovis, si quis violaverit almi*
> *Hospitii leges.*

Noster pro Dejotaro: *Iovis illius quidem hospitalis numen nunquam celare potuisset*. Hinc est, quod antiqui tanta reverentia sunt hospites prosecuti: ut 14. Odysseæ Eumæus versu 56. Sed aliam reddunt Antinoo alii proci rationem, eamque pulcherrimam 17. Odysseæ versu 454. Quinam autem Dii hospitibus præsiderent, liquet ex Pausania in Laconicis: Ἔστι καὶ Ζεὺς ξένιος, καὶ Ἀθηνᾶ ξενία. *Est Iuppiter hospitalis, & Minerva hospitalis*. Adde *Venerem hospitalem*, cujus Noster meminit in Cæliana. Inde est quod Iovem & Mercurium ad Lycaonem, item ad Philemonem, & alios hospitum habitu divertisse fabulentur. Sed id ni fallor e scripturis divinis acceperant, in quibus Angeli tres ad Abraham, item ad Loth duo divertunt. Cum igitur tanta religio hospitalitatis esset, non mirum est, si hospitis nomine augeat Cicero facinoris atrocitatem: ut Horatius:

> *Illum & Parentis crediderim sui*
> *Fregisse cervicem, & penetralia*
> *Sparsisse nocturno cruore*
> *Hospitis.*

Et Noster pro Cælio: *Magnum crimen vel in legatis insidiandis, vel in servis ad hospitem Domini necandum sollicitandis*. ABRAM.

Legati necati) Legatos & præcones tanti faciebant, eos ut putarent ad Deorum majestatem accedere: quasi non magis ab hominibus, quam ab ipso Iove mitterentur. Sic Achilles Homericus 1. Iliados:

> Χαίρετε κήρυκες Διὸς ἄγγελοι, ἠδὲ καὶ ἀνδρῶν.
> *Præcones salvete, hominum magnique Tonantis*
> *Nuntii.*

Ex quo potest intelligi quanti sit sceleris, ut cum Statio loquar 2. Thebaidos:

> —— *Sanctum populis per secula nomen*
> *Legatum insidiis tacitoque invadere ferro*. IDEM.

Ex particula parva) Sic II. de Nat. Deor. 48. *pisciculi parvi*, & alia simillime: sic apud Isocratem ad Philipp. p. 303. T. I. ed. Batt. ἐν μικροῖς

parva scelerum, et crudelitatis tuæ genus universum. Quid avaritiæ, quæ criminibus infinitis implicata est, summam nunc explicem? Generatim ea, quæ maxime nota sunt, dicam. Nonne sestertium centies, et octo-

κεροις πολιχνιοις, και νησυδριοις, in parvis oppidulis, & insululis: denique ipsa hæc *parva particula* est III. de Orat. 28. & apud Vitruvium VIII. 4. Tamen fortasse verius prior Veneta, quæ orationem hanc ex codice non malo descripsit, *ex particula perparva*. Nonne similiter II. de Orat. 79. *tenuissimas particulas*? Nota hæc varietas Lambino fuit: sed has elegantes deminutionum formulas non magni faciebat, ut ostendit ad IV. in Verr. 43. ubi *litterulis minutis* ferre non potuit, quod vulgatæ huic est simile, cum tamen eodem cap. legatur, *duo sigilla perparvula*, quod magis deminuit, quam heic Venetæ lectio, eique proinde auctoritatem præbet locupletissimam. Sic jampridem viri docti contra Vallam in auctoribus optimis alia observarunt ejusmodi, & defenderunt. Est IV. Acad. 44. *aureolus libellus*, & III. de Nat. Deor. 17. *aureola oratiuncula*: quod imitatus Petronius cap. LXVII. *capsellam aureolam* dixit. Tum II. Tusc. 17. *contortulis quibusdam, ac minutis conclusiunculis*, III. ibid. 1. *parvulos igniculos*, II. de Nat. Deor. 57. *minima bestiola*, XII. ad Att. 27. *villula valde pusilla*, XVI. ibid. 11. *cerulas miniatulas*. Plautus etiam Rud. IV. 4. 125. *sicilicula argenteola*, & Cas. IV. 4. 19. *corpusculum mellitulum*: sic enim lego, ut olim edebatur, aut cum Guilielmio *molliculum*, non *melliculum*. Denique Val. Max. VIII. 8. ext. 1. *cum parvulis filiolis ludens*: Plinius XXXV. H. N. 10. *Cyclops dormiens in parvula tabella*, a Timante pictus: Arnobius lib. IV. p. 145. *formiculam parvulam*. Non solis Phaleuciis hæc venustas est relinquenda; quo in genere Catullus III. 18. *Flendo turgiduli rubent ocelli*: atque adeo mollioribus quibusque Lyricis, ut apud Diomed. p. 513. ed. Putsch. ex Septimio Sereno, *Animula miserula properiter obiit*. Vereor sane, ut satis diligentes heic fuerint, qui optimos codices contulerunt. Retineri similiter debuerat V. Parad. 2. illa veterum editionum, & Victorii lectio, *barbatulos mullulos*, quam ne Lamb. quidem submoverat, quamvis Grut. lectionem *mullos* ex MSo notarit. Garaton.

Quid avaritiæ, quæ criminibus infinitis implicata) Nimirum *radix omnium malorum cupiditas*. Unde, ut est apud Laertium, Diogenes Cynicus: *Την φιλαργυριαν ειπε μητροπολιν παντων των κακων. Avaritiam malorum omnium metropolim nominabat*. Siquidem, ut refert Aristoteles: *Των αδικηματων τα πλειςα συμβαινει σχεδον δια φιλοτιμιαν, και δια φιλοχρηματιαν τοις ανθρωποις. Pleraque facinora & sacrilegia, aut propter ambitionem, aut propter avaritiam mortalibus eveniunt*. Hæc nobilis philosophus 2. politic. cap. 7. Cato apud Gellium libro qui inscriptus est carmen de moribus: *Avaritiam omnia vitia habere putabant: sumptuosus, cupidus, elegans, vitiosus, irritus qui habebatur, is laudabatur*: ubi vocem *vitiosus* libenter expunxerim. Abram. Apud Priscianum hæc proferentem in ed. Putschii p. 863. legitur *implicita*. Sed moneo, codicem Prisciani Barberinum n. 1667. diserte *implicata* præbere, illumque optimum, & valde antiquum n. 1666. super I. eadem notatum manu habere A. Sic in Vatin. 1. *inconstantiam tuam cum levitate, tum etiam perjurio implicatam*: II. Phil. 32. *implicata inscientia impudentia est*: I. de Inv. 15. *difficilioribus ad cognoscendum negotiis causa implicata est*, ut quidem recte malebant Oudend. & Ernest. in eadem varietate, cum ibi sit multis in libris *implicita*. Garat.

Centies quadragies) Quingenta & quinquaginta millia Philippæum. Grav. Unde istud *quadragies*? equidem

octogies, quod, quasi Vasarii nomine, in venditione mei capitis adscripseras, ex ærario tibi attributum, Romæ in quæstu reliquisti? nonne cum CC. talenta tibi Apolloniatæ Romæ dedissent, ne pecunias creditas solverent, ultro Fufidium, equitem Romanum, hominem ornatissimum, creditorem debitoribus suis addixisti? nonne, hiberna cum Legato, Præfectoque tuo tradidisses, evertisti miseras funditus civitates, quæ non solum bonis sunt exhaustæ, sed etiam nefarias libidinum contumelias, turpitudinesque subierunt? Qui modus tibi fuit frumenti æstimandi? qui honorarii? si

---

dem nihil varietatis vidi, nisi *octogesies* in priore Ven. & uno Britann. Sed recte *centies*, *&* *octogies*, h. e. CCCCL. milia scutatorum, quæ in lectione imminuit Grævius, auxit autem interpretando. GAR.

Vasarii nomine) Apparet sic appellari solita, quæ magistratibus provinciam ituris ad eorum usus domesticos ex ærario adtribuebantur. Galli dicunt, *L' emmeublement*, ubi de legatis agitur. Cicero Verr. VI. paulo post initium, & nos ex Athenæo, Zonara, Lampridio quædam in eum locum notavimus. HOTTOM. *Vasarii nomine*) Prætextu illius apparatus, quo Proconsules, & præsides in provinciam exituri publicis sumptibus instruuntur. ABRAM.

In venditione mei capitis) Cum pactionem una cum Clodio fecisti, ut si tua cum illo consilia ad meam perniciem conjunxisses, tantum tibi ex ærario in sumtum exercitus adtribuerent. HOTTOM.

In quæstu) In fœnore. Idem quoque Verri objecit. IDEM.

Cum cc. talenta) Pal. Rec. *centum* solummodo agnoscit: & videtur satis fuisse ad corrumpendum hunc truncum, si modo satis. GRUT. Bic & Erfurt. & Pith. MSS. *C. talenta*. Ducenta talenta sunt duodecies centies mille Philippei, seu aurei. GRÆV. Prior Veneta omnibus litteris, *ducenta*. GAR.

Fufidium) Turnebus *Fufidium* recte: hæc enim Rom. familia est. Quint. Fufidium Tribunum militum secum habuit Cicero in Cilicia. HOTTOM. Ex meis editis soli Man. Gryph. Car. Steph. & repet. Lamb. habent *Fufidium*: ut jam multis editorum suffragiis Turnebi restitutio muniatur XXI. Adv. 19. quam & aliorum MSS tuentur, & Faërni; ut is monuit ad c. 2. & quatuor Britann. Vide Duker. ad Florum III. 21. 25. GAR.

Addixisti) Oratorie, cum debitores damnati creditoribus addicerentur nexi, dicit contra creditorem debitoribus addictum, quia milites ad ejus domum, ad hyberna missi sunt. HOTTOM.

Legato, præfectoque tuo tradidisses) *Tuo* adjeci ex Erfurtensi, & Pithœi codicibus. GRÆVIUS.

Qui modus tibi fuit frumenti æstimandi?) Quam moderationem servasti in frumento æstimando, & pecunia loco frumenti, quod æstimabatur, accipienda. Populus Romanus certum modum frumenti ad vectigal annuum ex provinciis colligebat: licebat tamen magistratibus frumentum æstimare, id est, loco frumenti certam pecuniam a provincialibus exigere, sive vectigal illud frumentarium ex æquo & bono in pecuniarium convertere: id liquet ex Ciceronis frumentaria: *Hæc æstimatio*, inquit, *nata est, judices, non ex Prætorum aut Consulum, sed ex aratorum atque civitatum commodo*. *Nemo enim* fuit

si quidem potest vi, et metu extortum honorarium nominari: quod cum peræque omnes, tum acerbissime Boeotii, et Byzantii, Cherronenses, Thessalonica sensit: unus tu dominus, unus æstimator, unus venditor, tota in provincia per triennium frumenti omnis fuisti.

36. Quid ego rerum capitalium quæstiones, reorum pactiones, redemptiones, acerbissimas damnationes, libi-

fuit initio tam impudens, qui cum frumentum deberetur, pecuniam posceret: certe hoc ab aratore primum est profectum, aut ab ea civitate cui imperabatur, cum aut frumentum vendidisset, aut servare vellet, aut in eum locum, quo Imperator, portare nollet, petivit in beneficii loco & gratiæ, ut sibi pro frumento, quanti frumentum esset, dare liceret. Et paulo ante: *Multos sæpe viros bonos & fortes, & innocentes, cum aratoribus, & cum civitatibus frumentum, in cellam quod sumi oporteret, æstimasse, & pecuniam pro frumento abstulisse.* Item: *Secuti sunt avariores magistratus, &c. instituerunt semper ad ultima ac difficillima loca apportandum frumentum imperare, ut vecturæ difficultate, ad quam vellent, æstimationem pervenirent.* ABRAM.

Honorarii) De hoc nusquam in Verrinis fit mentio: patet autem provinciales gratis dedisse Prætoribus in cellam. HOTTOM. *Honorarii*) Frumenti quod honoris caussa præsidibus dari consuevit. ABRAM. Frumentum *honorarium* idem esse, quod *in cellam* dicitur in Verrinis, recte censet Rebestus. GAR.

Peræque omnes) Nescio, unde repetitores Lambiniani sumpserint, *pleræque omnes*, cum ipse Lamb. cum ceteris meis editis optime hanc vulgatam servarit. IDEM.

Rerum capitalium quæstiones) De capite provincialium non justitiæ, sed solius lucri caussa constitutas. Contra legem Iuliam de repetundis D. lib. 38. tit. 11. hæc Marci Iurisconsulti verba referuntur: *Lex Iulia de repetundis præcipit, ne quis ob judicem, arbitrumve dandum, mutandum, jubendumve, ut judicet; neve ob hominem in vincla publica conjiciendum, vinciendum, vincirique jubendum, exve vinculis dimittendum, neve quis ob hominem condemnandum absolvendumve, neve ob litem æstimandam, judiciumve capitis pecuniæve faciendum, vel non faciendum, aliquid acceperit.* Hæc Macer. ABR.

Reorum pactiones) Quas videlicet cum reis inierat Piso, & ab iis se mercede corrumpi permiserat, & redemptiones quibus illi a Pisone incolumitatem suam redemerant. Præclare Plutarchus in politicis hujus sceleris atrocitatem ostendit: *Quædam templa reperias, in quæ qui ingrediuntur, aurum foris relinquunt, in nullum autem, ut verbo rem absolvam, ferrum infertur. Quandoquidem vero tribunal commune templum est Iovis Consiliarii, & urbani, & Themidis, & justitiæ, inde avaritiam & pecuniæ cupiditatem, tanquam ferrum & rubiginosum animæ morbum exuens, in mensas campsorum, & fœneratorum procul amanda.* Idem de Iside, & Osiride: *Thebis imagines erant judicum sine manibus, Prætoris autem, oculis connivebat, quod justitia nec muneribus corrumpatur, nec precibus ad miserationem flectatur.* Ælianus libro 14. cap. 3. Quæsitorem sive judicii præsidem refert apud Ægyptios habuisse *Signum e collo suspensum e sapphiro: idque signum veritas dicebatur, judices vero sacerdotes erant.* Vide ut Iustitia Chrysippi penicillo depingatur apud Aulum Gellium cap. 4. libri 14. noctium Atticarum. ID.

Redemptiones) Cum se pecunia a calumniis redimerent. HOTTOM.

Acerbissimas damnationes) Eorum, quos ab accusatoribus mercede condu-

Digitized by Google

bidinosissimas liberationes proferam? tantum locum aliquem cum mihi notum senseris, tecum ipse licebit, quot in eo genere, et quanta sint crimina, recordere. Quid? illam armorum officinam ecquid recordaris, cum omni totius provinciæ pecore compulso, pellium nomine omnem quæstum illum domesticum, paternumque renovasti? videras enim grandis jam puer, bello Italico, repleri quæstu vestram domum, cum pater armis faciendis tuus præfuisset: quid? ve-

ductus, sive, ut verius dicam, corruptus inaudita caussa damnaverat. ABRAM.

Libidinosissimas liberationes) Eorum, quos, ad suam libidinem judicia disponens, contra justitiam absolverat. IDEM. Non hæc intelligit Abramius. Libidinosissimæ liberationes, quæ non fiunt secundum fas & æquum, sed pro partium studio, quia judex illi favet & contra leges reum absolvit. Sic aliis in locis apud nostrum, *libidinosi judices*, *testes*, *libidinosæ sententiæ*, ut alibi notavimus. GRÆVIUS.

Locum aliquem cum mihi notum senseris) Libri sane quam boni, Erfurt. Faerniani, & prior Ven. *notum esse senseris*, idque recepit Lambinus. Sed istius adjectio verbi hujusmodi in locis mihi suspecta semper est. Pro *esse* habent *est* omnes Britann. qui mox pro *recordere* mendose dant *recordare* (ut Erf. & mei ante Ald. editi) uno excepto, in quo *recordari*. *Locus* autem significat caput, & genus, ad quod plura flagitiosa facta referuntur, vel quod plura ejusmodi facta continet. Nam, ne singillatim unumquodque persequatur, capita tantum attingit, ut pelles, portoria, centuriatus. Si autem ad crimina Pisonis universa *locum* referas, est genus, & pars, quæ simul cum aliis compluribus totam illam summam efficit; de qua notione vide Ind. Ernesti. Nam utrumque verum est: locus & ipse pars est universi cujusdam generis, & plures minutiores partes habere potest, in quas dividatur. GAR.

Pecore compulso) Coacto, & unum in locum congregato. ABRAM.

Pellium nomine) Turnebus admonuit, ad tentoria, & papiliones hoc pertinere; non enim conquisitas pelles ad arma facienda significat, sed potius ad officinam tegendam, in qua arma fierent. Servius tamen in illud Georg. *Usum in castrorum & miseris velamina nautis*: *In usum*, inquit, *castrorum ideo dixit, & quia de ciliciis poliuntur loricæ, & teguntur tabulata turrium*. De *pellibus* autem vide quid notavi in Cæsar. Comment. & in sup. orat. ad vocem *Sub pellibus*. HOTT. *Pellium nomine*) Prætextu pellium, ad loricas, clypeos, papiliones faciendos: qua ratione tantum lucratus est, quantum pater fuerat ante lucratus. ABR. Recte: tamen vide V. L. ut intelligas lacunæ justam esse suspicionem. Sane potest aliquid desiderari, quod spectet ad metalla faciendis armis necessaria. Veteres edd. distinguunt post v. *nomine*, ac mendose habent *marmorum* pro *armorum*, in quo duo etiam Britannici peccant. GAR.

Videras enim) Ab avaritia, & sordibus paternis in Pisonem derivat infamiam: quemadmodum, & patrem Pisonis, in orationis initio, *Cæsonium hominis furacissimi filium* nominarat. ABRAM.

Bello Italico) Marsico sive sociali, quod post mortem Livii Drusi concitatum est populis Italicis petentibus jus suffragiorum & civitatis. IDEM.

Armis faciendis tuus præfuisset) Fuisse

vectigalem provinciam, singulis rebus, quæcumque veniret, certo portorio imposito, servis tuis publicanis a te factam esse meministi? Quid? centuriatus palam ven-

... fabricensis, sive fabrorum præfectus. Idem.

Vectigalem provinciam) Cum esset libera, & immunis, eam vectigalem fecisti. Hott.

Certo portorio) Portorium erat vectigal, quod ex importatione, & exportatione mercium exigebant. Noster libro 2. in Verrem: *Erat ratio scripta mensium complurium, rerum exportatarum ipsius nomine sine portorio*: hinc 2. ad Atticum ep. 16. *circumvectionis portorium* nominatur. Paulo ante: *Portoriis Italiæ sublatis, agro Campano diviso, quod vectigal superest domesticum præter vicesimam?* Pro Flacco: *Mirandum vero est homines eos, quibus odio sunt nostræ secures, nomen acerbitati, scriptura, decumæ, portorium morti, libenter arripere facultatem lædendi quæcunque detur*. Græcis *εισαγωγικον και εξαγωγικον*. Portitor in glossariis *τελωνης*, ubi, ut notat Lipsius, portorium *τελος πυλης*, id est, *vectigal in porta*. Am.

Servis tuis) Quos quasi publicanos habebas in provincia. Cicero Verr. v. *Hæc æquitas in tuo imperio fuit, ut servos Venerios Siculorum dominos esse velles; ut aratores in servorum numero essent, servi in publicanorum*. Putavi aliquando legendum, *Servis tuis publicis*, quos scilicet in portubus ad exigenda portoria collocabat? ut cum in eadem Verr. dixit, *Cur hoc auctore non Romæ servi publici ad vectigalia accedant*. Hott.

Centuriatus venditos) Puto me aliquid dixisse in epistolam ad Q. frat. Idem. *Centuriatus*) Libenter legerim, *Centurionatus*. Tacitus primo annalium: *Centurionatum Germanicus inde egit*. Festus citat Catonem in ea quam habuit apud equites: *Majores seorsum, atque diversum pretium paravere bonis atque strenuis, Decurionatus, Optionatus, hastas donaticas, aliosque honores*. Optio centurionis accensus. Ceterum noster Pisonem merito reprehendit quod pretio centurionatum addixit, quem milites apud alios sibi virtute pariebant. Polybius libro 6. *Eligunt ordinum ductores secundum virtutem decem*: quod ut de centurionibus dictum intelligas, subjungit apud Romanos: *τους ηγεμονας κεντυριωνας και ταξιαρχους*, *Duces, Centuriones & ordinum ductores* nuncupari. Livius libro 40. *In legione prima primipilum ei virtutis caussa assignarunt*. Lucianus libro 6. de Scæva:

— ibi sanguine multo
Promotus Latiam longo gerit ordine vitem.

Neque solum centurionatum virtutis caussa tribuebant, sed etiam centuriones ab inferioribus gradibus ad primum pilum & summos ordines promovebant: utar exemplis, quæ noster Valtrinus erudite collegit. Cæsar lib. 5. *Erant in ea legione fortissimi viri centuriones, qui jam primis ordinibus appropinquarent*. Et lib. 6. *Centuriones nonnulli ex inferioribus ordinibus reliquarum legionum, caussa virtutis in superiores erant ordines hujus legionis traducti*. Et libro primo belli civilis: *Quintus Fulginius propter eximiam virtutem ex inferioribus ad primum hastatum pervenerat*. Et libro tertio ejusdem: *Cæsar Scævam ob octavis ordinibus ad primipilum se traducere pronuntiavit*: huc spectant & illa Lucani:

— summi tum munera pili
Lælius, emeritique gerens insignia doni,
Servati civis referentem præmia quercum.

Notat tamen Iustus Lipsius secutis temporibus aditum ad hos honores non soli virtuti, sed etiam gratiæ patuisse: unde Vegetius libro 2. de re militari de suo ævo queritur: *Legionum robur infractum, cum præmia virtutis occuparet ambitio, & per gratiam promoverentur milites, qui promoveri consueverant per laborem*. Plinius de amico

Digitized by Google

venditos? quid? per tuum servulum ordines assignatos? quid? stipendium militibus per omnes annos a civitatibus, mensis palam propositis, esse numeratum? quid illa in Pontum profectio, et conatus tuus? quid debilitatio, atque abjectio animi tui, Macedonia prætoria nuntiata, cum tu non solum, quod tibi succede-

amico quodam libro 6. epist. 25. *huic ego ordines impetraveram*. Capitolinus, *Per Lollianum Consularem virum ordinis ducendi potestatem petiit*: nec alia mente Iuvenalis:

—— perlege rubras
Majorum leges, aut vitem posce libello.

Sed vide apud laudatos auctores cetera ad centuriones spectantia: nobis pauca ad rem libare satius est, quam in rem multa conglobare: quod meum institutum in reliquis servare conabor. ABRAM. Male corrigitur *centurionatus*: cum *centuriatus* sit præfectura centuriæ, quæ vox etiam apud Livium occurrit: sed *centurionatum agere*, est centuriones recognoscere, ut dudum viri docti ostenderunt. GRAV.

Per tuum servulum ordines assignatos) Ordines assignare fuit Tribuni militum. Polybius libro 6. *Tribuni vero Romæ*, &c. Vide Lipsium cap. 1. lib. 2. de militia. Usitata loquendi formula. Livius lib. 42. *Consul deprecatus est Tribunos plebis, ne prohibeant, si quem cuique ordinem assignari e republica sit, eum assignare*: & statim post Sp. Ligustinus ita loquens inducitur: *Virtutis caussa mihi Tit. Quintius Flamininus decumum ordinem hastatum assignavit*. Mox de M. Porcio Catone loquens: *Hic me Imperator dignum judicavit, cui primum hastatum prioris centuriæ assignaret*. Rursus: *A Marco Acilio mihi primus princeps prioris centuriæ est assignatus*. Subdit Livius: *Ei ex auctoritate Senatus gratiæ actæ, tribunique militares in legione prima primum pilum virtutis caussa ei assignarunt*: &, ne te morer, alibi sæpissime. ABRAM.

Mensis palam propositis) *Mensis* argentariorum, quas civitates publice in foris & locis publicis collocabant, ut militibus stipendium adnumerarent. HOTT. *Quid? stipendium, &c. mensis palam propositis*) Stipendium pendebatur ex ærario: Piso ut illam pecuniam, quam ex ærario stipendii nomine capiebat, in suum usum converteret, jubebat a civitatibus stipendium numerari: factum amplificat a duobus. 1. Quod non semel, sed per omnes annos id fecerit. 2. Quod palam & mensis propositis in oculis totius provinciæ. ABR.

Esse numeratum?) Delenti mihi verbum *esse* adstipulatur Ernestus. GARAT.

Quid illa in Pontum profectio) Res obscura est, & nullis antiquitatis impressa vestigiis: videtur Piso pecuniis Barbarorum inhians in Pontum impressionem fecisse: & inde fuisse depulsum; unde & conatus potius, quam bellum illatum nominatur. ABRAM.

Quid debilitatio atque abjectio animi tui) Hoc non videtur admodum ad avaritiam pertinere, nisi si dicamus ægre tulisse Pisonem, & animo debilitatum fuisse, cum audiret successorem sibi esse destinatum, quod videret hoc pacto furtorum & rapinarum occasionem sibi esse præreptam, quam abjectionem animi ab invidia Pisonis in Gabinium auget, quo vitio nihil abjectius. IDEM.

Macedonia prætoria nuntiata) Cum tibi nuntiatum est, Macedoniam quam proconsulari imperio tenebas, prætoriam esse factam, ut statim prætores anni illius in eam proficiscerentur. Eo pertinebat sup. oratio de Provinciis Consularibus, patetque hoc ex loco de solo Pisone eam sententiam obtinuisse. HOTTOM. Superiore anno, Marcellino, & Philippo Coss.

Digitized by Google

deretur, sed quod Gabinio non succederetur, exsanguis, et mortuus concidisti? quid Quæstor ædilicius rejectus? præpositus Legatorum tuorum optimus abs te quis-

Coss. Prætoria facta est Macedonia, quo eodem anno Præturam gerebat Q. Ancharius, ut constat ex c. 53. pro Sext. Neque enim potest ibi designatorum fieri mentio, tum quia mense Martio illius anni pro Sextio dicebat Tullius, tum quia hujus alterius anni Prætores a novis Coss. propter interregnum renunciati fuerunt, ut notum est vel ex uno Dione XXXIX. 32. Ancharius, qui Pisoni successit, ut mox dicitur, de more in Macedoniam est hoc anno profectus, Pompejo, & Crasso iterum Coss. qui Proconsul appellatur XIII. ad Div. 40. ut ii, de quibus ad III. in Verr. 91. Gar.

Quæstor ædilitius rejectus) Rejecisti quæstorem, qui ædilis fuerat, prætulisti ei unum ex legatis tuis omnium turpissimum: & eum tibi quæstorem esse quam illum ædilitium maluisti. Etsi autem sorte quæstores obveniebant, tamen si grati proconsulibus non essent, rejici facile poterant. Hottom. *Quæstor ædilitius rejectus*) Nihil variant nostri. Guilielmius legebat *ædilitiis rejectis*. Gruter. *Quid? Quæstor ædilitius rejectus*) Ter peccavit, & quod Quæstorem populi suffragiis creatum, & sortitione sibi attributum rejecerit, & quod eum rejecerit, qui jam in ædilitate suam probaverat industriam, & quod eum rejecerit, cui secundum majorum consuetudinem patris loco esse debuisset. De necessitudine Prætoris, & Quæstoris, quam Piso violarat, illud in eadem Divinatione notatu dignissimum: *Sic enim a majoribus nostris accepimus Prætorem Quæstori suo parentis loco esse oportere: nullam neque justiorem, neque graviorem caussam necessitudinis posse reperiri, quam conjunctionem sortis, quam provinciæ, quam officii, quam publicam muneris societatem*. Vide & in Plancianam, & epist. 10. libri 13. ad familiares. Abram.

Præpositus legatorum tuorum turpissimus? optimus abs te quisque violatus) In nullo libro est dictio *turpissimus*. Faernus. *Præpositus legatorum tuorum optimus, &c.*) Ita nostri: nam vulgati amplius, *tuorum turpissimus, optimus*; quæ vox ne quidem in libris alicujus vetustatis. Grut. Scripturam, quam ex suis asseruit Gruterus, probat etiam Erfurt. & Francii Græv. Sic dedere antiquos secuti codices Gruterus, & Grævius. Omnino facilioris est explicatus id, quod Lamb. proposuit, atque utinam in aliqua vetere membrana invenisset! *Quid Quæstor Ædilicius rejectus? præpositus homo turpissimus? Legatorum tuorum optimus &c.* Ediderant alii: *Quid Q. Æd. rejectus? præpositus Legatorum tuorum turpissimus? optimus abs te quisque violatus?* At accidit perincommode, quod *turpissimus* in nullo est veteri libro. Abesse debuerat quoque *præpositus*: libera flueret oratio, quæ ad hanc vocem adhærescit. Anonymus *in ed. Olivet.* Locus confractus. Vocem *turpissimus* princeps, quod sciam, Nauger. adjecit: imo in priore Ven. deest etiam *Quæstor*. Necessariam tamen vocem illam esse Lamb. intellexit, qui libros Faerni contra morem contemnens, Naugerio adhæsit cum Manutio, & ceteris ætatis suæ. Vellem de Memmii codicibus aliquid adnotasset: sed tamen a Pithœi cod. adjectionem illam firmari, silentium hominis indicat, cum in vulgatis eo tempore illa circumferretur. Quis autem ingenio Naugerii, non ejus MSis adtribuendam præstet? Quidquid sit, non video, cur sententiæ damno codicum multitudinem tueamur. Ego sane Naugerium sequar, donec veriora proferantur. Nam quod Lambinum proposuisse ait Anonymus, id aliis nescio quibus tribuit Lamb. in marg. idque si quando in MSis invenietur, Naugerii fidem satis comprobabit. Quin

quisque violatus? Tribuni militum non recepti? M. Bæbius, vir fortis, interfectus jussu tuo? Quid, quod tu toties diffidens, ac desperans rebus tuis in sordibus, lamentis, luctuque jacuisti? quod populari illi sacerdoti sexcentos ad bestias amicos, sociosque misisti? quid, quod, cum sustentare vix posses mærorem tuum,

Quin hominem quemdam nequam inter Legatos haberet Piso, dubitare non sinunt, quæ leguntur c. 35. *hiberna cum Legato, Præfectoque tuo tradidisses, evertisti miseras funditus civitates, &c.* Confer quæ c. 3. de Prov. Conf. narrantur de vexatione Byzantii: quo Piso *cohortes in hiberna misit: his præposuit, quos putavit fore diligentissimos satellites scelerum, ministros cupiditatum suarum.* Hunc itaque Legatum *turpissimum*, quem Piso, sive decedens e provincia, ut vult Manutius, sive in ipso Quæstorio munere præposuerit, jam habemus. Nomen ignotum est: neque enim C. Virgilius esse potest, qui c. 23. præteritur, ubi L. Flaccus, & Q. Marcius Legati Pisonis, viri optimi, laudantur, & Pisoni obviam non venisse dicuntur; cum simile illius elogium sit, atque adeo in illa ipsa direptione Byzantii per Legatum, Præfectumque confecta, de Prov. Conf. 4. *nisi C. Virgilius, Legatus, vir fortis, & innocens intervenisset, unum signum Byzantii ex maximo numero nullum haberent.* Hic igitur, si Pisonis Legatus fuit, optimis est adnumerandus, de quibus & h. l. & c. 40. *Legati, qui una fuere, alienati*, & iterum c. 41. Naugerianam lectionem præterit Mencken. in Obs. L. L. p. 779. quem immerito in hoc loco hæsitantem vide. Ait quidem, fortasse melius id esse, quod in Lamb. tantum margine esse dixi, quam quod habet Grævius. Sed hoc absurdum, id etiam sine v. *homo*, ut a Naug. disponitur, bonum esse non vidit. Gar.

ASCONIUS.

Circa vers. a noviss. cc. *Quod populari illi sacerdoti sexcentos ad bestias amicos, sociosque, stipendiariosque misisti*) Manifestum est, P. Clodium significari.

VARIORUM.

Tribuni militum non recepti) Non admissi a te, qui a populo fuerant Tribuni militum constituti. Vide Lipsium dial. 9. lib. 2. Abr. Ita quidem tum alii passim, tum Cicero, imo etiam infra c. 40. ubi nihil variatur, nisi quod Rom. sec. Ven. & Ald. per compendium *Tr. Mil.* Sed c. 41. diserte, ac sine varietate, *Tribuni militares*: item I. Act. in Verr. 10: pro Mil. 4. & de Senect. 10. ubi vide Grævium, VII. Philip. 6. &c. Quod cum hoc etiam loco exstet in codd. Erfurt. ac Pith. & in priore Ven. præferri, si quis velit, non immerito poterit. Gar.

Amicos sociosque) Male hic Abramius. Amici sunt, qui suis legibus utuntur, & tantum fœdere nobis sunt juncti, ut multi erant amici reges, populi, urbes: sed socii honestiore vocabulo dicebantur etiam ipsi provinciales homines, ad servitutem, quam iis imposuerant Romani, molli vocabulo leniendam. Male quoque Manutius distinguit inter stipendiarios, & vectigales, cum iidem sint tributitii, vectigales, & stipendiarii, quod multis doceri posset, si quis de hac re nunc dubitaret. Græv. Cur non recipitur egregia illa, quam codex Asconii offert, additio, *stipendiariosque*? Infra c. 41. *quem socii, quem fœderati, quem liberi populi, quem stipendiarii &c. omni cruciatu dignissimum putant.* Manutius, quamvis anno MDXLI. eam non admiserit, tamen in adnotationibus XX. post annos conscriptis ita probat, & explicat, ut nullum sit omnino dubium, quin recipiendum censuerit, ejusque voluntatem Aldus filius, cum de-

Digitized by Google

tuum, doloremque decessionis, Samothraciam te primum, post inde Thasum cum tuis teneris saltatoribus, et cum Autobulo, Athamante, et Timocle, formosis fratribus contulisti? quid, quod, cum inde te recipiens, in villa Euchadiæ, quæ fuit uxor Exegisti, jacuisti mærens aliquot dies; atque inde obsoletus Thessalonicam, omnibus inscientibus, noctuque venisti?

debuerit, non est secutus. *Vectigales* autem populi, ac *stipendiarii* confundebantur, ut notavimus ad c. 9. pro Balbo: nihilo tamen minus propria, & vera est inter eos distinctio, ut cum viris doctissimis compluribus recte statuit celeb. Ernestus in Ind. quem vide. Gar.

Ad bestias) Significat missos, qui cum bestiis pugnarent, in iis ludis, quos P. Clodii amici ac socii populo praeberent. Bestiæ sane Romam ad amicos in eorum ludos mittebantur: sed hoc criminis loco non posuisset. Hotton.

Samothraciam te primum, post inde Thasum) Recte in libro Turnebi, *Thasum*. Dionysius, ωγυγιην Θασον ἀμφοτερος αυτη ἱμβρος, θρηικη τε σαμος, κορυβαντιον αστυ. Idem. *Samothraciam te primum, post inde Thasum*) Vocula *post* nunc primum accedit Ciceroni ex Turing. & Pal sec. Gruter. *Post* est quoque in Pithœano & Francis. Samothracia nostra ætate *Samandrichi* dicta. Grav. Voculam *post* una ex omnibus prior Veneta egregie servabat. *Thasum* primus Lamb. adscivit, & in libris optimis repertum confido: nam Turnebus quidem de conjectura emendabat, eaque certissima. Britann. etiam omnes *Thersum*: at unus eorum *post* agnoscit, & firmat. Gar.

Cum tuis teneris saltatoribus) Hinc Pisonem reprehendit, quod fallendi doloris caussa remedia parum virilia, & honesta conquireret, & saltatoribus teneris, & in muliebrem mollitiem fractis uteretur. Abr.

In villa Leucadiæ, quæ fuit uxor Execisti) Sic lego. Faernus, *in villa Euchadiæ, quæ fuit uxor Exegisti*. Adr. Turnebus, *in villa Leucadiæ, quæ fuit uxoris Ægisti*. Execistos autem reperio in Græcorum libris: exempli caussa apud Demosthenem, oratione κατα Τιμοκρατους, Εχεκεστος, nusquam. Ægisti nomen nimis est a scriptura antiqua remotum. Paullo ante, ubi operæ olim *Thersum* impresserunt, legendum *Thasum*. Lamb. *Quæ fuit uxor Exegisti*) Turnebus Adversar. xxi. 15 emendat *in villa Leucadiæ, quæ fuit uxoris Ægisti*. Grav. Conjecturam Turnebi temere Lallem. recepit. Aliam hic locus medicinam postulat. Nescio, unde in Gryphianas istud irrepserit, *quid, quod, cum inde*; quod neque Lamb. adoptare neque Grut. retinere debuit, neque recentiores ab eo sumere, cum ea re syntaxis mirifice perturbetur. Reliqui mei editi *quod* non agnoscunt, habentque, *quid, cum inde*: sed vide adnot. seq. Prior Ven. non sine mendis exhibet: *quid, cum inde te recipiens in villam Euchadiæ, quæ fuit uxor, exegisti mœrens aliquot dies, inde obsoletus &c.* Lambini est conjectura probabilis de Græco viri nomine; modo scribas *Execesti*: est enim nomen medici Εξηκεστος apud Demosthenem π. παραπρεσβ. p. 379. Reisk. item Lampsaceni cujusdam in Aristocr. p. 666. 667. Notum etiam nomen Εξηκεστιδου, qui pater Solonis fuit. Sed præstat locum intactum relinquere, quam cum Baudelotio nugari, qui Tomo III. Monum. Acad. Inscript. t Paris. p. 265. 267. fabellam quamdam commentus est de saltatricula Eucharide, eademque hujus L. Pisonis uxore. Quæ supra Cicero c. 8. extr. de Gabinio Cos. Pisonis collega dixit, quis *saltatricem*

som-

sti? qui cum concursum plorantium, ac tempestatem querelarum ferre non posses, in oppidum devium Berœam profugisti: quo in oppido cum tibi spe falsa, quod Q. Ancharium non esse successurum putares, animos rumor inflasset; quo te modo ad tuam intemperantiam, scelerate, innovasti?

37.

sponsam contumeliæ causa eum hominem appellat, ea Baudelotius ad suam illam Eucharidem transtulit, eamdemque ita in hunc locum intulit, ut exinde justùm ejus cum Pisone connubium, & quo decesserit annus appareat. Sic enim emendat: *quid, quod cum inde te recipiens in villam, Eucharide, quæ fuit uxor, extinctu jacuisti &c.* Sic autem interpretatur: *apres la mort d'Eucharis, qui estoit ta femme, tu te retiras a la campagne.* Hæc ego si refutem, injuriam lectori faciam. GARAT.

Qui cum concursum) Durum hoc videtur Ernesto, & pro *qui* suspicatur *ubi*, vel *ibi* fuisse. Mirabar ego jampridem potius, cur anaphora extremo loco desereretur. Sed in mentem restitutio non venerat, quam nunc apertam, & facilem nova inquisitio demonstrat. *Quid* omitti cœpit quarto ab hinc membro, *quod populari*: ubi unus Britann. *quid populari*. Statim redit in iis, *quid, quod, cum sustentare*: sed ibi optimi codices Erfurt. ac Pith. mendose *quod* omittunt, item unus Brit. & prior Ven. in quibus e glossa *tum* addito legitur, *quid tum, cum*. Sequitur, *quid, cum inde*, in editis ante Gryph. ut vidimus, & in omnibus Britann. ubi *cum* stare non potest, & *quod* aliquo modo adsit, oportet. Heic denique unus Brit. *quid cum concursu*: & in Lamb. margine, quod initio me fugerat, alios nescio quos habere *quod* adnotatur: quam id recte, jam nunc ex diligenti varietatum observatione magis apparet. Omnino librarii repetere *quid* voluerunt omnibus locis, neque id scite ante *quod* fecisse videntur, ut poterant, sed ipso *quod* excluso, omnique oratione valde turbata. Restituendum itaque censeo: *quod populari* —— *quod, cum sustentare* —— *quod inde te recipiens* —— *quod, cum concursum* —— *profugisti*. IDEM.

In oppidum devium Berœam profugisti) Sic Pal. sec. atque Erf. prius editi, *perfugisti*, GRUT. *In oppidum devium Berœam profugisti*) Fuit ante Berœa urbs Macedoniæ, de qua & Lucianus. Berœam Macedoniæ celebrem etiam fuisse tradit Lucianus in suo asino elegantiore quam castiore: ερχομεθα ες πολιν της Μακεδονιας Βεροιαν μεγαλην και πολυανθρωπον. *Imus in urbem Macedoniæ Berœam magnam, & hominibus affluentem*: & Marcianus Heracleotes lib. de situ orbis:

> Εν τη μεσογειω δ' εισι μεν πολλαι πολεις.
> Η' Πελλα και Βερροια δ' επιφανεσαται.
> *Urbesque mediterraneo sunt plurimæ,*
> *Berrhœa nempe, Pellaque illustrissimæ.* ABR.

Mitto aurum coronarium) Ea de caussa nonnulli provinciarum præsides se triumphaturos esse simulabant, ut ab amicis fœderatisque civitatibus aurum coronarium ipsis triumphi nomine mitteretur; quorum effrænatam cupiditatem ut coerceret Iulius Cæsar in suo primo Consulatu, lege Iulia de repetundis sanxit, ne quis aurum coronarium sibi triumphi nomine missum prius admitteret, quam decretus fuisset triumphus a Senatu. Piso igitur cum & fœderatarum civitatum pecuniis inhiaret, nec tamen videri vellet legem Iuliam violasse, aurum coronarium alio nomine appellabat, nomenque non rem mutabat. Gellius libro 5. cap. 6. *Triumphales coronæ sunt aureæ, quæ Imperatoribus ad honorem triumphi mit-*

Digitized by Google

37. Mitto aurum coronarium, quod te diutissime torsit, cum modo velles, modo nolles: lex enim generi tui et decerni, et accipere vetabat, nisi decreto triumpho. In quo tu, accepta tamen, et devorata pecunia, ut in Achæorum centum talentis, evomere non pot-

mittuntur: Id vulgo dicitur aurum coronarium: hæ antiquitus e lauro erant, post fieri ex auro cœptæ. De hoc auro etiam Appianus in Libycis: *Deinde aurum, & argentum factum infectumque, & si quid aliud ejusmodi, & coronæ quibus Imperatorem ornant civitates, aut exercitus*. Hanc consuetudinem invenio apud Græcos etiam in usu fuisse. Polyænus lib. 4. Stratagematum de Demetrio, qui quod pecuniam non haberet, numerum militum duplicarat ajens: *Φορως οισωσιν αλλοι και στεφανες πεμψωσι το πληθος των στρατιωτων δεδιοτες ηδη*. *Alii tributum pendent coronasque mittent, jam metuentes militum multitudinem*. Xenophon lib. 2. Græcanicorum: *στεφανες εις παρα των πολεων ελαμβανε δωρα*. *Coronas quas a civitatibus dono acceperat*. IDEM.

Cum modo velles, modo nolles) Recipere aurum coronarium. IDEM.

Lex enim generi tui) Lex Iulia de repetundis a Iulio Cæsare genero tuo lata, IDEM.

Et decerni, & te accipere) Ex fide unius scripti libri delemus pronomen *te*: & post pauca ubi est, *ne fieri liceat sancitum*, in omnibus libris est, *ne fieri possit sanctum*. FAERNUS. *Et te accipere*) Lambinus tollit particulam *te*, non male, ut arbitror. Lex enim lata non fuerat de Pisone nominatim: sed parum refert. ABR. Pronomen omnes editi habent, præter Lamb. Græv. Oliv. Lallem. & Ernest. Recte abest etiam a quatuor Britann. GAR.

Vtinachorum) Turnebi liber: *ut in Achæorum centum talentis*. Cæteroqui locus est *αινιγματωδης*, ut Œdipo opus sit, non Davo. HOTTOM. *Et devorata pecunia Vtinachorum, centum talenta evomere non poteras*) Locus corruptus, quem intactum præteriit Faernus. Turnebus autem sic sanandum censet: *& devorata pecunia, ut in Achæorum centum talentis, evomere non poteras*. LAMB. *Devorata pecunia Vtinachorum*) Veteres aliquot libri, quos ego quidem inspexi, habent *Achæorum*, pro *Vtinachorum*. F. VRSIN. *Vt in Achæorum centum talentis*) Est a mss. non Turnebi modo, sed & nostris: publicatur enim *Vtinachorum centum talenta*. GRUT. *Vtinachorum*) Nullam apud Geographos hujus nominis invenio mentionem: acute Turnebus conjicit legendum: *ut in Achæorum centum talentis evomere non poteras*. Sed, ut verum fatear, nondum possum aut verborum constructionem, aut Ciceronis mentem ad liquidum intueri: libenter in hanc scripturam vel audacius, vel impudentius grassarer, & legendum putarem: *In quo tu acceptam & devoratam pecuniam, ut in Achæorum centum talentis evomere non poteras*: & sensus esset: In qua dubitatione quæ tibi propter aurum coronarium evenerat, acceptam triumphi nomine pecuniam & devoratam evomere non poteras, ut in Achæorum centum talentis, quæ postrema verba ideo sunt obscura, quod factum Pisonis nullis historiæ notatum vestigiis attingat: si tamen licet divinare Piso centum talenta ab Achæis contra leges acceperat, quæ postea vel reddiderat, vel non reddiderat: si reddiderat, sensus est, pecuniam triumphi nomine acceptam reddere non poteras, quemadmodum Achæis centum talenta, id est dena aureorum millia reddidisti: si non reddiderat, hic est sensus: Eodem modo te gerere volebas in auro coronario, quo in pecuniis Achæorum, nec illud aurum reddere volebas, ut nec Achæis centum talenta reddidisti. De Provinciis Consularibus: *Quis igno-*

Digitized by Google

poteras: vocabula tantum pecuniarum, et genera mutabas. Mitto diplomata tota in provincia passim data: mitto numerum navium, summamque prædæ: mitto rationem exacti, imperatique frumenti: mitto ereptam li-

ignorat Achæos ingentem pecuniam Luc. Pisoni pendere quotannis. Abr. Adstipulatur Turnebo, Erfurt. Francii MS. nisi quod hic ut & Pithœanus tres voces in unam contraxerint, in his enim scribitur *Vtinachæorum*. Græv. Hanc lectionem a Grut. restitutam Turnebus XXI. Adv. 15. non ex conjectura, sed ex MSis protulerat; eamdemque reperi ego in priore Veneta. Neque altera Ven. & Rom. alio ex fonte habent, *Vtinachorum centum talentis*, quæ Turnebianæ lectionis corruptio est, unde aliam fecit Aldus, *talenta*. Britann. duo, *Vtinachorum*, unus, *Vtinævorum*, duo reliqui verius, *ut in Achorum*: quatuor autem, *talentis*. Abramii emendationem probat Ernestus, facilem sane illam, & rectam, sed minime necessariam. Si locus hoc modo sanus est, nihil ad explicandum commodius video, quam existimare, Pisonem ab Achæis auri coronarii nomine centum talenta extorsisse, quæ ne redderet, neve aperte in L. Iuliam peccaret; alio nomine perscribi jussisse: hoc autem Achæorum exemplum, ut unum e multis vel præcipuum adferri. Summa certe non est exigua. Nam pensio illa Achæorum annua, de qua pro Sext. 43. & de Prov. Cons. 3. quomodo huc pertinere possit, non intelligo. Gar.

Evomere) Aristophanes in Equitibus populum ita loquentem inducit:

Τηρῶ γὰρ ἑστῶτ' αὐτοὺς: οὐδὲ δοκῶν ὁρᾶν
Κλέπτοντας, ἔπειτ' ἀναγκάζω πάλιν ἐξεμεῖν,
Ὅσ' ἄν κεκλόφωσί μου.

Observo enim identidem illos, cum interim videre non videar furantes. Deinde cogo rursum evomere, quæcumque a me furati sunt: & prœmio Acharnanensium:

—— τὸ κέαρ εὐφράνθην ἰδὼν
Τοῖς πέντε ταλάντοις οἷς Κλέων ἐξήμεσεν.

Corde gavisus sum videns ob quinque talenta, quæ Cleon evomuit: ubi interpres: *ἀπλήστως ἀλλότρια καταφαγὼν ὁ ἐξημέσεν αὐτά. ἀντὶ τοῦ κλέψας καὶ καταπιὼν ἀπέδωκε. Cum insatiabiliter aliena devorarit, ea evomuit, id est, cum furatus sit & absorpserit, reddidit.* Plautus Curculione, actu 5. scen. 3.

—— sta sis illico
Atque argentum propere propera vomere. Abr.

Confer Victor. XXII. Var. Lect. 14. Gar.

Vocabula tantum pecuniarum) Non enim aurum coronarium, sed alio nomine appellabas. Hott.

Mitto diplomata) Litteras patentes publico sigillo munitas. Cicero in epistolis: *diploma statim non est datum*. de litteris Cæsaris loquens quibus Balbus restituebatur: verbum est Græcum duplicato compositum significans, aut complicatum ut linteum, quod & *πτύγμα* dicitur: nondum tamen liquet, quid hoc loco Tullius reprehendat, nisi si forte Pisonis avaritiam obiter notat, qui ea diplomata vendiderit, quæ gratis dare debuisset. Abr.

Tota in provincia) Consuetudo Ciceronis interjectionem repudiat, ut sit, *tota provincia*. Hotrom. Quasi vero non etiam supra c. 35. legatur, *tota in provincia*, ut alios omittam locos. Gar.

Mitto numerum navium) Quas fœderatis civitatibus sine necessitate publice imperasti. Abr.

Summamque prædæ) Vel quia non ab hostibus, sed ab ipsis provincialibus prædas abduxerat: vel quia in prædæ venditione quantum voluerat, a sociis & provincialibus acceperat. Idem.

libertatem populis, ac singulis, qui erant affecti præmiis nominatim, quorum nihil est, quod non sit lege Iulia, ne fieri liceat, sancitum diligenter. Ætoliam, quæ procul a barbaris disjuncta gentibus in situ pacis posita, medio fere Græciæ gremio continetur, (o pœna, o furia sociorum!) decedens, miseram perdidisti. Ar-

Ereptam libertatem populis) Qui sint isti populi superius explicavit: *Obtinuisti provinciam Consularem finibus iis, quos lex cupiditatis tuæ, non quos lex generi tui pepigerat: nam lege Cæsaris justissima atque optima, populi liberi plane & liberi erant: lege autem ea, quam nemo legem præter te & collegam tuum putavit, omnis erat Achaja, Thessalia, Athenæ, cuncta Græcia addicta*. Abr.

Ne fieri liceat sancitum diligenter) Libri veteres habent, *ne fieri possit sanctum diligenter*, quos sequimur: vulgati, *ne fieri liceat sancitum diligenter*: quos tamen in hoc non damnamus: sed antiquam scripturam potiorem ducimus: & olim ita excudi jusseramus, si operæ nobis obtemperare voluissent. Lamb. Hoc idem certe de MSis suis Faernus monuerat, & *possit* habent etiam Rom. sec. Ven. & quatuor Britann. quod rejiciendum esse, facile intelligitur. At *sancitum* mei omnes editi, iidemque MSi, non *sanctum*. Nihil interest quid sequare: solentque ita Libri variare, ut quos Lamb. ad c. 15. pro Balbo commemorat. Lambini tamen judicio usum video Drak. loco illo Liviano X. 9. *M. Valerius Consul de provocatione legem tulit diligentius sanctam* quod ibi probo propter numerum, qui h. l. utrumvis admittit. Quo autem sit vulgata commendatior, vide Grammaticum veterem Diomedem p. 368. Gar.

In situ pacis) Ætolos tamen constat fuisse bellicosos in paucis, & ad nova molienda aptissimos ex Polybio, Livio, Pausania, & aliis, & eam ob causam, ut testatur Pausanias in Phocicis, Ætoliæ simulacrum erat γυναικος αγαλμα ὡπλισμενης, *mulieris armatæ simulacrum*, sed ex quo in Romanorum ditionem penitus concesserant, penitus pacis erant studiis assueti. Abr.

Medio fere Græciæ gremio continetur) Ætoliæ situs sic apud Livium libro 35. ab Alexandro Acarnane describitur: *Iam primum Ætolos, qui umbilicum Græciæ incolerent, in armis esse inventurum: antesignanos ad asperrima quæque belli paratos: in duobus velut cornibus Græciæ Nabim a Peloponneso concitaturum omnia, &c. a Macedonia Philippum, ubi primum bellicum cani audisset, arma capturum*. Eadem vero loquendi formula de Provinciis Consul. *Thessalonicenses positi in gremio Imperii* dicuntur. Idem.

O pœna, o furia sociorum) Synonyma: nam furiæ etiam pœnæ nominantur. Virgilius in Culice:

Et flammas & sæva quatit mihi verbera, pœnæ.

Item:

Quem circa tristes densentur in ominia pœnæ.

Et deinde:

Ergo jam caussam mortis me dicere vinclæ

Verberibus, sævæ cogunt sub judice pœnæ.

Vbi vide Iosephum Scaligerum, virum sane doctum, qui ostendit Græcis eodem modo accipi τὸ ποινη. Adde Æschinem in Timarchum, ποινας ελαυνειν, και κολαζειν ὁυστιν. *Pœnas impellere & punire tædis*: & paulo post: ταυτα εςιν ἑκαςῳ ποινη: *hæc sunt unicuique furia*: ubi manifeste vel ex interpretatione Ciceronis pro Roscio Amerino furias intelligit: quas Euripides ποινιμας θεας nominavit: huc traho & illud boni Poetæ:

Raro antecedentem scelestum

Deseruit pede pœna claudo. Idem.

Arsi-

Digitized by Google

Arsinoam, Stratum, Naupactum, ut modo tute indicasti, nobiles urbes, atque plenas, fateris ab hostibus esse captas: quibus autem hostibus? nempe iis, quos tu Ambraciæ sedens primo tuo adventu ex oppidis Agrinarum, atque Dolopum demigrare, et aras, et focos

Arsinoam, Thracum, Neopactum) Turnebi liber antiquus, *Stratum*, *Naupactum*, quarum utramque Strabo lib. x. in Acarnania collocat: sed de *Arsinoe* nihil reperio. HOTTOM. *Arsinoem*, *Stratum*, *Naupactum*; Et hoc est a Turnebo. Pall. tamen, *Arsinoan Thracum Naupact.* GRVT. Conjectura Turnebi est XXI. Adv. 15. quam primus recepit Lambinus, admonens, unde sumserit: nam libri repugnant. Prior Ven. *Theactum* habet, ubi aliæ *Thracum*. Sed recte Turnebus, & postea Casaubonus ad Strab. p. 707. ed. Amst. tum Palmerius in Græcia p. 390. quem Iac. Gronov. actum agentem ridet. Tandem unus Britann. videtur habere *stratum*, cum *Thracum* ex tribus, *Theactum* ex uno adnotetur. GAR.

Arsinoen) Ætoliæ oppidum, quod ante tradit Strabo fuisse *κονωπα* nuncupatum. ABRAM. In Erfurt. Pith. æque ut in Palatinis, *Arsinoan*. Sic apud Ovidium *Majan* pro *Majam* IV. Fast. 174.

Majan, & Electram, Taygetamque Iovi.

Exempla hujus generis alia notavi ex vetusto Memmiano codice in Suetonium. In membranis tamen Francii legitur, *Arsinoam*, ut in multis editionibus. GRÆV. Rom. Ven. Ald. Naug. Cam. P. Manut. & Car. Steph. *Arsinoan*: repet. Lamb. Grut. Verb. & Oliv. *Arsinoen*, ut Abram. denique Lamb. & Lallem. & unus Britann. *Arsinoam*, ut l. c. Turnebus emendabat. Sed his accusativis per N jam nihil est pervulgatius: vide Voss. II. de Anal. 3. & *Arsinoan* confirmant quatuor MSi Britann. In Ovidii versu Heinsius dedit etiam, *Electran*, *Taygetenque*. Porro *Arsinoa* Latine dicitur, mutata Græca declinatione, ut alia multa, quæ collegit idem Heinsius ad Virgil. III. Æn. 346. GARAT.

Stratum) Stratus Straboni, Livio, Plinio, & aliis urbs Acarnaniæ, quæ Stratopolis Diodoro. ABRAM.

Naupactum) Naupactus, ut notat Ortelius, Achajæ urbs, Straboni, Polybio, Livio, & Ptolemæo ad sinum Corinthiacum. *Lepanto* Sophiano vocatur. ABR.

Atque plenas) Divites, copiosas, sive *omnibus rebus ornatas*, *& refertas*, ut de Sinope, & Amiso pro L. Man. 3. Confer Ind. Ernesti p. 673. & Burman. ad Ovid. XX. Her. 142. GARAT.

Ambraciæ) Ambracia Græciæ urbs in Epiro quondam Epuja, Ervia, & Paralia Παραλια dicta Stephano teste. Nunc dicitur *Larta* a fluvio id nominis, & ab hac sinus vicinus denominatur *Golfo de Larta*, qui olim fuit Ambracius sinus. ABR.

Agrinarum, atque Dolopum) Turnebus *Agrianum*. Agræos Strabo eodem loco in Ætolia numerat: *Dolopes* autem in Acarnania. HOTT. *Ex oppidis Agrinarum*) Quis non videt esse legendum Agrianum, qui & Agræi auctore Stephano vocantur. TVRNEB. *Agriæ*, *Agræi*, *Agrianes*, *Agrienses*, Αγριαι, Αγριαιοι, Αγριανες, Αγριεις, sunt Pæoniæ gentis synonyma, apud Stephanum, qui inter Rhodopen, & Æmum montes degunt. ABR. Vide Stephanum in Αγριαι, & quæ ibi notat Holstenius. Dolopes sunt Thessaliæ populi, Pindo vicini, regio dicitur Dolopia. Virg. II. Æneid. 7.

Quis talia fando
Myrmidonum, Dolopumve, aut duri miles Vlyssi
Temperet a lacrymis?

V. Stephani ἐθνικα, & ibi Thomam de Pinedo. GRÆV. Sigonius quoque ad Liv. XXXIII. 15. *Agrianum* emendat:

Digitized by Google

cos relinquere coegisti. Hoc tu in exitu, præclare impe-

dat: Erneftus autem in Ind. Geogr. p. 47 una de vulgatæ mendo littera extrita, *Agriarum*. Sed valde me commovat neglecta nimium Lambini lectio, *Agræorum*, quam in MSis inventam vellem. Duæ sunt gentes longe diversæ, *Agrianes*, five *Agrie*, & *Agrei*: has & ipse Stephanus, & accuratius, nulla plane ad confundendum ansa relicta, Strabo distinguit. Pæoniæ fuerunt olim fines tributi latissimi: eam locat Herodotus V. 13. ad fluvium Strymonem, qui ad Thraciam pertinet, in eaque n. 16. Agrianas numerat inter Pangæi montis accolas, Doberasque cis illum fluvium positos, & Odomantos ultra Strymonem interiores. Strabo autem, dum eos Triballorum finitimos facit lib. VII. p. 489. ed. Amst. à Pangæo monte propius Hæmum admovet, ac Mœsiam, in qua Triballi. Quo quidem loco Agrianes fuisse id etiam comprobat, quod, Pæonia deinde Macedoniæ adtributa, & fluminibus Axio, ac Strymone circumscripta, separantur, quodammodo a Pæonibus Agrianes, re licet conjuncti, apud Arrian. Exp. Alex. I. 5. & Livium XLII. 51. Satis hæc de Agrianibus pro re nostra, Holstenio, Cellarioque obdormientibus. Agræorum vero duplex fuit natio; altera in Arabia, altera, quæ ad nos pertinet, in Ætolia: hanc quoque iidem viri doctissimi neglexerunt. Facem tamen Thucydides præferebat, qui II. 102. Acheleum fluvium e monte Pindo per Dolopiam, Agræos (Αγραιων posuit pro Αγραιων, quod fucum nemini facere oportebat), Amphilochos, planitiemque Acarnanicam ad Stratum deducit. Eadem Strabo habet enucleatius lib. X. p. 690. Ætolos, inquit, & Acarnanes disterminat Achelous a Borea, & Pindo versus Austrum fluens per Agræos Ætolicam gentem, atque Amphilochos: juxta quos usque ad sinum Ambracium sunt ab occasu Acarnanes, cum eos attingant a Borea in mediterraneis Amphilochi; supra hos autem Dolopes, & Pindus, & supra Ætolos, qui Acheloo adsident ab oriente, Perrhæbi, Athamanes, & pars Ænianum, qui Œtam tenent. Dolopes ipsi Pindo ad meridiem subjectos iterum Strabo adfirmat lib. IX. p. 663. omnisque ista regionum descriptio iis adprime convenit, quæ habet Livius XXXVIII. 3. Idem Strabo lib. VIII. p. 521. και εν τῃ Αγραιᾳ της Αιτωλιας Εφυρα κωμη, *etiam in Agræa Ætoliæ pagus est Ephyra*: apud eumdem, atque omnino apud omnes huic genti, qua de agimus, haud aliud nomen est, quam *Agræi*. Iam vero L. Piso in Epiro *Ambraciæ sedens* non longe positos habuit Dolapes, & Agræos, in quos, pleno tum exercitu, animadverteret: hi deinde in Ætoliam Romano milite vacuam irruperint, secus Acheloum Arsinoan (de qua vide Strab. lib. X. 707. & ibi Palmer.) Stratumque ceperint, postremo ad Naupactum pervenerint. Agrianes contra a Dolopibus, atque Ambracia longo Thessaliæ, Macedoniæque tractu dissiti: quos suis expulsos sedibus in Mœsiam, aut Dardaniam, aut Thraciam verisimilius fuerit confugisse. Cicero ipse Dolopum finitimos heic se nominasse testatur infra c. 40. *Dolopes, finitimique montani oppidis, atque agris exterminati*. Neque vero mentiri Strabo voluit, aut ipse sibi contradicere, cum Homerum novisse dixit τοις Παιοσι τους ομορους Δολοπας, *Peonibus*, in quibus Agrianes, *finitimos Dolopes*, lib. I. p. 50. sed Homericam geographiam docere, latiores antiquissimorum temporum divisiones sequi, populorum nomina veteri magnitudine, ac celebritate metiri. Nonne ibidem Macedoniam totam includit in Thraciam? nonne ipsam Dolopum sedem Phthioridi adjungi ab Homero videns lib. IX. p. 663. aliter divisas olim eas regiones monet, multa vero Thessalos, & Macedones ad se traxisse? Omnino Dolopes Agræis proximos facit Thucydides, ab Agrianibus Herodotus longe

perator; cum tibi ad pristinas clades accessio fuisset Ætoliæ repentinus interitus, exercitum dimisisti: neque ullam pœnam, quæ tanto facinori deberetur, non maluisti subire, quam numerum tuorum militum, reliquiasque cognoscere.

38. Atque ut duorum Epicureorum similitudinem in re militari, imperioque videatis, Albucius, cum in Sardinia triumphasset, Romæ damnatus est: hic cum simi-

longe removet, ne Homero quidem repugnante: utrumque autem Strabo confirmat. GAR.

Ad pristinas clades accessio) Ad pestem, & vastitatem exercitus: ad clades quas Denseleti jam invenerant. ABRAM.

Reliquiasque) Milites, qui ex peste, ceterisque cladibus superfuerant. IDEM. Videtur legendum, *quam numerum tuorum militum, reliquiasque cognosci*. LALLEM. Profecto jacturam exercitus Piso ab aliis accurate cognosci nolebat. Præcedens vero *subire* facile causam præbuerit hujus verbi ad activam formam traducendi. GAR.

Atque ut duorum Epicureorum) Titi Albutii, & L. Pisonis. ABR.

Albutius, cum in Sardinia triumphasset) De Provinciis Consularibus: *Res in Sardinia cum mastrucatis latrunculis a Proprætore una cohorte auxiliaria gesta*, &c. Mox: *Albutius quod a Senatu petebat, ipse sibi in Sardinia ante decreverat: constabat enim Græcum hominem, ac levem in ipsa provincia quasi triumphasse*. IDEM.

Romæ damnatus est) Ibidem: *Itaque hanc ejus temeritatem Senatus supplicatione denegata notavit*. Damnatus igitur hic dicitur, quemadmodum ibidem *ignominia Senatus concidisse*: quamvis propriam & juridicam damnationem crediderim intelligi, illis Oratoris in eadem oratione verbis inductus: *ejus exitum exspectat*: nam si tantum ideo dicitur damnatus, quia Senatus supplicationem ei denegavit, caussæ nihil fuit, cur Gabinius eadem jam affectus ignominia Senatus, Albutii exitum exspectaret: quare accusatus videtur fuisse & damnatus lege de repetundis: neque enim aliter Piso similem exitum exspectare diceretur, quippe qui supplicationem non petierat a Senatu. IDEM.

Hic cum similem exitum spectaret) *Exspectaret*, lego ex unius exemplaris fide. FAERNUS. *His cum similem exitum*) Piso cum similem damnationem videret sibi impendere, in Macedonia, quam vastari passus erat, tropæa excitavit. ABRAM. Faerno est obsecutus Lamb. deinde Ald. nepos, & duo quoque Britann. habent *exspectaret*: quæ frequentissima permutatio est. Vide omnino Drak. ad Liv. VI. 33. Ego vulgatam retinens, *cum similem exitum spectaret*, explico, cum ad similem exitum inclinaret, eoque suis factis, totaque vitæ ratione ferretur. Neque enim est verisimile, Pisonem cogitasse, nedum timuisse, aut existimasse fore, ut damnaretur. Insultabat Cæsaris generi fiducia, quem cum Pompejo, Crassoque conjunctum remp. obtinere videbat, cum lacessebat ultro Ciceronem, ut se accusaret. Hanc hominis fiduciam Cicero minuere conatur jam inde a cap. 33. additque ad extremum, quod ad metum injiciendum valere maxime poterat, reip. tempus ita posse converti, ut ipsum homines ad Pisonem accusandum impellat: *quod mihi quidem* inquit c. 38. *magis videtur, quam tu umquam arbitratus es, adpropinquare*. Obscure illum Cicero aculeum emittit, ut Cæsaris, et Consulum offensionem vitare interpretando posset; additque c. 39. *res ipsa, & reip. tempus —— aut invitabit, aut dehortabitur*. Pisonis autem fidu-

similem exitum spectaret, in Macedonia tropæa posuit: eaque, quæ bellicæ laudis, victoriæque omnes gentes insignia, et monumenta esse voluerunt, noster hic præposterus imperator, amissorum oppidorum, cæsarum legionum, provinciæ præsidio, et reliquis militibus orbatæ, ad sempiternum dedecus sui generis, et nominis, funesta indicia constituit: idemque, ut esset, quod in basi tropæorum inscribi, incidique posset,

fiduciam exitus comprobavit. Mox Rom. utraque Ven. & quatuor Britann. *ea, quæ bellicæ*. Gar.

Tropæa) Cicero Pisonem in hac tropæorum erectione reprehendit, quia Senatus fuit, ut triumphum ita tropæa decernere: at Piso sibi tropæa ne litteris quidem ad Senatum missis excitarat. Tacitus 15. annalium: *At Romæ tropæa de Parthis, arcusque medio Capitolini montis sistebantur decreta ab Senatu integro adhuc bello, neque tum omissa, dum adspectui consulitur, spreta conscientia.* Iuvenalis Sat. 10.

Bellorum exuviæ, truncis affixa tropæis
Lorica, & fracta de casside buccula pendens.
Et curtum temone jugum, victæque triremis
Aplustre, & summo tristis captivus in arcu.
Humanis majora bona creduntur, &c.

Quod ait, *& summo tristis captivus in arcu*, dubitari possit: utrum cum tropæa ponerentur, captivorum aliquis in arcus triumphalis fastigio consistere juberetur: id fieri quidem potuit ipso præsertim die triumphi; quamvis facilius in animum induco, fuisse quasdam statuas ad hostium similitudinem expressas, quæ ludibrii caussa, instar tibicinum tropæorum fastigium sustinerent. Abr.

Præposterus imperator) Alii vocantur imperatores, cum hostes ceciderint: hic ordine præpostero dictus est imperator, cæso ab hostibus ejus exercitu. Ferratius. Sic etiam Cæsar III. B. Civ. 31. inimicum suum Q. Metellum Pium Scipionem deridet. *Scipio*, inquit, *detrimentis quibusdam circa montem Amanum acceptis, sese imperatorem appellaverat*. Gar.

Funesta indicia constituit) Dictio *funesta*, additur ex Pal. sec. atque Turingico: inventam item in P. Manutii antiquis, commentarii ejus innuunt, filius tamen non animadvertit. Gaut. Accedit ceteris Pithœi codex. Græv. Item prior Ven. & ex quinque MSis Britann. unus tantummodo. Gar.

Idemque ut esset) Describit militum odium, quo in Pisonem propter ipsius avaritiam, & stipendium non persolutum exarserant, ad quod festive delabitur, quasi nihil præclarius gessisset, quod in tropæo scriberetur, quam quod a suis militibus obsessus est. Abr.

In basi tropæorum incidi, inscribique) Tropæa suis inscriptionibus decorabant: supra Eustathius: οἷς καὶ γράμματα ἐνεκόλαπτον, *quibus & litteras insculpebant*. Tacitus: *Congeriem armorum struxit, superbo cum titulo, &c.* Plutarchus: Γραφὴν ἔχον, ὅτι τῆς οἰκουμένης ἐστιν. *Cum hanc inscriptione* De orbe universo. Maro 11. Æneidos:

Indutosque jubet truncos hostilibus armis
Ipsos ferre duces, inimicaque nomina figi.

Claudianus 5. de raptu:

Nullaque non magni jactat se nominis arbor.

Et alibi sæpissime: propero. Idem. Ordinem meliorum codicum, & prioris Ven. & Aldi nepotis (huic nescio an auctor Faernus) secutus est Grævius,

Digitized by Google

set, Dyrrhachium ut venit, decedens, obsessus est ab iis ipsis militibus, quos paullo ante Torquato respondit beneficii causa ab se esse dimissos: quibus cum juratus affirmasset, se, quae deberentur, postero die persoluturum: domum se abdidit: inde nocte intempesta crepidatus, veste servili navem conscendit, Brundisiumque vitavit, et ultimas Hadriani maris oras petivit. Cum interim Dyrrhachii milites domum, in qua istum esse arbitrabantur, obsidere cœperunt, et, cum latere hominem putarent, ignes circumdederunt: quo metu commoti Dyrrhachini, profugisse noctu crepi-

vius, & postea Ernestus; quem notarat etiam ex aliis nescio quibus Lambinus in marg. cum reliqui ediderint, *incidi*, *inscribique*. GAR.

Beneficii caussa) Dimittuntur, quibus gratiosam missionem indulgent, quasi ob præmium virtutis militaris, quam qui consecuti fuerant, beneficiarii sunt appellati. Festus: *Beneficiarii, milites qui vacant muneris beneficio*. Cæsar libro tertio bell. civil. *Evocatorum circiter duo millia, quæ ex beneficiariis superiorum exercituum ad eum confluxerant*. ABR.

Crepidatus) Hae de re dixi in orat. pro Postum. HOTTOM. *Crepidatus*) More Græcorum soleatus, non Romanorum instituto, qui calceis uti consuerant. Crepidæ probro objectæ. Persius Sat. 1.

Non hic qui in crepidis Grajorum
ludere gestit.

Reprehensus est Scipio quod in Sicilia, *cum pallio, crepidisque inambulare* diceretur: quamvis Noster pro Rabirio negat id vitio esse vertendum: *Lucii vero Scipionis, qui bellum in Asia gessit, Antiochumque devicit, non solum cum clamyde, sed etiam cum crepidis in Capitolio statuam videtis, quorum impunitas fuit non modo a judicio, sed etiam a sermone*. Antonius Romanæ gravitatis oblitus, *εν ιματιω και φαικασιοις προεισι*, *in pallio & crepidis procedebat*. Video hunc locum aliter posse verti, tamen eo me manu ducit Appianus, a quo Antonius 5. civilium *και σχημα τετραγωνον εχων και υποδημα Αττικον* describitur: *υποδημα*, inquit, crepidam interpretor, quia crepidas pedibus subligabant. Homerus:

—— *ὑπὸ ποσσὶν εδησατο καλὰ πεδιλα*.
—— *sub pedibus ligavit pulchras crepidas*.

Plinius lib. 9. cap. 25. *Quin & pedibus, nec crepidarum tantum obstragulis, sed totis socculis addunt margaritas*. Vide Gellium lib. 13. cap. 20. ABRAM.

Adriani maris) Alii legunt *Adriatici*: parum refert: bonus Poeta hanc etiam vocem agnoscit:

—— *sive flammis*,
Sive mari libet Adriano. IDEM.

In Franc. est *Adriaci maris*. GRAEV. Lallem. recepit *Adriatici*, quod ex MSis protulerat olim Turnebus XXI. Adv. 15. sed non probarat: recteque alii omnes mei editi vulgatam terminationem adferunt, & in his optime adspirationem addunt Rom. sec. Ven. Ald. nepos, Grut. Verb. Ern. Vide Malaspinam ad X. ad Att. 7. ubi male omittitur adspiratio; quam negligere heic non debuit Olivetus, quamquam Oxoniensium silentio juvetur. In monumento Ancyrano apud Chishull. Ant. Asiat. p. 175. QVAE . PROXIMA . EST . HADRIANO . MARI . & p. 177. PROVINCIAS . OMNIS . QVAE . TRANS . HADRIANVM . MARE . VERGVNT. Facillimum fuit, hoc mare, ut passim

pidatum imperatorem indicaverunt. Illi autem statuam istius persimilem, quam stare celeberrimo in loco voluerat, ne suavissimi hominis memoria moreretur, deturbant, affligunt, comminuunt, dissipant: sic odium, quod in ipsum attulerant, id in ejus imaginem, ac simulacrum profuderunt. Quæ cum ita sint, non dubito, quin, cum hæc, quæ excellunt, me nosse videas; non existimes, mediam illam partem, et turbam

ſim dicitur, *Hadriaticum* dictum velle. GAR.

Statuam iſtius perſimilem) Iuvenalis Sat. 3.

Si quis Ariſtotelem ſimilem vel Pittacon emit,
Et jubet archetypos pluteum ſervare Cleanthas.

Statius 5. Sylvarum de Abſcontii pietate ipſo initio:

Si manus, aut ſimiles docilis mihi fingere ceras,
Aut ebur impreſſis, auruṁve animare figuris. ABRAM.

Suaviſſimi hominis) Quæ ſit in homine *ſuavitas*, docebit Index Erneſti p. 792. & jocus pro Balbo 16. *Comes, benigni, faciles, ſuaves homines eſſe dicantur*, benignæ nimirum, commodæque naturæ, qui bene omnibus libenter faciunt, nemini incommodant. Amara eſt ironia in Piſonis avaritiam, & importunitatem. Confer etiam quæ de Vatinii *jucunditate* diximus ad c. 64. pro Sext. GAR.

Sic odium) Rectius, inquit Erneſtus, *ſic, quod odium —— id &c.* Ego non video, qui rectius poſſit hoc eſſe, quam vulgatæ ſive ordo plane Tullianus, ac frequens, ſive pleonaſmus, de quo paſſim critici, ut vidimus ad II. in Catil. 12. IDEM.

Quæ cum ita ſint) Piſo, ut vidimus, Tullium laceſſiverat, eum rogans cur ipſi nomen non deferret: oſtendit Cicero ſibi Piſonis facinora comperta ſic eſſe, ut ſi velit, facile poſſit eum lege de repetundis accerſere: idque demonſtrat hunc in modum: poſtquam enumeravit ſcelera quæ eminere videbantur, fruſtra ſubjicit ſe enumeraturum eſſe ea, quæ velut in turba deliteſcunt: neque enim ſi parva non noſſet, excellentia ſeligere potuiſſet. ABRAM.

Quæ cum ita ſint, non dubito) Rom. ambæ Ven. Ald. Naug. Hervag. omneſque MSi Britann. hanc periodum ita conſtituunt. *Quæ cum ita ſint; non enim dubito, quin inauditum nihil ſit, quod &c.* Hoc jam inde a P. Manutio ſic immutatum fuit, ut nullus a quoquam codex laudatus ſit, qui *enim* non agnoſcat. Recte tamen id aderat: recte iſta conjungebantur, *quæ cum ita ſint —— nihil eſt, quod me hortere*: recte cetera in parentheſi collocabantur. Contra nunc omnia perperam diſſoluta: ut omnino veterem interpunctionem poſtulem, etiamſi *enim* reſtitui nolis. Præterea in iiſdem Britann. omnibus, meiſque ante Ald. editis legitur, *quæ excellent*, ut II. de Orat. 43. *Sed genus hoc totum orationis in iis cauſis excellet, in quibus minus poteſt &c.* Obſervata res a Diomede, & Priſciano, quos citat in Theſ. Geſnerus: adde Voſſium III. de Analogia 28. Denique Rom. ſec. Ven. treſque Britann. *mediam illam partem e turba flagitiorum* (hæc vox in iis edd. & in uno Brit. deeſt) *tuorum*. Opponitur media pars flagitiorum iis, quæ excellunt, quia *media* flagitia ſunt mediocria; de qua ſignificatione vide Drak. ad Liv. V. 37. Eſt hypallage: neque enim pars, quod attinet ad numerum, erat ipſa mediocris: idcirco additur, *& turbam*, quod emendantes *e turba* deterius profecto fecerunt. GARAT.

Me

bam flagitiorum tuorum mihi esse inauditam: nihil est, quod me hortere: nihil est, quod invites: admoneri me satis est: admonebit autem nemo alius, nisi reipublicæ tempus: quod mihi quidem magis videtur, quam tu umquam arbitratus es, appropinquare.

39. Ecquid vides, ecquid sentis, lege judiciaria lata,

ASCONIUS.

CIRCA VERS. A NOVISS. CXX. *Ecquid vides, ecquid sentis, lege judiciaria late quos posthac judices simus habituri?*) Legem judiciariam ante aliquot annos, quibus temporibus accusatus est Verres a Cicerone, tulit Aurelius Cotta Prætor: qua communicata sunt judicia Senatui, & equitibus Romanis, & Tribunis ærariis; rursus deinde Pompejus in consulatu secundo, quo hæc oratio dicta est, promulgavit, ut amplissimo ex censu, ex centuriis aliter quam antea, lecti judices, æque tamen ex illis tribus ordinibus, res judicarent.

VARIORUM.

Me hortere) Ad tuum nomen deferendum. HOTTOM.

Nihil est, quod me hortere: nihil est, quod invites, admoneri me satis est) Ad nomen tibi deferendum: hæc porro verba ita videntur inter se differre: quod hortari sit monere vehementius, & motus etiam adhibere; *παρορμαν*, incitare, incendere: invitare vero sit, vocare, allicere per motus quidem, sed leviores: admonere autem sit rem nude & sine motu suggerere, & proponere: *νυθετειν*, mentem sive consilium adhibere: ostendit itaque Tullius sibi non opus esse calcaribus, quibus ad deferendum Pisoni nomen excitetur: seque jam satis ad id esse propensum. ABRAM. Rom. sec. Ven. & quatuor Britann. *nihil est, quod me hortere, nihil, quod invites*. Eleganter. Alia certe glossa in priorem Ven. irrepsit, quæ habet, *nihil est, quod me invites*. GAR.

Admonebit autem nemo alius, nisi reipublicæ tempus) Non est mihi opus alio monitore: satis enim me ipsum monebo ad intendendum tibi litem, cum id esse videro e republica, nunc autem video id reipublicæ nondum expedire: quia hæc accusatio Cæsari magnis pro republica bellis districto aliquid molestiæ, & sollicitudinis exhiberet. ABR.

Quod mihi quidem magis videtur, &c. appropinquare) Id subjungit, ut magis exterreat a brevitate temporis: nescio enim quo modo magis exterrent quæ propius videntur imminere. Terret enim periculi vicinitas, & magnitudo. Aristoteles 2. Ethic. cap. 5. *Sit ergo metus, molestia quædam & perturbatio ex phantasia futuri mali, vel idonei ad interimendum, vel molestis non enim omnia male metuuntur, ut ne sit injustus, vel tardus: sed quæcumque vel molestias magnas, vel interitus possunt (adferre) & hæc, quæ non longe, sed prope apparent, ut brevi futura sint: nam quæ sunt longe admodum, non metuuntur. Sciunt enim omnes se morituros: sed quia non prope, non curant*. Quare ad incutiendum terrorem propinquitatem mali denuntiant. Homerus Iliados *ε*.

Αλλα σοι εγγυθεν ημαρ ολεθριον.
Sed tibi fatalis lux est vicina.

Maro:

—— Te quoque fata
Exspectant paria, atque eadem mox arva tenebis.

Item Patroclus Homericus Iliados *π*. extremis prope versibus:

Αγχι παρεστηκεν θανατος και μοιρα κραταιη.
Impendet vicina tibi mors, sævaque parca.

Calaber libro sexto:

—— αλλα σοι αγχι παριστασαι ολομενη κηρ.

Sed

ta, quos posthac judices simus habituri? non æque legetur quisquis voluerit, nec quisquis noluerit non legetur: nulli conjicientur in illum ordinem, nulli eximentur: non ambitio ad gratiam, non iniquitas ad simulationem conjicietur. Iudices judicabunt ii, quos lex

Sed tibi parca ferox vicina impendet & instat. Idem.

Ecquid vides) Non solum periculi vicinitas exterret, sed etiam mali magnitudo: quare hic ostendit summam judicii futuri severitatem. Id.

Lege judiciaria) Vide Pædianum. Hott. Valde confusa sunt, quæ de judiciis hic tradit Abramius, nec distinguit judicia publica privata & populi, nec judicia ædilium satis diligenter. Sed de his alias. Interea videri possunt Sigonius de judiciis, & Salmasius de Modo Usurarum. Grævius.

Quos posthac judices) Quam graves, quam severos, quam incorruptos. Abr. Prior Ven. codexque unus Britann. *quos posthac judices sumus habituri?* quod & rectum est, & imperite haud raro sublatum, ut videbimus ad c. 18. pro Mil. Video equidem Asconium quoque *sumus* exhibere: sed quis ei nihil accidisse præstabit? Verumtamen ex duobus iis libris indicativum non arripio, plura, & meliora exspecto suffragia: quamquam priori Venetæ haud parum heic tribuo. Gar.

Non æque legetur quisquis voluerit) Turnebus dicit, sibi videri, *non enim* fore commodius. Sed nunc significat, non promiscue, ut vulgus loquitur, indifferenter. Hott. *Non æque legetur quisquis voluerit*) Per expolitionem oratoriam judiciorum integritatem explanat: & a remotione incommodorum quæ Aurelius Cotta non prævideràt: tulerat enim Cotta, ut judices ex Senatoribus, equitibus, & Tribunis ærariis legerentur: at Pompejus fraudem legi fieri advertens tulit, ut judices ex iis quidem ordinibus, sed tamen ex censu legerentur: adeo ut nemo posset aut se eximere a judicio, nec per fraudem, aut gratiam se intrudere. Abr.

Non æque) Non perinde, atque lege. Aurelii Cottæ legi consuerant. Idem. Turnebi conjecturam *non enim legetur* Lambinus recepit, quam non necessariam Hottomannus merito judicavit, adverbium *æque* melius etiam explicans, quam Abramius. Quamvis enim legis Aureliæ vitium ex correctione indicetur; tamen *æque*, si eo referendum esset, absolute Cicero non posuisset. Neque id ita posuit Asconius, sed opposuit præcedentibus, *aliter, quam antea*. Sententia est, in judicibus trium ordinum eligendis non eorum voluntatem, sed censum spectatum iri, tam ex iis, qui velint, quam ex iis, qui nolint, electos fore. Verba ipsa sic evolvenda: non omnes, qui voluerint, æque legentur, neque omnes, qui noluerint, æque non legentur. Non est autem, opinor *æque* supervacaneum ad significandam in pari voluntate disparem conditionem. Celeb. Ernestus emendat, *non neque legetur*, ad litteras quidem perite, & commode, ad Ciceronis vero consuetudinem paullo durius, qui *non* a *neque* in ejusmodi locutionibus, si bene memini, solet, aliquo interposito verbo, disjungere. Sed alii judicent. Garat.

Nulli conjicientur in illum ordinem) Quia ex amplissimo censu deligentur. Hottomann. *Nulli conjicientur*) Nulli intrudentur in judicandi munus. Abram.

Non ambitio ad gratiam) Non ambitiosi judiciariam potestatem ambient, ad reorum gratiam colligendam. Idem.

Non iniquitas ad simulationem conjicietur) Nullus est scriptus liber qui hoc verbum *conjicietur*, contineat. Sed alii aliud: Ego ex uno qui habet,

Digitized by Google

lex ipsa, non quos hominum libido delegerit. Quod cum ita sit, mihi crede, neminem invitus invitabis: res ipsa, et reipublicæ tempus aut me ipsum, quod no-

bet, *committentur*, adducor ut credam legendum *connitetur*. FAERNUS. *Ad simulationem conjicietur*) Translatum ab eo more, quo lecti per gratiam aut probitatis simulationem judices conjiciebantur in numerum, id est decuriabantur. Studium ambitiosorum hominum per gratiam & amicorum copiam non efficiet, ut in decurias scribantur. Improborum hominum iniquitas nihil per simulationem, id est adumbratam pietatem valebit. Ceterum bis peccat, qui prætextu pietatis peccat. HOTTOM. *Non iniquitas ad simulationem connitetur*) Sic restituit hunc locum Faernus, conjectura ductus: ego olim cum hic locus me offenderet, sine ope librorum veterum sic putabam reponendum, *non iniquitas ad simultatem conferetur*. Sed Faerni emendationem tueamur, dum aliquid melius afferatur. Dicam tamen ad extremum, quod sentio: *connitetur*, in ea emendatione ferre possum: *simulationem*, nullo modo ferre possum. Itaque sic legendum potius arbitror, verbo, *connitetur*, servato, *non ambitio ad gratiam, non iniquitas ad simultatem connitetur*: id est, nemo ambitiose judicabit gratiæ causa: nemo inique, aut injuste, odio impulsus. LAMB. *Non iniquitas ad simulationem conjicietur*) Sic & nostri, nisi quod pr. *conicientur*. Faernus conjecit *connitetur*. Lambinus, *ad simultatem connitetur*. GRUT. *Non iniquitas ad simulationem conjicietur*) Non iniqui & scelerati conjicientur in illum judicum ordinem, ut specioso judicis nomine, sua scelera velare possint. Lambinus conjicit legendum, nec aversis musis: *non iniquitas ad simultatem connitetur*: non iniqui, si cum reis simultatem habent connitentur sive grassabuntur & se intrudent ad judicandum, ut inique condemnent inimicos, & injustam simultatem exerceant. ABR. *Ad simultatem conjicietur*) Vulgo, *simulationem*. Lambinum sequimur. LALLEM. Atqui Lamb. expressit Faerni conjecturam & margini adscripsit suam. Ego *connitetur* valde probo, favente forsitan etiam Pithœano cod. in quo *conitietur*. Britann. quatuor cum Erfurt. *conjicientur*. Quod Lamb. ait *simulationem* se ferre non posse, contra ego *simultatem*: neque enim ut ambitiosus ad gratiam, ita iniquus ad simultatem connititur: sed ut ille gratiam, ita hic simulationem aucupari potest. Nam qui munus judicandi defugit, ne recte judicando in offensionem potentium incurrat, iniquus est, & simulatione iniquitatem tegit. Convenit hoc superioribus, *nec quisquis noluerit non legetur*, *nulli eximentur*, quemadmodum prioribus eorumdem membrorum partibus hujus prior apte respondet, Valer. Max. II. 7. 2. *omnibus imperii nervis ad revocandam pristinæ disciplinam militiæ connisus est*. Sic *niti ad gloriam*, & alia ejusmodi sunt apud Tullium. GAR.

Neminem invitus invitabis) Putarem legendum *invitum*, nam præter adolescentes quos facilius erat eludere, alii invitissimi ad accusandum adducebantur: ut in Divinat. dictum est. HOTTOM. *Neminem invitus invitabis*) Quidam legi volunt, *invitum*: quibus assentior. LAMB. *Neminem invitus invitabis*) Allusio: ostendit autem Pisonem invitum, & ut dixerat, labris trementibus petiisse, cur Cicero nomen ipsi non deferret. Legi potest *invitum invitabis*: neminem invitabis qui non sit paratus nomen deferre. ABR. Lamb. *neminem invitabis invitum*: & certe *invitum* necessario emendari deberi attendenti facile patet. Ernestus tandem in vulgata ordine veterem illam emendationem retulit, quam exhibuisse Gryphium video anno MDL. ex meis editis primum. GAR.

Quod nolim) Propter Cæsarem socerum tuum, mihi amicissimum. ABR.

nolim, aut alium quempiam, aut invitabit, aut dehortabitur. Equidem, ut paullo ante dixi, non eadem supplicia esse in hominibus existimo, quæ fortasse plerique, damnationes, expulsiones, neces: denique nullam mihi pœnam videtur habere id, quod accidere innocenti, quod forti, quod sapienti, quod bono viro, et civi potest. Damnatio ista, quæ in te flagitatur, obtigit P. Rutilio: quod specimen habuit hæc ci-

ABRAM. Rom. sec. Ven. quatuorque Britann. *quod velim*. Recte, *quod nolim*: sed hoc non potest utrumque illud afficere, *aut invitabit*, *aut dehortabitur*: quamquam non est necesse: verumtamen accuratius, &, nisi fallor, elegantius fuerit, *res ipsa*, *& reip. tempus aut meipsum*, *quod nolim*, *aut alium quempiam invitabit*, *aut dehortabitur*. GAR.

Dehortabitur) Fortasse reipublicæ tempora dissuadebunt. HOTT.

Equidem, *ut paullo ante dixi*, *non eadem supplicia*) Postquam ostendit sibi accusationis materiam non deesse, caussam reddit, cur nolit diem dicere: quia nimirum damnatio non est proprie supplicium, quæ potest etiam innocenti contingere. De hac re vero quæ dixerit, vid. cap. 18. & 19. ABR.

Quæ fortasse plerique) Eorum qui solis sensibus bona & mala metiuntur: addit *fortasse* modestiæ caussa ne facile alios damnare videatur. IDEM.

Bono viro, *& cive*) Vide Vatinianam cap. 17. ubi multis exponimus, quæ sit inter *bonum virum*, & *bonum civem* distinctio. De his pulcherrime Arrianus libro secundo differt. Epicteti cap. 10. Σκεψαι τις ει. το πρωτον ανθρωπος, τυτο δ' εςιν υδεν εχων κυριωτερον προαιρεσεως. Considera qui sis: *Primum cogita te hominem esse*, *quod ipsum est nihil habere principalius arbitrio*. Επι τυτοις, πολιτης ει τυ κοσμυ, και μερος αυτυ. *Super hæc*, *civis es mundi*, *adeoque particula ipsius*. Τις υν επαγγελια πολιτυ; μηδεν εχειν ιδια συμφερον, περι μηδενος βυλευεσθαι, ως απολυτον. αλλ' ωσπερ αν ει ἡ χειρ, η ὁ πυς λογισμον ειχον, και παρηκολυθυν τη φυσικη κατασκευη, υδε ποτ' αν αλλως ὡρμησαν, η ωρεχθησαν, η επανενεγκοτες επι το ὁλον, &c. *Quæ est igitur civis professio? Nihil habere privatim dumtaxat utile*, *de re nulla consilium capere tanquam ab aliorum consortio seperatum*: *sed perinde*, *ac si manus*, *aut pes rationis essent compotes*, *naturæque suæ propensionem sequerentur*, *numquam se ad motum vel incitarent*, *vel quicquam appeterent*, *nisi totius corporis habita ratione*. Ita verti, quod Iacobus Scegkius interpres non videatur auctoris sensum attigisse. IDEM.

Quæ in te flagitatur) Quam leges ipsæ tibi pro suo jure in sceleratos petunt inferri: quam vexata & lacerata provincia, quam hospites violati, quam male tractatus exercitus tibi inferri desiderant. IDEM.

P. Rutilio) Rufo de quo Valer. & Cic. pro Postum. & passim. HOTTOM.

Publio Rutilio) Pub. Rutilius, ut ait Noster in Bruto, *Doctus vir*, *& Græcis litteris eruditus*, *Panætii auditor*, *prope perfectus in Stoicis*, &c. *cum innocentissimus in judicium vocatus esset*, *quo judicio convulsam penitus scimus esse rempublicam*, *cum essent eo tempore eloquentissimi viri Luc. Crassus*, *& M. Antonius Consulares*, *eorum adhibere neutrum voluit*, *dixit ipse pro se*. Caussam autem, qua & accusatus, & damnatus est, sic explicat epitome Liviana libro 7. *P. Rutilius vir summæ innocentiæ*, *qui legatus Qu. Mutii Proconsulis a Publicanorum injuriis Asiam defenderet*, *invisus equestri ordini*, *penes quem judicia erant*, *repetundarum damnatus*, *in exsilium missus est*. Eum autem Smyrnæ exsulasse tradit Noster oratione pro

Digitized by Google

civitas innocentiæ: major mihi judicum, et reipublicæ pœna illa visa est, quam Rutilii. L. Opimius ejectus est e patria, is, qui Prætor, et Consul maximis rempublicam periculis liberarat: non in eo, cui facta

pro Balbo: additque eum factum fuisse civem illius civitatis: porro de hujus Rutilii virtutibus, vide Nostrum pro Rabirio Posthumo cap. 10. Vellejum libro secundo. Seneca consolatione ad Marciam 22. lib. 1. de tranquill. vitæ 19. de vita beata 18. ep. 24. & 79. aliis 80. ut & in libro de providentia infelicem appellat. Abr.

A S C O N I U S.

CIRCA URB. A NOVISS. LXXXX. *L. Opimius ejectus patria est, is, qui & Prætor, & Consul maximis periculis rempublicam liberarat: non in eo, cui facta injuria est, sed in eis, qui fecerunt, sceleris, & conscientiæ pœna remansit.*) Notum est, Opimium in prætura Fregellas cepisse: quo pacto visus est ceteros quoque nominis Latini socios male animatos repressisse: eundemque in consulatu Fulvium Flaccum consularem, & C. Gracchum tribunicium oppressisse: ob quam invidiam postea judicio circumventus est, & in exilium actus.

V A R I O R U M.

P. Rutilio: quod specimen habuit &c.) Multo hoc Latinius est, quam si dixisset, *P. Rutilio, quem specimen habuit*. Integræ autem hujusmodi locutiones fient, si præponas relativum aliud cum verbo substantivo, & eo nomine, quod in posteriore membro ponitur, hoc modo: *P. Rutilio, qui est specimen: quod specimen habuit &c.* Ita Pompejus in epistola, quæ legitur lib. VIII. ad Att. *Non amplius quatuordecim cohortes contrahere potui, quod Brundusium præsidium misi*, pro *quæ sunt præsidium, quod &c.* Livius etiam hujus elegantiæ studiosus, ut ad lib. XXXII. c. 5. docet ὁ πάνυ Gronovius. VERBURG.

Luc. Opimius) De damnatione Opimii noster pro Sextio; *Præclare vir de republica meritus Lucius Opimius indignissime concidit, cujus monumentum celeberrimum in foro, sepulchrum desertissimum in littore Dyrrachino relictum est: atque hunc tamen flagrantem invidia propter interitum C. Gracchi semper ipse populus Romanus periculo liberavit: alia quædam civem egregium iniqui judicii procella pervertit.* Caussam autem damnationis eam fuisse puto, quam bello Iugurthino narrat Sallustius. *Decretum fit, uti decem legati regnum, quod Micipsa obtinuerat, inter Iugurtham & Adherbalem dividerent, cujus legationis princeps fuit Luc. Opimius, homo clarus & tum in Senatu potens, quia Consul C. Graccho, & M. Fulvio interfectis acerrime victoriam nobilitatis in plebem exercuerat. Eum Iugurtha, tametsi Romæ in amicis habuerat, tamen accuratissime recepit: dando & pollicendo multa perfecit, uti famæ, fidei, postremo omnibus suis rebus commodum Regis anteferret.* ABR.

Ejectus est a patria) Melius in uno exemplari habetur, *e patria*. FAERN. Cur omisit Gruterus, & qui post ejus editionem secuti sunt, invitis omnibus libris, tam editis, quam scriptis τὸ *est*? GRÆV. Cum Lamb. repetitores *a patria* retulerint, ut erat in editis ante Lamb. inventumque postea fuit in cod. Franc. omnibusque Britann. videtur Grut. *e patria* non ex MSo Faerni, cui Lamb. & Ald. nepos uni paruerant, cum ipse non soleat, verum ex suis restituisse. Scio equidem, Ciceronem pro Sext. 67. 68. *ejicere e civitate* dixisse, multaque colligi ex eo posse similia: neque ignoro, præpositionem verbo insitam iterari eleganter solere, ut critici observant. Hoc tamen loco ipsa me varietas commonet, ut meliore fide Asconium dedisse arbitrer, *L. Opimius ejectus patria est*. Ita Corn. Nepos in Cim. cap. 2. *sessores veteres urbe, insulaque ejecit*. Terent. Andr. II. 3. 8. *quamobrem ejicias oppido*. Ipse Cic. pro Mil.

facta est injuria, sed in iis, qui fecerunt, sceleris, ac conscientiæ pœna permansit. At contra bis Catilina absolutus: emissus etiam ille auctor tuus provinciæ, cum stuprum Bonæ deæ pulvinaribus intulisset. Quis fuit in tanta civitate, qui illum incesto liberatum, non eos, qui ita judicarunt, pari scelere obstrictos arbitraretur?

40.

Mil. *cruentum cadaver ejecisti domo*. Sic etiam *bonis ejicere* in antiqua formula apud Festum v. *Lapidem* p. 199. l. 12. ed. Amstel. Ceterum pro Quinct. 26. exstat, *a suis diis penatibus praeceps ejectus*, vidimusque supra c. 14. *exire a patria*, ubi Varic. *e patria* exhibens haud injuria describitur. GAR.

Sceleris, ac conscientiæ pœna permansit) Est a Pal. secund. & Turingico: vulgata *remansit*. GRUTER. Sic & Pith. *Sceleris, & conscientiæ pœna* est per ἓν διὰ δυοῖν, conscientiæ sceleris pœna. GRÆV. Cum optimis, ut hic soles, libris prior Ven. *sceleris, & conscientiæ pœna permansit*: nam illud etiam &, quod in suis repertum testatur Græv. in V. L. & omnino adsciscendum censeo, ea servat editio. Non erat autem absurdum *remansit*, quod cum ceteris ante Grut. editis habet Asconius; imo æque probum. I. de Offic. 12. *a peregrina enim jam recessit* (nomen hostis), *& proprie in eo, qui arma contra ferret, remansit*. Britann. quatuor, *remansit*, unus, *permansit*. GAR.

At contra bis Catilina absolutus) Semel de incestu cum Fabia Vestali: iterum de repetundis ex Africa. De hoc vide Asconium: de altero Noster in toga candida: *Hanc tu habes dignitatem, qua fretus me contemnis, ac despicis, an eam, quam reliqua vita es consecutus? cum ita vixisti, ut non esset locus tam sanctus, quo non adventus tuus, etiam cum culpa nulla subesset, crimen afferret*. In quem locum Asconius: *Fabia Virgo Vestalis causam incesti dixerat, cum ei Catilina objiceretur: eratque absoluta hæc Fabia, quia soror erat Terentiæ Ciceronis, ideo sic dixit: Etiamsi culpa nulla subesset: ita & suis pepercit, & nihilo levius inimico summi opprobrii turpitudinem objecit*. Non damnat igitur hanc absolutionem, ne Fabiam Terentiæ suæ sororem incesti damnare videatur: quare non arridet eorum conjectura, qui ad arbitratum nescio quid inter hæc duo vocabula *absolutus*, *emissus* interferunt. ABR. Vide quæ notavimus ad I. in Catil. 7. Lamb. *est absolutus*, sed contra libros, & sine causa. GAR.

Emissus) Absolutus: translatum ab iis qui e carceribus emittuntur. HOTT.

Emissus etiam ille auctor) Etiam Publius Clodius, qui lege sua auctor fuit, ut tibi Macedonia provincia decerneretur, absolutus, & e legum, judiciorumque laqueis, quibus implicatus tenebatur, instar bestiæ cujusdam ad vexandam lacerandamque rempublicam emissus est: sic pro Milone eundem Clodium *belluam judiciorum laqueos declinantem* appellat. Vide de fœditate hujus judicii Cic. ad Attic. & Senec. epist. 97. ABR.

Cum stuprum Bonæ Deæ pulvinaribus) Cum domum Cæsaris in habitu fidicinæ ingressus esset, ut Pompejam Cæsaris conjugem cum ceteris matronis Bonæ Deæ sacra facientem in ipsis Deæ pulvinaribus constupraret. Incun. Rom. sec. Ven. & quatuor Britann. *cum ad stuprum*: volunt fortasse, *cum se ad stuprum*; sed nihil agunt. Parad. III. 2. *quamcunque in domum stuprum intulerit*. Iidem quatuor Britann. *auctor tuus, cum &c.* sine voce *provinciæ*. GAR.

Pari scelere obstrictos) Et hoc iisdem debemus: recepta enim lectio

ad-

40. An ego exspectem, dum de te quinque et septuaginta tabellæ diribeantur, de quo jampridem omnes

adstrictos. GRUT. *Pari scelere adstrictos*) Quos P. Clodius matronarum, & puerorum perductione corruperat, & eodem incestus scelere obligarat. ABRAM. Mirum, cur tamen *astrictos* retinuerit Gruterus, & omnes, qui post ejus editionem expresserunt. Sed *obstrictos* est etiam in Pithœi, & Francii codicibus, GRÆV. Hæc alibi quoque commutatio contigit, ut in Liv. Epit. X. ubi vide interpretes. Melioribus ego MSis obloqui nolim, quibus cum Grævio paruit celeb. Ernestius; quamvis ab iis discedat etiam prior illa Veneta exhibens *astrictos*, h. e. *astrictos* ex ea permutatione, de qua diximus ad c. 10. pro Sext. Verumtamen recentiores ceteros damnare non audeo, qui vulgatam retinuerint. Sic enim pro Sulla 29. *homines scelere adstrictos*, pro Sext. *scelere adstringi*, IV. Phil. 4. *magno scelere se adstringeret*. Quæ locutio tam se probabat Heinsio, ut eam invitis MSis obtruderet Cæsari I. B. Civ. 9. ubi vide Oudend. Haic autem nescio quid habet etiam opportunitatis verbum *adstringere* ad societatem quamdam criminis indicandam. Tum Ernest. recte, *qui ita judicarint*; ex ed. Waldarf. unde manavit in priorem Ven. Bona est auctoritas: & optimos vidi codices pro indicativis hujusmodi, quos tamen condemnandos ego non arbitror, non raro subjunctivos adferre. GAR.

An ego exspectem) Quid opus est ad damnationem tuam judicum sententiam exspectare, dum tabellæ, quæ absolvunt, ab iis, quæ damnant, a se invicem separentur? ABRAM.

Quinque & septuaginta tabellæ) Patet lege Pompeja judiciaria cautum fuisse, ut quinque & septuaginta judices causam cognoscerent, & tabella sententiam ferrent. HOTT.

Diribeantur) *Diribendi* ergo verbum non tantum in comitiis, sed etiam in judiciis usurpabatur. LOCAT. *Dum de te quinque & septuaginta tabellæ diribeantur*) Ita emendavit Ant. Augustinus, cum in vulgatis antea *diripiantur* legeretur: neque vero admodum absimile est *dirimantur*: dirimuntur enim, quæ prius confusa erant: præter suffragia autem non memini esse in usu *diriberi*, ut *dirimi*. F. VASIX. *Diribeantur*) Superius ad cap. 15. contra Grucchium ostendimus diribitionem fieri latis jam a populo suffragiis, & *diribere* idem esse, atque tabellas suffragantes in comitiis a refragantibus secernere, earumque subducere rationem: sic & diribere tabellas in judiciis, non videtur idem esse atque subministrare tabellas judicibus, quas in urnam deinde conjiciant, sed idem esse, atque confecto judicio, latisque sententiis tabellas condemnantes ab absolventibus separare, & earum numerum inire. Quod spectat ad numerum judicum libenter adscripserim N. L. Nam ex hoc loco liquere videtur receptum fuisse ut ex tribus ordinibus 75, id est, e singulis viginti quinque judices legerentur: atque, ut ego arbitror, is numerus lege Pompeja statutus fuerat: nam, cum lege Aurelia, judicia fierent, constat interdum fuisse pauciores. Marcus Tullius suam cum Clodio altercationem describens libro ad Atticum 1. epist. 13. *Domum*, inquit, *emisti*, *Putas*, *inquam*, *dicere*, *judices emisti? juranti*, *inquit*, *tibi non crediderunt: mihi vero inquam xxv judices crediderunt*, *xxxi quoniam nummos ante acceperunt*, *tibi nihil crediderunt*: alii legunt xxv. & xxx. qui numerus habetur apud Plutarchum. Verum ut fatear libenter in utroque legerim, *Mihi xxv crediderunt*, *tibi triginta quinque nihil crediderunt*. Nam ex illis numeris superius allatis conflari non potest numerus qui trifariam dividatur: at xxv. & xxxv. efficiunt LX, qui numerus trifariam divisus xx. ex singulis ordinibus electos fuisse demonstrat. ABR. Ernesto, & plerisque, & mihi *diripiantur* mendum videtur esse certissimum, quamvis am-

mnes mortales omnium generum, ætatum, ordinum judi-

ampliandum censeat Gesnerus ad Varr. III. de R. R. 5. 18. & MSorum lectionem heic damnare non audeat. Primus emendavit *diribeantur* Turnebus XXI. Adv. 15. deinde Augustinus, & in adnot. P. Manutius: primusque in edendo paruit Turnebo Lambinus, quem omnes postea secuti sunt. Sic passim citant viri docti, veluti Savaro ad Sidon. VI. Ep. 8. &c. Sic denique unum tandem codicem habere indicant Oxonienses. Repete, quæso, quæ diximus ad c. 6. pro Planc. *Dum tabellæ de te diribeantur* duplicem habet sensum: certus est unus, proprius, pervulgatus, dum de te judices mittantur in consilium: incertus alter, haud tamen alienus a verbo, dum sententiæ judicum de te latæ dirimantur, ut appareat condemnatio. Gruchium quidem Grævius, aliique bene defenderunt; vide ad c. 15. Sed nemo potuit illum Abramii sensum absurdum ostendere. Prior sensus difficultatem habet in numero tabellarum. Si enim tres tabellæ unicuique judici dabantur, una damnationis, altera ad absolvendum, ad ampliandum tertia, ut communis opinio fert, judices XXV, Tullius heic numeraverit: quam paucitatem, tribus præsertim ordinibus judicantibus, incredibilem dixeris. Exempla, quæ viri docti jam collegerunt, hunc numerum plane convellunt. Eos vide ad c. 27. pro Cluent. & I. ad Att. 16. Is ergo sensus omnino postulat, ut statuamus, unam singulis judicibus tabellam ministrari consuevisse, in qua notis illis usitatis sententiam suam ipsi perscriberent. Neque huic opinioni repugnant ea, quæ tradit Asconius ad Divin. 7. aut ipse Cicero tum ibi, dum ait, *ceratam unicuique tabellam dari*, tum pro Cluent. 58. *cum illam judicandi causa tabellam sumpserit*, pro Flacco 39. *cum tabella vobis dabitur, judices*, & pro Rab. Post. 5. *datur tibi tabella judicii*. Quod si opinionem illam de tribus tabellis repudiare non licet, tum alter adoptandus erit cum Abramio sensus: cum enim judices, tribus acceptis tabellis, unam tantum oporteret in urnam quemque ordinis sui conjicere, manifestum est, LXXV. tabellas pro numero judicum in urnis conjunctas dirimi, & separari debuisse, ut ex majore sententiarum parte de reo pronunciari posset. Accedit, quod prior ille sensus alterum exterminare videatur ab usu communi: si enim tot dentur tabellæ, quot dirimuntur, easque *diribere* tam dare sit, quam dirimere, utrum velit Cicero significare, nemo umquam intellexerit. Contra, si tabellæ CCXXV. dari tum consueverint, dirimi autem LXXV. adjectio numeri significationem rei facile determinabit. Itaque sic plane intelligendum est, si *diribeantur* legimus, quomodo ante Abramium intellexerat Pighius ad Val. Max. IX. 12. 7. Hoc tres tabellæ postulant, sive, ut aliquando erant, duæ: hoc ambigui ratio, quod ex duplici admisso verbi sensu exoritur: hoc denique melior suadet, accuratiorque loci sententia. Exitus enim judicii legibus constituti, qui diremtis demum tabellis cognoscitur, a quo nullius innocentiam, aut improbitatem pendere, declaratum modo fuit exemplis, non esse dicitur eo in homine exspectandus, quem jam universi damnarint. Iam vero ego ita disputem. *Diribere tabellas* de utraque re dici non debuit, quidquid Vossius T. I. Etym. p. 249. ed. Neap. aliisque videatur. Si diremptio excluditur, quod videtur hactenus probabilius, sola remanet distributio. Tum autem vix fuerit, ut sensus, haud ille quidem absurdus, verum ab usu remotus, per adjuncta, quæ ambiguum tollerent, arcesseretur. Iam eas formulas, *diribere suffragia*, *diribere sententias* id efficere dixeris, quod nimium fuerit, ut *diribere* semper valeat secernere, in ordinem redigere, ac numerare, numquam dando dividere. Atqui loci, ex quibus eruuntur, varietatibus obsiti sunt, & haud minus offerunt *dirimere*. De suffragiis vidimus ad c. 6. pro

judicaverunt? quis enim te aditu, quis ullo honore, quis denique communi salutatione dignum putet? omnes memoriam Consulatus tui, facta, mores, faciem denique, ac nomen a republica detestantur. Legati, qui una fuere, alienati: Tribuni militum inimici? Centuriones, et si qui ex tanto exercitu reliqui

pro Planc. de judicum sententiis unus exstat locus ille Valerii, quem modo indicavimus. In eo, *dum sententiæ diriterentur*, ferri non potest; non enim dicebantur sed per tabellas occulte ferebantur: vide, si lubet, Georg. Arnaldum II. Var. Conj. 27. MSi quatuor veræ lectionis interpretationem habet, *ordinarentur*. Ipsa lectio ex optimis codicibus eruenda, quorum alter Gemblac. cum *diriverentur* habeat, alter Atrebat. *diruirentur*, tam inde licet *diriberentur* cum Pighio legere, quam *dirimerentur*. Cum hæc ita sint, in Sigonii sententiam inclino, qui hunc locum proferens II. de Iudic. 22. exhibuit *dirimentur*, quasi sic ederetur: sed ejus emendatio est, ei consentanea, quam fecit III. ad Q. Fratr. 4. & quam plerique cum Malaspina, & Ernesto sequuntur. Ibi enim pro *diruptis tabellis* legit *diremtis*, cum non de distributis inter judices, verum de separatis ad pronunciandum, quid statuerint de Gabinio, tabellis agatur. GARAT.

Quis enim te aditu) Hæc apud Tullium vulgata sunt: locum indicare sufficerit: in Vatinium cap. 1. item cap. 15. & 16. hac ipsa oratione cap. 26. ABRAM.

Communi salutatione) Quam etiam ignoti ignotis impertiunt, sine familiaritatis aut amicitiæ peculiaris indicio. Petronius in satirico: *Ne Giton me aut tralatitia propinatione dignum judicabat, aut, quod minimum est, sermone communi vocabat*. Hæc autem communis appellatio erat, ut Dominum, & Regem appellarent. Martialis:

Cum te non nossem, Dominum, Regemque vocabam,
Cum bene te novi, jam mihi Priscus eris.

Seneca epistola 3. *Sic illum amicum vocasti, quomodo omnes candidatos bonos viros dicimus, quomodo obvios, si nomen non succurrit, dominos salutamus*. In familiari sermone *fratres* inter se plerumque audiebant, amantes præsertim & amicæ, quas etiam *dominas* vocabant: ut in Cæliana 36. jam ostendimus. Immo etiam quivis familiares inter se ita loquebantur. Iuvenalis Sat. 5.

—— vis frater, ab ipsis
Ilibus? o nummi, vobis hunc præstat honorem,
Vos estis fratres. ——

Alias prænomen usurpabant honoris caussa. Horatius lib. 2. Sat. 5.

Quinte puta, aut Publi (gaudent prænomine molles
Auriculæ) tibi me virtus tua fecit amicum. IDEM.

Omnes memoriam) Vide cap. 20. & 27. IDEM.

Faciem) Supercilium, & Diis iratam frontem. IDEM.

Detestantur) Tanquam malum auspicium. IDEM.

Legati) Quorum optimus quisque est a te violatus cap. 36. ut Luc. Valerius Flaccus, & Q. Martius, quorum neuter obviam redeunti tibi progressus est cap. 23. IDEM.

Tribuni militum) Cap. 36. *Tribuni militum non recepti*. IDEM.

Centuriones) Quorum dignitatem palam vendidisti: ibidem. IDEM.

Ex tanto exercitu) Qui ut dicitur de Prov. Consul. cap. 3. *Superbissimo delectu, & durissima conquisitione collectus omnis interiit, & ferro, fame, pestilentia vastatus est*. IDEM.

mnes mortales omnium generum, ætatum, ordinum judi-

ampliandum censeat Gesnerus ad Varr. III. de R. R. 5. 18. & MSorum lectionem heic damnare non audeat. Primus emendavit *diribeantur* Turnebus XXI. Adv. 15. deinde Augustinus, & in adnot. P. Manutius: primusque in edendo paruit Turnebo Lambinus, quem omnes postea secuti sunt. Sic passim citant viri docti, veluti Savaro ad Sidon. VI. Ep. 8. &c. Sic denique unum tandem codicem habere indicant Oxonienses. Repete, quæso, quæ diximus ad c. 6. pro Planc. *Dum tabellæ de te diribeantur* duplicem habet sensum: certus est unus, proprius, pervulgatus, dum de te judices mittantur in consilium: incertus alter, haud tamen alienus a verbo, dum sententiæ judicum de te latæ dirimantur, ut appareat condemnatio. Gruchium quidem Grævius, aliique bene defenderunt; vide ad c. 15. Sed nemo potuit illum Abramii sensum absurdum ostendere. Prior sensus difficultatem habet in numero tabellarum. Si enim tres tabellæ unicuique judici dabantur, una damnationis, altera ad absolvendum, ad ampliandum tertia, ut communis opinio fert, judices XXV, Tullius heic numeraverit: quam paucitatem, tribus præsertim ordinibus judicantibus, incredibilem dixeris. Exempla, quæ viri docti jam collegerunt, hunc numerum plane convellunt. Eos vide ad c. 27. pro Cluent. & I. ad Att. 16. Is ergo sensus omnino postulat, ut statuamus, unam singulis judicibus tabellam ministrari consuevisse, in qua notis illis usitatis sententiam suam ipsi perscriberent. Neque huic opinioni repugnant ea, quæ tradit Asconius ad Divin. 7. aut ipse Cicero tum ibi, dum ait, *ceratam unicuique tabellam dari*, tum pro Cluent. 58. *cum illam judicandi causa tabellam sumpserit*, pro Flacco 39. *cum tabella vobis dabitur, judices*, & pro Rab. Post. 5. *datur tibi tabella judicii*. Quod si opinionem illam de tribus tabellis repudiare non licet, tum alter adoptandus erit cum Abramio sensus: cum enim judices, tribus acceptis tabellis, unam tantum oporteret in urnam quemque ordinis sui conjicere, manifestum est, LXXV. tabellas pro numero judicum in urnis conjunctas dirimi, & separari debuisse, ut ex majore sententiarum parte de reo pronunciari posset. Accedit, quod prior ille sensus alterum exterminare videatur ab usu communi: si enim tot dentur tabellæ, quot dirimuntur, easque *diribere* tam dare sit, quam dirimere, utrum velit Cicero significare, nemo umquam intellexerit. Contra, si tabellæ CCXXV. dari tum consueverint, dirimi autem LXXV. adjectio numeri significationem rei facile determinabit. Itaque sic plane intelligendum est, si *diribeantur* legimus, quomodo ante Abramium intellexerat Pighius ad Val. Max. IX. 12. 7. Hoc tres tabellæ postulant, sive, ut aliquando erant, duæ: hoc ambigui ratio, quod ex duplici admisso verbi sensu exoritur: hoc denique melior suadet, accuratiorque loci sententia. Exitus enim judicii legibus constituti, qui diremtis demum tabellis cognoscitur, a quo nullius innocentiam, aut improbitatem pendere, declaratum modo fuit exemplis, non esse dicitur eo in homine exspectandus, quem jam universi damnarint. Iam vero ego ita disputem. *Diribere tabellas* de utraque re dici non debuit, quidquid Vossius T. I. Etym. p. 249. ed. Neap. aliisque videatur. Si diremptio excluditur, quod videtur hactenus probabilius, sola remanet distributio. Tum autem vix fuerit, ut sensus, haud ille quidem absurdus, verum ab usu remotus, per adjuncta, quæ ambiguum tollerent, arcesseretur. Iam eas formulas, *diribere suffragia*, *diribere sententias* id efficere dixeris, quod nimium fuerit, ut *diribere* semper valeat secernere, in ordinem redigere, ac numerare, numquam dando dividere. Atqui loci, ex quibus eruuntur, varietatibus obsiti sunt, & haud minus offerunt *dirimere*. De suffragiis vidimus ad c. 6. pro

Digitized by Google

judicaverunt? quis enim te aditu, quis ullo honore, quis denique communi salutatione dignum putet? omnes memoriam Consulatus tui, facta, mores, faciem denique, ac nomen a republica detestantur. Legati, qui una fuere, alienati: Tribuni militum inimici? Centuriones, et si qui ex tanto exercitu reliqui

pro Planc. de judicum sententiis unus exstat locus ille Valerii, quem modo indicavimus. In eo, *dum sententiæ dicerentur*, ferri non potest; non enim dicebantur sed per tabellas occulte ferebantur: vide, si lubet, Georg. Arnaldum II. Var. Conj. 27. MSi quatuor veræ lectionis interpretationem habet, *ordinarentur*. Ipsa lectio ex optimis codicibus eruenda, quorum alter Gemblac. cum *dirivarentur* habeat, alter Atrebat. *diruirentur*, tam inde licet *diriberentur* cum Pighio legere, quam *dirimerentur*. Cum hæc ita sint, in Sigonii sententiam inclino, qui hunc locum proferens II. de Iudic. 22. exhibuit *dirimantur*, quasi sic ederetur: sed ejus emendatio est, ei consentanea, quam fecit III. ad Q. Fratr. 4. & quam plerique cum Malaspina, & Ernesto sequuntur. Ibi enim pro *diruptis tabellis* legit *diremtis*, cum non de distributis inter judices, verum de separatis ad pronunciandum, quid statuerint de Gabinio, tabellis agatur. GARAT.

Quis enim te aditu) Hæc apud Tullium vulgata sunt: locum indicare suffecerit: in Vatinium cap. 1. item cap. 15. & 16. hac ipsa oratione cap. 26. ABRAM.

Communi salutatione) Quam etiam ignoti ignotis impertiunt, sine familiaritatis aut amicitiæ peculiaris indicio. Petronius in satirico: *Ne Giton me aut tralatitia propinatione dignum judicabat, aut, quod minimum est, sermone communi vocabat*. Hæc autem communis appellatio erat, ut Dominum & Regem appellarent. Martialis:

Cum te non nossem, Dominum, Regemque vocabam,
Cum bene te novi, jam mihi Priscus eris.

Seneca epistola 3. *Sic illum amicum vocasti, quomodo omnes candidatos bonos viros dicimus, quomodo obvios, si nomen non succurrit, dominos salutamus*. In familiari sermone *fratres* inter se plerumque audiebant, amantes præsertim & amicæ, quas etiam *dominas* vocabant: ut in Cæliana 36. jam ostendimus. Immo etiam quivis familiares inter se ita loquebantur. Iuvenalis Sat. 5.

—— vis frater, ab ipsis
Ilibus? o nummi, vobis hunc præstat honorem,
Vos estis fratres. ——

Alias prænomen usurpabant honoris caussa. Horatius lib. 2. Sat. 5.

Quinte puta, aut Publi (gaudent prænomine molles
Auriculæ) tibi me virtus tua fecit amicum. IDEM.

Omnes memoriam) Vide cap. 20. & 27. IDEM.

Faciem) Supercilium, & Diis iratam frontem. IDEM.

Detestantur) Tanquam malum auspicium. IDEM.

Legati) Quorum optimus quisque est a te violatus cap. 36. ut Luc. Valerius Flaccus, & Q. Martius, quorum neuter obviam redeunti tibi progressus est cap. 23. IDEM.

Tribuni militum) Cap. 36. *Tribuni militum non recepti*. IDEM.

Centuriones) Quorum dignitatem palam vendidisti: ibidem. IDEM.

Ex tanto exercitu) Qui ut dicitur de Prov. Consul. cap. 3. *Superbissimo delectu, & durissima conquisitione collectus omnis interiit, & ferro, fame, pestilentia vastatus est*. IDEM.

qui milites exsistunt, non dimissi abs te, sed dissipati, te oderunt, tibi pestem exoptant, te exsecrantur. Achaja exhausta, Thessalia vexata, laceratae Athenae, Dyrrhachium, et Apollonia exinanita, Ambracia direpta, Parthini, et Bullienses illusi, Epirus excisa,

Exsistunt) Lamb. *exstant*, quod non videtur a conjectura profectum: nam id ipsum ego in priore Ven. reperi; adscitum deinde vidi a cel. Ernesto ex Waldarf. cum vulgatam parum Latinam putaret, atque alibi haec inter se permutari videret. Viris hisce acutissimis adsentior: omnino etenim sensus est; si qui reliqui sunt, si qui vivunt, ex c. 3. de P. C. & infra c. 41. quo sensu *exsistere* Tullianum esse Grammatici negant. Plautus Trin. II. 4. 142. *Syrorum — nemo exstat, qui ibi sex menses vixerit.* Garat.

Achaja exhausta) De centum talentis Achaeorum superius: pro Sextio, Pisonem ait, *Thracibus, & Dardanis primum pacem maximis pecuniis vendidisse: deinde, ut illi pecuniam conficere possent, vexandam his Macedoniam, & spoliandam tradidisse &c. cogere pecunias maximas a Dyrrhachinis, spoliare Thessalos, certam Achaeis in annos singulos pecuniam imperavisse.* Abram.

Parthini, & Bullienses) Videtur scribendum, *Bullidenses*, ut est in antiquis libris, quorum scripturam confirmat locus in III. Commentariorum Caesaris. F. Ursin. *Parthini & Bullienses*) Abrahamus Ortelius, *Partheni Plinio, Parthini Polybio, Pomponio, & Dioni, Illyrici populi, quos hodie Ragusienses appellare licebit*. In quibus Dion & Mela, ut idem alibi testatur, ponunt Epidaurum. Idem Bullis, Βυλλὶς Ptolemaeo Macedoniae urbs; Βυλλίς Stephano, Bullidensis colonia Plinio. Βυλλίονες Straboni: quos idem Ortelius in Illyrico posuit: v. *Bellidenses*. Aut Rom. & ambae Ven. cum Britannicis MSis, & Erfurt. *Parthenii*. Ita in aliis etiam scriptoribus libri variant: disputatumque inter doctos fuit, essentne [illegible] hi populi *Parthini*, an *Parthini* appellandi. Confer Drak. aliosque ad Liv. XXIX. 12. XXXIII. 34. Miror fuisse quosdam, qui Fastos Capitolinos contemnere auderent, in quibus C. Asinii Pollionis triumphum ex PARTHINEIS memorari jam monuerat Sigonius ad posteriorem Livii locum. Vulgata est heic unice vera; eademque Plinio quoque reddenda, ut aliis est reddita: copioseque ab Oudend. ad Suet. Aug. XIX. defensa nuper fuit. De alterius populi nomine vide Ind. Geogr. Ernesti, & quos ille citat. Lallem. recepit *Bullidenses*, quod ex nescio quibus libris antiquis Ursinus protulerat; idemque primus invexit XIII. ad Div. 42. adnotavitque ita constanter in MSis perscribi: qua tamen in epistola cum libris aliorum omnibus uterque cod. Erb. *Bulliones* exhibet. Omnino autem a *Bullide*, seu *Byllide*, quomodo haec urbs appellatur XI. Phil. 11. & a Caesare III. B. Civ. 40. verissimum ἐθνικὸν est *Bullidensis*, ut ab Apollonide Apollonidensis, & alia ejusmodi: quamvis *Bullini* apud Livium nominentur. Neque enim huic regulae sic inhaerent Latini, ut ab ea numquam discedant: quorum varias unius ἐθνικοῦ inflexiones ad veriorem, unamque formam redigere si quis velit, molesto labori adjunget ineptiam. *Bullienses* itaque numquam damnabo. Est in Graecia vicina Boeotiae regio, quam *Phocidem* appellant. Cur homines inde *Phocenses* tam saepe dicuntur, non *Phocidenses*? etiam heic infra iidem sunt *Phocii*, ubi male Lamb. *Phocei*, cum potius emendatum sit *Phocici*. Glareani celebris haec de re jamdiu est adnotatio, quam his ille proposuit, ad Liv. V. 34. & ad Lucan. III. 340. Sed rectum est etiam *Phocii*, quasi [illegible], ut *Elii*, *Elei*, Ἠλεῖοι, ab Elide. Porro a Locride non

cisa, Locri, Phocii, Bœotii exusti, Acarnania, Amphilochia, Perrhabia, Athamanumque gens vendita, Macedonia condonata barbaris, Ætolia amissa, Dolopes, finitimique montani oppidis, atque agris exterminati, cives Romani, qui in iis locis negotiantur, te unum solum suum depeculatorem, vexatorem, prædonem, hostem, venisse senserunt. Ad horum omnium judicia tot, atque tanta domesticum judicium accessit sententiæ damnationis tuæ: occultus adventus, furtivum iter per Italiam, introitus in urbem desertus ab ami-

non tantum *Locrenses*, sed frequentius, & heic ibidem *Locri*. Paullo admirabilius dicuntur *Bulliones*, si sunt a Bullide: itaque diversos esse suspicarer a Bullidensibus, quandoquidem apud Plinium etiam, & Strabonem id populi nomen reperitur, nisi caussæ graves intercederent. Garaton.

Epirus) Nunc Albania. Abr.

Amphilochia) Urbs Ætoliæ Straboni, Livio & Stephano. Argos Amphilochium Ptolemæo. Idem.

Perrhabia) Perrhæbi Macedoniæ populi apud Livium, & Strabonem. Ætoliæ apud Plinium. Thessaliæ apud Stephanum: quæ sententiarum diversitas me adducit, ut credam eos fuisse in harum regionum confiniis. Idem.

Athamanumque) Athamania regio Illyriæ Stephano, Thessaliæ Plutarcho, Ætoliæ Plinio. Idem.

Finitimique montani) Agrianes qui inter Rhodopen & Æniam montes habitabant, quos ex oppidis suis demigrare, *& aras & focos relinquere coegisti*. Idem. De his, deque hoc omni tractu, in quo Ætolia, Perrhæbia, Athamantia, Acarnania, Amphilochia (in qua urbs Argos, ut a Peloponnesiaco distingueretur, Argos Amphilochium de conditoris nomine vocabatur) Dolopia denique, vide supra ad c. 37. Gar.

Cives Romani) Postquam enumeravit externas nationes, quæ Pisonis scelus, avaritiam, crudelitatem expertæ sunt, subdit de civibus Romanis eadem immanitate violatis: adverte orationem uberem, & velut e suo fonte manantem, quam nulla rerum varietas exhauriat: *Exhausta, vexata, lacerata, exinanita, direpta, illusi, exusti, excisi, exterminati*, &c. Abram.

Domesticum judicium) Judex domesticus dici potest, vel consanguinei & amici, vel ipse Piso qui seipsum conscientiæ vi coactus damnaverit: vide Cœlianam cap. 22. *ex inimica domo*. Juvenalis:

Exemplo quodcunque malo committitur, ipsi
Displicet auctori, prima est hæc ultio, quod se
Judice nemo nocens absolvitur, improba quamvis
Gratia fallaci Prætoris vicerit urna.

Idem. Ernest. vocem *sententiæ* delendam putat. Alii de hoc loco viderint. Gar.

Occultus adventus) Supra: *Nocte intempesta, crepidatus, veste servili, navem conscendit, Brundusiumque vitavit, & ultimas Adriani maris oras petivit*. Abram.

Furtivum iter per Italiam) Supra: *Qua veneris cum laureatis tuis lictoribus quis scit? quos tum maeandros, dum omnes solitudines persequeris, quæ diverticula, flexionesque quæsisti? quod te municipium vidit? quis amicus invitavit? quis hospes adspexit? nonne tibi nox erat pro die? non solitudo pro frequentia? caupona pro oppido?* &c. Idem.

Introitus in urbem desertus ab amicis

amicis, nullæ ad Senatum e provincia litteræ, nulla ex trinis æstivis gratulatio: nulla triumphi mentio. Non modo quid gesseris, sed ne quibus in locis quidem fueris, dicere audes. Ex illo fonte, et seminario triumphorum cum arida folia laureæ retulisses; cum

Supra: *Quid enumero qui tibi obviam non venerint, qui dico venisse pene neminem, ne de officiosissima quidem natione candidatorum, cum vulgo essent & illo ipso, & multis ante diebus admoniti & rogati*. IDEM.

Nullæ ad Senatum e provincia litteræ) Vide cap. 16. & 17. IDEM.

Nulla trinis æstivis gratulatio) Adde præpositionem *ex*: ut sit *ex trinis*: hoc ex omnibus libris: quorum aliqui habent *externis*. FAERNUS. *Nulla ex trinis æstivis*) Præpositionem adjectam voluit e mss. suis Turnebus, exstatque omnino in Pall. GRUT. *Nulla trinis æstivis gratulatio*) Supplicatio Diis decreta in gratiarum actionem, æstivorum autem meminit quod æstas sit accommodatior rebus gerendis. ABRAM. Etiam prior Ven. *ex trinis*, Rom. & altera Ven. *externis*. Vide Oudend. ad Sueton. Aug. LXXIV. Si locus Fenestellæ jam tempore sic legebatur, eum non miror existimasse, Domitio, & Appio Coss. hanc habitam orationem fuisse. Mendi autem suspicionem tollit superior locus c. 35. *unus tu dominus &c. tota in provincia per triennium frumenti omnis fuisti*. Vterque igitur locus facile potuit in eum errorem Fenestellam inducere. Nam triennium inter Pisonis Consulatum, & illum, quem dixi, est interjectum. Tertius erat Proconsulatus Pisoniani annus ille, quo Consules iterum fuere Pompeius, & Crassus: quo tamen & redisse Pisonem, & in eum dixisse Tullium, recte vidit Asconius. Neque ludorum tantummodo mentio, verum etiam quæ c. 24. leguntur, & quæ de Anchario notavimus ad c. 36. Asconium egregie tuentur. Iam ergo patet, heic quoque Tullium sua illa nota consuetudine usum, qua numeros, etiamsi deesset aliquid, integros usurpabat. Vnum ex his locis videtur colligi debere, ad finem anni, cum hæc dicerentur, non multum defuisse. Quis autem miretur, Pisonem, quamvis Anchario ab initio anni provincia deberetur, sero rediisse, cum anno sequente Gabinius mense tantum Septembri, ut III. ad Q. Fratr. 1. dicitur, ad urbem fuerit? Quod si brevius ex Macedonia iter opponas, Ancharium dico longe minus festinasse, quam Crassum. Discessit ab urbe Crassus, ut Gabinio succederet, cum adhuc Consul esset, circa Kal. Decembres, ut vidimus ad c. 15. de Prov. Cons. quem præsentem appellat Cicero supra c. 24. Ancharius autem sic tardus fuit, ut totum ver, & aliquam æstatis partem Pisoni reliquerit: nam æstatem integram reliquisse non arbitror, cum ante Iulianam anni emendationem non Iunio mense, sed Sextili æstas inciperet, & *æstivo* tempus etiam vernum comprehendant, quo bellum geri poterat. Conjicere licet, Ætoliam direptam, exercitumque dimissum a Pisone fuisse mense Septembri, quæ res c. 37. narrantur, & hanc orationem habitam circa Idus Octobres, ut extraordinarii ludi, qui instabant, ante ludos Victoriæ collocari possint: quam conjecturam valde confirmat locus I. Act. in Verr. 10. cum ante Crassi discessum nullus iis ludis ferior locus satis idoneus reperiatur. Nam si mense Novembri post Plebejos collocaveris, fient omnia minus verisimilia: quæ imo paullo citius, quam dixi, fieri potuerunt. GAR.

Nulla triumphi mentio) Vide cap. 23. & seqq. ABRAM.

Ex illo fonte, & seminario triumphorum) Ex Macedonia: *Quæ tantis barbarorum gentibus attingitur, ut semper Macedonicis Imperatoribus iidem fines pro-*

cum ea abjecta ad portam reliquisti, tum te ipse de te FECISSE VIDERI pronuntiavisti: qui si nihil gesseras,

provinciæ fuerint, qui gladiorum. Ac proinde ut in ea provincia tanquam in seminario quodam plantarum, lauri triumphales pullularint: cum, inquam, ex illa provincia triumphorum adeo ferace reportatam lauream abjecisti, tum de te ipso tulisti damnationis sententiam. Seminarium locus est, in quo primum plantæ seruntur, antequam vivi radices (sic enim appellant) in aliud solum transferantur: jure autem fontem, & seminarium conjunxit, ut deinde arida laureæ folia subjungeret: nam plantæ frequenter irrigatæ fontibus magis revirescere debuissent. IDEM.

Tum tu ipse de te sententiam tulisse videris, tum judicium pronuntiavisti) In omnibus libris nostris ita est: *tum, tu ipse de te fecisse videris pronuntiasti*. Recta lectio, si ex, *videris* ultimam litteram detrahas: ut sit, *tum tu ipse de te, fecisse videri, pronuntiasti*: quod ut intelligatur scire debemus, in judiciis capitalibus in quibus de facto quæstio erat, Prætore cum consilio cognoscente, hunc morem fuisse damnatoriæ sententiæ, ut pronuntiaretur, reum *fecisse videri*. *Fecisse videri*, formula, id est, reum videri admisisse illud crimen, cujus fuerat accusatus. Dicit ergo Cicero ad Pisonem, cum abjecisti lauream extra portam, non ausus in urbem eam deferre, conscientia malæ administrationis tuæ, tum tu ipse de te capitalem sententiam pronuntiasti: id quod supra dixit, *domesticum judicium sententiæ damnationis tuæ*. Cum hæc commentati essemus ostendit nobis Latinus Viterbiensis librum suum, in quo scriptum est, *tum tu ipse de te fecisse videri pronuntiavisti*. Supradicti autem moris damnatoriæ sententiæ publicandæ auctor Cicero libro secundo Academicorum. FAERNUS. *Sententiam tulisse*) Turnebus ait, se in manuscripto ita legisse: *Tum tu ipse de te, Fecisse videri, pronuntiasti*: quod mihi mirandum in modum arridet: alioquin sensus hic nullus est. HOTTOM. *Tum tu ipse de te, FECISSE VIDERI pronuntiasti*) Hic locus fœdum in modum fuerat a semidoctis hominibus depravatus, quem erudite simul, & feliciter emendavit Faernus: idemque explicavit multis verbis: quæ ut in pauca contraham, docet ille, quæsitores, olim, id est, prætores, qui cognoscebant de crimine aliquo publico, reo convicto, sic pronuntiare solitos FECISSE VIDETUR. Significat igitur, Pisonem de se, & contra se sententiam pronuntiasse illo jam tempore, cum lauream abjecit, triumphumque desperavit. Hanc igitur scripturam non intelligentes scioli, neque hunc morem, ita substituerant: *tum tu ipse de te sententiam tulisse videris, tum judicium pronuntiasti*. Porro hanc eamdem scripturam, quam edidimus, reperi in libris Memmianis sine ullo mendo ullave litura, aut littera supervacanea expressam. LAMBINUS. *Ipse de te, FECISSE VIDERI pronuntiavisti*) Sic libri Faerni, neque divertit Pal. pr. nam sic: *te videri provincia fecisse judicasti*: vulgo *ipse de te sententiam tulisse videris, tum judicium pronunciasti*: editio prima, *ipse de te fecisse videris judicium pronuntiasse*. GRUTER. Hanc lectionem asserunt quoque Erfurt. & Pithœani. GRÆV. Prior Ven. quam ed. primam Grut. appellat; *tum tu ipse de te fecisse videris judicium pronunciasti*. Rom. & aliæ veteres; *tum tu ipse de te judicium fecisse videris pronuntiavisti*. Inde primam interpolationis rationem cognoscimus; receptum nempe glossema *judicium*. In ed. Aldi senioris auctum tantopere emendatorum verbis locum primo conspexi. MSi Britann. quatuor una peccant littera cum Faernianis; quinctus ne illa quidem. Turnebus etiam XXI. Adv. 15. ex suis protulit, & probavit; *tum tu ipse de te fecisse videri pronuntiasti*. Confer Brisson. V. de Form. 218. Supra duo

cum

Digitized by Google

ieras dignum honore, ubi exercitus? ubi sumptus? ubi imperium? ubi illa uberrima supplicationibus, triumphisque provincia? sin autem aliquid sperare volueras, si cogitaras id, quod imperatoris nomen, quod laureati fasces, quod illa tropæa, plena dedecoris, et risus, te commentatum esse declarant: quis te miserior, quis te damnatior, qui neque scribere ad Senatum, a te bene rempublicam esse gestam; neque præsens dicere ausus es?

41. An tu mihi, cui semper ita persuasum fuerit, non

tum haud necessario posita nostros homines offendent venustos, & delicatos, quibus Cicero facile satisfecisset, si ita scripsisset: *Ex illo fonte, & seminario triumphorum quæ arida folia laureæ retulisses, cum ea abjecta ad portam reliquisti, tum tu ipse de te FECISSE VIDERE pronunciasti.* Conjectura mihi justa, sed ferenda lectio vulgata videtur. Denique optimi codices Erfurt. & Pith. *arida folia lauręa*: recte; nam Plinius H. N. XV. 30. de lauro; *unius*, inquit, *folia distinguuntur appellatione, lauream enim vocamus*. Sed *laurea* est etiam *corona laurea*, ut vidimus ad c. 26. idque fascibus ipsis convenit: sic enim c. 30. *tuis ipse furacissimis manibus detractam e cruentis fascibus lauream ad portam Esquilinam abjecisti*. Bene igitur se habet *laureæ*. Verumtamen *folia laurea* ad contemtum fortasse melius. GARATON.

Ubi exercitus) Id est, quamobrem exercitum retinuisti, tot sumtus ex ærario fecisti? HOTTOM. *Ubi exercitus*) De Provinciis, *Superbissimo delectu, & durissima conquisitione collectus*. ABRAM.

Ubi sumptus?) Ubi sestertium ducenties & octogies, id est quadringenta quinquaginta millia coronatorum, quæ ex ærario vasarii nomine acceperas, præter ingentem aliam pecuniam ad stipendium militum attributam. IDEM.

Ubi illa uberrima supplicationibus triumphisque provincia?) Ex qua provincia Titus Flamininus, L. Paulus, Q. Metellus, Tit. Didius, innumerabiles alii triumpharunt. Superius: *Ex qua aliquot prætorio Imperio, Consulari quidem nemo rediit, qui incolumis fuerit, qui non triumpharit*. IDEM.

Sin autem aliquid sperare volueras) Altera pars est dilemmatis, qua demonstrat Pisone damnatius nihil esse: cum enim ad triumphi adeptionem omnes Proconsulatus sui rationes direxisse videri posset, non tamen ausus fuerat ad Senatum de rebus a se gestis rescribere: probat autem Pisonem de triumpho cogitasse a tribus effectis. 1. Quod Imperatoris nomen admiserit. Superius, *quorum tu legatorum* Luc. Flacci, & Q. Marcii *prælio Imperator appellatus eras*. 2. Quod post legatorum suorum victoriam laureatos fasces acceperit. 3. Quod tropæa sibi voluerit excitari. IDEM.

Si cogitaras) Omittunt *si* cum Pith. codice omnes Britann. ed. Rom. ambæ Ven. & Ald. GAR.

Quod laureati fasces) Vide supra c. 32. *laureatis lictoribus*. ABRAM.

Plena dedecoris & risus) Quia non erant monumenta victoriæ, sed amissorum oppidorum & vastatæ provinciæ. IDEM.

Te commentatum esse) De triumpho cogitasse. IDEM.

Non

non eventis, sed factis cujusque fortunam ponderari, dicere audes, neque in tabellis paucorum judicum, sed in sententiis omnium civium famam nostram, fortunamque pendere? te indemnatum videri putas, quem socii, quem fœderati, quem liberi populi, quem stipendiarii, quem negotiatores, quem publicani, quem universa civitas, quem Legati, quem Tribuni militares, quem reliqui milites, qui ferrum, qui famem, qui morbum effugerunt, omni cruciatu dignissimum pu-

Non eventis, sed factis cujus fortunam ponderari dicere auderes) Præclara sententia, quam in ea pro Posth. planius exponit. HOTTOM. *Ponderari dicere audes, neque*) Manutius, Lambinus, abjecere, *dicere audes*, credo suasu Faerni: sed cum destituat ejus notis; restentque in Pal. nostris, retinui eis suum locum. GRUT. *Non eventis, sed factis cujusque fortunam ponderari, dicere audes*) Elegans sententia, pro Rabirio Posthumo 1. *Hoc plerumque facimus, ut consilia eventu ponderemus, & cui bene quid processerit, multum illum providisse, cui secus, nihil sensisse dicamus*: hinc proverbium,

Vulgus ab eventu facta notanda putat.

Huc alludit Fabius Maximus apud Livium lib. 22. *Nec eventus modo hoc docet: stultorum iste magister est: sed eadem ratio, quæ fuit, futuraque, donec eadem res manebunt, immutabilis est.* Seneca epist. 14. *Initium omnium rerum sapiens, non exitum spectat, initia in potestate nostra sunt: de eventu fortuna judicat, cui de me sententiam non do.* Demosthenes de Corona: Το μεν περας ως αν ο δαιμων βουληθη παντων γινεται, η δε προαιρεσις αυτη την του συμβουλου διανοιαν δηλοι. *Eventum, quem Deus voluerit, omnia sortiuntur, consilium vero ipsum consiliarii mentem ostendit.* ABRAM. Lambinus locum, nullo MSo allegato, ita refinxit: *An tu mihi, cui semper ita persuasum fuerit, non eventis, sed factis cujusque fortunam ponderari, neque e tabellis paucorum judicum, sed e sententiis omnium civium famam nostram, fortunamque pendere; te indemnatum &c.* Aldi nepos hanc emendationem secutus est. Faern. tacet: qui si ita dederit, e MSis certe dedisse crederem. Sed *dicere audes* merito suspectum est: quomodo enim hæc dicere Piso potuit? quæ quidem optime ex Tullii persona dicentur. At non video, quæ tanta necessitas premeret, ut præpositiones *in* commutari deberent, atque ad frequentissimam formam pertraheretur invita locutio. Dicerem, nullam forte heic præpositionem adfuisse, locumque similem iis facerem, quos demonstravi ad c. 54. pro Sext. neque enim pervulgata corrumpi solent, sed quæ rarius occurrunt: nisi æque rara vulgata esset, aut etiam rarior, eademque tamen a libris omnibus confirmata. Raram dico, sed aliquando adhibitam, & elegantem: vide omnino Passerat. ad Propert IV. 1. 43. Burmann. ad Lucan V. 685. & Mencken. in Observ. L. L. p. 723. Huc etiam revocari potest Terentianum illud Heaut. IV. 4. 5. *Clitipho cum in spe pendebit animi*: quod probavit Faernus, Harius, Bentleius, contemsit Westerhovius, damnavit Burmannus ad Petron. cap. LXXXIX. p. 556. Ibi autem recte Calphurnius *quod est corporis, ad cruciatum animi transtulit.* GRÆ.

Qui famem, qui morbum effugerunt) Melius istud e Pal. sec. atque Erfurdiano vulgatis, qui *mortem*. GRUT.

Apud

Digitized by Google

putant? cui non apud Senatum, non apud ullum ordinem, non apud equites Romanos, non in urbe, non in Italia, maximorum scelerum venia ulla ad ignoscendum dari possit? qui se ipsum oderit, qui metuat omnes, qui suam causam nemini committere audeat, qui se ipse condemnet? Numquam ego sanguinem expetivi tuum: numquam illud extremum, quod posset esse improbis, et probis commune, supplicium legis, ac judicii; sed abjectum, contemptum, despectum a ceteris, a te ipso desperatum, et relictum, circumspectan-

Apud ullum ordinem) Sic recte Grut. & ante illum Lamb. Car. Steph. P. Man. Herv. Ald. sec. Ven. & Rom. princeps. Male prior Ven. Naug. & repet. Lamb. *apud illum*. Videtur tamen hoc esse non suo loco positum, meliusque fore, *non apud Senatum*, *non apud equites Rom. non apud ullum ordinem*. Gar.

Qui seipsum oderit) Malæ conscientiæ hoc indicium. Tiberius: *Postremo semetipse pertæsus tali epistolæ principio tantum non summam malorum suorum professus est. Quid faciam vobis, P. C. aut quomodo scribam? aut quid omnino non scribam hoc tempore? Dii me, Deæque pejus perdant, quam quotidie perire sentio, si scio*. Suetonius in Tiberio cap. 67. quæ ad verbum a Tacito referuntur in annalibus. Et merito: nam, ut ait Aristoteles cap. 14. libri 9. Ethicorum: *στασιαζει των φαυλων ψυχη*: *anima sceleratorum a se ipsa dissidet*. Abram.

Qui metuat omnes) Publius Mimus apud Macrobium:

Quotidie damnatur, qui semper timet. Idem.

Qui se ipse condemnet) Sic rescripsi ex Erfurtensi. In vulgatis est *se ipsum*. Sed alterum magis amat Cicero, ut sæpius jam ad eum notavimus. Graev. Præcessit tamen, *qui se ipsum oderit*: verum id sequentium *qui metuat omnis* (ita edd. vett.) oppositio tuetur ex regula cel. Ernesti in Ind. p. 580. Lamb. *qui te ipsum oderis*, & sic porro cetera in secunda persona: cujus certe ad tertiam conversio heic fieri non potuit sine culpa, & errore: non cohærent enim, ut debent; *te indemnatum videri putas — qui se ipsum oderit, &c.* Sed, ne adversus MSorum fidem tanta mutatio fiat, quandoquidem aliquid medicinæ hic tamen locus postulat, vide, an præstet unam supra delere syllabam *te*, quam facile interpretes illi adjecerint, qui olim codices contaminabant: tum importuno illo *dicere audes* abjecto, ita omnia connectere: *An tu mihi — indemnatum videri putas, quem socii — omni cruciatu dignissimum putent? cui non — possit? qui seipsum oderit, &c.* Omnino MSorum auxilium hic totus locus implorat. Morbos heic partim perspicere, partim subodorari licet: curationes adhiberi satis certe non possunt. Gar.

Circumspectantem omnia) Illud est timoris indicium. Cnemon pavens sic ab Heliodoro describitur 2. Æthiop. *Και θαμα προς τα κατοπιν ὑπεστρεφε, και περιεσκοπει τον ουδαμου διωκοντα*. *Et frequenter convertebat sese, & circumspectabat a tergo eum, qui nusquam insequebatur*. Sic Polynices in Phœnissis ab Euripide circumspectans inducitur:

Ο και δεδοικα μη με δικτυων εσω
Λαβοντες ου μεθωσιν αναιμακτον χροα.
Ων ουνεκ' ομμα πανταχη διοιστεον

Κα-

spectantem omnia, quidquid increpuisset, pertimescentem, diffidentem tuis rebus, sine voce, sine libertate, sine auctoritate, sine ulla specie consulari, horrentem, trementem, adulantem omnes videre te voluì,

Καλεσε και το δευρο μη δολος τις ῃ.
Horrore quatior, ne quis implicitum plagis
Non me remittat ante quam largus cruor
Inundet, ideoque huc & huc oculos fero
Partes in omnes, ne quis insidiat dolum. Abram.

Quicquid increpuisset pertimescentem) Turpilius in Leucadia:
Miseram terrent me omnia, maris sonitus,
Scopuli, solitudo, sanctitudo Apollinis.

Maro 2. Æneidos:
Nunc omnes terrent auræ, sonus excitat omnis,
Suspensum.

Vide Horatium lib. 1. carminum ode 23. 1. Catilinaria: *Quicquid increpuerit Catilinam timeri.* Eodem modo Livius lib. 4. *Si quid increpet terroris, sine patricio magistratu placere remp. opprimi.* Idem.

Sine voce) Aliud malæ conscientiæ signum: Horatius:
—— an rapit vis acrior?
An culpa? responsum date.
Tacent, & ora pallor albus occupat.

Demosthenes de falsa legatione: Τι ποτ' ουν εστι, δι' ο οι βδελυροι τα τοιαυτα παντων των εν τη πολει, και μεγιστον φθεγγομενοι, τι και ατολμοτατοι παντων, και ουδενος μειζον τοσουτον ηττωνται; δι' ο πολλακις αισχυρον εστι, και τουναντιον ασθενες, το συνειδεναι πεπραχοσιν αυτοις τα πραγματα. τουτο παραιρειται την θρασυτητα την τουτου. τουτ' αποστρεφει την γλωτταν, εμφραττει το στομα, αγχει, σιωπαν ποιει. *Quid caussæ est quod hi perditissimi omnium qui sunt in civitate, & maxima voce præditi, a me qui minime omnium sum audax, nec quoquam vocalior, adeo superentur? nimirum, fortis est veritas, infirmum contrarium: & conscire sibi res gestas, hoc demum eorum aufert audaciam; hoc linguam avertit, os obstruit, præfocat, silentium indicit.* Idem.

Horrentem, trementem) Mala conscientia terrorem incutit, & tremorem, sic superius *labris trementibus* loquens inducitur: eleganter Ovidius 1. Fastorum in carmentalibus:
Conscia mens ut cuique sua est, ita concipit intra
Pectora pro facto spemque, metumque suo.

Et a Platone nono de Repub. tyrannus describitur, φοβου γεμων δια παντος του βιου σφαδασμων τε και οδυνων πληρης: *per omnem vitam timore plenus vacillationis & dolorum.* Petronius in Satyrico: *Dii, Deæque quam male est extra legem viventibus? quicquid meruerunt, semper exspectant.* Seneca in Hippolyto ita nutricem Phædræ loquentem inducit:
Quid pœna præsens? conscia mentis pavor?
Animusque culpa plenus, & semet timens?
Scelus aliqua tutum, nulla securum tulit. Idem.

Adulantem omnibus) Omnes libri, *adulantem omnis*: itaque hunc locum citat Cornelius Fronto, afferens Ciceronem hic, accusandi casu usum esse. Faernus. Cum libris Faerni, quos tandem Grut. audivit, omnes Britannici, Ed. Rom. sec. Ven. Aldi senioris, Naugeriique consentiunt. Nam prior Ven. Herv. P. Man. Gryph. Cat. Steph. & Lamb habent *omnibus*: cum veriorem, & antiquiorem hanc, qua jam utimur, locutionem esse, potuerint illi ex Quinctiliano discere l. O. IX. 3. ubi vide Burmann. pag. 799. Drak. ad Liv. XXIII. 4. Vossium VII. Art. Gramm. 21.

lui, vidi. Quare, si tibi evenerit, quod metuis, ne accidat, equidem non moleste feram: sin id tardius forte fiet, fruar tamen tua indignitate: nec minus libenter metuentem videbo, ne reus fias, quam reum: nec minus lætabor, cum te semper sordidum, quam si paullisper sordidatum viderem.

21. Rader. ad Curt. IV. 1. 19. Lazemb. Antiquar. &c. Adde locum Cassii apud Priscian. p. 791. Grammaticus autem ille, quem Faernus, & Manutius Frontonem nominant, Arusianus est, ut sæpe alibi: apud quem ita scriptum invenio. „ Adulans illum. Cicero in Pisonem: *adulantem omnes*. Idem Tusculana secunda: *nostrum adulans sanguinem*. „ Davisius Nonium errasse putat, qui p. 17. Merc. ex Accio illa profert, quæ Arusianus ex Tullio II. Tusc. 9. ejusque rationibus egregiis hæc jam accedit auctoritas. Neque enim tres integros versus, quos eam sententiam efficerent, Ciceronem Accio subripuisse putem, cum totum illum Æschyli locum a se conversum dicat. Gar.

Cum te semper sordidum) Semper in sordibus, lamentis & luctu jacentem, quam obsoletis vestibus, dum reus erit, amictum. Hotton.

Quam si paullisper sordidatum viderem) Guilielmius mallet, *viderim*. Gruterus. *Sordidatum*) Doctissimus Lipsius primo electorum cap. 13. communem Romanorum vestem albam fuisse demonstrat: ita ut in communi usu discrimen nullum inter cives fuerit a colore vestis: nisi quod divites, munduli, elegantes semper in toga sua a fullone nivea: vulgus fere sordidiores essent, & togis magis pallentibus, ac ut proprie dicam obsoletis: ideo Seneca epistola cxv. per sordidos intelligit vulgum, *Mirari quidem non debes*, inquit; *corrupta excipi, non tantum a corona sordidiore, sed ab hac turba quoque cultiore, togis enim inter se isti, non judiciis dissident*: ait diserte togis: sed & viri illustres ac nobiles rei facti, per dies judicii, sumebant hanc tam sordidam, positis niveis, ut miserabiliores essent, in veste plebeja. D. de injuriis & famosis libellis, *lege*. Item apud Labeonem §. 27. *Hæc autem fere sunt, quæ ad infamiam alicujus fiunt: puta si ad invidiam alicujus veste lugubri utatur aut squallida, aut si barbam demittat, vel capillos submittat*. Quibus vides squallidam vestem sive sordidam a lugubri esse diversam: lugubris aut pulli fuit coloris, aut etiam candidi aliquando, ut tum doctissimus Lipsius in Tacitum, tum Kirchmannus de funeribus & alii adnotarunt, & nos alicubi jam ostendimus: sordida vestis reorum erat non lugentium, squallida, detrita, sordibus aspersa. Venulejus eodem titulo libro 39. *Vestem sordidam rei nomine in publico habere capillumve summittere nulli licet: nisi ita conjunctus est affinitati, ut invitus in reum testimonium dicere cogi non possit*. Ubi Budæus hunc Ciceronis locum explanat: *Sordidum dixit vilem & abjectum, & sine ullo vitæ nitore, ac lautitia vitam agentem: sordidatum autem intellexit accusatum, & reum: ἐσθῆτα μεταλλάξαντα, καὶ κόμην ἀνεῖναι, καὶ ἐπικτείνοντα τὸν δῆμον*. Hinc reorum sordes frequenter. Suetonius in Augusto: *Diuturnorum reorum, & ex quorum sordibus nihil aliud, quam voluptas inimicis quæreretur, nomina abolevit*. Abram. Si Gulielm. emendans viderim ejicere voluit, ut verbum superiori quoque parti, *cum te semper sordidum*, conveniret, duplicem in fraudem incidit: nam neque id, quod voluit, obtinuit, neque id eum velle oportebat, cum verba, & nomina per syllepsin proximis adcommodentur, alio casu, modo, tempore in remotioribus, ubi desunt, animo repe-

petenda. Nihil apud criticos testatius est, nihil sæpius a nobis monitum. Sed heic duo verba eleganter ita sunt posita, ut alterius tacita repetitio alteri expresso quadam officii permutatione conveniat. Sic enim intelligendum: *nec minus lætabor, cum te semper sordidum* videbo, quam lætarer, *si paullisper sordidatum viderem*. Apertissime tum *lætabor* postulat *videbo*, tum *viderem* postulat *lætarer*. Ecce nunc *videbo* pro *viderem* de conjectura celeb. Ernestus nobis exhibuit. Sed vulgatam recte defendit Heusing. præf. ad Cic. Offic. p. XLVII. ubi etiam trajectio illa viri summi rejicitur, *cum te paullisper sordidatum, quam si semper sordidum videbo*: quæ profecto non refellenda, sed ingentibus Ernesti meritis condonanda est. GARATON.

M. AN-

M. ANTONII FERRATII

EPISTOLA PRIMA LIBRI TERTII

DE LEGE ÆLIA ET FUSIA.

Ex tot tantisque Romanarum rerum Commentatoribus nemo fere est, qui non multa passim attingat de lege quadam vetere Ælia Fusia, deque Augurum, ac Magistratuum nunciatione, cujus in impediendis, aut dirimendis populi Comitiis mira vis erat: quis absolvisse disputationem, palmamque tulisse dicatur? Vereor, ne arrogantiæ notam subeam, si denegem omnibus; quem autem ceteris præferam non habeo. Te, qui mihi dubio procul instar omnium futurus esses, qui fieri potest, ut hoc maxime tempore conveniam, in aliis rebus occupatum, tantoque locorum intervallo disjunctum? Igitur audendum est aliquid, quo me voti compotem faciam: committam Epistolæ, quicquid ad hanc ipsam rem arbitror pertinere, fretus singulari tua humanitate, ac benevolentia, qua me soles amplecti, meisque conatibus vel laudator, vel emendator accedere.

Oratione pro Sextio commemorantur Decreta Senatus pro restituendo Cicerone, & eorum alterum cavebat, dum lex ferretur de illius reditu, (cap. 61.) *Ne quis de Cælo servaret, ne quis moram ullam afferret; si quis aliter fecisset, eum plane eversorem Reip. fore, idque Senatum gravissime laturum*. Clodius Tribunus pl. anno superiore legem tulerat, ne quis de cælo servaret, atque ita Obnunciationem e Rep. sustulerat: quid igitur necesse erat decernere, ne illud fieret, quod fieri per legem Clodiam non licebat? Respondet Commentator: *Non abrogata quidem fuerat ea lex, sed Senatus decernebat, quasi ea nunquam lata fuisset*; hoc est non putabat eam esse legem. O rem plane incredibilem! Si quid promulgabatur, quod Remp. læderet, & Optimates affligeret, tum lex Clodia valebat; Si quid ferendum erat pro restituendo bonorum statu, pro dignitate Nobilium, pro libertate, nullius tum ponderis, aut momenti esse putabatur, Patribus ipsis, quos repugnare oportebat, auctoribus. In Oratione de Provinciis, summi civitatis viri (cap: 16.) *illud jure rogatum dicere ausi sunt, quod nullo exemplo fieri potuit, nulla lege licuit, quia nemo de cælo servarat*; cur nemo servarat? quia impediebantur lege Clodia. Legem igitur Clodiam probabant, cum de pellendo in exsilium Cicerone ageretur; cum idem ipse restituendus esset, non probabant? At quanta gravitate Senatus frequens

quens decrevit in eum Magistratum, qui servasset de cælo! *Si quis aliter fecisset, eum plane eversorem Reip. fore, idque Senatum gravissime laturum, & ut statim de ejus facto referretur.* Non tamen se Magistratui obnuncianti obtemperaturum esse negabat, & everti Remp. malebat, quam agi cum Populo, cum quis de cælo servasset. Optime, quamobrem aut Vir amplissimus M. Cato, eadem oratione de Provinciis, de Ciceronis exsilio laturus jure dicebat? quia *auspiciorum religione conservata* latum fuerat, quia nemo de cælo servaverat. An cum legem illam suam tulit Clodius, ne quisquam servaret in posterum de cælo, de cælo quisquam servasse dicitur? Nihil minus: cur non in omnibus actis P. Clodii non eadem sit auspiciorum ratio? cur valent reliqua etiam in perniciem Reip. quod nemo de cælo servare potuerit; Lex, quæ prohibet servare de cælo, non valet, cum, illam ferente Clodio, nemo servaverit? quam unam legem si Clodius non tulisset, nihil eorum, quæ deinde gessit, ratum fuisset. Fac decrevisse Senatum, tamquam si Lex Clodia numquam fuisset lata; etiamne reliqui Magistratus eam nullam esse arbitrabantur? In Sextiana (cap. 36.) *Si obnunciasset Fabricio is Tribunus pl. qui servasse de cælo diceret, accepisset Resp. plagam, sed eam quam acceptam gemere posset*: paulo post de Sextio (cap. 39.) *Venit in templum Castoris, obnunciavit Consuli.* Deinde (cap. 38.) *Cumque auspiciis, religionique parens obnunciaret, quod senserat.* Epistola 3. lib. 4. ad Atticum: *Proscripsit, se super omnes dies Comitiales de cælo servaturum*, & pergit referre, quomodo Appius Miloni, Metello Consuli Milo obnunciaverit. Ex quibus colligi potest, non modo Senatum, verum omnes etiam Magistratus existimavisse, non esse e Rep. sublatam obnunciationem. An vero legem Clodiam nullam esse putabant? at leges omnes, nisi abrogarentur, quæcumque illæ essent, inutiles quoque, & perniciosæ, ratæ erant, ut docet Asconius in Cornelianam. Quid igitur dicendum?

Quoties in Clodium Cicero invehitur, quod multis orationibus facit, toties incredibili illius scelere sublatas e Rep. leges Æliam, & Fusiam conqueritur; de quibus cum instituenda mihi sit disputatio, omittam aliorum dicta refellere, quo me celerius expediam, & rem omnem quanta maxime potero brevitate complectar. Quæram autem 1. utrum duæ diversæ leges eæ sint, an una, & eadem: 2. quo tempore, & a quibus latæ fuerint: 3. quid duæ illæ leges præscriberent; 4. quomodo a Tribuno pl. Clodio sublatæ dicantur. Quod attinet ad primum: Ciceronis verba attendenda sunt. In Pisonem (cap. 4.) *Lex Ælia, & Fusia eversa est, propugnacula, murique tranquillitatis, atque otii.* Post Reditum in Senatu (cap. 5.) *Ut lex Ælia, & Fusia ne valerent, quæ nostri majores certissima subsidia Reip. contra Tribunicios furores esse voluerunt.* In Vatinium (cap. 7.) *Cum, te tribuno, esset etiam tum in Rep. Lex Ælia, & Fusia: quæ*

Digitized by Google

quidem Leges anno post, una cum auspiciis, cum intercessionibus, cum omni jure publico conflagraverunt. De Har. Responsis (cap. 27.) *substulit duas leges, Æliam, & Fusiam, maxime Reip. salutares*. Ex his porro locis manifestum est, duas diversas leges fuisse Æliam, & Fusiam, licet iis verbis sæpe numero de utraque fiat mentio, (quod erit infra expendendum) ut una, & eadem esse videatur Hotomano, Frigio, & aliis quibusdam Interpretibus.

Quinam vero, & quo tempore, leges illas tulerint, nihil certi habemus, quod affirmare possimus. Cicero quidem in Pisoniana (cap. 5.) ita queritur: *Centum prope annos Legem Æliam, & Fusiam tenueramus*. Et in Vatinium (cap. 9.) *Sanctissimas Leges Æliam, & Fusiam dico, quæ in Gracchorum ferocitate, & in audacia Saturnini, & in colluvione Drusi, & in contentione Sulpicii, & in cruore Cinnano, & inter Syllana arma vixerunt*. Hinc patet, legis Æliæ latorem non fuisse Q. Ælium Pætum, qui anno U. C. 583. (Capitol. 886.) Consul fuit cum M. Iunio; nam ab eo Consule ad Clodium Tribunum pl. centum & novem anni recensentur, non *prope centum*, ut ait Orator, qui tamen singula solet amplificare.; cumque ex Ælia Gente nullum postea Consulem habeamus, non a Consule, ut vult Hotomanus, sed a Tribuno pl. Ælio quodam latam eam legem fateamur, necesse est. Quod si Æliam quidem Tribunitiam, Fusiam autem Consularem dicamus, quam tulerit P. Fusius Consul anno 614. cum Sex. Attilio; profecto ante Fusii Consulatum jam lata fuerat lex Ælia, cum semper ratione temporis habita, nominetur ante Fusiam, sic ut ex supra citatis locis colligitur, vel certe Tribunitia utraque est, easque Ælius, & Fusius Tribuni pl. eodem fere tempore, quamvis non eodem anno, promulgarunt aliquanto ante seditiones Gracchorum.

Hæc porro leviora videntur; definire, quid tandem iis legibus præscriberetur, hoc opus, hic labor est. Ælia lege factum fuisse dicunt, *Ut quoties ageretur cum Populo, Magistratus servare de cælo, & obnunciare possent, utque obnunciatione illa Magistratuum impedirentur Comitia*: & hac in re facile reliquis assentior: quid Fusia? *Ut certis diebus*, inquiunt, *qui tamen fasti essent, agi cum Populo non liceret*: quod non probo. Si enim lex Fusia vetabat haberi Comitia quibusdam fastis diebus, quos ipsa definierat.; necessario consequitur, diebus aliis Fastis, quos lex non exceperat, haberi Comitia potuisse. At omnes docent, auctore Macrobio Saturn. lib. 1. cap. 26. dierum, qui non erant festi, & dicebantur profesti, ex instituto Numæ, alios fuisse fastos, quibus licebat Prætori jus dicere: alios Comitiales, quibus cum Populo agendi facultas erat; diebus autem fastis, hoc est non comitialibus, non licuisse indicere comitia populi, seu legum ferendarum, seu Magistratuum creandorum causa. Quo igitur consilio legem illam suam Fusius tulit? an ne certis diebus fastis possent

ſent Magiſtratus cum Populo agere? Sed jam nefas erat lege Numæ, comitia Populi diebus omnibus, qui faſti eſsent, habere: an ut liceret agere cum Populo quibuſdam faſtis diebus? nemo hoc unquam dixit, aut in Romana Republica uſurpatum legimus. Nunc Veterum teſtimonia, quæ ad has Leges referuntur, videamus. Dio lib. 38. *Quamobrem Clodius metuens, ne si Ciceronem accusaret, eo modo* (per obnunciationem) *moram judicio nonnulli injicerent, rogationem tulit, ne quis, qui cum Magistratu esset, his diebus, quibus Populus sciscere quicquam debebat, auspicia caperet*: Aſconius de P. Clodio (ad c. 4. in Piſon.) *Alteram tulit legem, ne quis per eos dies, quibus cum Populo agi liceret, de cælo servaret; propter quam rogationem, ait Cicero, legem Æliam, & Fusiam eversam esse. Obnunciatio enim, qua perniciosis legibus resistebatur, quam Ælia lex confirmaverat, sublata est.* Cicero poſt Reditum in Senatu (cap. 5.) *Ut lex Ælia, & Fusia ne valerent*: in Sextiana (c. 15.) *lata lex est a P. Clodio, ne auspicia valerent.* Ex quibus ſi recte judicare velimus, duo colligi poſsunt: primum eſt, una tantum lege P. Clodium duas illas Æliam, & Fuſiam ſimul abrogaſse: alterum, de duabus illis Legibus ita laudatos Auctores commemorare, quaſi una, eademque lex eſset. Fac diverſis de rebus Leges Æliam, & Fuſiam latas fuiſse; illam quidem, *Ut liceret servare de cælo*; hanc vero, *Ne certis diebus fastis haberi Comitia possent*. Clodius certe contra legem veterem feciſse videtur, qui pluribus de rebus hoc eſt de duabus legibus abrogandis, quæ res diverſas complectebantur, unam Rogationem tulit. Cur autem Cicero pro Domo ſua, hoc idem non objicit Clodio, cum reliqua omnia facta ab eo contra eamdem legem diligenter enumeret? cur nuſquam hoc nomine eam Rogationem infirmat? Cur oratione de Provinciis, ſummi civitatis viri, & Cato ipſe jure latum defendunt, quod latum fuerat pluribus de rebus contra Leges? Præterea quam ob cauſam quaſi de una loquantur, *legem Æliam, & Fusiam eversam esse*, tradit Aſconius; latumque a Clodio ait Cicero (p. 5. in Sen.) *ut lex Ælia & Fusia ne valerent*? An quo modo legem Liciniam Muciam de Civitate dicimus, Cæciliam Didiam de legibus, Iuniam Liciniam de Trinundino, & veterem illam Tribuniciam Liciniam Sextiam de Conſulatu? At hæ quidem omnes a duobus vel Conſulibus, vel Tribunis pl. ſimul latæ ſunt, quibus res una tantum continebatur, a duobus proinde latoribus geminum nomen ſortitæ; Æliam vero, & Fuſiam duas omnino diverſas fuiſse leges, a duobus Tribunis non ſimul, neque eodem anno rogatas, ſupra oſtenſum eſt in prima Diſputationis parte. Utramque difficultatem qua ratione ſolvere Adverſarii poſſint, non video, ſicut & illud, quod antea ex Macrobio attigi de diebus faſtis; ergo ſic ad omnia reſpondeo. Lex Ælia jus dabat Magiſtratibus ſervandi de cælo, & obnunciandi, cum haberentur Comitia; Fuſia jubebat haberi ut feſtos eos dies, quibus ſervatum eſset de cæ-

 lo,

Digitized by Google

lo, adeoque Comitia prohibebat. Quapropter, si legum latores considerentur, qui non eodem anno Tribuni pl. fuerunt, ac tempus, quo latæ sunt, duas diversas leges illas esse dicendum est; si res ipsa spectetur, quam definiebant, utraque una, eademque lex fuisse videtur, quia & Obnunciatio legis Æliæ nullam vim habuisset, nisi per illam obnunciationem dies, quo obnunciabatur, festus factus fuisset lege Fusia, ad impedienda Comitia; & dies festus fieri non poterat, qui jam ex Numæ instituto Comitialis erat, nisi obnunciare Magistratui licuisset. Hoc semel admisso, controversia omnis tollitur; nam illud de diebus fastis ad nos nihil attinet; plures leges latæ de eadem re, una rogatione abrogari jure poterant; & unam, eamdemque legem haberi a gravissimis Auctoribus ob hujusmodi causam, quod una sublata, tollebatur etiam altera. Dio lib. 38. De Bibulo impediente leges C. Cæsaris: *Cum nullam aliam rei extrahendæ rationem haberet, in omnes reliquos ejus anni dies ἱερομηνίαν, Ferias indixit. Feriis autem non poterat Populus per leges in concionem coire.* Paulo post: *Domi se continens, Cæsari, quotiescumque is aliquid novi moliebatur, obnunciabat per lictores, ὅτι ἱερομηνία τε εἴη, diem esse Festum, & Festis diebus non esse fas, eum quippiam agere:* & has plerumque fuisse arbitror ferias illas Imperativas, quas apud Macrobium Consules, vel Prætores pro arbitrio, & ex potestate indicebant. Quid ergo est servare de cælo, & obnunciare lege Ælia? Nihil aliud, quam declarare, dies illos esse festos. Quid lex Fusia? Iubebat esse festos dies illos, quos tales declarassent Magistratus obnunciando, ut iis haberi Comitia non possent. Ille, qui lib. 4. Epist. 3. ad Atticum: *Proscripsit se super omnes dies comitiales de cælo servaturum*, ex lege Ælia; significabat, se indicturum ferias in omnes dies comitiales pro impediendis Comitiis ex lege Fusia. Cicero Oratione de Provinciis (cap. 19.) *Aut vobis statuendum est, legem Æliam manere, Legem Fusiam non esse abrogatam*; duas diversas leges recte distinguit, statimque explicat, quænam utriusque sententia fuerit: *non omnibus Festis legem ferri licere*, quod lex Fusia vetabat; sic enim hic, & in Sextiana legendum puto, non *omnibus Fastis*, ut erat vulgata lectio jam explosa: *Cum lex feratur, de cælo servari, obnunciari, interdici licere*, ex præscripto legis Æliæ. Utramque hanc legem simul abrogavit P. Clodius, ut dictum est supra: itaque pro Sextio (cap. 26.) *Mitto eam legem, quæ omnia jura religionum, auspiciorum, potestatum* (tum Ælia, tum Fusia significantur) *omnes leges, quæ sunt de jure* (en legem Æliam) *& de tempore* (en Fusiam) *legum rogandarum, una rogatione delevit.* Quibus verbis lex illa P. Clodii scripta erat? Ex Dione, & Asconio: *Ne quis per tot dies, quibus cum Populo agi liceret, de cælo servaret*, utrumque comprehendit, & ne quis obnunciet, & ne aliis diebus cum populo agatur, quam quibus licebat. Cur deinde jubet eadem lege, fastis etiam diebus, contra ac fas erat, ha-

haberi posse Comitia? quæ major stultitia, quam una, eademque Rogatione jubere id quod prohibeas? nugamur; nihil de diebus Fastis additum est in lege Clodia, & illis ipsis verbis leges Æliam, & Fusiam abrogavit, hoc est obnunciationem, & ferias Imperativas sustulit; quas Magistratus servando de cælo imperare solebant.

Ceterum, sicut manifestum est, a P. Clodio non fuisse sublatam Tribunorum pl. Intercessionem; sic initio hujus quæstionis, pluribus exemplis, & Ciceronis testimoniis perfeci, ut pateret, anno post illius Tribunatum, ac deinceps, Magistratus omnes de cælo servare, & obnunciare solitos fuisse, aliisque obnunciantibus Magistratibus vicissim paruisse. Quid vero de Lege Clodia sentiendum est? non ad omne reliquum tempus eam respexisse arbitror, quemadmodum Ant. Augustinus docet, quem alii quoque Interpretes sequuntur, sed ad illum annum tantummodo, quo Clodius fuit Tribunus pl. & ad unum Clodium, non ad omnes promiscue illius anni Magistratus pertinuisse. Oratione pro Sextio (cap. 61.) *vel quod postridie decretum in Curia, ne quis de cælo servaret, ne quis moram ullam afferret*; quod Sen. Consulto cautum est in gratiam Ciceronis, ut una lex illa de ipsius reditu perferri posset; id ne sibi in toto Tribunatu contingeret, Clodius lege lata prohibuit. Idem ex Dione lib. 38. colligitur: *Cum Cicero L. Ninnium Quadratum Tribunum pl. subornasset, qui Clodii legibus intercederet* (promulgatis maxime de abroganda lege Ælia, & Fusia) *veritus Clodius, ne ex eo tumultus excitaretur, aut mora rei injiceretur, Ciceroni occurrit, eumque dolo circumvenit, pollicitus, se, si per eum has leges perferre sibi liceret, nullam ei actionem intentaturum*. Equidem opinor, si de Obnunciatione, & Intermissione in perpetuum tollenda actum fuisset, non fuisse quieturos Optimates; non enim magis de sua Cicero, quam de Reip. salute soliciti erant Patres, quam everti una illa Rogatione vidissent. Scilicet ea vis, & sententia fuit Legis Clodiæ, ne sibi Tribuno pl. legem quamlibet ferenti, vel tribuni Collegæ intercedere, vel alii magistratus obnunciare possent; quod oratorie Cicero sæpe conqueritur; quippe sibi, & universæ Civitati perniciosum fuerat.

Partes, quas mihi proposueram, jam absolvi; tuas ut agere velis, exspecto. Vale IV. Non. Decemb. A. D. 1698.

Digitized by Google

PAVLLI MANVTII
COMMENTARIVS
IN
M. T. CICERONIS
ORATIONES

De Provinciis Consularibus.
Pro L. Cornelio Balbo.
In L. Calpurnium Pisonem.

Digitized by Google

Digitized by Google

PAVLLI MANVTII COMMENTARIVS IN ORATIONEM XXXV.

CAPVT I.

SI quis vestrum) In ipso exordio movet odium in Pisonem, & Gabinium, quorum ille Macedoniam, hic Syriam regebat, avare nimium, & crudeliter uterque: itaque utitur aspero verbo *detrahendi*, non, quod erat lenius, *revocandi*: & infra, enumeratis utriusque sceleribus, ita concludit: *Hos vos de provinciis, si non aliquando deducendi essent, deripiendos non putaretis?*

Necesse sit) Reip. caussa. Hoc dicit, ne videatur ita sentire, adductus odio, propter ejus temporis memoriam, cum oppugnatus a Clodio tribuno pl. non modo defensus a consulibus non est, qui eum tueri ac servare debebant, verum etiam nefarie proditus. Hanc, inquit, a me sententiam non injuriarum memoria, sed reip. dignitas, & provinciarum incolumitas exprimit.

Ac si princeps) Tria complectitur in hoc ambitu, nec se primum eam sententiam dicere, nec solum, nec minima reip. utilitate.

Laudaretis) Vt auctorem utilissimæ sententiæ.

Ignosceretis) Quid enim peccarem, si vel solus egregie de rep. sentirem?

Dolori meo) Hominis & graviter, & injuste læsi.

Vel quod habeo auctorem) Cum tria proposuerit, duo tantum subjungit, nec tamen quidquam omittit: nam hoc uno, *Vel quod habeo auctorem*, ad illa duo respondet, *si princeps*, *si solus*: unus enim Servilius effecit, ut neque princeps, neque solus eam sententiam Cicero diceret.

P. Servilium) Isauricum, non modo consularem, sed consularium quoque omnium vetustissimum: ideo sententiam dixit ante Ciceronem: nam filius ejus non nisi post aliquot annos consul fuit.

In me) Quem innocentem, optimeque de rep. meritum, P. Clodio tribuno pl. iniquissimam rogationem ferente, crudeliter oppugnarunt.

Pro pignore tradiderunt) Vendiderunt Clodio tradita tamquam pignore salute mea.

Ad ulciscendi tempora) Cum eos de criminibus ab utroque commissis accusabo.

CAPVT II.

Vno imperio) C. Cæsaris: quarum citeriorem, Illyrico adjecto, Vatinius lege sua dedit, ulteriorem postea Senatus, veritus, ne, si ipse negasset, populus & hanc daret.

Hunc ordinem condemnarint) Senatus enim, M. Catonis sententiam secutus, conjuratos in carcere necari jussit: consules igitur Piso & Gabinius, cum Ciceronem, accusatum a Clodio propter cives Romanos indicta caussa necatos, prodiderunt, ejiciendumque curarunt, non tam illum, qui Senatui paruerat, quam Senatum ipsum condemnasse, ejusque auctoritatem e civitate simul cum ipso Cicerone exterminasse, videri possunt.

Fidem publicam) Quam ego secutus in cives nefarios animadverti.

Perpetuam populi Romani salutem) In eo positam, si de domesticis patriæ hostibus extrema supplicia sumantur.

Arcem munire) In orat. in Pisonem: *An munitio Thessalonicæ?* Et infra: *The-*

Thessalonicenses, cum oppido desperassent, arcem munire cogerentur.

Militaris) Ergo latior, quam cetera. In Pisonem: *An cessisse militaris viae?*

Sit infesta) Pro, infestetur, vexetur: ut pro Amerino: *Fuit iis vita infesta. Saepe ferro atque insidiis appetita.* Pro Caelio: *Ego illud tempus aetatis, quod ipsum sua sponte infirmum, aliorum libidine infestum est, id hoc loco defendo.*

Gentes eae) Thraces, & Dardani, Macedoniae finitimi.

Vim argenti dederunt) Non pecuniam simpliciter, sed maximam pecuniam: pro Sextio, cum Gabinium exagitasset, subjunxit de Pisone: *Alterum Thracibus, ac Dardanis primum pacem maximis pecuniis vendidisse, deinde, ut illi pecuniam conficere possent, vexandam iis Macedoniam & spoliandam tradidisse.*

Superbissimo delectu) Cum non omnes, sed fortissimi tantum deligerentur: hoc sensu judicium aurium *superbissimum* vocat in Oratore, quia vel minimis offenderentur vitiis, perfecta tantum vellent.

Durissima) Ea diligentia, quae fieri vix posset. Quod dolendum magis est, ejusmodi milites interiisse.

CAPUT III.

Achaeos) Et de Achaeis, & de Dyrrhachinis, in eadem pro Sextio attingitur his verbis: *Cogere pecunias maximas a Dyrrhachinis, spoliare Thessalos, certam Achaeis in annos singulos pecuniam imperavisse.*

Urbem Byzantiorum) Liberam, suisque legibus utentem.

In libera civitate) Byzantii.

CAPUT IV.

Caesonium Calventium) Sic appellat Pisonem, quia Caesonius Calpurniorum Pisonum, ante quam Frugi dicerentur, cognomen fuit, ut fasti Capitolini anno V. C. DCV. docent. Calventius autem maternus avus fuit, ut ait Pedianus.

Graecia tota) Ergo Clodius Graeciam totam lege sua cum imperio Macedoniae, Pisoni gratificans, conjunxerat.

Naufragio: Translatio tribus verbis, naufragio, gubernare, evertere.

Contra legem generi tui) C. Caesaris: in Pisonem: *Obtinuisti provinciam consularem finibus iis, quos lex cupiditatis tuae, non quos lex generi tui pepigerat:* nam lege Caesaris justissima atque optima, populi liberi plane & vere erant liberi: lege autem ea, quam nemo legem praeter te, & collegam tuum, putavit, omnis erat tibi Achaja, Thessalia, Athenae, cuncta Graecia addicta.

Tenebricosa) Non aperta, sed occulta: unde in oratione post red. in senatu. *Illum domi quam libidinosum, quam impurum, quam intemperantem, non janua receptis, sed pseudothyro intromissis voluptatibus?*

Fronte, & supercilio) Quibus abhorrere videbatur ab omni libidine. In ipsum: *Oculi, supercilia, frons, vultus denique totus, qui sermo quidam tacitus mentis est, hic in fraudem homines impulit.* Et infra: *Ut tum ipsum adolescentulus cum illo tristi fronte vidisset, non fastidiret ejus amicitiam.* Et paullo post: *Decepit, aut potius incidit in istum, vestro deceptus supercilio Graecus, atque adulator, qui tam sapiens, & tristis videtur.*

Sic fortuna cum improbitate certavit) Hic vituperat, alibi laudat simili sententia: nam de Cn. Pompejo sic ita in ea pro Balbo: *In quo uno ita summa fortuna cum summa virtute certavit, ut omnium judicio plus, quam possit, minus, quam deceat, tribueretur.*

Semiramis illa) Semiramis in Syria regnavit: ejus nomine Syriae proconsul, homo effeminatus, ac mollis, lepide Gabinius appellatur.

Ariobarzanes) Cappadociae rex, amicus, & socius populi Romani.

Equitatus habuit interitum) Qua pugna, non dicit: sed infra, pugnasse eum ostendit cum maximis Syriae gentibus, & cum tyrannis.

CAPUT V.

Ita de me meritorum) In consulatu primum Catilinae temporibus, deinde, cum, lege in eum a Clodio promulgata, universus equester ordo vestem mutavit: erant autem publicani omnes equites Romani.

Ama-

ABRAMIVS.

Natis servituti) Magna cum emphasi: quia cum omnis servitus est misera, tum illa miserrima, si hominibus non ingenuis, sed potius ad servitutem natis serviamus. Iudaeos natos fuisse servituti vel id indicio fuerit, quod ut dicitur 1. Regum cap. 8. dixerunt Samueli: *Constitue nobis Regem*, &c. cum libertate frui possent. Bos Manethon Ægyptius apud Iosephum lib. priore contra Appionem, Iudaeos initio tradit appellatos fuisse, tanquam αἰχμαλώτους ποιμένας, *captivos pastores*: vide locum. Ad hanc servilem indolem referri possit illa Iudaeorum assentatio & mendicitas. Iuvenalis 6.

—— *Cophino foenoque relicto*
Arcanam Iudaea tremens mendicat in aurem.

Mox:

Qualiacunque voles Iudaei somnia vendunt.

Martialis libro 12. epigr. 57.

Nec turba cessat entheata Bellonae,
Nec fasciato naufragus loquax trunco
A matre doctus nec rogare Iudaeus.

Vt autem id obiter dicamus, frequenter Iudaeos cum Syris jungunt auctores, ut Arrianus libro 1. dissert. Epicteti cap. 11. Ἰουδαίοις καὶ Σύροις: rursum cap. 22. Ἰουδαίων καὶ Σύρων. Clearchus apud Iosephum libro 1. de Antiquit. Καλοῦνται δ', ὥς φασιν, οἱ φιλόσοφοι παρὰ μὲν Ἰνδοῖς Καλανοί, παρὰ δὲ Σύροις Ἰουδαῖοι. *Vocantur autem, ut ajunt, philosophi apud Indos Calani, apud Syros Iudaei*. Syros nationem fuisse natam servituti, diximus ad illa Pisonianae, *Syrum nescio quem de grege noviciorum*. Plautus Trinummo actu 2. sc. 4. agrum sterilem & infelicem describens eo allusit:

Tum autem Syrorum genus quod patientissimum est
Hominum, nemo exstat qui ibi sex menses vixerit.

Item:

—— *Genus*
Multo Syrorum jam antidit patientia.

Tradidit in servitutem Iudaeis, & Syris) Quia, cum ab iis publicani pecunias vectigales exigere vellent, jus eis dicere Gabinius noluit: sponte autem Iudaei, & Syri solvere noluerunt: ita Iudaeis, & Syris publicani servire videbantur, cum eos in judicium vocare non possent, sed, quod ii vellent, in vectigali pecunia facere cogerentur.

Statuit ab initio) Odio in equestrem ordinem, utpote qui consul dixerit equites Romanos daturos illius diei poenas, quo, Cicerone consule, cum gladiis in clivo Capitolino fuissent: L. vero Lamiam, principem equestris ordinis, in concione ultra ducenta millia passuum relegarit, quod ausus esset pro Cicerone deprecari. Pro Sextio, post red. in sen. & alibi.

Custodias) Carceres: voluit quemquam eorum, qui publicanis deberent, in carcerem duci.

Stipendiarios) Et vectigalia, & stipendia, quae socii pendebant, publicani conduxerant.

Liberavit) Ne quid penderent.

Magistratus) Qui provinciae vectigali praeerat.

Non temeritate redemptionis) Non quia prolapsi cupiditate nimis magno publica redemerint: quod cum antea fecissent, relevavit eos Caesar consul tertia mercedum parte. Suetonius.

In his angustiis aerarii) De tribus aerariis supra diximus: hoc illud est, quo vectigales pecuniae conferebantur, & unde legionum stipendia promebantur: nam in oratione pro Balbo: *In angustiis aerarii victorem exercitum stipendio affecit*.

Subveniatis) Aliqua mercedum parte releveris: quod Caesar quoque fecerat.

Gloriatur, se brevi tempore perfecisse, ut Gabinius unus omnium nequissimus existimaretur) Ejusdem leporis illud in Vatinium: *Die dicta ab eo, quem tu unum improbiorem esse, quam te, nonnunquam soles confiteri*.

CAPVT VI.

Militum clades) De Pisone jam dixit: *Exercitus ille noster, superbissimo delectu, & durissima conquisitione collectus, omnis interiit*: de Gabinio: *Adventus in Syriam primus, equitatus habuit interitum: post concisae sunt optimae cohortes*.

Anno superiore) Lentulo, & Metello Cos. nec dubitandum quin Lentulus potius, Ciceronis amantissimus, quam

Digitized by Google

quam Metellus, de Pisone, & Gabinio revocandis ad Senatum retulerit.

Si liberum vestrum judicium fuisset) Liberum Senatus judicium non fuit per aliquem tribunum pl. intercedentem.

Non credi litteris iis, quæ rem bene gestam nunciarent) Scripserat Gabinius de re a se bene gesta contra Aristobulum in Palæstina, Aristobulique filium Alexandrum.

Supplicationem Gabinio denegavit) In epist. ad Q. frat. *Idibus Maji Senatus frequens divinus fuit in supplicatione Gabinio deneganda*. Idem in oratione in Pisonem.

A suis Græcis) Quorum consuetudine utebatur: ut oratio in ipsum demonstrat.

In orchestra) Spatium in theatro fuit, ubi sedentes senatores, magistratus, & legati gentium exterarum, disjuncti ab equestri ordine & a plebe, fabulas spectabant: orchestræ vero Græcorum cum scena conjungebantur: & artifices in ea saltabant: unde nomen accepit.

Heluatur) Vt Epicureus, voluptati gulæque deditus: quod illi Cicero in oratione objicit.

Post siparium) Pudentius, quam in orchestra; est enim siparium velum scenicum.

CAPVT VII.

Quorum alter) Piso.

Non audet) Conscientia scelerum oppressus.

Certiores facere) De re gesta: cum tamen imperator sit in provincia appellatus: nam in oratione contra ipsum, *Appellatus*, inquit, *est hic vulturius illius provinciæ, si diis placet, imperator. Ne tum quidem, Paulle noster, tabulas Romam mittere audebas?*

Ne imperator appelletur) Bis igitur imperatores appellabantur, primum ab exercitu, deinde, litteris publice missis, a Senatu. Hoc dicit, quasi Piso timeat imperator appellari: quia scelerum suorum sibi sit conscius.

Si tabellarii non cessarint) Qui litteras ad eum ferunt de supplicatione denegata.

T. Albutio) Qui Sardiniæ præfuit. Idem in oratione in Pisonem.

Mastrucatis) Mastruca Sardorum vestis: pro Scauro, & Quinctilianus lib. I. cap. 9.

Cum maximis Syriæ gentibus) Cum quibus prospere se pugnasse Gabinius ad Senatum scripserat: quod Senatus, audita jam equitatus, & cohortium cæde, credendum non censuit.

Græcum hominem) Græcis litteris deditum: nam homo vere Græcus in Sardiniam proprætor missus non esset. Irrisit eum Satyricus poeta Lucilius, Latinis verbis Græca miscentem. *Græcum te, Albuti, quam Romanum, atque Sabinum*: & quæ præterea lib. I. de Fin. a Cicerone recitantur: de eodem in Bruto.

Quasi triumphasse) In Pisonem: *Albutius, cum in Sardinia triumphasset, Romæ damnatus est*.

Exitum) Damnationem, & exsilium. Tusc. 5.

Ignominia Senatus) Quia Senatum contempserat.

Consulibus duobus) Non qui nunc sunt, sed qui designabuntur. Paullo post apertius.

ABRAMIVS.

Pari scelere disparem conditionem fecit) Possitne in pari scelere mulcta dispar irrogari, non immerito dubitari possit. Et sane cum judex debeat secundum leges pœnas irrogare, leges autem sint omnibus communes, neque per duodecim tabulas fas fuerit *privilegium irrogari*, quod etiam, ut Andocides, & Demosthenes ajunt Atheniensium legibus cautum fuit, Μη επ' ανδρι νομον εξειναι θειναι εαν μη τον αυτον επι πασιν Αθηναιοις. *Ne de quoquam nominatim lex feratur, nisi eadem omnibus Atheniensibus imponatur*: hinc constat si legitimo judicio disceptetur, in pari scelere disparem conditionem esse non posse: Princeps tamen aut Senatus, ubi penes ipsum est summa respublica, vel etiam populus, ubi status est popularis, disparem facere possunt, & altero puniendo legibus obsequi, altero absolvendo legum severitatem temperare. Pulchre Themistius orat. de clementia Theodosii Imperatoris:

AL-

Digitized by Google

Αλλη μεν δικαςυ, αλλη δε βασιλεως αρετη, και τῳ μεν προσηκει επειδαι τοις νομοις, τῳ δε επανορθȣν και τȣς νομȣς, και το απηνες αυτων, και αμειλικτον παραδειχνυναι, ώ τε νομῳ εμψυχῳ οντι και ȣκ εν γραμμασιν αμεταθετοις, και ακαλευτοις. *Alia judicis, alia regis est virtus, & illi quidem convenit secundum leges judicare, huic autem leges etiam ipsas moderari, & eorum asperitatem mitigare. quippe qui lex sit animata non in litteris posita, quæ nec transferri, nec trasmutari possint* Est tamen ita supra leges, ut nocentes quidem absolvere possit, non autem damnare liceat innocentes. Ibidem Themistius: Δια τȣτο γαρ, ὡς εοικε, βασιλειαν εξ ȣρανȣ κατεπεμψεν εις την γην ὁ θεος δπως αν ειη καταφυγη τῳ ανθρωπῳ απο τȣ νομȣ τȣ ακινητȣ επι τον εμπνȣν και ζωντα. *Eam enim ob rem, ut videtur, regiam potestatem Deus e cælo demisit, ut homini refugium esset a lege immobili ad animatam & viventem*. Multa tamen intervenire possunt, cur non solum summi principes, sed etiam jurati judices alterum altero mitius clementiusque tractent, etiamsi pari scelere se obligarint: cum rei plerumque perfugio utantur ætatis, ut dictum est in Cæliana, aut beneficia, & nobilitatem obtendant, ut auctor est Lysias oratione contra Nicomachum: Ηδη τινες εις κρισιν καταςαντες αδικειν μεν εδοξαν αποφαινοντες δε τας προγονων αρετας, και τας σφετερας αυτων ευεργεσιας συγγνωμης ετυχον. *Iam nonnulli in judicium vocati peccasse visi sunt, sed demonstratis majorum suorum virtutibus suisque ipsorum beneficiis veniam impetrarunt*. Quod quomodo intelligendum sit dicemus in Miloniana.

Illas) Macedoniam, & Syriam.

Prætorias) Duæ Galliæ consulibus decernentur: ita fiet, quod Sempronia lex jubet. Piso tamen & Gabinius, prætoriis factis eorum provinciis, revocabuntur: nam si consulares, uti nunc sunt, ita permanerent eorum provinciæ, sequeretur, ut vel solos eos, vel solum Cæsarem revocari necesse esset: cum de duabus tantum consularibus provinciis, in quas duo consules erant, non de quattuor, lex Sempronia loquatur.

Si hic sinet) Fore significat, ut tribunus pl. impediat, ne prætoriæ fiant.

Tum) Cum agetur de prætoriis faciendis Macedonia, & Syria.

Nunc non potest) Non enim licet intercedere, cum de provinciis consularibus decernendis lege Sempronia refertur. Infra: *Mihi credite, numquam succedetur illis, nisi cum ea lege referetur, qua intercedi de provinciis non licebit*.

Qui designati erunt) Designati non sunt, sed ex interregno creati Pompejus, & Crassus.

Decernam easdem prætorias) Sed nihil agam, intercedet enim tribunus pl.

CAPUT VIII.

Annus est integer exspectandus) Nam hoc tribuno pl. Pisonis, & Gabinii studiosissimo, de quo dixit, si hic sinat, numquam illis succedetur: intercedet enim S. C. qui, si lege Sempronia provinciæ nunc decernantur, intercedere non potest.

Scipioni) Cui cognomen Asiatico fuit, ab Antiocho Asiæ rege devicto.

Omnes Metelli) Propter Numidicum, cui gloriam confecti Iugurthini belli legatus imperatori suo Marius ademit.

Gallici belli) Cimbrici. Plutarchus, & Orosius lib. v. cap. 16.

Extra ordinem) Vt ei ultra annum in Gallia esset imperium.

Bellum affectum) Profligatum quidem, non tamen absolutum: Tuscul. v. *Profligata jam hæc, & pene ad exitum adducta quæstio est*. Infra: *Ipse Cæsar, quid est, cur in provincia commorari velit, nisi ut ea, quæ per eum affecta sunt, perfecta reip. tradantur?* Et post: *Vos tamen oporteret ab eodem illa omnia, a quo profligata sunt, confici velle*.

Periculum sit) Ne instauratas maximi belli reliquias, ac renovatas audiamus. Infra idem aliis verbis: *Impolitæ vero res, & acerbæ, si erunt relictæ, quamquam sunt abscissæ, tamen efferent se aliquando, & ad renovandum bellum revirescent*.

CA-

CAPUT IX.

Summi poetae) Q. Ennii, qui M. Fulvium, Lepidi collegam in censura, ad bellum Ætolicum secutus est, Pro Archia.

Quae fuerunt inimicitiae graviores) Servilium augurem, (sic enim appellat Plutarchus) duo Luculli fratres, Lucius, & Marcus, patris eorum accusatorem, accusarunt. Academicorum libro, qui inscribitur Lucullus.

P. Servilii incredibili gravitate dicendi) Eadem res narratur in ea post red. in sen.

Olim.) Catilinae temporibus.

Et rursum) P. Clodio tribuno pl.

Subire cargis) Sponte enim, furente Clodio, caedisque civium caussam quaerente, cessi: ne mea caussa patria periclitaretur. In epist. ad Lentulum: *Qui meos cives, & a me servatos, & me servare cupientes, spoliatos ducibus, servis armatis objici noluerim.* Id saepe etiam gloriatur in orationibus.

CAPUT X.

Religionem, et pudicitiam) Cum in templum Bonae deae, muliebri vestitu, libidinis caussa penetravit: nota satis historia est.

Nonnulli) Caesaris inimici, ut M. Cato, qui Clodii tribuni pl. leges defendebat; ne, si leges eae tollerentur, irrita essent, quae ipse in Cypro, Clodii lege missus, egerat: in quo majorem otii sui, quam publici, rationem habebat.

Numero) Dierum quindecim, his consulibus, quibus haec habita oratio est. Caesar ipse lib. III. bell. Gall. in extremo ita scripsit: Ob eas res ex litteris Caesaris dies quindecim supplicatio decreta est: quod ante id tempus contigerat nulli: Biennio autem post, rebus aliis additis, iisque maximis, decreta ei supplicatio est dierum viginti, L. Domitio, Ap. Claudio Cos.

Honore) Verborum. De honore, & numero sic in ea pro Balbo: *C. Caesarem Senatus & genere supplicationum amplissime ornavit, & numero dierum novo.* Et hac paullo post: *Dignitas verborum.*

CAPUT XI.

Ego idem) Qui Caesari succedendum non puto.

Quos C. Mario) Ex bello Cimbrico, septem dierum, aut saltem sex: nam ordinariae dierum erant quinque: cum enim supplicatione decem dierum Pompejo decreta, duplicatam esse consularem supplicationem Cicero subjungat: nimirum, quinque dierum decerni solitam, perspicue demonstrat.

Eadem) Quinque dierum, ut ostendi.

Decreta) Ex sententia Ciceronis, ut infra.

Confectoque Mithridatico bello) Abundare arbitror, *Mithridatico*.

Supplicationem dierum duodecim decrevistis) Aut hic *decem*, non *duodecim*, aut supra *duodecim*, non *decem*, legendum est: verum utrobique malim *decem*: nam cum dixerit, in Pompejo duplicatam esse supplicationem consularem; facile suspicor, supplicationem consularem quinque dierum, non sex, antea fuisse: quod exemplo supplicationis Paullo Æmilio decretae Livius libro XLV. docet: quamquam C. Mario dies unus, vel plures etiam additi sunt, ut numero dierum novo cohonestaretur, sed id extra ordinem: Cicero autem de ordinaria & usitata consulari supplicatione loquitur, cum ait, in Pompejo duplicatam supplicationem consularem: praeterea, cum C. Caesari ob res in Gallia gestas decretam primum quindecim, deinde viginti dierum supplicationem videam, adducor ut existimem, tot dierum accessionem factam esse in supplicatione Caesaris, quot facta fuerat in supplicatione Pompeji, quinis utrique diebus extra ordinem honoris caussa concessis.

Dignitas verborum) Cum Caesaris res gestae verbis honorificentissimis exornarentur.

Honos) Haec simul junguntur, honos, novitas, numerus dierum, hac sententia: supplicatio major, quam ceteris, Caesari decreta: in quo fuit honor. non enim hic simpliciter de supplicatione loquitur Cicero, de qua jam dixerat, *Res ipsa tributa est diis immortalibus, & majorum institutis*,

Digitized by Google

tie; & utilitati reipublicæ: sed de ea supplicatione, quæ novitate & numero dierum ceteris omnibus præstitit.

Nuper) Iisdem consulibus.

De stipendio exercitus) Quem Cæsar novis legionibus auxerat: propterea novo etiam stipendio opus erat.

De stipendio) Pro Balbo: *Idem in angustiis ærarii victorem exercitum stipendio affecit: imperatori decem legatos decrevit: lege Sempronia succedendum non censuit: harum ego sententiarum princeps, & auctor fui.*

Non decrevi solum) In ep. ad Lentulum, non se decrevisse, sed decretum esse, dissimulans scribit: ne, restitutus in patriam, a pristina sententia, id est ab optimatum caussa descivisse videretur. *Quod scribis*, inquit, *te velle scire, qui sit reip. status: summa dissensio est, sed contentio dispar: nam qui plus opibus, armis, potentia valent, profecisse tantum mihi videntur stultitia, & inconstantia adversariorum, ut jam etiam auctoritate plus valerent: itaque, perpaucis adversantibus, omnia quæ ne per populum quidem sine seditione se assequi posse arbitrabantur, per Senatum consecuti sunt: nam & stipendium Cæsari decretum est, & decem legati: &, ne lege Sempronia succederetur, facile perfectum est.* Quæ tamen omnia ipse sua sententia decreverat: ut ex hac oratione satis constat.

Scribendo affui) Cum S. C. scriberetur. Quattuor modis erga Cæsarem studium suum declarat; quod de stipendio decreverit; quod, ut alii decernerent, laboraverit; quod multa dissentientibus responderit; quod scribendo affuerit. Maximum autem, si quis scribendo adesset, amorem in eum cujus de honore agebatur, præ se ferebat: itaque in ep. ad Ciceronem, *Res*, inquit, *ipsa declarat, tibi illum honorem nostrum supplicationis fuisse jucundum, quod scribendo affuisti: hæc enim S. C. non ignoro ab amicissimis ejus, cujus de honore agitur, scribi solere.* Quod ad loquendi genus attinet, satis multa diximus in comm. ep. fam.

Præda ante parta) Quæ reservabantur ad ornamentum triumphi: præda enim ex hostibus parta gestari solebat in triumpho.

ABRAMIUS.

Ornamentum triumphi) Ad triumphi splendorem pertinebat, ut quamplurimum in ærarium inferretur. Scipio major in triumpho, *Argenti tulit in ærarium pondo centum millia* XXXIII. id est, unum, ut loquimur, millionem, ducenta triginta millia coronatorum, ut ait Livius lib. 30. Vide de ejus fratre Asiatico Livium libro 37. Vide eundem lib. 39. de M. Fulvii & Cn. Manlii triumphis; & L. Manlii ovatione: & lib. 40. triumphum Qu. Fulvii Flacci de Celtiberis, & iterum de Liguribus: & librum 45. de Luc. Æmilii Pauli triumpho: ut & Plinium lib. 33. qui hoc idem testatur, & insuper ostendit 3. cap. quantum fuerit auri diversis temporibus in ærario. Quod ad Cæsaris triumphos spectat, audiendus est Appianus 2. bellorum civilium: *Pecunias vero in triumphis illatas fuisse tradunt* LXV. *millia talentum, coronas aureas bis mille octingentas viginti duas, quæ viginti millia octingenta viginti quatuor pondo efficerent.* Ad hunc etiam triumphi splendorem pertinuit donativum quod triumphantes militibus dividebant. Vide Livium lib. 30. de donativo Africani, lib. 33. de Cn. Cornelii & Qu. Minutii triumphis: de Quint. Fulvio lib. 40. lib. 41. de Tiberii Gracchi & L. Posthumii Albini donativis, lib. 45. in Pauli triumpho: *Pediti in singulos dati centeni, duplex centurioni, triplex Equiti.* Eodem libro C. Octavius, & Minutius sua etiam dederunt militi donativa. Minutum igitur fuisset triumphi decus, si stipendium non fuisset ex ærario erogatum, sed ex præda & manubiis Cæsar militibus suis stipendium solvere debuisset. Adde quod honoris caussa triumphi sumptus ex ærario solebant erogari. Livius lib. 33. *Qu. Minutius Consul de Liguribus, Bojisque Gallis in monte Albano triumphavit. Is triumphus et loco, & fama rerum gestarum, & quod sumptum non erogatum ex ærario omnes sciebant, inhonoratior fuit.*

CAPUT XII.

Affecta) Non confecta: de hoc verbo jam diximus.

An

Digitized by Google

Ac dies auget ejus desiderium) Quasi dicat: Oblivionem potius, quam desiderium, tempus auget: triumphusque si differatur, qui differetur, si remanet in Gallis Cæsar; splendor ejus minuetur potius intervallo temporis, quam augebitur; quare, quod ad ipsum attinet, caussam habet, cur decedere, non cur in Galliarum imperio diutius commorari velit, sed, belli perficiendi caussa ne decedat, nos curare debemus, siquidem de rep. potius, quam de homine laboramus.

Cujus fervore) Non loquitur de fluctibus, sed de piratarum quasi effervescentium infinita multitudine: supra: *Mithridaticos impetus, totumque Pontum armatum, effervescentem in Asiam, atque erumpentem*.

Asia) Quam Attalus rex populo Romano legaverat.

Tribus novis provinciis) Mithridatico bello Pompeji virtute partis, Bithinia, Ponto, Syria.

CAPUT XIII.

Socius) In opprimenda Catilinæ conjuratione, fuit enim prætor Cicerone consule: post præturam in Galliam ulteriorem ivit: rebellantesque Allobroges repressit. Dio lib. XXXVII. Liv. epitome lib. CIII.

Hac scelerata conjuratione excitatum) Sallustius, & orat. 3. in Catil.

Quievit) Ad eorum sedes non penetravit, biennio tamen post, L. Domitio, Ap. Pulchro Cos. triumphavit. Dio, & in ep. ad Attic. ad Q. frat.

Contrivit) Non placet, *contrivit, compulit*: ut minor significatio sit in secundo verbo, quam in primo, contra Ciceronis consuetudinem: *conterruit*, pro *contrivit*, ex auctoritate veterum librorum libenter lego.

CAPUT XIV.

ABRAMIUS.

Ultra illam altitudinem montium) Livius lib. 21. *Quid aliud Alpes esse credentes, quam montium altitudines? fingerent altiores pyrenæis jugis: nullas profecto terras cælum contingere.* Item: *Ex propinquo visa montium altitudo, nivesque cælo prope immistæ.* Florus lib. 2. cap. 6. *Medias perfregit Alpes, & in Italiam, ab illis fabulosæ altitudinis nivibus velut cælo missa descendit.* Silius lib. 4.

—— caligat in altis
Obtutus saxis, abeuntque in sidera montes.

Nec minus feliciter Petronius Alpes, & Herculis Monæci arcem ita descripsit:

Est locus Herculeis aris sacer, hunc nive dira
Claudit hyems, canoque ad sidera vertice tollit.
Cælum illinc cecidisse putes: non solis adulti
Mansuescit radiis, non verni temporis aura, &c.

Rursum Livius lib. 15. *Ibi cum velut septos montium altitudo teneret Gallos, circumspectarentque, quanam per juncta cælo juga in alium orbem terrarum transirent.*

Impolitæ res, & acerbæ, si erunt relictæ, quamquam sunt abscissæ, tamen efferent se aliquando, & ad revocandum bellum revirescent) *Abscindi* dicuntur ea, quæ conjuncta disrumpuntur: quod hic non quadrat: itaque malim, *accisæ*, quam *abscissæ*, & apud Virgilium lib. VII. eo versu:

Non licet amborum populos excindere regum.

scriptum esse, *excidere*, in Mediceo libro ait Pierius Valerianus, vir de litteris optime meritus: nam *exscindo* unde deducatur, non video.

ABRAMIUS.

Si fortunæ) Fortunæ, quæ ut alibi diximus multis nominibus est consecrata. Certe Plutarchus opusculo de fortuna Romanorum, templa Fortunæ Virilis, Muliebris, Primigeniæ, Obsequentis, Privatæ, Viscatæ, Virginis, Bonæ spei, &c. agnoscit. Variis eam modis pingebant. Dio Chrysostomus oratione 63. *Non inconcinna vero fuerunt antiquorum circa fortunam ænigmata. Quorum alii eam novaculæ, alii globo insistere faciebant, alii clavum in manu dabant. Qui autem melius pinxerunt ei cornu copiæ tribuebant.*

Red-

Digitized by Google

Reddit singulorum rationem: *Novacula felicitatis tenuitatem, & aciem declarat, sphæra facilem ejus esse mutationem; Sors enim divina perpetuo motu agitatur: clavus significat fortuna res humanas gubernari. Cornucopiæ bonorum largitionem, & felicitatem declarat.* Hæc Dio. Aliter eam depingit Marcianus 1. de nuptiis Philologiæ: *Omnium garrula puellarum, & contrario semper minitabunda luxu, levitate pernix desultoria gestiebat.* Aliter apud Ælianum lib. 2. cap. 29. *Pittacus Mitylenæ scalas in templis posuit, fortunæ sursum deorsum mutationem significans.* Ægyptii rotæ solutione fortunam adumbrabant, ut in Pisonem referemus. Scythæ apud Curtium lib. 7. *Sine pedibus dicunt esse fortunam, quæ manus & pinnas tantum habet: cum manus porrigit, pinnas quoque comprehendere non sinit.* Huc allusit Horat. lib 3. Ode 29.

Laudo manentem: si celeres quatit
Pennas, resigno, quæ dedit, & mea
Virtute me involvo.

Alii cœcam, insanam, brutam, globo insistentem, ut Pacuvius, Apulejus, Aristoteles, Cebes. Alias Fortunæ picturas tibi suggeret Pausanias multis locis. Quod autem noster Deam appellat, eidem alii omnium propemodum numinum nomina tribuerunt Dio Chrysostomus orat. 1. de Fortuna: *Ea est pugnantium Victoria, pacem agentium Concordia, matrimonia contrahentium Benevolentia, amantium Voluptas, & omnino in rebus omnibus, quæ accidunt, Felicitas.* Et oratione 2. *Fortuna inter mortales nomina multa sortita est. Illius æquale Nemesis, obscurum Spes, necessarium Parca, Iustum Themis nuncupatur. Multi nominis, ut vere dicam, Dea, & multiformis: huic agricolæ Cereris, pastores Panis, nautæ Matutæ nomen indiderunt.* Marcianus Capella lib. 1. *Quam alii Sortem asserunt, Nemesimque nonnulli: Tychemque quamplures, aut Nortiam.* Deam etiam Plautus appellat in Pseudolo, sc. *Dii immort.*

Centum doctum hominum consilia sola hæc devincit Dea
Fortuna.

Omnipotentem Maro 8. Æneidos:

Fortuna omnipotens, & ineluctabile fatum.

Heram Ennius, & Plautus hic in Pseudolo:

Divum atque hominum quæ spectatrix atque hera eadem es hominibus, &c.

Ille apud Tullium 1. offic.

Vosne velit, an me regnare hera, quidve ferat sors,
Virtute experiamur.

Galenus in protreptico fortunam τυφλὴν δαίμονα non semel appellat. Dio, ut vidisti, non solum θεὸν, sed etiam τὸ θεῖον. De qua Plinius lib. 2. cap. 7. Vbi de Deo multa sed impie disputavit, in eam sententiam propendet, ut vel fortunam vel naturam Deum agnoscat: *Fortunæ omnia expensa, omnia feruntur accepta, & in tota ratione mortalium sola utramque paginam facit. Ideoque obnoxii sumus sorti, ut sors ipsa pro Dea sit, qua Deus probetur incertus.*

Liberos) Vnam tamen habuit Iuliam, uxorem hoc tempore Pompeji Magni. Sed hic est Ciceronis mos, ut de uno filio liberos dicat: qua de re pro lege Manilia.

Vos tamen oporteret ab eodem illa omnia, a quo profligata sunt, confici velle) Profligare plus est, quam incipere, minus, quam conficere: itaque dixit paullo ante: *Quid est, cur in provincia commorari Cæsar velit, nisi ut ea, quæ per eum affecta sunt, perfecta reip. tradantur?* vide locum in epistola sexta lib. 11x.

Profligata) Affecta: quo verbo supra bis usus est.

CAPVT XV.

Virorum clarissimorum) Consularium: cum ante Ciceronem sententiam dixerint.

De quibus disserui paullo ante) Illa significat, quæ a Cæsare profligata confici ab eodem, si maneret in imperio, una, aut altera æstate poterant.

Eam se sciscere legem) Vatiniam, quæ Cæsari citeriorem Galliam cum Illyrico dederat. Qui citeriorem, inquit, Galliam Cæsari non adimit, ostendit probari a se Vatiniam legem, quam tamen, ut contra auspicia latam esse legem neget. Vlteriorem autem Senatus dederat, non po-

pu-

pulus, auctore Suetonio. Hanc sententiam opinor a M. Bibulo esse dictam: is enim & consularis, & Cæsaris inimicissimus: nam M. Cato ne prætorius quidem adhuc erat: neminem autem, ut jam dixi, nisi consularem, rogatum esse sententiam ante Ciceronem, verisimile videtur.

Cui non possit intercedi) Non poterat intercedi ulteriori Galliæ, quia Senatus illud, non populi beneficium fuerat: itaque non ad tribunos pl. sed ad Senatum, ut conservaret beneficium suum, pertinebat illa defensio: peccabat igitur senator ille, qui beneficium Senatus auferebat a Cæsare, populo relinquebat, populus enim citeriorem Galliam dederat.

Quæ defensorem habeat) Nam si citerior adimeretur, intercederent tribuni pl. jus & potestatem populi tuentes.

Belli Gallici rationem habet) Ulteriorem non attingit: vult enim ea confici, quæ profligata sunt, in quo fungitur officio boni senatoris: citeriorem decernit, cum hoc tamen, ne successor eat in provinciam, nisi gesto consulatu, Kalendis Martiis.

ABRAMIUS.

Fungitur officio) Duas adfert causas cur ille fungatur officio boni Senatoris: alteram, quod habeat belli Gallici conficiendi, & perpetuæ pacis stabiliendæ rationem: alteram, quod domesticæ quieti, & populi Senatusque concordiæ consulendum putet: quia nimirum debet sibi *cum tranquillitate otium* proponere, ut fuse in Sextiana; & providere, ne domestica seditio inter cives oriatur, quæ est longe bellis externis atrocior, ut dicemus in Pisonem. Porro senator iste ut plebem Senatui mitigaret, atque adeo suborientes discordias comperceret, aliquid de summo jure remittebat, eique legi parendum esse statuebat, quam legem esse non putabat. Prudenter:

Οταν γαρ ἡβᾳ δημος εις οργην πεσων,
Ομοιος ὡστε πυρ κατασβεσαι λαβρον.
Ει δ' ἡσυχως τις αυτῳ εντεινοντι [illegible]μεν
Χαλων ὑπεικοι. καιρον ευλαβουμενος
Ισως αν εκπνευσειεν. ὁταν δ' ανη πνοας
Τυχοις αν αυτου ῥᾳδιως ὁσον θελεις.
Nam cum furore populus accensus furit
Perinde, ut ingens ignis extingui nequit.
Quod si quiete cesseris, cum intenditur,
Aliquid relaxans, tempus observans, suos
Flatus remittet forsan, ut remiserit
Flatum, impetrabis ex eo quantum voles.

Inquit eleganter Euripides in Oreste, quos versus, sed aliquantum vitiatos nonnulli videntur ex Supplicibus retulisse. Aliis comparationibus rem illustrat Sophocles in Antigone:

Ὁρας παρα ῥειθροισι χειμαρροις ὁσα
Δενδρων ὑπεικει κλωνας ὡς εκσωζεται,
Τα δ' αντιτεινοντ' αυτοπρεμν' απολλυται.
Αυτως δε ναος ὁστις εγκρατης, ποδα
Τεινας ὑπεικει μηδεν, ὑπτιοις κατω
Στρεψας το λοιπον σελμασιν, ναυτιλλεται.
Videsne propter flumen hibernum arbores
Quæcunque cedunt frondium ut servent decus,
Et quæ resistunt penitus evulsæ cadunt.
Sic & carinæ si gubernator pedem
Tendens nihil concedit, in præceps dabit
Ratem supinam naufragum absorbens mare.

Ex quo infert τα μη τεινειν αγαν, non minimum contra tendere esse viri sapientis: ut quod ait Ambrosius I. de officiis cap. 5. *Cedendo vincat, sicut periti jaculandi cedentes solent vincere, & fugientes sequentem gravioribus ictibus vulnerare*. Adverte interim legendum in Sophocle, το λοιπον, non το λοιπον.

Legem) Vatiniam.

Servat) Quia, cum lex Vatinii citeriorem Galliam in quinquennium Cæsari dedisset, hic senator non ante quintum annum ei succedi vult: quo tempore absoluto, consul quoque me-

Digitized by Google

meruebat, ne cui, invito Senatu, eadem provincia alia lege ita daretur, ut a Vatinio Cæsari data fuerat.

Qui mihi nihil videtur minus) Malim: *Quo mihi nihil videtur magis*: nam, *qui* non est in vetere Card. Borromæi libro, sed, *qur*: alioqui diversum quiddam ab eo quod agitur, videbitur illud, *quem ut*, *qui consul*, cum tamen id esse constet, quod a dignitate, disciplinaque majorum dissideret, Cicero dicit.

Qui consul Kalendis Ian. habere provinciam debet) Quibus igitur designatis consulibus decretæ provinciæ fuissent, ab iis finem consulatus exspectari nolebant consules, qui de provinciis retulerant, sed ire in provincias cum primum magistratum inivissent: ut eo citius imperium Cæsari ex dimidia saltem parte adimeretur.

Desponsam) Ita promissam, ut eam tamen interim non attingat.

Ante quam designatus esset) Retulerant enim consules, ut sequentis anni consulibus, quicumque designati essent, lege Sempronia provinciæ decernerentur.

Sortietur an non) Mos erat, ut in provincias ituri sortirentur, aut compararent inter se. Livius, Cicero, alii.

Ante certam diem) Ei præfinitam. Paullo ante: *Præfinit successori diem*.

Kalendis ei denique Martiis) Non quæ erunt, ipso consule, sed anno sequenti: dictum est enim supra: *Fuerit toto in consulatu sine provincia*. Præterea si Vatinii lex servatur, ante quinquennium adimi citerior Gallia Cæsari non potest.

Attamen his sententiis Piso in provincia permanebit) Disputavit hactenus de duabus sententiis: concludit, neutra Macedoniam attingi: cum tamen ea potius, quam ulterior, aut citerior Gallia, cum Syria videatur esse conjungenda.

CAPUT XVI.

Honores eximios, & prope singulares) infra: *Omnibus a Senatu eximiis, ac novis rebus ornatus*. Et in ep. ad Lentulum; *Cum enim Cæsar, rebus maximis gestis singularibus ornatus & novis honoribus, ac judiciis Senatus, ad ejus ordinis auctoritatem adjungeretur*.

Gratis etiam) Ut cum ei Galliam ulteriorem vestra sponte decrevistis.

Hic) In hoc ordine.

In illos fluctus) Ad populi studium, ad popularem rationem. Recte Senatum, in quo summa gravitas & sapientia, portum vocat, populum vero fluctus, quia mente parum certa numquam consistit, & libidine potius, quam consilio, movetur: id eo liberius dicit, quia loquitur in Senatu.

Referunt adspectum in curiam) In communi sententia Cæsarem quodam modo describit.

Consule) Marcellino: is enim in consulatu majoris animi videtur fuisse, quam Philippus: & is etiam fortasse solus de provinciis retulerat, districto, & impedito Philippo propter affinitatem & Cæsaris, & Catonis, qui se mutuo pessime oderant. Attiam, Octavii, qui Augustus postea dictus est, matrem, Iuliæ, sororis Cæsaris, filiam, habebat in matrimonio; Marciam vero, filiam suam, Catoni collocaverat.

Nobis invitis, alicui decernatur) Exemplo Vatinii, qui eam Cæsari dedit invito Senatu. *Decernatur*, aut non proprie Cicero dixit, aut mendosum est: subaudiri enim constat, a populo, tribunicia lege: cum dicat, *nobis invitis*: at hoc verbum de populo non solet usurpari: decernit enim Senatus, populus jubet.

Post eos consules, qui nunc erunt designati) Absoluto scilicet imperii tempore, quod in ea provincia Cæsari lex Vatinia tribuerat: quam ob caussam supra quoque dictum est: *Legem, quam non putat, eam quoque servat: præfinit enim successori diem*.

Per manus) Ut, cum ipse attributum sibi lege Vatinia in citeriore Gallia imperii tempus absolverit, alteri, non quem Senatus, sed quem populus miserit, eamdem provinciam tradat.

CAPUT XVII.

C. Varroni) Viselliæ gentis: de quo sic in Bruto: *Erat etiam vir do-*

 ctus

Digitized by Google

ctus in primis C. Visellius Varro, consobrinus meus. Ibidem: *Neque verbis aptiorem alium dixerim, neque sententiis crebriorem: praeterea perfectus in litteris: jurisque civilis jam a patre Aculeone traditam tenuit disciplinam.*

Quibus ego si minus assentiebar) Quod ea Senatui non probarentur. In Pisonem; *Ego C. Caesarem non eadem de rep. sensisse, quae me, scio: sed tamen, quod jam de eo, his audientibus, saepe dixi, ille sui totius consulatus, eorumque honorum, quos cum proximis communicavit, socium esse voluit, detulit, invitavit, rogavit.*

Quinqueviratum) Malim legere, *vigintiviratum*, ut est in ep. 6. & 3. lib. 2. & in epist. 2. lib. IX. ad Attic. & apud Quinctilianum lib. XII. cap. 1. Vellejum lib. 2. Suetonius quoque, M. Attium Balbum, sororis Caesaris virum inter vigintiviros agrum Campanum plebi lege Iulia divisisse, scribit in Augusto: quare si malim, sex locorum testimonio unum corrigi, quam ex uno tria mutari, absurde mihi facere non videar.

In tribus sibi conjunctissimis consularibus) Cum Pompejo, & Pisone, Caesari conjunctissimis, quia Pompejus ejus gener erat, Piso socer: quibus additus Cicero tertius consularis fuisset. Pompejum quidem in vigintiviris fuisse ex eo mihi liquet, quod eum Cicero Balbi collegam vocat epist. 12. lib. 2. ad Attic. Adjuvat hanc opinionem, quod infra dicitur: *Illum quidem me habere eodem loco, quo principem civem, suum generum sentiebam.* Nam Pisonem, inimicum suum nominare noluit.

Legationem) In Gallia: ep. 19. lib. II. ad Attic. *Caesar me sibi vellet esse legatum, honestior haec declinatio periculi.*

Obstinatione quadam sententiae) Ne de meo statu declinarem: quod infra dicit, aut, ne dissentirem a vobis: quibus invitis & legem agrariam Caesar tulerat, & legatos quoque, sine S. C. lege Vatinia ipse deligebat; unde in Vatinium: *Age, factum est horum aliquid in aliis, raro, sed tamen factum est, ut populus deligeret imperatorem: quis legatos umquam audivit sine S. C.? ante te nemo, post continuo fecit idem in duobus prodigiis reipublicae Clodius.*

Multis enim non probabo) Iudicantibus eam legationem repudiari a me non debuisse, qua accepta, sequentis anni vim, & injuriam, illatam mihi tribuno pl. Clodio, vitassem. In ep. ad Terent. *Meum fuit, vel legatione evitare periculum, vel diligentia, & copiis resistere, vel cadere fortiter.*

Firmissimis opibus) Caesaris.

Populari praesidio) Caesar enim vel maxime apud populum gratia valebat.

A vestris sanctissimis mentibus) Non probantibus ea, quae consul Caesar egerat.

Aut de meo statu declinare) Cum in optimatum caussa, & in Senatus auctoritate, contempta ambitione illa populari, semper omnia posuissem. Huc illud spectat, quod supra dictum est: *Quae ego omnia non ingrato animo, sed obstinatione quadam sententiae repudiavi.*

Eodem loco) Cum me in tribus sibi conjunctissimis consularibus esse voluit.

Traduxit ad plebem inimicum meum) Caussa, cur Clodium ad plebem traduxerit, exponitur in oratione pro domo, his verbis: *Hora fortasse sexta diei questus sum in judicio cum C. Antonium, collegam meum defenderem, quaedam de republ. quae mihi visa sunt ad illius miseri caussam pertinere, haec homines improbi ad quosdam viros fortes longe aliter, atque a me dicta erant, detulerunt, hora nona, illo ipso die, tu es adoptatus.* Et apud Suetonium: *Ciceronem in judicio quodam deplorante temporum statum, P. Clodium, inimicum ejus, frustra jampridem a patribus ad plebem transire nitentem, eodem die, horaque nona traduxit.* Haec igitur traductionis caussa fuit, non ea, quam hic Cicero subjungit ad Caesaris excusationem, cui conjunctissimus erat hoc tempore.

A consulibus proximis) Pisone, & Gabinio.

CAPUT XVIII.

Adhuc) Non, ad hanc diem, sed quod ad illud quidem tempus attinet, donec ille consul fuit.

Tem-

Digitized by Google

Tempestas) Furor Clodii tribuni pl. post Cæsarem consulem.

Terror injectus Cæsari de suis actis) Totam hanc rem exponit in ea pro Sextio his verbis : *Illi autem aliquotum timore perterriti, quod acta illa, atque omnes res superioris anni labefactari a prætoribus, infirmari a Senatu, atque principibus civitatis putabant, tribunum popularem a se alienare nolebant.*

Adjutus) A Cæsare.

Non debui) Cum ejus beneficia, quibus acceptis servari poteram, repudiassem. Vellejus lib. II. *Hoc sibi contraxisse Cicero videbatur, quod inter viginti viros dividendo agro Campano esse noluisset.*

Sibi fortasse providit) Timuit fortasse, ne infirmarentur acta sui consulatus.

Aut putant) Errore ducti.

Aut volunt) Odio in Cæsarem, cui me inimicum esse vellent.

Ultimi temporis) Vetustissimi : de quo supra : *Primum illud tempus familiaritatis, & consuetudinis, quæ mihi cum illo, quæ fratri meo, quæ C. Varroni, consobrino meo, ab omnium nostrum adolescentia fuit, prætermitto.*

Per aliquos) Qui putant, me cum Cæsare non reip. caussa, sed illius felicitate commotum, mihique privatim consulentem, in gratiam rediisse.

Magni cujusdam hominis, & persapientis) Quam isti laudem mihi adimunt, odio maxime in Cæsarem : cum quo non posse me dicunt reipubl. caussa conjungi : quandoquidem is contra remp. consul omnia fecerit.

CAPUT XIX.

A viris fortissimis) In tuenda rep.

De me optime meritis) Cum restitutus in patriam sum: Bibulum Catonem, L. Domitium, alios Cæsari inimicos, designat.

Participes esse nolui) Solus enim acerbissimum injusti exsulii calamitatem pertuli : cum tamen illa non mea tantum, sed bonorum omnium caussa fuerit. Pro Balbo : *Fuit hoc sive meum sive reip. fatum, ut in me omnis illa inclinatio communium temporum incumberet.*

Meo jam jure) Quia defendunt ipsi inimicum meum, quem fuisse quidem improbum tribunum, sed tribunum tamen dicunt : cum ego illum, hominem patricii generis, lege curiata, cum de cælo servaretur, ad plebem traductum tribunum esse potuisse negem. Confertur hoc in Catonem, qui lege Clodia in Cyprum missus everti acta sua simul cum Clodii tribunatu intelligebat.

Defugi) Cum ejus beneficia contempsi.

Jure latas negant) Quia contra auspicia latæ sunt.

Vir summa auctoritate) Cum hic sententiam ante Ciceronem dixerit, consularem fuisse necesse est, & opinor Bibulum fuisse : nam Cato, nondum prætorius, ante consularem Ciceronem sententiam rogatus non esset.

Justum ; Iure rogatum.

Et indictum) Pro domo : *Video quosdam clarissimos viros, principes civitatis, aliquot locis judicasse, te cum plebe jure agere potuisse : qui etiam de me ipso, cum tua rogatione funere elatam remp. esse dicerent, tamen id funus, etsi miserum, atque acerbum fuisset, jure indictum esse dicebant : quod de me, cive, ac de rep. bene merito tulisses, funestum funus te indixisse reip. quod salvis auspiciis tulisses, jure egisse dicebant.*

Reliqua non reprehendo) Quod Iulias leges jure latas negant, quia, cum ferrentur, de cælo servatum sit.

Ad id, quod sentio, assumo) Nam si verum est, quod dicunt, jure rogatum a Clodio de me : quia nemo tum de cælo servavit ; ut servatum est in legibus Iuliis : quas ideo jure latas negant : sequitur, ut, quod rogatum est de Clodio ad plebem traducendo, jure rogatum non sit : tunc enim Bibulus, ferente legem curiatam Cæsare, de cælo servavit : quod si plebejus esse non potuit : tribunus pl. esse qui potuit ? & si tribunatus ejus ratus non est : quod ab eo tribuno de me rogatum est, jure rogatum esse dici nullo modo potest. Hæc Cicero : at Cato leges Clodii esse irritas ideo negabat, quod in iis erat ea, qua ipse in Cyprum missus erit.

Digitized by Google

Illud) Proscriptionem illam mei capitis : nam eam legis nomine Cicero appellandam non censet.

Quia nemo de cœlo servarat) Ferente ad populum de me Clodio. Licebat autem per veteres leges, cum lex ferretur servare de cælo, id est impedire : cum magistratus crearetur, non licebat, Phil. 11. Gellius lib. XIII. cap. 14. Dio lib. XXXIIX.

Qui id egerat) Qui de me tulerat.

Dici) Ab iis, qui Iulias leges irritas esse cupiebant.

De cælo esse servatum) Quod si verum est, lex curiata ferri non potuit : ergo nec ille plebejus esse potuit sine lege : nec, si plebejus non fuit, tribunus pl. esse potuit.

Nihil est, quod irritum ex actis Cæsaris possit esse) Quæ tamen isti rata esse nolunt, quia servata auspicia non sint : sed si ratus est Clodii tribunatus, non servatis, cum plebejus fieret, auspiciis : ergo & rata Cæsaris acta, licet, cum leges Iuliæ ferrentur, servata auspicia non sint. Bibulus enim tunc de cælo servavit.

Perniciosissime res) Vt illa proscriptio mei capitis.

Auspiciorum religione conservata) Quia, cum Clodius de me tulit, nemo de cælo servavit.

Aut vobis statuendum est) Illa servari non oportere, quæ suis legibus sanxit Clodius : ille enim legem Æliam, & Fusiam abrogavit : ille tulit, ut omnibus fastis legem ferre liceret, ille censoriam potestatem sustulit : quæ sunt omnia perniciosa reip. aut, si leges illas conservandas esse ducitis, permittite mihi, ut, cum vos in rebus perditis, id est in iis, quas tribunus egit Clodius, auspiciorum jura non spectetis; eadem ego auspicia in bonis rebus, id est, in iis, quas Cæsar consul egit, pariter non spectem : postremo, nihil ostendent auspicia Clodii legibus, fuerit, quod ego nego, jure tribunus plebis, quid sequetur ? ut leges omnes sint eversæ, ac perditæ civitatis : eas enim suis legibus evertit Clodius.

Non esse abrogatam) Quam abrogavit Clodius cum Fusia.

De cælo servari, obnunciari, intercedi licere) Quæ sustulit Clodius, ut, cum vellet legem, nullo impediente, ferre posset : quamquam de intercessione sublata nusquam legi : nec sublatam tribuniciam intercessionem a tribuno pl. crederem, nisi adderetur, *cum lex feratur* : ita Clodius populo cavit, non Senatui, cum intercedi S. C. posset, legibus non posset.

Censorium judicium) In oratione in Pisonem, *Ab eodem*, inquit, *homine in stupris inauditis, nefariisque versato, vetus illa, magistra pudoris, & modestiæ, censoria severitas sublata est.* Quo loco docet Pedianus, legem a Clodio latam, ne quem censores in Senatu legendo præterirent, neve qua ignominia afficerent, nisi qui apud eos accusatus, & utriusque censoris sententia damnatus esset.

Contra leges sacratas) Quæ vetabant, nisi qui plebeji esset generis, tribunum pl. quemquam fieri.

Contra auspicia fuisse) Quia quo die ad plebem transivit, curiatam legem ferente Cæsare consule, eo die Bibulus de cælo servavit.

Aut in rebus bonis) *Aut*, abundat.

Alio modo) Salvis auspiciis.

Aut in Clodio auspiciorum ratio sit eadem) Aut, si mihi non conceduns, ut in rebus bonis ea non exquiram, quæ ipsi in perditis non exquirunt : id est, aut, si mihi non conceduns, ut non laborem de auspiciis, contra quæ Cæsaris leges latæ sunt ; quia velint omnino auspiciorum religionem conservari ; non recuso, modo eadem religio conservetur in Clodio, id est in ea lege, quam de Clodii adoptione contra auspicia Cæsar tulit.

Leges omnes) Ab eo latæ.

Sint eversæ, ac perditæ civitatis) Latæ putentur contra remp. contra veteres leges, moremque majorum, in eversa ac perdita civitate non sint leges liberæ civitatis, sed eversæ, ac perditæ.

CAPVT XX.

Hoc tempore) Cum ille maximas res gerat : quarum cursum impedire boni civis non est.

Summorum virorum exemplo) Quos supra nominavit.

Opi-

Opinio injuriæ) Illius in me, cum traduxit ad plebem inimicum meum.

Beneficio) In ep. ad Lentulum : *Huc accessit commemoranda quædam, & divina Cæsaris in me, fratremque meum liberalitas : qui mihi, quascumque res gereret, tuendus esset ; nunc in tanta felicitate, tantisque victoriis, etiam si in nos non is esset, qui est, tamen ornandus videretur : sic enim te existimare velim ; cum a vobis mox salutis auctoribus discesserim, neminem esse, cujus officiis me tam esse devinctum, non solum confitear, verum etiam gaudeam.* Et ad Attic. ep. ult. lib. IV. *Perspice æquitatem animi mei, & ludum, & contemptionem Seleucianæ provinciæ, & meam hercule cum Cæsare suavissimam conjunctionem : hæc enim me una ex hoc naufragio tabula delectat : qui quidem Quintum meum, tuumque dii boni, quemadmodum tractat honore, dignitate, gratia : non secus, ac si ego essem imperator. Hunc tu non ames ? quem igitur istorum ?*

Si honos quidem) Distinguit honorem a dignitate : & in honore plus videtur ponere : significat enim cavendum, ne, si Cæsaris honor detractione provinciæ minuatur, discordia in Senatu aliqua propter dissensionem exorta remp. perturbet.

Decretorum vestrorum) Quibus eum ornastis.

Probare omnibus) Ut omnes in hoc recte sentire me dicant.

Repugnante vestra auctoritate, vexerunt) Accusari a Milone vetuerunt. *Repugnante* interpretor, ne tegeretur : nam cum loquatur in Senatu, vitat ea, quæ possint eum ordinem offendere : in oratione autem pro Sextio, cum apud iudices verba faciat, Senatus auctoritate Clodium esse tectum, ereptamque Miloni ejus accusandi potestatem, ostendit : cum enim de Clodio dixisset : *Ille, qui monumenta publica, qui ædes sacras, qui domos inimicorum suorum oppugnavit, excidit, incendit, accusat eum, qui aliqua ex parte ejus furorem exsultantem repressit :* de Milone subjunxit : *His, qui se est tutatus sic, ut in privata re deos penates suos, in republica jura tribunatus, auspiciaque defenderet, accusare eum moderate, a quo ipse nefarie accusatur, per Senatus auctoritatem non est situs.* De eadem re Senatum aperte reprehendit in ep. ad Lentulum, cum ait : *Qui non pluris fecerat Bonam deam, quam tres sorores, impunitatem est eorum sententiis assecutus, qui, cum tribunus pl. pœnas a seditioso cive per bonos viros judicio persequi vellet, exemplum præclarissimum in posterum vindicandæ seditionis de rep. sustulerunt.*

Cum suo inimico) Cum Cæsare : notat in primis M. Bibulum, M. Catonem, L. Domitium.

In gratiam non dubitarint redire) Hinc illa Ciceronis querela in eadem ad Lentulum : *Erat hoc mihi dolendum, sed multo magis illud, quod inimicum meum, meum autem ? imma vero legum, judiciorum, otii, patriæ, bonorum omnium, sic amplexabantur, sic in manibus habebant, sic fovebant, sic me præsente osculabantur, non illi quidem ut mihi stomachum facerent, quem ego funditus perdidi, sed certo ut facere se arbitrarentur.* Feci, inquit, cum Cæsare, eorum inimico, quod illi cum Clodio, & meo, & ipsorum inimico, facere non dubitaverant.

Non dubitarint) Nulla mei ratione habita, parum laborantes, si mihi probaturi non essent.

Digitized by Google

PAVLLI MANVTII COMMENTARIVS IN ORATIONEM XXXVI.

Capvt I.

AB amplissimis viris) Cn. Pompejo, M. Crasso. *Qui amici fuerint saluti meæ, & dignitati*) In quibus potissimum Pompejus fuit. *Hesterno die*) Ante Pompejum igitur dixerat Crassus.

De jure) Civitatis.

Subtilius) Subtiliter, & acute, non idem sunt: quod hic locus ostendit: nam cum Pompeji diversæ virtutes commemorentur septem: de prima subtilius, de secunda dicitur acutius: est autem subtilitas orationis, quæ singula persequitur, nihil ut res ea, quæ agitur, desiderare possit: quæ maxime virtus in disputando requiritur: lib. 2. offic. *Alia est illa, cum veritas ipsa limatur in disputatione, subtilitas*. Acad. 1. *Zeno, cum Arcesilam anteiret, & persecute moveretur, corrigere conatus est disciplinam*.

De memoria) Hoc si refertur ad memoriam antiquitatis, supervacaneum videtur, ob ea, quæ sequuntur: & interdum abundare, *de memoria*, sum arbitratus.

Illustriore auctoritate) Propter maximas res ab ipso gestas.

Gravius) Quod ipsa postulat reipublicæ dignitas.

De caussa, & crimine) Criminis loco ponebat accusator, quod Balbus in civitatem contra fœdus venisset, in quo scriptum erat, nequis civis Romanus fieri posset, nisi populus ejus fundus factus esset.

Nonnulli litterati) Quinam præter Stoicos? qui sapientem tenere virtutes omnes affirmabant: ut facile, cum vellet, omnia tractare posset.

Omnes animo virtutes) Morales significat, quæ vel sine litterarum studio comprehendi omnes animo possunt, quod etiam litterati homines nonnulli, qui contra potius videntur sentire debuisse, verum tamen esse existimarunt.

Omnia, quæ facere vellet, facillime tractare) Ne videatur amicitiæ caussa Pompejum laudasse, cui tribuit ea, quæ litterarum scientiam requirerent, a qua ille longe aberat, qui totam ætatem in bellis absumpserat, excogitavit hanc sententiam, ut eum ornaret omnibus virtutibus, quæ nullo doctrinæ studio comprehendi animo possent: ut, hoc posito, facilem esse Pompejo rerum omnium tractationem ostenderet.

Hic extremus perorandi locus) In quo plurimum pollet oratio: ideo Ciceroni tribuebatur, quod ipse gloriatur in Bruto.

Capvt II.

Sui facti) Quod Balbum civitate donaverit.

Apud eosdem vos, judices) Ergo in alia caussa de jure civitatis.

Auctorem) Approbatorem: nam auctor est, & qui futurum aliquid, & qui præteritum probat.

Hoc dignum reo videtur) Hoc Balbo, pro suis erga me meritis, proque sua innocentia, concedendum.

Furatus esse civitatem) Ut multi, tribus modis, vel quod genus ementirentur, seque Romanæ gentis esse dicerent, qui non essent: vel quod alio impudenti mendacio suam peregrinitatem obtegerent; vel quod, quam-

quamquam cives Romani non essent, in censum tamen irrepsissent, ut in posterum ex ipso censu cives haberentur.

Durissimo bello) Quod cum Sertorio, varia fortuna gestum est.

Q. Metello) Pio, Numidici filio.

Ut Pompejus in Hispaniam venerit) Sertorianum bellum gerebat Metellus: qui cum sufficere non videretur, Pompejus a Sulla missus est.

Memmiumque habere quæstorem cœperit) Qui Metelli quæstor fuerat ante adventum Pompeji.

Quæstorem) Quamquam eques Romanus adhuc Pompejus esset, verum quia cum imperio proconsulis ad id bellum missus est, ideo quæstorem habere potuit.

Carthaginem) Novam: ut caperetur.

Sucronensi, & Duriensi) Apud duo flumina, Sucronem & Duriam. Plutarchus in Pompejo, & Sertorio: qua de re hæc apud Sallustium in epistola Pompeji ad Senatum: *Castra hostium apud Sucronem capta, & prœlia apud flumen Duriam & dux hostium C. Herennius cum urbe Valentia, & exercitus deleti satis clara vobis sunt.*

Ad extremum belli tempus) Anno demum decimo, duorum ducum virtute, sed præcipua Pompeji vigilantia, confectum illud bellum est.

Summo imperatore) Pompejo.

Spes præmiorum) Ideo Romanæ civitatis honorem consecutus est.

Non sunt in ejus facto) Non sunt consideranda tamquam factum Balbi, sed tamquam Pompeji qui dedit.

CAPUT III.

Caussa ipsius) Meritum.

Pœna) Ut ei civitas adimatur.

Caussa lædatur) Improbetur caussa, quasi enim facere non debuerit id quod fecit, ita factum illius damnatur; non ut in eum tamen pœna recidat, sed ut in Balbum.

Caput) Quia civitatis ademptio, capitis imminutio est.

Actione accusatoris) Id enim agit, ut Pompeji factum rescindatur: non quasi Balbus peccaverit, cujus caussam probat, cum eum fatetur optime de rep. meritum; sed quasi Pompeji crimen sit, cum eum civitate donavit.

CAPUT IV.

Quot oræ sunt, partesque terrarum) Triumphavit ex Africa primum, Hiarba Numidiæ rege victo; deinde ex Hispania, cæso Perperna, Sertoriani belli duce; postremo ex Asia, Mithridate, & Tigrane devictis.

Ita summa fortuna cum summa virtute certavit) Simile illud de Provincia: *sic fortuna cum improbitate certavit, ut nemo posset, utrum deterior, an infelicior esset, judicare.* Et illud lib. IV. in Verr. *Erat ea varietate operum, ut ars certare videretur cum copia.*

Non postulanti: imperia vero etiam recusanti) Ego sic, vel contra veteres omnes libros, sententiam secutus emendavi: antea vero, *Non postulanti imperia, verum etiam recusanti*: de quo tamen liberum cuique judicium relinquo.

CAPUT V.

Q. Metellus) Numidicus, L. F. addidit, ut eum distingueret a Q. Metello Baleario Q. F.

De pecuniis repetundis) Ex qua provincia, mihi nondum constat: nisi forte ex Numidia; quam fortitus cum Iugurtha bellum gessit.

Cui patriæ salus dulcior, quam conspectus fuit) Cum jurare nollet in legem Saturnini tribuni pl. quam iniquissimam judicabat, in exsulium missus est. Valer. Max. lib. III. cap. 8. Epitome lib. LXIX. Appianus.

Equitibus Romanis) Qui soli tum judicabant ex lege C. Gracchi.

Quin removeret oculos) Scribit ad Attic. lib. I. eamdem rem his verbis: *Tabulas Metelli Numidici, cum eæ, ut mos est, circumferrentur, nostri judices adspicere noluerunt.* Et Valerius Max. lib. 2. c. 10.

Decretum) De Balbo civitate donando.

Judicium) Ipsius Pompeji de Balbo: supra: *Qui sui facti, sui judicii, sui beneficii me voluit esse, ut apud vos judices nuper in alia caussa fuerim, & prædicatorem, & auctorem.*

De

De consilii sententia) Lex a Gellio & Lentulo Cos. lata jubebat, uti cives Romani essent ii, quos Cn. Pompejus de consilii sententia sigillatim civitate donasset.

Pronunciatum) In concione.

Recognoscamus) Ut recte ac facile sit consideremus. Eodem sensu in Vatinium: *Defraudabitur testibus collegis suis, non recitandi causa, legisse; sed recognoscendi*.

Pertendamus) *Pertendere*, plus est, quam conferre: pertendit enim, qui rem eam re ex omni parte ita confert, ut in vitium diligentia delabatur: itaque Varro dictam ait a pertendendo pertinaciam.

Cum quidem apud eos) Quem hic non nominat, Xenocratem philosophum fuisse & ipse dicit lib. 1. ad Attic. & Valerius Max. lib. 2. c. 5. & Laertius.

Ut ejus gloriae domicilium communis imperii finibus terminetur) Ornat eadem laude Caesarem in ea de Provinciis: *Quoniam*, inquit, *C. Caesar abest longissime, atque in iis est nunc locis, quae regione orbem terrarum, rebus illius gestis imperium populi Romani definiunt*.

CAPUT VI.

Interpretationem) Nam si Gaditana lingua scriptum foedus non intelligebat, poterat tamen Latinis explanatum litteris intelligere.

Caussa dicta est) Hactenus & mendo verba vacant, nec in sententia vitii quidquam est; ea, quae sequuntur, valde perturbata; sensus hic fortasse fuit: se locutum esse de Pompejo potius, quam de caussa: nunc ea dicturum, quae ad legem, ad foedus, ad exempla, moremque civitatis pertinent, de quibus judicium est: paullo post: *Omittam igitur Pompejum in oratione mea reliqua: de lege, de foedere, de exemplis, de perpetua consuetudine civitatis nostrae renovabo ea, quae dicta sunt*.

CAPUT VIII.

Satis esse sancti) *Sancitum*, rectius.

Sigillatim) Quia alia antea multos simul civitate donaverant: infra.

Et item) Animadverte, ut, item, sola sine tamen: quod alibi quoque observavimus.

C. Furius) Fusiam legem appellat lib. III. in Verrem; & ita legendum ubique arbitror.

Voconius) Hujus legis mentio fit libro III. in Verrem, in Catone, lib. 2. in fin.

Julia) A L. Iulio Caesare consule, lata anno primo socialis belli.

Qui fundi populi facti non essent) Qui populi leges eas non adscivissent, & quibus in populis leges eae, tamquam in fundo, non resedissent: sic enim Cicero verba foederis interpretatur malitiose, ut arbitror: de quo dixi jam in argumento.

Juris sui libertatem) Ergo municipia quadam legibus vivebant, ea scilicet, quae civitatem habebant sine suffragio: de quibus loquitur Gellius lib. XVI. cap. 13. & Livius lib. IX. adducto trium Hernicorum populorum exemplo.

Beneficio nostro) Cum eis leges nostras communicamus.

Non suo jure) Non ut impedire possint, quo minus, quos velimus, civitate donemus.

Quo jure uti velint) Velint ne nostris potius, quam suis, uti legibus.

Quaerendum esse) Non in fortibus viris civitate donatis: quod nunc accusator quaerit.

CAPUT IX.

Stipendiarii) Qui sunt deteriore condicione, quam foederati, de quo diximus in Divin.

Publice donari videbamus) Malim, *videmus*: cum supra dixerit, *videmus*, *scimus*.

CAPUT X.

Tuis civibus) Erat igitur Gaditanus accusator, sed civis Romanus.

CAPUT XI.

Aut etiam posse ex foederatis) Quod si ex foederatis posse negas, idem negas ex omnibus populis liberis: quandoquidem illud de populis fundis com-

commune liberorum est populorum, non proprium fœderatorum: & tamen ex populis liberis multi donati civitate sunt; nec quæsitum est, quod tu nunc in Balbo quæris, utrum si populi fundi facti essent, an non.

Dicatione) Cum se cives nostri sua sponte aliis civitatibus dicarunt.

In calamitate) Cum a judicibus condemnati essent.

Q. *Maximo*) Ignota mihi historia.

P. *Lænati*) P. Popilio, consulari viro C. Gracchi lege pulso, postea restituto: ut in orat. post red. in sen.

Q. *Philippo*) Neque de hoc quidquam legi.

Nuceriæ) In opido libero.

C. *Catone*) De repetundis damnato propter XIIX. millia H.S. non amplius, agentibus Mamertinis: in Verrem lib. VI.

Q. *Cæpioni*) Damnato de repetundis ex Gallia, post consulatum, quem cum C. Attilio Serrano gessit. Gellius, Strabo, alii.

P. *Rutilio*) Damnato ab equitibus Romanis, quod in Asia quæstor Scævolæ provinciales ab eorum injuriis defendisset. Cicero, Asconius, alii.

Postliminio) Si quis, aliqua civitate donatus, & inde priorem in patriam revertisset, eam civitatem, qua donatus erat, postliminio amittere dicebatur.

Libertino homine) Cognomen ipsum libertinum hominem indicat.

Is Publicius.) Glossema; fortasse, *Publicius*.

Domum) Veterem patriam.

CAPUT XII.

Rejectione hujus civitatis) Malim, *relictione*; cum dixerit, *his rebus relictis*.

Sponsione) Cum duæ civitates vicissim spondent, aliquid se esse facturas.

Recuperassent) Lata lege ad populum, ne civitatem Romanam amitterent: ut latum est de Publicio, Menandro.

CAPUT XIII.

Ne quis nostrum plus, quam unius civitatis esse possit) Rectius videtur, *unius civitatis civis esse*.

Varietatem juris) Neminem autem decet vario jure vivere.

Ne quis invitus civitate mutetur) Ne populi quidem jussu: quo pertinent illa pro domo: *Jus a maioribus nostris ita comparatum est, ut civis Romanus libertatem nemo possit invitus amittere: civitatem vero nemo unquam ullo populi jussu amittenet invitus. Populus Romanus, L. Sulla dictatore ferente comitiis centuriatis, municipiis civitatem ademit, ademit iisdem agros, de agris ratum est: fuit enim populi potestas: de civitate ne tam diu quidem valuit, quamdiu illa Sullani temporis arma valuerunt*.

Mutaretur.) *Maneat*, malim: ut congruat cum *possit*, *maneat*.

Violatum fœdus eorum videbitur) Ut violatum in Balbo fœdus Gaditanum accusator dicit.

CAPUT XIV.

Exceptum est, inquit) In fœdere Gaditano: si quidem sacrosancta sunt fœdera. Argumentum accusatoris. Quod sacrosanctum est, violari non licet: fœdera sacrosancta sunt, ergo nullam fœderati populi partem, nisi populus ipse consentiat, licet attingere. Non consensit populus Gaditanus in Balbo: civitatem igitur Balbus mutare non potuit: quamquam in ipso fœdere disertis verbis non sit exceptum, ne quem populus Romanus Gaditanum recipiat civitate. Argumentum Cicero refellit earum rerum definitione, quæ sacrosancta sunt.

Pœnorum jura) Gaditanorum: nam & Gaditanum accusatorem fuisse, supra dictum est: & Gades Pœnorum colonia fuit.

Reliquerat) Aliquo crimine: nam in verbo, *reliquerat*, hoc tacite significatur.

Judicio publico) Quo damnatus es.

Expulerunt) Damnatio legum cognitione privat: quia damnati, præsertim judicio publico, non præficiun-

ciuntur publicis muneribus : ita leges inspicere, & cognoscere non possunt.

In qua aliquid sacrosanctum videretur) Lego cum duobus antiquis libris, uno Fulvii Vrsini, altero Mafæjano : *In qua aliquid sacrosanctum exceptum videretur?* hoc sensu: scriptum est in Gellia & Cornelia lege, ut excipiatur, si quid sacrosanctum est; (hoc enim infra patet) ipsa tamen lex proprie nihil nominat, quod ut sacrosanctum excipiat. At excipit, si quid sacrosanctum est. Quid tum? non ideo excipit fœdus Gaditanum : quod sacrosanctum non est: cum de eo populus nihil jusserit.

Sanctiones) Ea, quæ populus, plebsve sancit.

Sacrandæ sunt) Rectius, opinor, *sacrosanctæ sunt*.

Genere ipso) Verbis ipsis, quibus obtestatur lex, ne quis contra faciat.

Aut obtestatione & consecratione legis) Perspicue mendosus locus : quem ex iis, quæ sequuntur, ita restituto : *ut obtestatione legis* : hæc enim interpretatio est ad illud, *genere ipso*, quod vero delemus, *& consecratione*; id ea ratione facimus, quia de consecratione subjungitur, *aut pœna*, cum caput ejus, qui contra facit, consecratur : ut idem bis dici non oporteat : duobus enim modis sanctiones sacrosanctæ sunt, aut obtestatione legis, aut pœna : atque hæc distinctio perspicue cognoscitur infra, cum ait : *Vtrum a capitis consecratione, an obtestatione legis sacrosanctum esse confirmas?* Totum igitur locum, sublatis mendis sententiam obscurantibus, ita legendum existimo : *Sanctiones sacrosanctæ sunt aut genere ipso; ut obtestatione legis, aut pœna, cum caput ejus, qui contra facit, consecratur*.

Nihil omnino umquam de isto fœdere ad populum, nihil ad plebem) Tertia ratio cur sacrosanctum non possit esse fœdus Gaditanum : dixerat enim jam : Sacrosanctum esse nihil potest, nisi quod populus, plebsve sanxisset.

De quibus) De Gaditanis.

Etiam si latum esset) In fœdere, de quo populus, plebsve sanxisset.

Neque legem, neque pœnam) Glossema hoc puto; nam, ut ostendatur, sacrosanctum fœdus esse non posse, satis est dicere, nihil de eo neque ad populum, neque ad plebem latum esse : quod referetur ad illud supra dictum : *Sacrosanctum esse nihil potest, nisi quod populus, plebsve sanxisset*; nam si populus, plesve non sancit : lex non fertur : & cum lex non feratur, quid sacrosanctum esse potest? absunt enim & consecratio capitis, & obtestatio legis.

Quod populus postea jussisset) Iussit aut postea populus, legem ferentibus Gellio & Lentulo Cos. uti cives Romani essent ii, quos Cn. Pompejus de consilii sententia sigillatim civitate donasset.

Illis verbis) Quæ sunt in lege Gellia, & Cornelia : quæ non impediunt, quo minus id, quod populus postea jussit, ratum sit.

CAPVT XV.

Cn. & P. Scipiones) Cnæus pater ejus, qui vir optimus a populo Romano judicatus, Idæam matrem advectam e Phrygia suis manibus accepit Publius pater Africani majoris.

Occidissent) Oppressi ab Asdrubale, Hannibalis fratre.

L. Marcius) Eques Romanus : vide historiam apud Livium lib. xxv.

Primi pili centurio) Summus ordo inter pedites legionarios : nam in legione tria peditum genera erant, hastati, principes, triarii, & in singulis deni centuriones, his nominibus, primus hastatus, secundus hastatus, tertius, usque ad decimum : primus princeps, secundus, & similiter : in triariis, omnium fortissimis, alia ratio : non enim dicebant, primus triarius; sed, primipilus, aut primi pili centurio : priscis autem temporibus primus centurio, auctore Livio qui lib. VII. ita scripsit : *Alternis prope annis & tribunus mil. & primus centurio erat*, *quem nunc primipilum appellant*. Cic. ad Attic. lib. VI. *Cohortem primam totam perdidit, centurionemque primi pili Asinium Dentonem*. Cæsar lib. 2. bell. Gall. *Primipilo P. Sextio Baculo*. Livius lib. XLIV. *Placere, tribunum mil. primipilo legionis secretum edere imperium*. Idem Cæsar lib. V. & Livius lib. VII. pri-

primum pilum ducere. Plinius autem libro XXII. cap. 6. *primum pilum capessere*, pro administrare, dixit. Hic igitur inter centuriones triariorum honore primus erat, id est primus in sua legione, post tribunum mil. qui parebat legato, sicuti legatus consuli, Aquilæ, signo legionis, præerat, & dum non posset nobiliorem inter centuriones locum obtinere, a primo pilo ad tribunatum mil. ascendebat: interdumque rursus primum pilum capessere non recusabat: propterea dixit Livius, *Alternis prope annis & tribunus mil. & primus centurio erat, quem nunc primipilum appellant*. Hic venit in mentem quæri posse, quo nomine *primipilus* a reliquis triariorum centurionibus distingueretur. Opinor, ut secundus princeps, tertius princeps, & deinceps, itidem, secundum triarium, tertium, quartum usque ad decimum, dictum esse: distinctio enim necessaria est: quæ autem verisimilior, quam quæ sequitur exemplum?

Aliquo publico vinculo religionis) Aliquo populi Romani jussu, quo populus uterque religione obligaretur; ut deinde sacrosanctum fœdus illud esset, propterea dicit infra; *veterem illam speciem fœderis Marciani*: pro, imaginem quamdam fœderis, non vere fœdus, de quo populus nihil sanxisset. Atque hæc verba tantum ad populum spectant: nam de Senatu non dicitur, *publ. religio*, sed de populo, de quo paullo post; *Quod publica religione sanciri, potuit*, id abest.

Publici juris periti) Veriti, ne fœdus illud Marcianum, quod neque Senatus, neque populus comprobasset, ratum non esset.

A Senatu de fœdere postulaverunt) Senatus decrevit, populos sententiam non tulit, ideo fœdus quidem est, non tamen sacrosanctum.

Fœdere) Catuli.

CAPUT XVI.

Nihil est enim aliud in fœdere) Unde igitur sumebat accusator illa verba, *fundum populum fieri oportere*? ex aliis fortasse fœderibus.

Qui erranti comiter monstrant viam) Transtulit huc Ennii versum: *Ut homo, qui erranti comiter monstrat viam*: ex offic. lib. I.

CAPUT XVII.

Legem populum Romanum jussisse de civitate tribuenda) Latam a Gellio, & Lentulo: ut Pompejus, cui vellet, civitatem dare posset.

Hoc genere legum fundos populos fieri non solere) Non enim hujusmodi leges a populis accipiuntur, sed eæ, quibus in publicarum rerum administratione, aut in jure civili utantur. Fundos populos, hic accipiendum e sententia Ciceronis, in quibus leges a populo Romano latæ tamquam in fundo residerent: quod Cicero temporis caussa sensit, accusatore aliter, & ut arbitror, recte interpretante.

De consilii sententia) Non temere, vel gratiæ caussa, sed de consilii sententia, approbantibus iis, quos in castris magnarum rerum consiliarios habebat supra: *Nos Cn. Pompeji decretum, judicium de consilii sententia pronunciatum recognoscemus*?

Nullum populi nostri jussum Gaditanos habere) Quod autem populus non jussit, id sacrosanctum esse non posse: fœdus igitur eorum sacrosanctum non est: non enim de eo populus sententiam tulit.

Nihil esse sacrosanctum, quod lege exceptum videretur) Nihil sacrosanctum lex excipit, potius, sacrosanctum si quid esset, id sustulit, cum definite Pompejo donandæ civitatis potestatem dedit: sed concedatur, lege exceptum esse, si quid esset sacrosanctum: Quid obest hoc Balbo? in fœdere Gaditano civitatis nulla mentio: de pace tantum cautum est.

Legatione ipsa) Legatos populus Gaditanus Romam miserat, testem suæ voluntatis erga Balbum.

Speciem) Non proprie fœdus, sed speciem fœderis: quia nullo publico religionis vinculo teneretur: ideoque Gaditani post multos annos renovandum curarunt, Lepido & Catulo Cos. ut paullo ante dictum est.

Marciani) Icti a L. Marcio;

Marte) Iocatur in similitudine nominum, *Marciani*, *Marte*: tametsi di-

Digitized by Google

diverse scribantur: sed diversitatem pronunciatio non sentit.

Hoc fœdere Catuli) Catulus consul, Lepido collega, studente novis rebus, a republica remoto, cum Gaditanis fœdus renovavit.

Nostros imperatores) Qui vel in Hispania, vel in Africa contra Carthaginienses bellum gesserunt.

Scipiones) P. & Cn. fratres, qui in Hispania sunt interfecti.

Brutos) D. Iunium Brutum, qui de Gallæcis triumphavit.

Horatios) Depravatum nomen, aut supervacaneum: nam Horatium, qui bellum gesserit vel in Hispania, vel in Africa nullum invenio.

Crassos) P. Crassum, qui consul cum Cn. Lentulo fuit, & de Lusitanis triumphavit; pater M. Crassi æqualis Cn. Pompeji

Metellos) Q. Metellum Pium, qui contra Sertorium cum Pompejo pugnavit.

CAPVT XX.

Ille augur) Fuit enim eodem tempore alter Q. Scævola, pont. max.

De aqua nostra Tusculana) De Crabra: in epist. ad Tironem lib. xvi. in agraria 3. apud Frontinum de Aquæ duct.

M. Annium, Appium) Appium, prænomen esse, nemo ignorat: itaque vel, *Apulum*, vel *Papum*, legendum puto; quamquam, cum hunc Appium fuisse Camertem constet, rectius puto, *Papum*, aut aliquid simile. Auctor est Valerius Max. lib. v. cap. 2. non hunc unum, sed duas Camertium cohortes a Mario civitate donates: confirmat Plutarchus, qui mille Camertes nominat: quo simul intelligitur, quingentos in cohorte milites fuisse.

Camertinum fœdus) Camertinum deducitur a Camers; Camers autem a Camerino, urbe Vmbriæ: Camerinus a Camerio, quod in Latio deletum a Romulo est; Camarinensis a Camarina, Siciliæ opido. Quorum deductionem nominum docte, ac diligenter observavit familiaris meus Ioannes Maria Iovius, non vulgari vir ingenio atque doctrina: eoque in libro adnotavit, in quo Camertium antiquitates prosequitur.

Discipulum) Ad Numantiam. Vellejus, Plutarchus.

CAPVT XXI.

Licinia, & Mucia lege) Quam consules L. Licinius Crassus orator, Q. Mucius Scævola pont. max. tulerunt, ut socii urbe egressi in suas civitates redirent: unde bellum sociale natum videtur: pro Sextio, lib. 2. de orat. Hæc autem lex post bellum Cimbricum lata, quo bello duas Camertes cohortes, ut proxime docui, C. Marius civitate donaverat: rursus post eam legem, Cn. Pompejus, Magni pater, sociali bello duabus item ex eodem populo cohortibus civitatem dedit: ut infra: sunt enim distinguenda tempora: nequis erret in duabus Camertium cohortibus.

Ex colonia Latina) Nam si fuisset ex Romana, civis Romanus fuisset: aliud enim est, habere jus Latii: aliud, Romanæ civitatis.

L. Antistius) Antistius unus in ea pro Sex. Roscio, ut orator, nominatur, alter in Bruto, sed Publii prænomine.

Spoletinus dicit) Examinata sententia mendum ostendit: nam pro, *Spoletinus*, omnino, quæ neget, vox aliqua requiritur. Non, inquit, hoc dixit, Antistius contra Matrinium, quod tu dicis in caussa Balbi, fundum populum, Spoletinum non esse factum.

Lege Appuleja) L. Appuleji Saturnini tribuni pl.

Re ipsa sublata) Coloniis non deductis.

Ardor oculorum) Quo Gallum deterruit, qui Minturnis ad eum in carcere occidendum missus erat. Vellejus, Plutarchus.

CAPVT XXII.

Quid? cohortes duas universas Camertium) Dixi jam, hoc ad Cn. Pompejum pertinere; alii referunt ad P. Crassum, sed diversa res. Crassus enim Heracliensium legionem, non cohortes Camertium, civitate donavit: itaque factum ejus in donanda ci-

Digitized by Google

civitate distinguitur ab aliis, ut præcipue animadvertendum, in iis verbis, *Ex ea civitate, quæ cum prope singulare fœdus Pyrrhi temporibus C. Fabricio consule ictum putatur.*

P. Crassus) Idem, ut arbitror, quem supra nominavimus, pater M. Crassi, qui se Marianis bellis, ne in manus inimicorum incideret, interemit. Asconius.

Quoniam de Gaditanis agitur) De Balbo Gadibus nato.

Bello illo Africano) Quod cum Cn. Domitio, & Hiarba gessit: Balbum autem ex bello Sertoriano.

Obvios) Quid hoc sit, non satis assequor: hoc tamen existimo, proficiscenti ad Africanum bellum Pompejo obviam ivisse Mamertinos, operamque suam detulisse, quod officium tanti eum fecisse, ut præmii loco civitatem donaverit.

Quosdam Uticenses) Municipes postea fuere Uticenses, deinde imperatorum ætate, in colonias mutari voluerunt. Gellius lib. XVI. cap. 13.

Summus poeta noster) Q. Ennius, qui Latinis versibus annales composuit de bello Punico secundo.

Hostem qui feriet) Ad hunc versum respexit lib. V. in Verrem, *Iste*, inquit, Hannibal, *qui in suis castris virtute putaret oportere, non genere versari.*

Cujatis) Pro, cujus, ut primatis, optimatis, Arpinatis. Priscianus lib. IV.

Siet) *Siet*, plenum esset; sit, imminutum; dixit in Oratore.

CAPUT XXIII.

Lege Papia) Duæ leges Papiæ diversis temporibus de civitate latæ sunt: de quibus diximus in oratione pro Archia: hic utraque significari potest: nam utraque peregrinos jure privabat Romanæ civitatis, posterior autem Italos excipiebat: cum igitur Mamertini, Siciliæ populi, civem suum M. Crassum lege Papia, peregrinos Romana civitate excludente, repererint; judicum tamen cognita voluntate, diffidentes legi, publice suscepta caussa destiterunt.

M. Crasso) Qui cum Mamertinus fuisset, civis Romanus factus est, & Romana nomina de more sumpsit.

Destiterunt) Cum exitum judicii viderent.

Quomodo) Non vis Balbum esse civem Romanum, quia fundus populus Gaditanus factus non sit: at L. Cossinius Tibur, & ex eadem civitate T. Coponius, civitatem Romanam adepti sunt, licet populus Tiburtinus fundus factus non esset.

Damnato Cœlio) Accusavit Cossinius Cœlium senatorem, & damnavit; ejus accusationis ex lege Servilia præmium tulit civitatem Romanam. Cœlio libenter adderem prænomen, ut infra additur Massoni, ipsi quoque damnato: nec magna mutatio esset, C. Ælio, aut C. Cœlio.

Massone) Cognomen Papiriæ gentis patriciæ: ut in ep. ad Pætum lib. IX. neque tamen aliarum quoque gentium cognomen esse posse negaverim: sicuti pluribus cognominibus unam quoque gentem usam esse animadvertimus.

Linguæ, & ingenio) Lege Servilia sancitum erat, ut civis Romanus esset, si quis ex populo fœderato senatorem accusasset, & damnasset.

De nobis trahere spolia) Nobis damnatis tamquam spolium habere civitatem.

De hostibus) An, si quis ex fœderato populo senatorem accusaverit, & damnaverit, civis Romanus erit: si quis pro rep. contra hostes pugnaverit, non erit? spolium igitur habebit de nobis: de hostibus non habebit?

CAPUT XXIV.

Principes viri) Senatores: quorum damnatione civitatem Latinis dari Servilia lex jubebat.

Licinia & Mucia lege) Quæ de remittendis in suas civitates sociis lata est, renovata lege Claudia, de qua Livius lib. XLI. & XLII.

Genus ipsum) Diversum a ceteris generibus.

Nomen) Opinor; de repetundis.

CA-

CAPVT XXV.

Quae neque invidiosa est) Non tanta, ut invidiam parere debeat.

Corrupta) Malis artibus quaesita.

Luxuriam) Sumptus immoderatos.

Metelli) Pii.

Meminerit) Hoc meminerat, illud non tenebat quod eum tenere oportuit, praedia non ejusdem gentis esse.

Non legibus tamquam tutelas) Legibus tutelae non ad alienos, verum ad propinquos perveniunt.

In tribum Crustuminam) Rusticam, eamque nobiliorem ea, in qua Balbus antea suffragium tulerat: non enim tulerat, ut arbitror, in urbana: quod ignominiosum fuisse, ait Plinius: hac de re diximus in Quinctiana.

Legis de ambitu premio) Si quis aliquem de ambitu accusasset & damnasset, praemium hoc ferebat, ut in ejus tribu, si modo nobilior ei quam sua videretur, censeretur, & suffragium ferret.

Pratoriam sententiam) Ut pratorio loco sententiam diceret in Senatu, si pratorium senatorem, accusatum & damnatum eo loco dejecisset.

Pratextam togam) Magistratum eum, quem suffragiis populi adeptus esset is, qui postea damnatus esset: ut, P. Sulla, P. Autronio Cos. des. de ambitu damnatis, accusatores eorum L. Cotta, L. Torquatus in eorum locum legis praemio successerunt. Similiter cum C. Curio Servium tribunum plebis designatum accusasset, & damnasset, ejus locum obtinuit: ut est in epist. Caelii libro IIX. propterea scripsit ad eum Cic. lib. 2. *Cum te tribunum pl. isto anno fore non putarem*.

Adoptio Theophanis agitata est) Ut ex opibus invidia concitaretur. Hic Theophanes Mytilenaeus fuit libertus Pompeji Magni, apud quem gratia plurimum valuit, adoptavit Balbum, heredemque fecit: ideo Cornelius Balbus Theophanes appellatus est, auctore Capitolino in Balbino.

Propinquorum suorum) Subobscura sententia: sed hoc dici puto, Balbum, quae ex ea adoptione ad eum pervenerant [illegible] ea, cum ipse non egeret, propinquis suis distribuisse: ut non suam, sed propinquorum [illegible] hereditates assecutus esse videretur: ita quod accusator ad contumeliam dixerat, ad laudem convertit. Filios autem Balbo non fuisse, satis liquet: nam qui Balbus minor vocatur, qui civili bello Lentulum consulem ad defectionem sollicitavit, is fratris filius fuit.

CAPVT XXVI.

Amicis L. Cornelii) Caesari in primis, & Pompejo.

Hominis potentissimi) C. Caesaris.

In maximis nostris malis) Temporibus Clodianis, cum ejectus patria sum.

Utrisque discordiis) Cum ab una parte uterque consul, Piso, & Gabinius, P. Clodius tribunus pl. & omnes improbi, novarum rerum cupidi; ab altera optimates, & qui remp. salvam vellent, pro Ciceronis salute starent.

Communium temporum) Communium malorum: in summis civium discordiis unus ego calamitatem subii.

Pro loco) Pro suo statu, suaque conditione.

CAPVT XXVII.

Voluimus quadam) Tacite significat optimatum, & popularium civium dissensionem: popularium autem principem Caesarem designat.

Nos) Ego, qui ex illa dissensione solus exsulii calamitatem pertuli.

Genere supplicationum amplissimo) Verbis honorificentissimis: quod explanat in ea de Prov. *C. Caesari supplicatione decrevistis, numero ut nemini ullo ex bello, honore, ut omnino nemini*.

ADRAMIVS.

Et genere supplicationum) Vide de provinciis consularibus. In his duo spectat orator, & genus, & numerum dierum. Aliae supplicationes fuerunt nuntiatis prodigiis, ut apud

Li-

Digitized by Google

Livium passim: aliæ ante quam bellum susciperent ad exposcendam Deorum pacem. Livius lib. 3. *Supplicatio inde a Consulibus in triduum ex S.C. indicta est, obsecratique circa omnia pulvinaria Dii, quod bellum cum Philippo populus jussisset, bene ac feliciter eveniret*. Aliæ post nuntiatam Victoriam lib. 32. *Litteræ Consulum a Gallia de gestis prospere sub idem tempus Romam allatæ, M. Sergius Prætor urbanus in Senatu eas, deinde ex auctoritate patrum ad populum recitavit, supplicatio in quatriduum decreta*. Aliæ supplicationes ad compita, aliæ ad templa decreta, lib. 38. *Supplicatio in triduum pro collegio Decemvirorum imperata fuit in omnibus compitis*. De templis passim. Modo ad unicum templum, modo ad omnia: lib. 40. *Decemviri jussi adire libros edidere, quibus Diis, & quot hostiis sacrificaretur, & ab fulminibus complura loca deformata, ad ædem Iovis ut supplicatio diem unum esset*: lib. 21. *Romæ quoque & lectisternium Iuventæ, & supplicatio ad ædem Herculis nominatim, deinde universo populo circa omnia pulvinaria indicta*. Aliæ cum minoribus hostiis, aliæ cum majoribus: lib. 45. nuntiata Pauli Æmilii Victoria, *cum Consul edixisset, ut omnes ædes sacræ aperirentur, pro se quisque ex concione ad gratias agendas ire Diis: ingentique turba non virorum modo, sed etiam feminarum, confecta tota urbe Deum immortalium templa adierunt. Senatus revocatus in Curiam supplicationes ob rem egregie gestam a Luc. Æmilio Coss. in quinque dies circa omnia pulvinaria decrevit, hostiisque majoribus sacrificari jussit*: lib. 45. *Decemviri libros adire jussi supplicationem in diem unum populo edixerunt, & quinquaginta capras in foro sacrificaverunt: & aliorum prodigiorum caussa diem alterum supplicatio circa omnia pulvinaria fuit, & hostiis majoribus sacrificatum est, & urbs lustrata*. Nonnunquam etiam hostiis lactentibus. lib. 37. *Supplicatio quoque earum religionum caussa fuit, quibus Diis decemviri ex libris ut fieret ediderunt. Decem ingenui, decem virgines patrimi omnes, matrimique ad id sacrificium adhibiti: & decemviri nocte lactentibus rem divinam fecerunt*. De hoc genere supplicationis virginum, & puerorum frequenter Lyricus, ut in carmine seculari:

Virgines lectas puerosque castos, &c.

Et 4. carm. ode 1.

Illic bis pueri die
Nomen cum teneris virginibus tuum
Laudantes pede candido
In morem Salium ter quatiunt humum.

Aliæ supplicationes in urbe tantum, aliæ per totam Italiam indictæ. Livius: *Decemvirorum decreto supplicatio circa omnia pulvinaria Romæ in diem unum indicta est: iisdem auctoribus & Senatus censuit, & Consules edixerunt, ut per totam Italiam triduum supplicatio, & feriæ essent*. Nonnunquam lectos sternebant, & Deorum effigies super pulvinaria in propatulo ponebant. Livius lib. 22. *Supplicatio edicta*, &c. *curatum lectisternium & per triduum habitum. Decemviris sacrorum curantibus & pulvinaria in conspectu fuere, Iovi ac Iunoni unum, alterum Neptuno ac Minervæ, tertium Marti & Veneri, quartum Apollini ac Dianæ, quintum Vulcano & Vestæ, sextum Mercurio ac Cereri*. Nonnunquam easdem effigies humeris deferebant. Dionysius lib. 7. Τελευταιαι δε πασων αι των Θεων εικονες επομπευον, ωμοις υπ' ανδρων φερομεναι. *Postremæ vero omnium traducebantur Deorum effigies, virorum humeris delatæ*. Nonnunquam, sed rarius ver sacrum vovebant: *Quod ver attulerit ex suillo, ovillo, caprino grege, quæque profana erant Iovi fieri*. Vide Livium lib. 22. Adde quod refert lib. 5. circa annum urbis CCLVI. *Duumviri sacris faciundis, lectisternio tum primum in urbe Romæ facto, per dies octo Apollinem, Latonamque & Dianam, Herculem & Mercurium, atque Neptunum, tribus, quam amplissime tum apparari poterat, lectis placavere. Privatim quoque id sacrum celebratum est, tota urbe patentibus januis, promiscuoque usu rerum omnium in propatulo posito, notos ignotosque passim advenas in hospitio ductos fuisse, & cum inimicis quoque benigne ac comiter sermones habitos, jurgiis ac litibus temperatum: vinctis quoque dempta in eos dies vincula: religioni deinde fuit, quibus Dii eam opem tulissent, vinciri*. Nonnun-

nunquam coronati supplicatum ibant. Cato lib. de re militari: *Vt populus sua opera potius ob rem bene gestam coronatus supplicatum eat, quam re male gesta coronatus veneat.* Nonnunquam nudis pedibus supplicabant. Tertullianus apologet. cap. 40. *Aquilicia Iovi immolatis, nudipedalia populo denunciatis.* Et adversus Psychicos sub finem: *Sed & omnem ταπεινοφρόνησιν Ethnici agnoscunt. Cum stupet cœlum, & aret annus, nudipedalia denuntiantur, magistratus purpuras ponunt, fasces retro avertunt, precem indigitant, hostiam instaurant. Apud quasdam vero colonias præterea annuo ritu saccis velati & cinere conspersi idolis suis invidiam supplicem abjiciunt, balnea & tabernacula in nonam usque clauduntur, unus in publico ignis apud aras, aqua nec in lancibus. Nineviticum credo justitium.* De numero dierum de Provinc. Consul. cap. 11. in Pisonem cap. 19. De angustiis ærarii eadem de Provinc. Consul. cap. 5. De stipendio & decem legatis cap. 11. De lege Sempronia cap. 2. Perperam Pantagathus legit *Trebonia* ex Dione 39.

Numero dierum novo) Quindecim dierum, Marcellino & Philippo Coss. quibus hæc habita oratio est. Cæsar lib. III. bell. Gall.

Lege Sempronia) Quæ consulares provincias per Senatum quotannis decerni jubebat. Pro domo, & ad Lentulum.

Princeps & auctor) Idem in ea de Prov.

Dissensioni meæ pristinæ) Cum a Cæsare dissensi reip. caussa.

Præsentibus reip. temporibus) Meritis Cæsaris in remp.

Concordiæ) Ne vir potentissimus, maximis rebus gestis, a republica alienaretur.

In sententia firmiores) Adhuc a Cæsare dissentiunt, non, ut ego, præsentibus reipublicæ temporibus, & concordiæ assentientes.

Sententiam aliquam, tamquam aliquod navigium, atque cursum, ex reip. tempestate moderari) Eadem sententia in ep. ad Lentulum: *Vt in navigando tempestati obsequi, artis est, etiam si portum tenere non queas; cum vero id possis, mutata velificatione, assequi, stultum est eum tenere cum periculo cursum, quem ceperis potius, quam eo commutato, quo velis tamen pervenire: sic, cum omnibus nobis in administranda rep. propositum esse debeat, id quod a me sæpissime dictum est, cum dignitate otium; non idem semper dicere, sed semper spectare debemus.*

In quos) Contra quem Cæsarem significari constat, cum quo perpetuas inimicitias exercebant Bibulus, Domitius Ahenobarbus.

Non cum comitatu) Non cum Balbo, Cæsaris comite, & assectatore.

Illam) Perpetuam cum aliquo dissensionem.

Hanc) Vt etiam cum inimicorum suorum comitatu, assectatoribusque confligant.

CAPVT XXVIII.

Ad minimam fraudem) Ad minimum damnum.

Adolescens) Cæsar.

Placuit) Balbus.

Homini prudentissimo) Cæsari, corroborata jam ætate: vix enim, ut arbitror de adolescente diceret, *homini prudentissimo*.

In prætura) Ex prætura in Hispaniam ulteriorem, ex consulatu in Galliam Cæsar est profectus: in utraque provincia præfectum fabrum sibi esse Balbum voluit.

Præfectum fabrum detulit) Malim omnino, *præfecturam fabrum*, & si scio deferri solitos in beneficiis ad ærarium eos, qui bene de rep. in provincia meriti essent, ut præfectos, tribunos mil. & contubernales, ut in ep. ad Mescinium lib. v. sed ii deferebantur a proconsulibus ex provincia reversis: Cæsar autem adhuc in Gallia bellum gerebat: utra tamen opinio doctis & ingeniosis hominibus magis probetur, valde non laboro: venit enim in mentem, cum Cæsar Balbi opera in urbe multis in rebus egeret, dimisisse eum, & publicis ad Senatum populumque Romanum litteris testimonium ejus & virtutis, & fidei dedisse.

Ejus) Balbi.

Hu-

Hujus) Pompeji, qui eum, confecto Hispaniensi bello, civitate donaverat.

Iure) Huc illa omnia referuntur, *certo*, *perspicuo*, *utili*, *probato*, *judicato*.

Reos) Simul cum Balbo: ut cum eo vel damnari omnes, vel absolvi sententiis vestris necesse sit.

Amicitias clarorum virorum) Et hic significat item, ut supra, *ab inimicis Cesaris, & Pompeji Balbum oppugnari*.

Fixum in animis vestris tenetote) Diversis modis hanc sententiam extulit: primum: Illa, judices, omnia ante oculos vestros proponite: deinde: Tum etiam illud cogitatote: tum: Accedat etiam illud, ut statuatis hoc judicio: denique: Postremo illud, judices, fixum in animis vestris tenetote.

PAVLLI MANVTII COMMENTARIVS IN ORATIONEM XXXVII.

CAPVT I.

Iam ne vides, bellua, jam ne sentis) Verba per vim doloris, & iracundiæ expressa; quibus multa præposita fuisse necesse est: quod etiam veteribus ex monumentis sumpta fragmenta declarant. *Iam ne sentis*, acerbius est quam, *Iam ne vides*, ab uno enim oculorum sensu transit ad omnes sensus: quo plus in Pisone stuporis ostendat.

Quæ sit hominum querela frontis tuæ) Quam se tua fronte deceptos homines querantur: cum aliud fronte promittas, aliud revera sis.

Novitiorum) Servorum: quibus tamen colore, genis, dentibus te similem videmus.

Oculi, supercilia, frons) De Prov. *Latebant libidines ejus tenebricosæ, quas fronte, & supercilio, non pudore, & temperantia contegebat.*

Fumosarum imaginum) Ob antiquitatem generis: de imaginibus Plinius lib. xxxv. cap. 2. Servius libro VII. Æn.

Mihi ipsi) Non majoribus meis.

Cum quæstor es factus) Orditur a quæstura, qui primus honoris gradus.

Nomini) Quia Piso vocaris, putabant te antiquis Pisonibus similem esse.

Non in ipso) Non is, qui es, sed is quem decebat esse, cui Pisoni nomen esset.

Ædilem priorem) Ædiles Cur. duo tantum erant. Cicero cum Cæsonio creatus est: ut act. I. in Verrem.

Prætorem primum) Pro lege Manilia: *Ter prætor primus centuriis cunctis renunciatus sum.*

Cæsare, & Bibulo) Hoc delendum est ut glossema.

CAPVT II.

Melioribus auctoribus) Quam quos Rullus tribunus pl. lege sua decemviros creabat. Vtitur autem hac distinctione: Si dividi non oportet, si oportuit: ne Cæsarem offendat, qui consul partem agri Campani, lata lege, diviserat.

C. Rabirio) Pro quo exstat oratio.

XL. annis) Prope XL. annis: non est enim subtilis computatio: & hunc esse morem Ciceronis, Pedianus animadvertit.

Interpositam Senatus auctoritatem) C. Mario, L. Flacco Cos. annis XXXVI. ante Ciceronem consulem.

Adolescentes bonos, & fortes) Marianorum proscriptorum filios: quibus ne capere magistratus liceret, Sullæ lege sancitum erat: ea lex usque ad Cæsarem dictatorem servata est. Cæsar Pansam, proscripti filium, consulem designavit.

Vsos ea condicione fortunæ) Multa mala perpessos victore Sulla.

Convulsuri) Instructi enim potestate magistratuum omnia commovissent, ut suas injurias ulciscerentur, ex civilibus autem discordiis civile bellum, & reip. calamitas excitatur.

Multa in republica molientem) In rep. dicit, non contra remp. ut collegam excuset: qui tamen de majestate, accusante M. Cœlio, ipso defendente Cicerone, damnatus erat.

Mitigavi) Ne cum Catilina palam consentiret, effeci, communicata præ-

Digitized by Google

præsertim cum eo provincia Gallia. Sallustius.

Extremo mense consulatus mei) Nonis Dec. quinquè conjuratis in carcere necatis.

Faces) Post discessum Catilinæ, qui post eum remanserunt, alii urbis incendendæ, alii Ciceronis consulis occidendi, alii alias partes inter se diviserant.

CAPVT III.

L. Gellius) Qui consul, censorque fuerat.

Civicam) E fronde querna ob cives servatos. Gellius lib. v. cap. 6.

Non ut multis bene gesta) Idem in ep. ad Catonem lib. xv.

Abiens magistratu) Vltimo consulatus die, pr. Kal. Ian.

A tribuno pl.) A Q. Metello Nepote: ep. 2. lib. v.

Quæ constitueram) De rep. a me gesta.

CAPVT IV.

Q. Metellus) Celer.

Mortuo) Mortuus est Cæsare & Bibulo Cos. ut diximus in ea pro Cœlio.

Magnos ludos) Mendosum esse locum historia docet: nam magni ludi dabantur ab ædilibus cur. qui & Romani dicebantur: nec eos vel Senatus, vel Q. Metellus fieri prohibuisset, qui facti fuerant ab ipso fere urbis initio. Iam quis non videt, sermonem hic he compitaliciis, non de magnis ludis esse? Lego igitur adjuvante Pediano: *Magistros ludorum ludos contra S. C. facere jussisset*.

Compitaliorum dies) Festus dies erat compitalia; & ut arbitror, unus tantum, non plures: cum dicat Cicero, *In Kal. Ian. incidisset*. Sic enim legendum puto, non *incidissent*. Adjuvat hanc opinionem Cicero, cum ait lib. VII. ad Attic. *Ego, quoniam IV. non. Ian. compitalitius dies est, volo eo die in Albanum venire molestus familiæ; veniam III. non. igitur*. Omnem autem Varro lib. v. de L. L. dubitationem aufert. *Compitalis*, inquit, *dies attributus Laribus, quotannis is dies concipitur*. Eum autem diem certum non fuisse, verum arbitrio fortasse prætorum, consulumve indici solitum, declarat verbum, *incidisset*. Accedit ea ratio, quod hic in Kalend. Ian. at lib VII. ad Attic. lib. IV. *non. Ian.* idem Compitaliorum dies incidit: Et Varro planissime, conceptivum esse diem, item ut ferias Latinas dicit. Certus fortasse, rep. ad imperatores translata, dies fuit: nam in antiquis fastis assignatur compitalibus dies VI. non. Majis cum antea paucis diebus post Saturnalia, auctore Dionysio, concipi solitus esset.

Sex. Clodium) Omnium fere P. Clodii scelerum conscium, ministrum, adjutorem: itaque Clodianus canis infra vocatur: de hoc in ea pro Cœlio: *Hominem, sine re, sine fide, sine spe, sine fortunis, ore, lingua, manu, vita inquinatum*.

Qui numquam antea prætextatus fuisset) Quia magistratum numquam gesserat: scriba enim erat.

Prætextatum volitare) Magistrum ludorum. Docet hic locus, magistros quoque ludorum prætexta uti solitos esse: lictoribus, vix adducor, ut credam, quamquam infra scriptum videam; *Quid? tu in lictoribus, in toga prætexta esse consulatum putas? quæ ornamenta etiam in Sex. Clodio, te consule esse voluisti*. Nam, *quæ ornamenta*, de prætexta sola potuit dicere numero quidem multitudinis, verum exaggerandi gratia.

Facie) Turpissima: de qua supra; *Color servilis, pilosæ genæ, putridi dentes*. In ea post red. in sen. vultum ejus importunum appellat.

Oculo tuo) Vitiosum Pisoni oculum fuisse, vel ex hoc loco possumus existimare. Sed accedit alter in eadem post reditum: *L. Piso, inquit, tu ne ausus es isto oculo non dicam isto animo, ista fronte, non vita*.

Dignissimum) De eodem Clodio sic in ea pro Sextio: *Homo iis dignissimus, quibuscum vivit*. Similiter locutus lib. IV. in Verrem: *Hominem dignissimum tuis moribus*.

His fundamentis positis) Ludis compitaliciis contra Senatus auctoritatem factis.

Lex Ælia, & Fusia) Ælia de obnunciatione, & intercessione, quæ per-

perniciosis legibus resistebantur: Fufia, ne omnibus diebus fastis legem ferri liceret. De Provinciis pro Sextio, post redit. in sen. in Vatinium, Asconius, Dio.

Restituta) Lege.

Severitas censoria sublata est) Tulit enim ne quem censores in Senatu legendo praeterirent, nisi qui apud eos accusatus, & utriusque censoris sententia damnatus.

CAPVT V.

Quinto quoque anno) Quo censores creabantur.

His funeribus) Apte, cum dixerit, *sepulta*.

Pro Aurelio tribunali) In tribunali Aurelio. Sic enim in ea pro domo, & post red. ad Quir.

Servorum) Quibus armatis uteretur in legibus per vim ferendis.

Bustum legum omnium) In quo leges omnes conflagraverunt.

Primam) Ut ego primus comitiis tuis consularibus in prima centuria primae classis suffragium ferrem: in quo multum benevolentiae erga te meae, multum fidei tribuere visus es.

Rogabas) Consul.

Numquam adspirasti) Numquam accedere conatus, ut amico iniquissime vexato opem ferres.

CAPVT VI.

Egere) Neque hoc, neque quod proxime sequitur, *foris esse*, carere mendo videtur: rectius esset, quod ad sententiam attinet, *agere consilium Gabinium*: & congruit cum verbo *stare*: ut dicat: Nunc quidem vix consistit Gabinius: sed, nisi provinciam habeat, sine dubio corruet, aere scilicet alieno oppressus. At liberior conjectura. Fateor: itaque non nimis ea delector: indicandam tamen putavi, praesertim consentientibus in mendo veteribus libris.

Spem habere) Provinciae obtinendae, ut per summas rapinas mederetur vulneribus suis.

Consilia) Voluntatem: ut illa cum illo tua consilia conjungeres; ut ille sua cum Clodio, spe provinciae, conjungere cogebatur. Sed re vera non tam collegae, quam Clodii cupiditati, eadem provinciae spe, obsequi Piso voluit: id infra ostenditur his verbis: *Caverat sibi ille sororius adulter, ut, si tibi provinciam, si exercitum, si pecuniam, ereptam in reip. visceribus dedisset, omnium suorum scelerum socium te, adjutoremque praeberes.*

Cum illo) Cum ipso Gabinio: nam sequitur: *Hujus te cupiditati obsequi, sicuti ego fecissem in collega meo.*

Collega meo) C. Antonio: de quo supra: *Ego Antonium collegam, cupidum provinciae, multo in rep. molientem, patientia, atque obsequio meo mitigavi.* Pro Sextio: *In quo collega sustinendo, atque moderando si meam in illum indulgentiam conjunctam cum summa custodia reip. laudare vere solebatis: par prope laus P. Sextii esse debet.*

Nondum vernat) Ideoque minus credat.

C. Pisone) Qui L. Pisonis cognatus, Ciceronis gener erat. Pro Sextio: *Gener, & Piso gener, a Pisonis consulis pedibus supplex rejiciebatur.*

ARRAMIVS.

Soleatum) Gellius lib. 13. cap. 20. *Omnia fere id genus quibus plantarum calces tantum infimae teguntur, cetera prope nuda & teretibus habenis vincta sunt, soleas dixerunt, nonnunquam voce Graeca crepidulas.* Ubi soleas easdem cum gallicis fuisse restatur. Festus ex Verrio: *Solea ea quae solo pedis subjicitur.* Soleis autem uti fuit indecorum, quod etiam Verri 7. Verrina probro objectum est: *Stetit soleatus praetor populi Romani, cum pallio purpureo, tunicaque talari, muliercula nixus in littore. Jam hoc ipso istum vestitu Siculi, civesque Romani permulti saepe viderunt.* Sic & Scipio apud Livium decad. 3 lib. 9. in mollitiei suspicionem vocatus est, cum in Sicilia *cum pallio, crepidulisque inambulare* diceretur. Titus Castritius apud Gellium loco citato: *Soleatos tamen vos populi Romani Senatores per urbis vias ingredi nequaquam decorum est.* Nec mirum; meretricibus enim frequens fuit usus soleatum. Juvenalis Sat. 6. de ea quae virum amore dementaverat:

Et solea pulsare nates. ——

Persius:

——— *Solea puer objurgabere rubra.* Adde quod convivantium habitu prodire fuit indecorum: & solearum usus in conviviis, ut jam ex Horatio patet:

Vt cum pileolo soleas conviva tribulis.

Interpres: *Ad cœnam vadens ipse sibi soleas fert cum pileolo.* Non autem, cum calceis, sed cum soleis itabant ad convivia, ut ante accubitum facilius eas deponerent: nam Horatius Sat. ultima Nasidienum de cœna surgentem describens: *Et soleas poscit*, inquit. Martialis clarissime lib. 4. epig. 50.

Hæc tibi non alia est ad cœnam caussa vocandi,
Versiculos recites ut Ligurine tuos.
Deposui soleas, affertur protinus ingens
Inter lactucas oxygarumque liber, &c.

Et lib. 8. epig. de lusco furace conviva:

Si nihil invasit, puerum tunc arte dolosa
Circuit, & soleas surripit ipse suas.

Puerum videlicet qui accumbentium soleas asservabat. Soleas enim sumebant, ut e balneis ad triclinium se conferrent: idem lib. 12. ep. 84.

Et si jam lotus, jam soleatus erit.

Vide & lepidum eodem libro epig. 89. Soleas autem, ut notat Ramires de Prado, in triclinio deponebant, ne lectos conspurcarent. Terentius in Heautontimorumeno act. 1. sc. 1. *Accurrunt servi, soccos detrahunt, video alios festinare, lectos sternere, cœnam apparare.* Quamvis alia potuit hic esse ponendarum solearum occasio, ut scilicet de more Atheniensium, ubi hæc acta finguntur, epulantis pedes ungerentur: *Erat in Atheniensium more positum, ut pedes delicatiorum unguentis ungerentur.* De Judæis id vel ex Evangelio constat, licet serius ad Romanos ea consuetudo manaverit. Plinius lib. 13. cap. 3. *Vidimus etiam vestigia pedum tingi, quod Othonem monstrasse principi Neroni ferebant.*

Ab eo) A Clodio, tribuno plebis.

Sic æquatum) Hic ego possum multa suspicari: quid probem tamen, plane nihil habeo: consulantur veteres libri, si quam forte depravato loco (sic enim arbitror) opem afferant.

Cæsoninus) Nisi me fallunt Asconii verba, Calventius patris Pisonis socer fuit, id est L. Pisonis, contra quem hæc oratio est, maternus avus. Cæsoninus autem cognomen est patris Pisonis, quod testimonio quoque lapidum Capitolinorum, qui anno V. C. DCV. Calpurniæ genti cognomen hoc addunt, intelligitur.

Semiplacentinus) Propter maternum avum; qui trans Alpes in Italiam profectus, Placentiæ consedit. Calpurnius autem paterni generis est; Calventius materni.

ARGUMENTUM.

Altero ad frontem) Festiva hyperbole simulatam Pisonis severitatem irridet, a superciliis adductis eum describens, quod severitas & gravitas in iis sedem habere videatur. Non semel in Pisonis supercilium jocatus est. Post reditum in Senatu: *Tu, Piso, tunc ausus es isto oculo, non dicam isto animo: ista fronte, non vita: isto supercilio: non enim possum dicere tantis rebus gestis, cum Gabinio consociare consilia pestis meæ?* Ex pro Sextio: *Nam quid ego de supercilio dicam? quod tum hominibus, non supercilium, sed pignus reipublicæ videbatur? tanta erat gravitas in oculo, tanta frontis contractio, ut illo supercilio respubl. tanquam Atlante cœlum niti videretur.* Quintilianus lib. 1. instit. cap. 9. *Vidi multos, quorum supercilia ad singulos vocis conatus allevarentur; aliorum constricta, aliorum etiam diffidentia, cum altero in verticem tenderent, altero pene oculus ipse premeretur:* imitari voluit & Ammianus lib. 20. *Supercilia erigentem ut cornua, & de tragico, quod ajunt, cothurno strepentem.* Sed quam adversis Gratiis si cum Tullii veneribus conferatur: nec abs re sane: nam severitas, auctoritas, gravitas, majestas sedem habent in oculo, fronte, supercilio collocatam: inde Homerus 1. Iliad. Iovis majestatem a supercilio videtur describere, quæ sic vertot

Hæc ubi divino sudit Saturnius ore
Dicta, superciliis & majestate verenda

Cæsariem quassans nutu tremefecit Olympum.

Post quem Horatius:

Reges in ipsos imperium est Iovis
Clari giganteo triumpho
Cuncta supercilio moventis.

Alibi idem pro severitatis & tristitiæ signo:

Deme supercilio nubem.

Quod Euripides dixit, συγνον οφρυων υφος, ut suo loco dicetur: atque hinc est quod inter cetera philosophiæ severitatisque affectatæ signa in *Tristibus obscœnis* a Iuvenale *Supercilio brevior coma* Satyra tertia numeretur: de quibus & Nicephorus Gregoras: *Quæ arrogantia & sermonum indecentia etiam importune cogitationibus dominatur, totamque sapientiam gerunt superciliis insidentem*: vide de superciliis, quæ docet Plin. Hist. Nat. lib. XI. cap. 51. Eam ob rem, qui morum austeritatem præ se ferunt, supercilia contrahunt, eaque conantur ad nasum adducere: sed Tullius in Pisone, dum alterum supercilium ad frontem extulit, alterum depressit, derisoris, invidi, malevoli signa descripsit. Quæ morum varietas cum superciliorum varietate notetur, Strato Physicus impulsus est, ut principale animæ & mentem ipsam in superciliorum meditullio collocaret. Vide Tertullianum de anima varias hac de re philosophorum proferentem sententias. Hunc porro jocum de superciliis ita diductis videtur ab Alexide fuisse mutuatus apud Athenæum lib. 6.

Τυς μεν ςρατηγυς τας οφρυς επαν ιδω
Ανεσπακοτας, δεινον μεν ἡγυμαι ποιειν.
Ου πανυ θαυμαζω δε προτετιμημενυς
Υπο της πολεως μειζω τι των αλλων φρονειν.
Τυς δ' ιχθυοπωλας τυς κακως' απολυμενυς
Επαν ιδω κατω βλεποντας, τας δ' ὀφρυς
Εχοντας επανω της κορυφης, αποπνιγομαι.

Video reductis cum superciliis duces,
Grave credo facinus facere, non miror tamen.
Si quos honorat civitas pre ceteris,
Gerant superbos spiritus pre ceteris,
At venditores piscium, quos Dii male
Perdant, humum spectare cum video, & super
Caput gerentes sua supercilia, enecor.

Crudelitatem tibi non placere) Crudelitatis notam inurebat Ciceroni; cujus consulis jussu, auctore tamen Senatu, quinque cives Romani, conjurationis principes, in carcere essent interfecti.

CAPVT VII.

Hic te homo dignissimus tuis laudibus collaudavit) Quid est, homo dignissimus tuis laudibus? opinor, dignissimus a quo tu laudareris. nam, ut recte laudatur vir præstans a laudato viro, sic contra improbus ab improbo: ut paria paribus respondeant.

Sustulistis) Contempta ejus auctoritate.

Abrogastis) Vt Æliam, & Fufiam: quas P. Clodius, vobis inspectantibus, & tacentibus, abrogavit.

Ejus domum) Incendistis: infra & alibi.

Geminum) Simillimum.

Compulistis) Pulso Cicerone, aliquamdiu Pompeius in publicum prodire non est ausus, metu Clodii, cum libertus ejus Damio cum sica ad Senatum deprehensus esset: infra: Deprehensus denique cum ferro ad Senatum is, quem Cn. Pompejum interimendum collocatum fuisse constabat. Pro Milone, & ibi Pedianus.

Mortuorum) Cum dixerit, *Manes*, quis non putet abundare, *mortuorum*?

In Catilinæ bujto) Vbi cæsus est Catilina.

Mactatus essem) Vt victima, expiandis conjuratorum manibus.

Comitastis) Duce Clodio.

Objicere) Nisi cessissem.

CAPVT VIII.

Qui, cum Senatus) Faernus, *cui cum Senatus*: non placet.

S. C.) De vestitu mutando.

Cum illo suo pari) Sic locutus post red. in sen. *Productus cum tuo illo pari*.

ABRA-

ABRAMIUS.

Quis hoc facit) Immo & nonnulli, si Diis placet, post inflictas plagas sibi gratiam haberi voluerunt. Nicolaus Damascenus de Persis: *Si quem Rex cædi virgis imperarit, gratias agit tanquam beneficium consecutus, quia Rex ejus meminisse dignatus est*. Possidonius lib. 5. Parthicorum, ut ejus verba ab Athenæo lib. 4. referuntur: *Qui amicus vocatur mensæ quidem non est particeps, sed humi assidens Regi excelso in solio sedenti, quod ab illo projectum fuerit, canis instar manducat, & sæpe ob caussam nullius momenti abstractus ab illa cœna ad terram abjectus, virgis & loris aculeatis cæditur, & sanguine manans eum qui ceciderit, ut benefactorem ad humum provolutus adorat*. Cæterum repertus est & qui lacrymas prohiberet. Ælianus lib. 14. cap. 21. de Tryso quodam tyranno, qui cum primo colloquia, deinde nutus & signa vetuisset, lacrymas tandem prohibere conatus est: *Quidam in forum progressus est, ibi flens magnam vim fervidarum lacrymarum effudit. Circum stetit affluens multitudo in fletum ac luctum erumpens*. Quid deinde Tyrannus: *Ille festinans, ut ei illud prohiberet: neque solum linguam nutusque servitute constringeret, sed etiam oculis a natura tributam libertatem eriperet, quanta potuit celeritate cum stipatoribus ac satellitibus accurrit, ut lacrymas etiam compesceret: at illi cum e longinquo vix eum vidissent, eripientes arma satellitibus tyrannum interfecerunt*. Thucydides statum Atheniensium sub triginta tyrannis ita describit: *Ad hæc lamentari per indignationem, ut nec ulcisci per insidias quisquam poterat: aut enim ignotum inveniebat cui loqueretur, aut notum infidelem*. Sed hæc externorum tyrannorum fuit immanitas a Romana libertate penitus aliena: at in triumvirali proscriptione, ut habet Dio lib. 46. *Neque lugere quibusdam licebat, sed & eam ob rem plurimi perierunt*. Auctor edicti nefarii, & verba sic habentur apud Appianum lib. 4. civilium: *His vero factis* (trecentis Senatoribus, bis mille equitibus proscriptis, & majorem partem crudeliter occisis) *Lepidus de Hispanis triumphavit, & propositum est edictum hujusmodi. Quod felix faustumque sit omnibus utriusque sexus sacrificium & epulum indicitur: qui secus faxit, inter proscriptos esto. Et ille quidem ad Deorum templa, omnibus eum læta specie, animo inimico deducentibus triumphum egit*. Pulchre Latinus Pacatus in Theodosiii panegyrico Maximi Tyranni crudelitatem insectatus: *Audires enim dicere delatorem, quid ita ille tristis incedit? an quia pauper ex divite est? non enim se vivere gratulatur. Quid ita publicum atratus incestat? Luget, credo, fratrem. Sed habet filium: ita fleri non licebat amissa metu reliquorum. Serenos ergo nubilis mentibus vultus induebamus, & ad illorum vicem qui degustato Sardorum graminum succo feruntur in morte ridere, imitabamur læta mærentes. Est aliquod calamitatum delinimentum, dedisse lacrymas malis, & pectus laxasse suspiriis: nulla major est pœna quam esse miserum, nec videri*. Seneca Rhetor controversia prima libri quarti: *Numquam lacrymæ opprimuntur imperio, sed etiam irritantur. Nulla flendi major est caussa, quam flere non posse*. Item: *Cogit flere qui non finit*. Et vere. Nam, ut ait idem Seneca controversia 8. lib. 3. *Misero si flere non licet, magis flendum est. Imperari dolori silentium non potest*.

Heu quam difficile est imitari gaudia falsa!

Quam miserum est, ut cum Horatio loquar, *malis ridere alienis*? Et cum tuis ridere non possis, alienas malas ad risum assumere? Ex Homero 20. Odysseæ ver. 34.

Οἱ δ' ἤδη γναθμοῖσι γελώων ἀλλοτρίοισι.

Ast illi malis jam ridebant alienis. Sed jam hæc magis in rem, quam ad rem: ad quam redeamus. Ovidius 5. tristium elegia prima:

Exigis, ut nulli gemitus tormenta sequantur
Acceptoque gravi vulnere flere vetas.
Ipse Perillæo Phalaris permisit in ære
Edere mugitus, & bovis ore queri.
Cum Priami lacrymis offensus non sit Achilles.

Tun

Tu' fletus inhibes durior hoste meos?

Et tandem allatis Niobes, Procnes, & Philoctetæ exemplis, subjicit rationem cur summæ crudelitatis sit lacrymas prohibere:

Strangulat inclusus dolor, atque exæstuat intus,

Cogitur & vires multiplicare suas.

Cujus rei physicam reddit rationem Basilius Magnus oratione priore, περὶ εὐχαριστίας, sane luculentam de qua pro Sextio: *Quis tyrannus miseros lugere vetuit.*

Cum illa saltatrice tonsa) Cum Gabinio collega; cui, saltare, exprobratum est: quod homini Romano turpe fuit: infra: *Neque collegæ tui cymbala, ac crotala fugi.* Macrobius lib. III. *Tonsa*: quia breviore coma, quam cæteri, uteretur, lascivie caussa: non enim eum tonderi plane solitum possumus existimare: cum scriptum sit in ea pro Sextio: *Unguentis affluens, calamistrata coma.*

CAPVT IX.

Adversario) In judicio.

Paratiorem) Ad litigandum, aut ad se tuendam contra actionem adversarii.

Consularis, & funeraria) Pro eo, quod consul egeram, auctore Senatu.

Bustuario gladiatore) P. Clodio. *Bustum*, locus dicebatur, ubi mortuorum corpora comburerentur: hinc *bustuarius gladiator*, qui solitus esset homines interimere; quasi per quem multi cremarentur.

Alia enim caussa) Pro Sextio: *Quid enim simile fuit in Q. Metello?*

Cedendum) In exsulium ire maluit, quam in legem Saturnini tribuni pl. cui tum Marius favebat, per vim latam, jurare.

Barbato Epicuro) Deliciis, & voluptatibus deditos Epicureos barba longior, severitatis index, non decere videbatur. Piso tamen & Epicureus erat, ut infra ostenditur: & barbam alebat, et gravitatem, ac mores, ab Epicureorum institutis discrepantes præ se ferens, civitatem falleret.

Catilinæ laternario) Catilinæ ministro, qui Catilinæ nocturnis in sceleribus laternam præferret.

Cymbala, ac crotala) Quorum ad concentum saltarent. Cymbala vulgo nota: de crotalis obsceni carminis poeta,

Crispum sub crotalo docta movere latus.

In maximis turbinibus) Temporibus Catilinæ.

Frontis tuæ nubecula) Perficit translationem, quia dixerat, *turbinibus*, *fluctibus*: & simul quod sæpe facit, severam Pisonis frontem designat.

Spiritum) Quasi ventum.

Scelerum importunitate) Supervacaneum videtur hoc verbum cum sequatur *impunitate*.

Eodem in templo) Ubi Clodius de me rogationem ferebat. Sit unum.

Arbitria non mei solum, sed patriæ funeris abstulisti) Præmia mei funeris, provinciam scilicet Macedoniam: quam, prodito Cicerone, accepit, lege Clodia, tamquam præmium: pro Sextio: *Illo ipso die, die dico? immo hora, atque etiam puncto temporis eodem, mihi reique publicæ pernicies, Gabinio, & Pisoni provincia rogata est.* *Arbitria*, id est, præmia, dixit in ea quoque post red. in sen. & pro domo.

CAPVT X.

Illorum dierum epulas) Pro Sextio: *Omitto gratulationes, epulas.*

Cum illum suum saltatorium versaret orbem) Cum in orbem se saltando converteret.

Fortunæ rotam) Hoc ut juveniliter, sine decore, & gravitate dictum, reprehendi solere, Tacitus ait in dialogo de orat.

Hic autem) Piso.

Concinnus) Ut Gabinius, munditiæ, & elegantiæ deditus.

Musicus) Qui cantu, cymbalisque delectaretur: nam ad concentum fidium, vocumque saltabant.

Græcorum) Epicureorum: infra: *Græci stipati, quini in lectis, sæpe plures.*

Fætore, atque vino) Supra: *Ex tenebricosa popina consul extractus*: Infra: *Nihil apud hunc lautum, nihil elegans, nihil exquisitum.*

Quod quidem istius) Faernus, Quod qui-

quidem istius omnino mendosum videtur, *istius*.

Lapitharum, aut Centaurorum) Quod cum cæde, & contentione factum, fabulæ narrant.

In toga prætexta) Sustuli copulam, *&*: nam antea legebatur, *toga & prætexta*, mendose: cum prætexta sit toga.

In Sex. Clodio) Cum eum magistrum ludorum Compitalibus esse voluisti: supra: *Sex. Clodium, qui numquam prætextatus fuisset, prætextatum volitare passus es*.

Sine eo consilio) Sine Senatu: quod summum consilium vocabatur.

Haberetur in foro) Pro Aurelio tribunali. Supra.

In templum Castoris) Supra.

Revulsis gradibus) Ne cui, qui ferente leges Clodio, obnunciare, intercedere, aut aliquo modo vellet impedire, daretur introitus. Pro domo: *Cum arma in ædem Castoris comportabas, nihil aliud, nisi uti ne quid per vim agi posset, machinabare: cum vero gradus Castoris convellisti, ac removisti; tum, ut modeste tibi agere liceret homines audaces ab ejus templi aditu, atque adscensu removisti*.

A conjuratorum reliquiis) Pro Sextio: *Lex erat lata vasto, ac relicto foro, & sicariis, servisque tradito*.

A Catilinæ prævaricatore) Catilinam a P. Clodio repetundarum esse accusatum, eoque prævaricante absolutum, & Asconius auctor est, & Cicero ipse his verbis in ea de Harusp. resp. *a Catilina pecuniam accepit, ut turpissime prævaricaretur*.

Cum equites Romani relegarentur) Hoc dicit propter L. Ælium Lamiam, studiosissimum Ciceronis, principem equestris ordinis edicto Gabinii consulis relegatum, quod eo auctore vestitum equites, lege Clodia promulgata, mutaverant; & una cum ipso pro salute Ciceronis populo supplicaverant. Pro Sextio: *L. Lamia, qui cum me ipsum pro summa familiaritate, quæ mihi cum fratre, cum patre ejus erat, unice diligebat, tamen pro rep. vel mortem oppetere cupiebat, in concione relegavit, edixitque ut ab urbe abesset millia passuum ducenta; quod esset ausus pro cive, pro bene merito civi, pro amico, pro republica deprecari*. Post red. in sen.

Viri boni lapidibus e foro pellerentur). Pro Sextio, *armatis hominibus forum & conciones tenebant: cædes, & lapidationes fiebant*. Pro domo: *Cum eos, qui in conventu virorum bonorum verba de me fecerant, adesse jussisti, eorumque advocationem manibus, ferro, lapidibus discussisti; tum profecto ostendisti, vim tibi maxime displicere*.

CAPUT XI.

ARGUMENTUM.

Levitas ista) Pro Sextio: *Nequam esse hominem, & levem, & falsa opinione, errore hominum ab adolescentia commendatum sciebam*. Et: *Contemptissimorum Consulum levitatem* appellat: ii enim leves appellantur, qui sunt inconstantes, & facile rebus secundis insolescunt: de hujusmodi levibus Democritus quadam epistola ad Hippocratem: *Χρη ων και σε, ω Ιπποκρατες, μη τοιουτοτροποισιν ανθρωποις συνερχεσθαι και συνομιλεειν, οις νοος ακροπολος και αβεβαιος κατεστηκεν. Oportet igitur te, o Hippocrates, non iis esse comitem, cum iisque versari, quibus mens, in superficie, ut ita dicam, navigans est & inconstans*. Quorum vitam *δωδεκαημερες δραμα* Iustinus Martyr epist. ad Zenam & Serenum eleganter appellat: *Και τουτο φυλακτεον το μη ποτε μεν φαιδρον το προσωπον ποιειν, ποτε δε σκυθρωπον· και ει χρη ταληθες ειπειν, παραιτητεον ημιν το δωδεκαημερες καθ' εκαστην ημεραν απαγγελλομενον δραμα. Cavendum est ne modo hilariore, modo tristiore vultu procedatur: & si verum dicendum est, repudianda est actio quæ per singulos dies duodecim constans partibus exhibetur*. Vel levitas dicitur quasi vilitas digna contemptu. Vide Sextianam loco citato.

Seplasia) Platea unguentariorum Capuæ. In Rullum 2, Valerius Max. Plinius, alii.

Campanum consulem) Duumviri Capuæ pro consulibus erant: duumviros autem C. Cæsar consul, lege lata de agro Campano dividendo, creaverat socerum suum Pisonem, & generum

Cn.

Digitized by Google

Cn. Pompeium, post red. in sen. *Capuae te putabas, in qua urbe domicilium quondam superbiae fuit, consulem esse, sicut eras eo tempore, an Romae, in qua civitate omnes ante vos consules senatui paruerunt?* Infra: *Gabinium denique si vidissent duumvirum unguentarii, illi vestri, citius agnovissent.*

Repudiavit) Quod si Campanis consul eorum Piso non placuit: quanto magis, qui Romae consul esset, indignus fuit?

Decios, Magios, & de Taurea illo Iubellio aliquid acceperas) Seplasia suos Campanos, de quibus audierat, regio quodam spiritu & Campana superbia elatos, Pisoni praeferebat. De Decio Iubellio mentio fit in Epitome lib. XII. de Magio Livius lib. XXIII. & agr. 2. de Taurea Iubellio Livius lib. XXIII. & XXVI.

Saltem Seplasia dignus, & Capua) Non ille quidem Romana moderatione, Seplasia tamen, & Capua dignus: at in Pisone nec pompa, nec species, nec incessus, non modo Roma, sed nec Seplasia dignus, & Capua: itaque Campanum consulem jure Seplasia repudiavit.

Citius) Potius, ut Phil. 2. *citius dixerim jactasse se aliquos ut fuisse in ea societate viderentur, cum conscii non fuissent, quam ut quisquam celari vellet, qui fuisset.*

Madentes) Unguentis.

Fluentes) Pinguiores opinor significari: ut lib. 2. de orat. *Gallum ejecta lingua, buccis fluentibus.*

Cerussatae) Cerussa dealbatae.

Optimorum civium) Erant enim hoc tempore cives Romani, colonia lege Caesaris deducta: pro Sextio: Qua de caussa & tum conventus ille Capuae huic apud me P. Sextio maximas gratias egit: & hoc tempore iidem homines, nomine commutato coloni, decurionesque beneficium P. Sextii testimonio declarat.

Illam ipsam urbem) Pro Sextio: Conventus ille Capuae, qui propter salutem illius urbis, consulatu conservatam meo, me unum patronum adoptavit.

Principe Cn. Pompejo referente) Referente non in Senatu Romae, sed Capuae, in qua duumvirum eum fuisse jam dixi: planius in ea post red. in sen. *Qui in colonia nuper constituta cum ipse gereret magistratum, in qua urbe erat emptus intercessor, vim & crudelitatem privilegii auctoritate honestissimorum hominum publicis litteris consignavit, principesque Italiae totius praesidium ad nostram salutem implorandam putavit.*

Non casu aliquo, sed ignibus injectis) Pro domo: *Domus ardebat in Palatio, non fortuito, sed oblato incendio.*

Apud socrum tuam) Eadem res pro domo: *Columnae marmoreae ex aedibus meis, inspectante populo Romano, ad socrum consulis portabantur.*

CAPUT XII.

ARGUMENTUM.

Venienti assurrexit) Multos honores solitos magistratibus exhiberi Seneca paucis complectitur epist. 66. *Si Consulem videro aut Praetorem, omnia quibus honor haberi solet faciam, equo desiliam, caput adaperiam, semita cedam.* Et Arnobius libro 6. *Via decedat, assurgat, caput revelet, vehiculoque desiliat.* Equo desiliebant Consulibus obvii: ut de Fabio testatur Claudius Quadrigarius apud Gellium lib. 2. cap. 2. & Livius decad. 3. lib. 4. Sic Camilla Turno:

Occurrit portisque ab equo Regina sub ipsis
Desiluit: quam tota cohors imitata relictis
Ad terram defluxit equis. ——

Hunc enim honorem viris honoratis exhibebant. Dio libro 45. de Servilio Isaurico loquens: *Sic ea tempestate Romani reverebantur eos, qui dignitate excellerent, & eos qui etiam in minimis impudenter quidpiam faciebant, odio prosequebantur, ut cum Servilius Isauricus pedibus iter faciens in quempiam equitantem incidisset, neque ille desiluisset, sed calcaribus admotis festinasset, cum in aliquo judicio agnoverit, & exposito judicibus facto, ipsi reum inauditа caussa damnaverint.* Caput adaperiebant. Plutarchus in quaest. Romanis 10. *Cur Deos adorantes caput obnubunt, at occurrentes hominibus aliqua dignitate praestantibus, etiamsi forte caput lacinia vestis obtectum habeant, detegunt.* Hunc tamen honorem aliis quam

Digitized by Google

quam magistratibus exhibebant. Plutarchus in Pompejo facit Sullæ mentionem, *assurgentis venienti Pompejo*, *& vestem e capite removentis*. De via cedebant, atque adeo lictores ni via cederent, obvios submovebant, res est comperta. Quæres in quam partem decederent? in medium vicum, ut Consul parieti vicinior incideret: hic enim locus honori fuit: quemadmodum in ambulatione præferebatur locus vel medius, vel interior, id est parieti vicinior: ut quinto Fastorum:

Et medius juvenum, non indignantibus ipsis,
Ibat & interior si comes unus erat.

De quo tamen vide Turnebum in adversariis, Lipsium in electis, & alios, nobis nec licet, nec libet hic immorari. Assurgebant. Dio libro 36. De Lucio Lucullo Prætore & Aquilio Consule loquens: *Cum Aquilius sellam in qua judicabat frangi jussisset, quod eum prætereuntem videns non assurrexerat, neque ira exarsit, & stans in posterum, tum ipse, tum ipsius caussa ceteri judices, judicarunt*. Minores magistratus majoribus fasces submittebant. Dionysius libro 8. de Marcio Coriolano.

Clarissimi viri) Cn. Pompeji.

Verum amicum) Ipsum Ciceronem.

Suum pristinum morem) Tuendæ reipublicæ.

Gabinius collegit ipse se) Pro domo: *Fregit fœdus Gabinius: Piso tamen in fide mansit*.

Tamquam lanista) Qui gladiatorum paria in certamen adducit, cum eos ante in ludo pugnandi arte instruxerit.

Sororius adulter) Clodius, qui cum sororibus rem habuisse dicebatur.

In illo tumultu) In certamine quod ei cum Gabinio fuit.

Fracti fasces) Gabinii consulis.

Iste ipse) Consul. post red. ad Quir.

Deprehensus) Clodii libertus Damio. Asconius pro Milone.

CAPUT XIII.

Qui remp.) De se ipso loquitur, cui in Italia esse non licuit.

Idemque in Italia) Recte puto restitui posse, *is neque in Italia*: pro, is ne in Italia quidem. Lex enim Clodia ultra CD. millia abesse ab urbe eum jubebat: ad Attic. lib. III.

Qui omnes) Hoc de Pompejo, qui se in publico tuto statuit esse non posse.

Fasti) Consulares.

Proscriptio) Proscripsit lege sua Clodius Ciceronis bona.

Non leges, non instituta, non mores, non jura noritis) Hæc enim qui norunt, legem esse non putant eam, quæ sit injusta per servos, incisa per vim, imposita per latrocinium, sublato Senatu, pulsis e foro bonis omnibus, capta rep. contra omnes leges, nullo scripta more.

CAPUT XIV.

Annum) Pisone, & Gabinio Cos.

Qui si calamitosissimus fuisset) Mihi: quem potius gloriosissimum fuisse duco.

Vestrum) Pisonis, & Gabinii.

Tantis beneficiis, tantis honoribus) In me restituendo.

Lætissimum diem) Quo in provinciam profectus es: qui tibi lætissimus videtur fuisse, mihi, & aliis contra.

Unam tibi illam viam, & perpetuam esse vellent) Perpetuam, quæ numquam desineret, quæ finem non inveniret: ne umquam redires, sed ejus viæ finem nullum reperires. Ejus enim, qui redit, perpetua via non est: eodem modo Turpilius apud Nonium: *Egredere: atque utinam istuc perpetuum itiner sit tibi*.

CAPUT XV.

Consentiente populo Romano, atque una voce) Faernus, *Consentiente atque una voce*: quod valde non arridet: sit enim illustrior Ciceronis reditus, si non modo a Senatu, sed a populo etiam revocetur.

Qui remp. salvam esse vellent) Post red. in sen. *Quid magnificentius, quid præclarius mihi accidere potuit, quam, quod illo petente vos decrevistis, ut cuncti ex omni Italia, qui remp. salvam vel-

vellent, ad me unum, hominem fractum, & prope dissipatum, restituendum, & defendendum venirent?

ABRAMIUS.

Auctore, & ejus sententiæ principe) Princeps sententiæ dicitur Pompejus, non quod primus fuerit rogatus a Lentulo Consule sententiam: primus enim rogatus est Luc. Cotta pro Sextio, sed post eum rogatus Gneus Pompejus censuit Ciceronem non solum Senatus, sed etiam populi Romani auctoritate esse revocandum; addito, *ut si quis ejus reditum impedisset, is in hostium numero duceretur*; cujus sententiam reliqui sunt secuti. Aliud est, esse principem civitatis, aliud principem sententiæ. Princeps Senatus erat, qui primus in recensione Senatus a Censoribus fuisset recitatus: princeps sententiæ, qui primus sententiam dixisset, quæ obtineret, & quam reliqui maximam partem sequerentur. Sic in hac ipsa Lentuli Consulis relatione L. Cotta princeps Senatus, Pompejus princeps sententiæ nominatur. De principe Senatus sic dicto, quod in recitatione Senatus a censoribus primus caperetur, vid. Livii epitomen lib. 8. decad. 5. Sed cur Pompejo totius civitatis atque adeo Imperii facile principi Lucius Cotta dignitatem hanc præcerpsit, fuitque princeps Senatus? In promptu caussa est: Eum ut plurimum Censores principem ordinis legebant, qui proxime ante censuram gessisset: ut ex infra laudatis exemplis constabit. Dixi: *ut plurimum*, quia si id semper fuisset observatum Marcus Æmilius a sextis censoribus legi minime potuisset: Sic hac ipsa oratione L. Gellius princeps Senatus dicitur fuisse in Ciceronis consulatu, qui proxime ante Censor fuerat, ut videre est apud Plutarchum in Pompejo: de cujus censura vide epitomen Livianam decadis 10. lib. 8. Sic & Cotta qui princeps fuit Senatus cum de reditu Ciceronis ageretur, proxime ante gesserat censuram: vid. Plutarchum in Cicerone. De ordine Senatus in dicenda sententia vide Gellium libro 4. Noct. Attic. cap. 10. Unde liquet primum fere rogatum esse sententiam principem Senatus, aut saltem qui esset consulari gradu: dein novis Consulibus creatis, primi rogabantur designati Consules. Honoris caussa alios aliis in roganda sententia præferebant. Hinc orat. in Pisonem cap. 5. *quem in Senatu sententiam rogabas tertium*: ut alia omittam, semper tamen rogabantur primo loco viri Consulares. Dionysius lib. 7. *Primum quidem maximi natu e consularibus, secundum morem a Consulibus vocati ad dicendum surrexerunt*. Ubi vides non solum dignitatis, sed etiam ætatis habitam fuisse rationem: quamvis id honoris adolescentibus, ut C. Carboni, & Octavio nonnunquam concessum est, ut sententiam dicerent inter Consulares: vide Vatinianam: post Consulares sententiam rogabantur ii qui curules gesserant magistratus, Prætorii nimirum & Ædilitii: unde Cic. Verrina 7. inter eos honores, qui ipsi ex ædilitate contigerunt, enumerat *antiquiorem in Senatu dicendæ sententiæ locum*. Post eos qui curulibus magistratibus functi fuerant, sequebatur reliquum Senatorum vulgus, quos ad discrimen curulium Senatorum C. Bassus apud Gellium lib. 3. cap 18. pedarios vocat. Sed neque pedarii rogabantur, sine ætatis discrimine. Dionysius lib. 7. *Senatu super his convocato, cum maximi quique natu ex consuetudine, primi sententiam dixissent*. Qui mos, ni fallor, a Solonis lege manavit in Romanam Remp. vid. Æschinem in Timarchum. Ex his facile intelligas eum dici principem sententiæ, non qui primus sententiam rogaretur, sed qui sententiam primus diceret, quam reliqui deinceps sequerentur. Gellius loco citato: *Et qui postremi scripti erant, non rogabantur sententiam, sed quas principes dixerant, in eas descendebant*.

Unum prætorem) Appium: pro Milone; *septem prætores, octo tribuni pl. illius adversarii, defensores mei*.

Duos tribunos pl.) Sex. Ælium Serranum, & Num. Quinctium: pro Sextio, & Pedianus.

De lapide emptos) Pecunia corruptos a Clodio. Morem notavit emendi servos de lapide.

Digitized by Google

In tribunatu ejus) Cum Q. Metellus Ciceronem consulem extremo consulatus die concionis habendæ potestate privavit: supra.

Splendidiorem) Faernus, *splendorem*, malo, *splendidiorem*: ut & numerus, & splendor hominum notetur.

Vos rogatores) Rogasse populum pro salute mea.

Vos diribitores) Distributores tabularum. Infra: *An ego exspectem, dum de te quinque, & septuaginta tabellæ diribeantur?* Post red. in sen. *Quando illa dignitate rogatores, distributores, custodesque vidistis?* Plinius de populo Romano libro XXXVI. cap. 15. *Qui gentes, & regna diribet*.

Custodes) Ne quid fraudis committeretur.

CAPUT XVI.

Ex hara producte) Propter sordes, & vitia.

Non ex schola) Quia nullas litteras didicisti, corporis voluptate contentus.

Ærarium exhauseras) Pro stipendio: supra: *Caverat enim sibi ille sororius adulter, ut si tibi provinciam: si exercitum, si pecuniam, ereptam ex reip. visceribus, dedisset, omnium suorum scelerum socium te, adjutoremque prœberes.*

Cum florente fortuna imperatoris) Ironia: qui enim dignus hoc nomine, qui provinciam Macedoniam cum exercitu obtinens, nullas ad Senatum de rebus gestis litteras miserit?

Qui gladiorum) Certi numquam fuerunt Macedoniæ fines, nisi qui armis, & virtute nostrorum imperatorum statuerentur.

Qui incolumis fuerit) Qui rem prospere gesserit.

Qui triumpharit) Excepto tamen L. Torquato.

Vulturius illius provinciæ) Raptor, & prædator, ut vultus, Macedoniæ: pro Sextio. *Exierunt malis ominibus, atque exsecrationibus duo vulturii*. Apud Carisium Scaurus in Cæpionem. *Nefarius vulturius, patriæ parricida*. Idem. *Vulturius reipublicæ*.

Si diis placet) Indignantis: de quo jam diximus.

CAPUT XVII.

Paulle noster) Quia Paullus Æmilius, Africani minoris pater, in Macedonia fuit imperator, ex qua, capto rege Perseo, triumphavit, ideo Pisonem per irrisionem Paullum appellat, quasi similem ejus, cujus erat dissimillimus.

Tabulas) Litteras, ut infra.

ABRAMIUS.

Tabulas laureas) Litteras lauro mittebant involutas ad indicium victoriæ, ut ex sexcentis locis compertum est: hanc porro lauream in gremio Iovis Capitolini collocabant: vid. Plinium lib. 15. historiæ naturalis cap. 30. & Plinium in Panegyrico cap. 8. Hanc laurum non e tabulis solum victricibus, sed etiam e fascibus Imperatoriis detrahebant: teste Iulio Obsequente de prodigiis: & Dione libro 54. de Augusto. *Cum in Capitolium adscendisset, lauream e fascibus detraxit, & in Iovis gremio collocavit*: quamvis idem postea, *lauream in Ædem Iovis Pheretrii præter consuetudinem detulit*. Additur, inquit Plinius, & militum lanceis: vid. Statium lib. 5. silva prima. Martialis libro 7. epig. 7.

> *Publica victrices testantur gaudia carthæ,*
> *Martia laurigera cuspide pila virent.*

Vide Plutarch. Pompejo. Græcis olea jucundior: Æschylus Agamemnone, de eo qui victoriam de Trojanis nuntiabat,

> Κηρυχ' απ' ακτης τον δ' ὁρω κατασκιον
> Κλαδοις ελαιας.
> *Præconem ab acta video inumbratum procul*
> *Ramis olivæ.* ——

Temeritatem atque audaciam tuam) Qui scribere auderes ad eum ordinem, quem despexeras, afflixeras, deleveras.

Pudentiorem) In litteris non mittendis. Duas partes habet hæc sententia, priorem de missis a Pisone litteris ad Senatum, sed abditis consilio amicorum; posteriorem, de non missis, nec abditis: prior habet Piso-

sonis impudentiam amicorum silentio condemnatam: posterior Pisonis conscientiam notat; qui cum sciret a se consule Senatus auctoritatem prorsus esse contemptam, scribere ad eum de re gesta, & supplicationis honorem postulare merito non auderet: quod ejus factum amici non condemnarunt, nullis ab eo ad Senatum litteris acceptis. *Vtrum*, inquit, *malim nescio*. Si litteras misisti, impudentiam ostendi: si non misisti, male te de Senatu meritum esse confiteris.

Non esse condemnatum) Ne si hoc quidem esset, hoc ne malim, an illud, constituere facile queam.

An munitio Thessalonicæ? an obsessio militaris viæ) De utraque re sic in ea de Provinciis: *Macedonia sic a barbaris, quibus est propter avaritiam pax erepta, vexatur, ut Thessalonicenses, positi in gremio imperii nostri, relinquere opidum & arcem munire cogantur: ut via illa nostra, quæ per Macedoniam est usque ad Hellespontum militaris, non solum excursionibus barbarorum sit infesta, sed etiam castris Thraciis distincta, ac notata*.

Exercitus nostri interitus, ferro, fame, frigore, pestilentia) In eadem: *Jam vero exercitus ille noster, superbissimo delectu, & durissima conquisitione collectus, omnis interiit*.

Demissior) Quia litteras ad Senatum mittere non es ausus.

Cum equites Romanos) In eadem.

Nobiscum) Cum Senatu.

Dignitate) Quia senatoriæ dignitati equestris proxima est.

CAPVT XVIII.

Voragines) Quibus absorpta respublica est.

Scopulique) In quibus naufragium resp. fecit.

Collegiorum) Non omnium, (nam & quædam, & a Senatu sublata, P. Clodius in tribunatu restituit, & alia permulta ex omni urbis fæce, ac servitio constituit) sed eorum, quæ numquam Senatus removerat; quod ea reip. ratio postulare videbatur.

Ex fame) Laceratione: quod si cui durius videtur, legat illud infra: *Cruentare corpus suum? major est vitæ famæ, salutis suæ vulneratio*. Antea, *ex infamia*.

Affici casu aliquo) Vt ego nullo meo crimine sum affectus.

Dicunt) Supplicium in culpa ponentes: ubi culpa absit, supplicium non putantes.

Voluptarii) Epicurei.

Vt erant audiendi) Tu enim eos de voluptate audis: si de honesto, de probitate, ac virtute aliquid dicunt, non audis.

CAPVT XIX.

Servata ab illo) Bello Cimbrico.

Devicta ab eodem) Bello Iugurthino.

Thyestea) Thyestis contra Atreum fratrem.

Vt ait ille) Ennius, qui Thyestem tragœdiam scripsit.

M. Marcellus) Nepos ejus, qui Syracusas cepit, primus cum Hannibale feliciter pugnavit.

Pietate) Aut generatim, id est probitate, dictum accipe: aut pietate erga patrem, cujus honorem auxit in inscriptione, quam posuit in monumentis ævi sui ad Honoris & Virtutis ædem. Asconius.

Gloria militari) Bis triumphavit.

Periit in mari) Apud Africam.

Ob virtutem gloria) Faernus, *Ob virtutem in gloria*: quod possum concedere.

In fortuna quadam) Dicam, quod sentio. Sensus hic: mors illa in fortuna quadam, non in pœna, putanda est, haud omnino mihi probatur: occurrunt autem correctiones duæ, quas eruditorum hominum judicio pro mea consuetudine libenter permitto; una, ut legatur: *Importuna quædam est illa mors, non pœna putanda*, (nam, *in pœna*, in paucis est antiquis libris, est quidem in eo, quem Faernus habuit, sed is quoque sæpe mendosus est) altera: *In fortuna quædam est illa mors, non pœna putanda*: ut, *in fortuna*, pro, casu illata, unico verbo dictum sit: at est insolens in Latina lingua: quam multa, in iis quidem libris, qui ad ætatem nostram pervenerunt, singularia sunt? usitatum fuisse, si quis, unde deductum sit *infortunium*, consideret, faci-

esse ut opinor, animadvertet. Accedit Plinii testimonium: nam lib. xxxv. cap. 6. ubi vulgo legitur, *Importuna hæc omnia, ac novitia*, antiquus liber habet: *in fortuna*, disjunctis tamen vocibus, vitio librariorum, verbi novitatem respuentium. Nam quod Faerno placuit, *in pœna putanda*: inde natum puto, quia, cum *in fortuna* separatim legeretur, alterum *in* reddi oportere videbatur: & omnino insitum hoc, & plane persuasum Faerno fuit, ut in Cicerone finem versus vitare vellet: quod si fiat, infinita mutatio consequetur: nam, & si vitiosam esse orationem, quæ similitudinem versus habeat, noster hic in Oratore docet: ipse tamen in hoc vitium sæpe imprudens incurrit, dum in explicanda sententia potius, quam in collocandis verbis operam ac studium ponit.

Saxa) Respexit ad poetæ verba, *saxis fixus asperis*.

Esse duos) Exponit, quæ putanda sit pœna, quod supplicium, quæ saxa, quæ cruces.

Modo) Octo annis ante.

Absens imperator est appellatus) Cur *absens* dicit, cum ii, qui ab Senatu imperatores appellarentur, omnes abessent? malim pro *absens*, *ab Senatu*: quo modo etiam distinguetur ab iis, qui ab exercitu imperatores oppellabantur. Miror hunc non triumphasse: cum imperator sit appellatus, & cum supra dixerit Cicero, consulari neminem imperio ex Macedonia redisse, qui incolumis fuerit, quin triumpharit.

Cn. Dolabellæ) Ejus, quem C. Cæsar accusavit. Suetonius.

C. Curionis) Triumphavit de Dardanis.

Novis honoribus afficiat) Cæsarem designant: pro Balbo, de Provinciis, in ep. ad Lentulum.

Denegares) Idem in ea de Provinciis, & ad Q. frat. lib. III.

CAPUT XX.

Certissimas constitutas) Faernus delet verbum *constitutas*: nisi me numerus offenderet, probarem.

Oreste) Notissimo matricida.

Athamante) Æoli filio, Thebarum rege, in eum furorem Iunonis ira compulso, ut filios occideret: exstat apud Ovidium fabula Met. lib. IV. sed copiosius apud Isacium Tzetzem, ubi Lycophronis illud explanat, παρθενοκτονον σθενει: quo loco Learchum a patre Athamante sagittis confixum ait: & eam fabulam secutus est Statius lib. 3. Silv.

Torvus ad hunc Athamas insanos
flecteret arcus.

Et lib. I. Theb.

Cui sumpserit arcus
Infelix Athamas.

Nam Ovidius, non sagittis Learchum a patre confixum ait, sed:

Utque feræ sequitur vestigia conjugis amens,
Deque sinu matris ridentem, & parva Learchum
Brachia tendentem rapit; & bis, terque per auras
More rotat fundæ: rigidoque infantia saxo
Discutit ora ferox.

Primum facere) Primum demittere exercitum, & sine ullo milite provinciam relinquere, deinde etiam in Senatu confiteri.

Gravissimo) Subagresti ingenio, & infestivo: vide Gellium libro I. cap. 5.

Nisi non cognoscere homines) Alii *nisi* delent: ego omnino retinendum puto: ut sit interpretatio verbi *furere*: neque hic tantum, sed alibi quoque sic est Cicero locutus, ut in Lælio: *Quid est aliud, cum diis, gigantum more bellare, nisi naturæ repugnare?*

Cruentare corpus suum) An aliquis, furere, dixerit esse, cruentare corpus suum? at hæc vitæ, famæ, salutis suæ major vulneratio est. Inepte nonnulli addunt, *leve est*: ut legatur: *cruentare corpus suum leve est*: cum hoc ad illud venuste referatur, quid est aliud furere, nisi non cognoscere homines, non cognoscere leges? non Senatum, non civitatem? deinde vero subjungatur: An hoc est furere, cruentare corpus suum? major hæc est vitæ fama, salutis suæ vulneratio. Fuit sine dubio, *leve est*, glossema hominis imperiti.

Ad ipsum te) Tamquam dominum: um dimissio exercitus ad remp. perti-

tineat: quo majore dignus animadversione videris.

CAPVT XXI.

Alter) Gabinius.

Ex Fortunis publicanorum) Publicani erant equites Romani: equestris autem ordinis inimicissimus Gabinius: itaque dixit consul, quod in ea pro Sextio, & in ea post red. in sen. scriptum est: Equites Romanos daturos illius diei pœnas, quo, me consule, cum gladiis in clivo Capitolino fuissent. In Syria vero proconsul, quantum in eo fuit, publicanos afflixit, ac perdidit: qua de re testimonium afferre ex orat. de Prov. non alienum videtur: *Publicanos tradidit in servitutem Iudæis, & Syris nationibus natis servituti. Statuit ab initio, & in eo perseveravit, jus publicano non dicere: pactiones sine ulla injuria factas rescidit; custodias sustulit: vectigales multos ac stipendiarios liberavit: quo in opido ipse esset, aut quo veniret, ibi publicanum aut publicani servum esse vetuit.*

Partim ejus prædæ) Adverbium pro nomine: ut, *largiter acerbitatis*, pro, *multam acerbitatem*: in vetere concione apud Asconium pro Milone.

Luxuries) Luxuriem distinguit a libidine: est enim libido in appetendo, luxuries in effundendo.

Permutationes) Pecunia ex permutatione Romam missa.

Tusculanum montem) Villam in agro Tusculano, monti similiorem, quam villæ: de qua in ea pro Sextio: *Villam ædificare in oculis omnium tantam, tugurium ut jam videatur esse illa villa, quam ipse tribunus pl. pictam olim in concionibus explicabat.* Non est contemnendus omnium fere librorum veterum consensus: habent enim, *Ad hunc Tusculanum in monte montem exstruendum*: quo major in Gabinium quæritur invidia: qui in editiore colle, quem vocat montem, suam villam quasi alterum montem exstruxisset.

ABRAMIVS.

Cum illa ejus immensa, & intolerabilis ædificatio constitisset) Id est hæsisset, nec propter nimios sumptus potuisset absolvi. Pro Sextio eum narrat, *Villam ædificare in oculis omnium tantam, tugurium ut jam videatur esse illa villa, quam ipse Tribunus plebis pictam olim in concionibus explicabat, quo fortissimum ac summum civem in invidiam homo castus ac non cupidus vocaret.* Nomine summi civis Lucullum, ut opinor intelligit: de cujus intolerabili ædificatione Plutarchus. *Ejus ædificia maritima, & circa Neapolim, ubi tumulos magnis fossis suspenderat, sinusque maris ut vivaria circumjecerat, diætasque maritimas exstruxerat, Tubero Stoicus contemplatus, eum Xerxem togatum appellavit.* Tanto certe intolerabiliores erant harum villarum substructiones, quod valles opplerent, montes æquarent, maris littora submoverent, ut non magis luxuriæ suæ velificari viderentur, quam ipsi naturæ illudere, de quibus sæpe queritur Lyricus Poeta.

Marisque Bajis obstrepentis urges
Submovere littora.

& alibi:

Iam pauca aratro jugera regiæ
Moles relinquent.

quæ consulantur. Vide & Papinium 2. Sylvarum de Surrentino Pollii; & in libro 3. in Hercule Surrentino, & libro primo Tiburtini Manliani descriptionem. De his nonnihil Sallustius in Catilina, Plinius Iunior epistola tertia, libri 1. decimaseptima lib. 3. sexta lib. 5. & Sidonius Apollinaris libro 3. epist. 2. suam quisque villam describens consulantur. Omitto unam Gordianorum villam, quæ auctore Iulio Capitolino, *basilicas centenarias tres* continebat. Strabo libro 5. meminit Romanorum, *in villis Persicas Regias exstruentium.* Quo genere villarum Mosella noster fuit spectabilis. Vide Ausonium in Mosella a versu circiter 300. ad 347. inter cetera:

Atria quid memorem viridantibus obsita pratis,
Innumerisque super nutantia tecta columnis.

Quod genus ἀπειροκαλείας convenienti nomine Mussipontani nostrates appellant, villas Mosellæ collibusque vicinis assitas *folies*, quasi insanias nominantes; nec injuria; nam

Exe-

Σωματα πολλα τρεφειν και δωματα πολλ' ανεγειρειν
Α'τραπος εις πενιην εστιν ετοιμοτατη.
Quisquis alit multos, & multas extruit ædes,
Certa ad perniciem pervenit ille via.

Constitisset) Effusa jam præda.

Se ipsum) Historia narrat, Ptolemæum, Ægypti regem pulsum a suis civibus propter scelera, restitutum a Gabinio, Syriæ proconsule, auctoribus Cæsare & Pompejo, mercede decem millium talentorum: ut in orat. pro Postumo, & apud Suetonium.

Numen interdictumque deorum immortalium) Quia Sibyllæ versus Ægypti regem cum exercitu restitui vetabant: Lucanus, Dio.

Responsa sacerdotum) Arbitror hoc dici: consultos augures de Ptolemæo rege, restituendum negasse.

Auctoritatem Senatus) Senatus decreverat, nequis omnino regem reduceret: ut in ep. ad Lentulum.

Iussa populi) Decernere Senatus, jubere populus dicitur: quod igitur de rege Senatus decreverat, idem jussisse populus videtur.

Emerat) A tribuno pl. Clodio, qui legem tulit de Macedoniæ Pisoni, Syria Gabinio tradenda.

Qui licuit) Nam & veteres, & novæ leges id vetabant: infra.

P. Lentulus) Qui tunc Ciliciam administrabat.

Auctoritate Senatus) S. C. unde ep. 1. ad Lentulum: *Ex illo S. C. quod te referente factum est, tibi decernit, ut regem reducas.*

Sorte) Consules provincias sortiri solitos esse, nemo nescit: ex qua sortitione Lentulus Ciliciæ præerat, Q. Metellus Nepos, qui collega ejus fuerat, Hispaniæ: quo modo igitur sorte habebat Ægyptum? an, quia, cum de restituendo rege cogitaret Senatus, eamque provinciam de more sorte committendam putaret, Lentuli, quia propinquus erat Ægypto, & aliorum nomina in urnam conjecerat?

Interposita religione) Quæ tollebat exercitum in rege restituendo: religionis enim nomine significantur Sibyllæ versus: in ep. ad Lentulum. *Offensionem esse periculosam propter interpositam auctoritatem, religionemque video.*

CAPVT XXII.

Sibi ipse præcidit) Effecit ipse suis sceleribus, ne redire posset.

Os ut videam hominis), Impudentiam ejus, qui redire audeat.

Consules, pretores) Faernus, *consules, patres conscripti*.

CAPVT XXIII.

Calpurniæ) A paterno genere.

Calventiæ) Ab avo materno.

Braccatæ cognationis) Galliæ transalpinæ: unde Pisonis maternus avus in Italiam profectus, Placentiæ consederat. Braccatæ cognomen erat transalpinæ Galliæ, togatæ cisalpinæ, utrique a genere vestris.

L. Placcus) Qui prætor fuerat Cicerone consule, pro quo exstat oratio.

Q. Marcius) Ejus fortasse filius, qui cum L. Metello consul fuerat: quem ante hoc tempus obiisse, patet ex epist. ad Attic. lib. I.

Togulæ) Vt, togati cum essent, obviam venisse ex urbe viderentur.

Sponsione) Vt sponsione contenderem, ni Esquilina, non ut ego dixeram, Cœlimontana, introïisset. De sponsionibus alio loco.

Triumphali) Iocatur in ambiguo; nam Triumphalis porta Romæ erat, qua proconsules Macedonici triumphantes introibant, unde nomen: & eam, qua introivit Piso, ideo negat esse triumphalem, quia consulari præditus imperio ex Macedonia non triumphavit. Triumphalem portam Tacitus lib. V. Suetonius in Augusto; Iosephus lib. VII. Dio lib. LVI.

CAPVT XXIV.

Levis est enimi) Malim *vilis*, pro *levis*; cum sequatur, *lucem, splendoremque fugientis*.

ABRAMIVS.

Qui est fructus veræ virtutis) Της αρετης γαρ αθλον ἡ τιμη, και απονεμε-

μεται τοις αγαθοις. *Premium enim virtutis est honos, & tribuitur viris bonis.* inquit Aristoteles libro quarto Ethic. cap. 7. Non abludit Sallustius in Catilina virtutem veram ad gloriam viam appellans: *Primo magis ambitio quam avaritia, animos hominum exercebat, quod tamen vitium propius virtutem erat, nam gloriam, honorem, imperium, bonus, ignavus æque sibi exoptant: sed ille vera via nititur: hic quia bonæ artes desunt, dolis, atque fallaciis contendit.* Quem in locum mira Divus Augustinus libro de Civitate Dei. Idem testatur Constantius Augustus oratione de Themistio, ex versione Petri Pantini. *Quippe diversis variisque itineribus ad unum idemque gloriæ fastigium omnes sana mente præditi pervenire contendunt: & tamen quum multæ adeo ad id viæ ducant, reliquæ omnes obliquæ, lubricæque: una hæc duntaxat tuta firmaque est, quæ per virtutem transigitur, proinde quandocunque aliquis in ordinem vestrum cooptandus est, hos ante omnia inquiritis, hac ipsa num via procedat.* Quare ut cum Symmacho loquar libro 1. epist. 20. *Bene, ac sapienter majores nostri, ut sunt alia ætatis illius, ædes Honori, atque Virtuti gemellas junctim locarunt, commenti ibi esse præmia honoris, ubi sunt præmia virtutis.* Lycurgus orator contra Leocratem: *Iustam laudem, quæ sola viris bonis periculorum præmium est, hanc quoniam etiam illi communis salutis caussa mortem oppetierunt, non prætermittere.* Et merito rei pulcherrimæ merces pulcherrima conceditur:

> Ανδρι γαρ πινυτῳ και εχεφρονι πολλον αμεινων
> Κυδος και χρυσοιο, και αγρος, ηδε και αλλων
> Εσθλων οσσα πελει τε και εσσεται ανθρωποισι.
> *Gnaro & prudenti longe præstantior auro*
> *Gloria vel fundis, vel si quid carius istis*
> *Esse potest hominum generi.* ——

ait Quintus Smyrnæus lib. 14. versu 112. qui versu 194. virtutem confert cum arbore excelsa illa quidem & ardua, sed fructus suavissimos proferente, quos sic verti.

> *Nec quisquam potis est virtutis scandere culmen*
> *Cui fuerit mens læva: gravi stat robore truncus*
> *Arduus ascensu, pertingunt æthera rami.*
> *At quibus est virtus, impensaque cura laboris,*
> *Iucundos gaudent operum decerpere fructus,*
> *Virtutis postquam attigerint fastigia claræ.*

Falsa igitur gloria est umbra, quæ ex arbore projicitur; vera, fructus qui ex eadem decerpitur.

Cum exhauriebas ærarium) Stipendii nomine.

Cum exhaus Italiam juventute) Delectu militum superbissimo, & conquisitione durissima.

Bello) Servili.

Coronam illam lauream) Quæ ovantibus dari non solebat, sed myrtea. Crassus autem, cum de servis triumphare indecorum videretur, ovavit quidem, sed, myrto repudiata, laureo coronatus, gratificante ei extra ordinem Senatu. Hæc Gellius. Plinius quoque, *Myrtea*, inquit, *ovantium fuit corona, excepto M. Crasso, qui de fugitivis, & Spartaco laurea coronatus incessit.*

P. Servili) Qui de Isauris ex Cilicia triumphavit, unde Isaurici cognomen.

Q. Metelle) Qui ex Creta triumphavit, unde Cretici cognomen: historiæ postulabat ordo, ut post Curionem nominaretur: quia post Servilium Curio, post Curionem Metellus triumphavit.

P. Africane) Vel cæcis manifestum mendum, quis enim Africani cognomine per hæc tempora fuit? aut ejus triumphus ubi nominatur? equidem, cum triumphales, qui viverent, appellari videam, unus autem ex iis, qui triumphaverant, & vivebant, nominandus superesset M. Pupius Piso, qui triumphaverat ex Hispania, nondum gesto consulatu, eum omnino significari crediderim, & reponendum, vel contra veteres libros, quorum testimonium auctoritas historiæ vincit, *M. Pupi*. Suspicabar prius, *L. Afrani*, reponendum, ex litterarum similitudine, qui consulatum gessit: cum Q. Metello Celere, sed de ejus triumpho mentio nulla.

Pom-

Pomptinio) Qui cum prætor fuisset Cicerone consule postea devictis Allobrogibus, triumphavit, anno sequenti: ep. ad Attic. lib. IV. ad Q. frat. lib. III. Dio lib. XXXIV.

Non est integrum) Abjecisse fortasse triumphandi cupiditatem, si te prius, contra disputantem, doctum videlicet hominem atque eruditum, audisset: nunc, susceptis religionibus, mutare jam consilium non potest.

Religionibus susceptis) Dicit hoc, opinor, propter legem de imperio latam: quibus enim aliis impediretur religionibus, non invenio.

Camillos) M. Furius Camillus triumphavit quater, primum de Vejentibus, iterum de Gallis, tertium de Volscis, Æquis, Etruscis, quartum de Gallis Senonibus. M' Curius Dentatus ter, primum de Samnitibus, & rege Pyrrho: nam de Lucanis ovavit. C. Fabricius Luscinus bis, primum de Etruscis & Gallis, iterum de Lucanis, Brutiis, Tarentinis, Samnitibus. A. Atilius Catalinus ex Sicilia de Pœnis. Scipiones, major, & minor ex Africa, minor etiam de Numantinis. M. Claudius Marcellus ter, semel de Gallis, bis de Syracusanis, quamquam de Syracusanis ovatio fuit non triumphus. Q. Fabius Maximus Verrucossus de Liguribus. L. Æmilius Paullus bis: de Liguribus Ingaunis, & ex Macedonia, & rege Perse. C. Marius bis, de Numidis, & rege Iugurtha, postea de Ambronibus, Teutonis, & Cimbris.

Horum amborum consulum) Pompeji Magni, Crassi Divitis. Triumphavit autem Pompeji pater Strabo de Picentibus: Crassi pater de Lusitanis.

CAPUT XXV.

Genero suo) C. Cæsari, qui tunc in Gallia bellum gerebat.

Fertur) Quo fertur? ad magnas res gerendas: qua re fertur? gloriæ cupiditate.

Ille vir) Majore cum laude, quam si tantum *ille* dixisset: nam in viro virtus est.

Tot dierum) Quot antea nemini: vide de Provinciis.

Quos dii negligunt) Inducit Pisonem disputantem ex Epicuri sententia. Epicurus enim deos ajebat negligere mortalia.

Ad alteram scholam) Ad eam, quæ omnia refert ad voluptatem corporis: nam infra: *Quibus ex rebus nihil est, quod solidum tenere, nihil, quod referre ad voluptatem corporis possis.*

Flamininus) Faernus legit, *Flaminius*, contra historiam: nam Flaminius gentis nomen est, Flamininus Quinctiæ cognomen: porro quis nescit hunc esse T. Quinctium Flamininum, qui ex Macedonia, & Philippo rege triumphavit?

Esquilinam) Esquilina introivit, inde ad Cælimontanam, ubi ei conducta domus erat, profectus est.

Consularim) Contempto triumpho.

Ex hac die) Magis exprimit, & mihi tamen videtur abundare. Sed tamen fortasse antiquus loquendi modus. Notatur autem avaritia, biduo tantum ante diem adventus conducta domo.

In Campo Martio) Neminem significat esse in urbe, qui illum hospitio accepisset.

Ferculis) Ligneis instrumentis, quibus & captorum oppidorum simulacra, & reliqua triumphi pompa ferebatur.

Tua lege) Legem tulerat Cæsar consul de repetundis, & in ea, ut rationes ad ærarium statim deferrentur a proconsulibus e provincia reversis.

Ratio quidem) Senarius Plauti in Trin. cujus imitatione dixit Terentius in Phorm. *Non ratio nobis, sed argentum deerat.*

CAPUT XXVI.

Paterni generis) Calpurnii, nobilissimi.

Materni) Calventii: nam Pisonis maternus avus, Calventius dictus est.

Vix memor) Non solum a nobilissimo paterno genere prorsus degeneras: verum ne materno quidem, licet ignobili, plane respondes. Sequitur ratio: Ita nescio quid istud.

Nescio quid istud) Quod tu sentis de triumpho contemnendo.

Mediolanensi precone, avo tuo) Non dixit, *Placentino*, quamquam Placentis,

tiæ, non Mediolani, maternus Pisonis avus, profectus ex Gallia, consedisset, sed, *Mediolanensi*, opinor quia, cum nobilius Mediolanum esset, quam Placentia, (caput enim Insubriæ regionis erat, auctore Strabone) materno Pisonis avo aliquid tribuere videbatur: cum tamen ironia non absit: nam si Mediolanum Placentia nobilius, multo tamen urbe Roma ignobilius: ita, cum laudare videatur maternum Pisonis avum, latenter vituperat: quid enim est, Mediolani præconium fecisse? probri quidem id potius, quam laudis est.

L. Crassus) Orator summus.

Homo sapientissimus) Qui triumphi tamen honorem contemnendum non putavit: cum tu, quasi illo sapientior, negaveris, te triumphi cupidum umquam fuisse.

Alpes) Cum citeriori Galliæ præesset.

Vt, ubi hostis non erat, ibi triumphi caussam aliquam quæreret) De hac L. Crassi nimia triumphandi cupiditate sic lib. I. de Invent. *L. Licinius Crassus consul quosdam in citeriore Gallia, nullo illustri, neque certo duce, neque eo nomine, neque eo numero præditos, ut digni essent, qui hostes populi Romani esse dicerentur, quod tamen excursionibus, & latrociniis infestam provinciam redderent, consectatus est & confecit. Romam redit, triumphum ab Senatu postulat.* Hæc Cicero. Pedianus eum non triumphasse docet his verbis: *Crasso collega fuit Q. Scævola pont. max. qui cum animadverteret Crasso, propter summam ejus in republica potentiam, ac dignitatem, Senatum in decernendo triumpho gratificari, non dubitavit reipublicæ magis, quam collegæ, habere rationem: ac, ne fieret, S. C. intercessit.* Et hic infra: *Eorum neuter triumphavit: quod alteri illum honorem collega, alteri mors ademit.*

C. Cotta) Oratoria laude clarus, qui loquitur in libris de Oratore.

Collega) Collega L. Crassi in consulatu: Q. Mucius Scævola.

Mors) Repente rescissa cicatrix, ex vulnere, quod ante aliquot annos in prælio acceperat. Asconius.

M. Pisonis) M. Pupii: nam licet Piso dicatur, Calpurniæ tamen gentis esse desiit, & in Pupiam transiit, adoptatus a M. Pupio: ut in oratione pro domo. Pisonis cognomen, amissa gente, retinuit, jure & more adoptionis: hic M. Piso triumphaverat ex Hispania.

Tu eruditior, quam Piso) In quo multas fuisse litteras Pedianus ait.

Parvi, aut nulla) *Parva* ad Cottam, *nulla* ad Crassum refertur: nam Cotta, si vixisset, triumphaturus erat, auctore Pediano.

Tantis nationibus subactis) Ironia.

Sis licet Themista sapientior) Sunt qui a Themis, Themista, deducant auferendi casu: quod mihi parum sane placet: ac malim *Themi ipsa*. Marcellinus lib. XXI. *Elementorum*, inquit, *omnium spiritus, utpote perennium corporum, præsentiendi motu semper & ubique vigens, ex iis, quæ per disciplinas varias affectamus, participat nobiscum munera divinandi: & substantiales potestates, ritu diverso placatæ, velut ex perpetuis fontium venis vaticina mortalitatis suppeditant verba, quibus numen præesse dicitur Themidis: quam ex eo, quod fixa fatali lege decreta præscire fas sit in posterum, quæ τεθειμένα sermo Græcus appellat, ita cognominatam, in cubili solioque Iovis vigoris vivifici Theologi veteres collocarunt.*

Sapientior) Sapientes nonnulli hæc honorum insignia, tamquam res inanes, contempserunt: at tu, licet ipsa Themi sapientior, non contempsisti.

Si os tuum ferreum Senatus convicio verberari noluisti) Male nonnulli *sed* pro *si* reponunt, sed non a veteribus modo libris, verum ab ipsa quoque sententia discedentes: hoc enim dicitur. Si tuam impudentiam, quæ summa est, accusari a Senatu noluisti: non ideo, te virtutis insignia, id est honorem triumphi contempsisse, dicendum est. *Os tuum ferreum*, insignem quamdam notat impudentiam: pudoris etiam signa ore cernuntur, quæ si nulla apparent, *os illud durum, & ferreum* vocamus. *Os* quoque, simpliciter dictum, pro impudentia sumitur ad Varronem: *Nosti os adolescentioris Academiæ. Verberari.* Sic Q. Cicero ad Tironem: *Verberavi te cogitationis tacito dumtaxat convicio.* Et congruunt simul, *os verberari*. *Noluisti:* fore sciebas, ut, cum a Sena-

Digitized by Google

natu triumphum peteres, magnum tibi convicium fieret.

Ita mihimet fui inimicus) Qui me cum homine omnium turpissimo compararim: supra: *Facio injuriam fortissimo viro mortuo, qui illum, cujus paucos pares haec civitas tulit, cum importuna bellua conferant.*

CAPUT XXVII.

Proditorem) Faernus, *perditorem*: non video, cur mutetur.

L. Ælius) Lamia.

Te consule) Non tamen a Pisone, sed ab ejus collega Gabinio: ut pro Sextio, post red. in sen.

Decreta, & preces) Pro salute mea.

Ludi) Quos Pompejus iterum consul dedit: vide ep. 1. lib. VII. ad Marium.

ABRAMIUS.

Sed ne quomodo fieri quidem post hac possint) Rationem excogitavit Nero, qua hunc Pompeji apparatum longe superaret. Plinius lib. 33. cap. 3. *Nero Pompeji theatrum operuit auro, in unum diem, quod Tiridati Regi Armeniae ostenderet.* Et Xiphilinus; *Actus est decreto Senatus celebris conventus in theatro, cujus non modo scena, sed etiam ipsum totum circuitu intus erat inauratum: itemque cetera omnia quae intromittebantur auro ornata erant: quibus de caussis ille dies aureus nominatus est: peripetasmata quae in aere extensa erant ad defendendos solis ardores, purpurea fuerunt, stellis aureis circum undique relucentibus; in medio horum Nero currum agitans acu pictus erat: circum undique stellae aureae micabant.* Omitto Trajanum, qui, ut ait idem Xiphilinus: *Spectacula edidit dierum centum viginti trium, in quibus interdum caesae sunt ferae mansuetaeque belluae mille, interdum ad decem millia: itemque gladiatorum decem millia inter se certaverunt.* Omitto Antoninum Pium a quo, ut testatur Iulius Capitolinus, *Edita munera, in quibus elephantos & crocutas, & tigrides, & rhinocerotas & crocodilos etiam atque hippopotamos, & omnia ex toto orbe terrarum cum tigridibus exhibuit: centum etiam leones una missione edidit.* Omitto Philippum, de quo idem Capitolinus in Gordiano: *Fuerunt sub Gordiano Romae elephanti duo & triginta, &c. Alces decem, tigres decem, leones mansueti sexaginta, leopardi mansueti triginta, belbi, id est hyaenae decem, gladiatorum fiscalium paria mille, hippopotamus & rhinoceros unus, archoleontes decem, cameleopardali decem, onagri viginti, equi feri quadraginta, & cetera hujusmodi animalia innumera & diversa; quae omnia Philippus ludis secularibus vel edit, vel occidit.* Haec autem libentius omitto, ne luxuria ad superandam magnificentiam Pompeji longo tempore equisse videatur. Sexennio fere post, ut refert Plinius lib. 19. c. 1. *Caesar Dictator totum forum Romanum intexit, viamque sacram ab domo sua ad clivum usque Capitolinum: quod munere ipso gladiatorio mirabilius visum tradunt.* Quod si non carbasinis velis, ut ait Plinius, sed sericis sacram viam, & forum intexit, ut refert Dio libro 43. non Pompeji solum magnificentiam, sed etiam Neronis *ἀντιφιλοκαλίαν* longe superavit. Siquidem, ut ait Flavius Vopiscus in Aureliano: *Cum ab eo uxor sua peteret, ut unico pallio serico blatteo uteretur, ille respondit, absit ut auro fila pensentur: libra enim auri tunc libra serici fuit.* Quamvis quid victorem Pompeji miramur, in hoc quoque superiorem exstitisse, cum biennio fere post, C. Curio, mirifico theatro eum superarit, de quo vide Plinium lib. 36. cap. 15.

Vestrae scholae,) Quae docent haec contemnere.

Hoc est cum amoribus suis) Cum in communibus libris legeretur, *Hoc est compotoribus suis*; restitui ante viginti annos, quod indicant libri nostri, *Cum amoribus suis*: quod est usitatum Ciceroni genus loquendi.

Animi sui caussa) Ut alia majore quadam voluptate, quam quae oculis & auribus percipitur, fruatur.

Olim) Ante quam provinciam haberet.

Protervius) Hoc ad superbiam referri non potest: cum dixerit jam, *quod superbus*: sensum igitur eum habeat necesse est, qui cum vitiis hic nominatis, luxuria, libidine, nequitia, congruat.

Digitized by Google

Hanc) Usitatam.

Ingenuo, ac libero dignior) Quæ cum lautitia fit, atque elegantia.

Laudabo inimicum ; Quia liberare eum luxuria videor; quo tamen luxuriosius esse nihil dixerim.

Præter libidines) Sumptum in libidines, præterea nullam in rem, facit.

Toreuma nullum) Scalptum, aut cælatum opus: απο τȣ τορευειν: lib. 2. in Verrem: *Toreumata sane bona & pretiosa auferuntur*.

Suos) Quia Placentiæ consederat avus ejus maternus.

A propola, atque de cupa) *A propola*, ab eo, qui prius emit, aut aliis venderet: *de cupa* vero, de vase, a cauponibus fortasse dicto, qui vinum inde promerent.

Græci) Convictores ejus Epicurei philosophi.

Quini in lectulis) Cum tres, aut summum quatuor solerent esse: de quo alibi diximus.

ABRAMIUS.

Græci stipati, quini in lectulis) Terni solebant accumbere, ut plurimum. Horatius ultima Satyra, lib. 2.

> *Summus ego, & prope me Viscus Turinus, & infra*
> *Si memini, Varius.* ——

Ecce tres in primo lectulo recubantes: tum ad secundum lectum delabitur:

> —— *cum Servilio Balatrone*
> *Vibidius: quos Mecænas adduxerat umbras.*

Denique tres item tertii lecti convivas enumerat:

> *Nomentanus erat super ipsum, Porcius infra.*

Super ipsum videlicet Nasidienum, qui medius inter Nomentanum, & Porcium in infimo lectulo recubabat. Plenum autem fuit hoc Nasidieni convivium. Nam ut refert Gellius cap. 11, lib. 13. Noct. Attic. Varro in Satyris Menippeis libro, qui inscribebatur;

> *Nescis quid vesper serus vehat.*

Dicit convivarum numerum incipere oportere a Gratiarum numero, & progredi ad Musarum, id est proficisci a tribus, & consistere in novem, ut tum paucissimi convivæ sunt, non pauciores sint, quam tres: cum plurimi, non plures quam novem. Nam multos, inquit, esse non convenit, quod turba plerumque est turbulenta: ut Romæ quidem constat: sed & Athenis nusquam plures cubabant. Cum igitur non plures in uno lecto, quam tres esse deberent, tresque tantum, ut plurimum, lecti in conviviis sternerentur, hinc factum est, ut convivæ novem in tres lectulos distributi justum numerum implevérint. Raro tamen adeo stipati erant, ut terni singulis lectis accumberent, sed plerumque bini in summo, & medio, terni in infimo recubabant, eo consilio ut locus supervenientibus superesset, neque multitudine sibi invicem aures obtunderent. Plutarchus lib 5. quæstionum convivalium, problem. 5 Εμοι γ' ουν ουτ' αρτος, ουτ' οινος επιλειπων τοις κεκλημενοις, ουτω δοκει τον κεκληκοτα ποιειν γελοιον, ώς χωρα και τοπος, ών και μη κεκλημενοις, αλλ' επελθουσιν αυτοματως ξενοις και αλλοτριοις, αει παρασκευασμενην αφθονιαν ὑπαρχειν δει, &c. *Neque ego eum, qui ad cœnam invitarit, ita ridiculum arbitror, si panis aut vinum defecerit, quam si locus, quem abunde oportet iis qui non vocati advenerint, aut peregrinis, & externis casu supervenientibus esse comparatum.* Quare septem frequenter, nec plures solebant adhiberi: *Cum sit notissimum de numero convivarum, septem convivium, novem convicium*, ut ait Capitolinus in Vero. Post quem Ausonius in Ephemeride,

> —— *sex enim convivium*
> *Cum Rege justum, si super convicium est.*

Sic apud Servium 1. Æneidos septem convivæ in convivio Perpernæ a Sallustio numerantur. *Igitur discubuere. Sertorius inferior in medio. Supra L. Fabius Hispaniensis Senator ex proscriptis: Antonius in summo: infra scriba Sertorii Versius: & alter scriba: Mæcenas medius inter Tarquitium & dominum Perpernam.*

Ipse solus) In uno lecto.

Dum de solio ministretur) Hoc quid sit, nondum assequor.

Ubi galli cantum audivit) Ergo bibebat per totam noctem.

Avum suum) Qui Gallus fuerat.

Io-

Digitized by Google

loquatur in ambigua vocabuli significatione.

CAPUT XXVIII.

Est quidam Graecus) Philodemus, cujus exstare lasciva poemata dixit Asconius. Gadaraeum, id est Syrum fuisse, auctor Strabo lib. XVI. nominatur a Laertio bis in Epicuro, & a Cicerone lib. 2. de Fin. in extremo.

Aut ipse secum) Sententia postulat *haud*, vel glossema hoc fortasse totum est. Certe mendo suspicio non abest.

Iam tum) Vel in adolescentia fronte & supercilio ita severus erat Piso, non modo ut hominibus, sed ut diis ipsis iratus esse videretur.

Lubricum) Lubricum sua sponte, quia voluptas duplex, animi ex virtute, corporis ex vitio; sed adolescenti propter aetatem incauto, non modo lubricum, verum etiam saepe praeceps: quia neutram voluptatem Epicurei philosophi nominabant. Adolescentem autem fuisse Pisonem, jam dixit, cum Philodemi amicitiam appetivit.

Admissarius) Tamquam equus, qui rationis expers, unam corporis voluptatem novit: ideo, tamquam de equo, sequitur *adhinniit*.

Distinguere) Cum aliam esse corporis, aliam animi voluptatem ostenderet.

Iste claudus, quo modo ajunt, pilam retinere) Claudus pilae tantum retinendae aptus est: similiter Piso tantum illud, quod audierat, voluptatem esse summum bonum, observavit, ac mente retinuit.

Disertum) Qui plane loqueretur: ideo distinguere necesse non esse.

Et tamen dictum opinor) Carere locus vitio mihi non videtur: idem fortasse alii sentient; sed legatur, *Et tandem dictum opinor*; lapsu facili, & usitato, propter similitudinem litterarum, eluetur, puto si qua labes, maculave insedit. Libri quidam veteres, *est tamen dicis, ut opinor*; quod non satis placet.

CAPUT XXIX.

Ut poetam) Figmentis aptum potius, quam veritati.

Omnes libidines) Nominari a Pediano ejus poemata, jam dixi.

Illos fluctus) Exsulii calamitatem.

In illo elogio) In lege Clodia scriptum erat, *Velitis, jubeatis, ut M. Tullio aqua & igni interdicatur*; non, *Ut quod M. Cicero versum fecerit*. Subauditur, *aqua, & igni interdicatur*.

In sepulcro reip.) In lege Clodia, sepulcro reip.

Incisum) In aes leges incidebantur.

Quod vindicaris) Hoc verbo usum esse Clodium in lege, mihi non fit verisimile, sed eum potius dixisse crediderim, *Quod cives Romanos indicta caussa condemnavit*. Cicero ad suam laudem verbo mitiore usus est.

CAPUT XXX.

Phalarim) Tyrannum Agrigentinum, eruditum.

Non notam apponas adversum) Ut Aristarchus.

Armis persequare) Tamquam Phalaris, insigni saevitia. Inepte nonnulli ex hoc loco Phalarim grammaticum putant fuisse; cum de tyranno Cicero acceperit: & Pisonem similiorem ejus in notandis malis versibus, quum Aristarchi, dicat fuisse.

Summum imperatorem) C. Caesarem.

In hominis caput) Non dicam, ad perniciem amicissimi; non ejus, qui & de ipso, & de rep. ita meritus esset; non, consularis; non, senatoris; non, civis; non, liberi; sed omnino in hominis caput ille tam crudelis propter versum fuisset?

CAPUT XXXI.

Non est una caussa omnium) De viris amplissimis loquitur, & Pompeji caussam a ceterorum caussa distinguit.

Insidiarum metum) Cum insidiari me Pompejo diceretis.

Excluderer) Sermone ejus atque aditu prohiberer.

Certi homines) Fictis sermonibus; pro domo: *Homo nostram conjunctionem*,

hanc conspirationem in republica bene gerenda, hanc jucundissimam vitæ, atque officiorum omnium societatem certi homines fictis sermonibus, & falsis criminibus diremerunt: cum iidem illum, ut me metueret, me caveret, monerent: iidem apud me, mihi illum esse uni inimicissimum, dicerent. Idem pro Sextio.

L. Lentulus) Qui belli civilis anno primo consul fuit.

Q. Sanga) Fabiæ gentis.

Consulibus ex S. C. remp. defendentibus, se arma suscepturum) Pro Sextio: *Sed tamen & Crassus a consulibus meam caussam suscipiendam esse dicebat: & eorum fidem Pompejus implorabat, neque se privatum caussæ publice susceptæ defuturum esse dicebat.*

Generum) C. Cæsarem.

CAPUT XXXII.

Cum proximis) Cum ipso Pisone socero, & Pompejo genero: de Provinciis: *Me ille, ut quinqueviratum acciperem, rogavit: me in tribus sibi conjunctissimis consularibus esse voluit.*

Propter nimiam fortasse constantiæ cupiditatem) Ne viderer ab optimatum caussa desciscere.

Ad caussam) Cæsaris.

Non postulabam) Re vera mihi non placebat, ut ideo carissimus essem Cæsari, quia, beneficiis acceptis, quæ ille mihi deferebat, sententiam ei meam tradidissem.

Rescinderentur) A prætoribus & a Senatu: propterea tribunum popularem a se alienare nolebant: pro Sextio, pro domo.

Restitissem) Ejus actis.

Si anteposuit suam salutem meæ) Si me pelli patria maluit, quam acta sua rescindi.

Sibi amicior quam mihi) Cum ei propiora sua pericula essent, quam mea: pro Sextio.

CAPUT XXXIII.

ARRAMIUS.

Amnes exaruissent) Eumenius in panegyrico Constantini: *Inde est igitur, Imperator, pax ista qua fruimur: neque enim Rheni jam gurgitibus, sed nominis tui terrore munimur: quamlibet ille aut arescat æstu, aut resistat gelu, neutro hostis audebit uti vado: nihil enim tam insuperabili vallo natura præclusit, quod non penetret audacia, cui aliqua conandi spes relinquatur: ille est inexpugnabilis murus, quem exstruit fama virtutis.* Hunc Tullii locum Claudianus de bello Getico præ oculis videtur habuisse:

Alta nec incertis metimur flumina votis,
Excidio latura moram, non possimus omnes
Vadosam servare fidem, &c.

Themistius oratione de pace ad Valentem non multum abludit: *Intus, forisque pace continemur, dum & hostes armorum nostrorum, & milites legum metus coercet. Scythas vero a Romanorum finibus non interjectum flumen, non paludes, non munitiones excludunt (hæc enim omnia & convelli, & transmitti navigiis, & superari possunt) sed terror, ac metus duntaxat, quem nemo unquam transcendit, qui se inferiorem viribus putaret, atque hujus victoriæ tropæum non lapide ibidem erectum, non ex argento, aurove uno in loco defixum manet, sed in barbaris omnibus, omnibus Romanis constitutum, atque collocatum est.* Nec longe abest Demades oratione quadam, quæ sola, & ne integra quidem videtur superesse. *Atticam sepsi, limites ejus obvallans, non lapidibus, sed securitate civitatis.* Plinius Paneg. Trajani in contrarium: *Quod si quis barbarus Rex eo insolentiæ furorisque processerit, ut iram tuam indignationemque mereatur, næ ille sive interfuso mari, seu fluminibus immensis, seu præcipiti monte defenditur, omnia hæc tam prona, tamque cedentia virtutibus tuis sentiet, ut subsedisse montes, flumina exaruisse, interceptum mare, illatasque sibi non esse classes nostras, sed terras ipsas arbitretur.*

Refricabis) Renovabis ea, quibus a me Cæsar, licet iratus mihi non esset, alienior tamen esse visus est.

Qui bene nosses conjunctionem meam, & Cæsaris) Qui scires, me, propter Cæsaris amicitiam, numquam tibi, ejus socero, nomen esse delaturum.

Eludebas) Serio non agebas, qui scires, me tibi propter Cæsarem parcere.

Trementibus labris) Cum id requi-re-

rebus invitus, damnationis metu, conscius scelerum tuorum: infra: *Neminem invitus invitabis*.

Quod ad me attinet) Ista cura te non libero: verumtamen est mihi considerandum, ne qua Cæsarem sollicitudine afficiam, ne quod ei molestiæ onus imponam, præsertim amicissimus summis reip. negotiis impedito.

Numquam istam imminuam curam infitiando tibi) Senarius Accii poetæ in Atreo, quem imitatus est Cicero post reditum in senatu: *Numquam*, inquit, *infitiando, suspicionem hominum, curamque minuerunt*.

Languet) Desidiæ dedita, non ad eam gloriam propensa, quæ civium accusationibus improborum quæri solebat.

Consularibus spoliis) Consulari dignitate, exponendis apud judices flagitiis ejus, ac sceleribus.

Non nolint) Quasi dedignentur: cum parva laus ex afflicto, infirmo, enervato reo exspectetur.

Beneficio) Provincia a Clodio accepta.

CAPUT XXXIV.

Platoris) De harusp resp. *Quas Platorem ex Orestide, quæ pars Macedoniæ libera est, hominem in illis locis clarum ac nobilem, legatum Thessalonicam ad nostrum, ut ipse appellat, imperatorem venisse nescit? quem ille propter pecuniam, quam ab eo extorquere non poterat, in vincula conjecit, & medicum intromisit suum, qui legato, socio, amico, libero fœdissime & crudelissime venas incideret*.

Evertisti) Malim *avertisti*: ut ad rapinas Pisonis referatur, de quibus hic sermo est.

Addixeras) Dyrrhachinis, ab iis accepta pecunia.

Regi Coto) Coto a Cotus, vel Coty a Cotys: nam ita regum Thraciæ Cotys nomen est, ut Arsaces Persarum, Ptolemæus Ægyptiorum: nominatur a Cæsare, Livio, aliis.

Denseletis) Thraciæ populis.

CAPUT XXXV.

Violati hospites) Plator.

Legati necati) Rabocentus.

Socii) Denseletæ.

Fana) Fanum Jovis Velsuri.

ABRAMIUS.

Fana vexata, hanc tantam efficerent vastitatem) Sacrilegia & templorum direptiones solere diris suppliciis expiari etiam historia profana testatur. Athenienses demolientes Deorum statuas, cœlo tonante in furorem acti se mutuo trucidarunt. Herodotus in Terpsichore. Cleomenes Rex Spartanorum, quod aliqua fana violasset in furorem actus se ipse discerpsit: idem in Erato. Miltiades cum in quædam adyta penetrasset, crure fracto extinctus est: ibidem. Persas Delphos prædari tentantes duo Parnassi vertices obruerunt: idem in Urania. Galli in templum Delphicum conantes irrumpere, partim lapidibus a Parnasso sponte devolutis, partim fulminibus, partim tribus hominibus armatis, inter quos erat Pyrrhus Achillis filius, irruentibus dejecti sunt: auctor Pausanias in Atticis. Sennacheribi Regis Assyriorum a muribus sacrilegium vindicantibus profligato, & ex Ægypti finibus extruso exercitu, ipsius Regis statua murem dextra tenentis in templo Vulcani erecta est, cum hac inscriptione:

IN ME RESPICIENS PIUS ESTO.

Herodotus in Euterpe. Cambysis exercitus ad compilandum Jovis Ammonii templum missus arena vento congesta oppressus est: idem in Thalia Cambyses eadem in parte corporis læsus & proprio ense occisus est, qua Apim Ægyptiorum Deum vulnerarat: ibidem. Pheron Rex Ægypti, quod in Nilum hastam conjecisset, oculis privatus est: idem in Euterpe. Naves Pyrrhi Proserpinæ thesaurum avehentes naufragio perierunt, thesaurus incolumis ad portum delatus est: vide plane Livium libro nono decadis tertiæ, hac de re differentem, & Gellium de auro Tolosano, quibus Deus voluit sacrilegii atrocitatem ostendere: adeo ut etiam in gentibus puniverit, qui quos Deos putabant, sacrilegio violassent.

H-S centies, & octogies) Quingenta quadraginta scutatorum millia.

Quasi

Quasi vasarii nomen) Quasi promissum a vade P. Clodio, si meam illi salutem tradidisses. Vas est, qui vadimonium pro altero promittit: inde vasarium puto communiter ad omnia, quæ promitterentur, esse deductum: nec tamen ignoro, aliter ab aliis hunc locum accipi.

Adscripseras) Pactione cum Clodio facta: ut ipse tibi pro meo capite H-S centies & octogies ex ærario attribueret.

cć. Talenta) Centum sexaginta scutatorum millia.

Præfecto) Equitum.

Honorarii) Quod a populis honoris caussa dabatur.

CAPVT XXXVI.

Per omnes annos) Per triennium, dum provinciæ præfuisti.

Conatus tuus) Vsurpatur hoc verbum de rebus, quæ ad exitum non perducuntur: itaque non arbitror Pisonem provinciæ suæ finibus egressum esse: quod pluribus verbis Cicero exagitasset, ut de Gabinio in Ægyptum profecto, contra legem Corneliam de majestate, Iuliam de repetundis.

Prætoria munciata) Q. Anchario prætorio, non consulari, decreta.

Quæstor ædilicius rejectus) Quæstorem, cum decederes, provinciæ præponere noluisti, legatorum tuorum turpissimum præposuisti, honore autem quæstor legato præstabat: ut in ep. ad Thermum lib. 2. Ædilicium dici miror: cum ædilitas curulis post quæsturam peteretur.

Non recepti) Non tecum ad urbem adducti; ut eos in beneficiariis ad ærarium deferres.

Populari illi sacerdoti) P. Clodio, qui tamquam sacerdos pro populo sacra facturus, muliebri vestitu stupri caussa penetravit eo, ubi mulieres pro populi salute, Bonæ deæ sacra faciebant: infra: *Emissus etiam ille auctor tuus provinciæ, cum stuprum Bonæ deæ pulvinaribus intulisset*. Pro Sextio: *Consulatus petitio ipsi illi populari sacerdoti comparabatur*.

Ad bestias) Cui cum bestiis pugnarent iis ludis, quos ædilis curulis Clodius dedit Marcellino, & Philippo Cos.

Socios, stipendiariosque) Et hic, & in extrema oratione, & in ea pro Balbo, & in Verrem, & alibi, stipendiarii distinguuntur a sociis: nam socii vectigales quidem, stipendiarii tamen non sunt.

Misisti) Tamquam damnatos.

Florentiam) Ob damna & injurias a te acceptas.

CAPVT XXXVII.

Lex) De repetundis.

Nisi decreto triumpho) In coronas igitur triumphales aurum illud erogabatur.

Hoc tum in exitu) Actionum tuarum.

Neque illam pœnam) Considerandа sententia.

CAPVT XXXVIII.

Albutius) T. Albutius, qui in Sardinia cum latrunculis re gesta, supplicationem a Senatu postulavit: ea denegata, in ipsa provincia, quasi triumphare est ausus: quo facto, Romæ damnatus est.

Exspectares) Scelerum, ac fraudum suarum conscius.

Præposterus imperator) Amisit enim opida, legiones perdidit, & imperator appellatur.

Funesta judicia) *Funesta*, addidi ex antiquis libris.

• ADDENDA. (?) — ABAAMIVS.

Veste servili) Servili cucullo obvolutus, ne quis ipsum posset agnoscere. Hærere me fateor, aliane fuerit servorum vestis, alia liberorum. Noster hic aliam videtur agnoscere, ut Tertullianus de pallio cap. 4. *Enimvero jamdudum censoriæ intentionis episcynio disperso quantum denotatui passivitas offert, libertinos in equestribus, subverbustos in liberalibus, dedititios in ingenuis, rupices in urbanis, scurras in forensibus, paganos in militaribus! vespillo, leno, lanista tecum vestiuntur.* Appianus 2. civilium: Καὶ δυλευων ὢν τὸ χῆμα τοῖς δεσπόταις ὅμοιος, χωρις

μη γαρ της βουλευτικης ἡ αλλη σολη τοις θεραπουσιν εστιν επικοινος. *Et servus habitu dominis similis est: nam praeter Senatoriam alia omnis vestis servis communis est*. Dio libro 58. Εν τοις Κρονιοις οἱ δουλοι το των δεσποτων σχημα μεταλαμβανοντες εορταζουσι. *In Saturnalibus servi vestibus dominorum acceptis festivitatem celebrant*. Huc pertinet quod Petrus Faber vir sane doctus, 2. Semestrium notat ex Lampridio Alexandrum Severum, *Servos suos semper cum servili veste habuisse*. Et ex Flavio Vopisco, *Aurelianus servis suis easdem vestes Imperatorem, quas privatum dedisse*. Contra tamen videtur sentire idem ille Lampridius in Alexandro: *In animo habuit omnibus officiis genus proprium vestium dare, & omnibus dignitatibus ut a vestitu dignoscerentur: & omnibus servis, ut in populo possent agnosci, ne quis seditiosus esset, simul ne servi ingenuis miscerentur: sed hoc Vlpiano Pauloque displicuit, dicentibus plurimum rixarum fore, si faciles essent homines ad injurias*. Quod si habuit in animo servos a populo distinguere, profecto distincti prius a populo non fuerant, nisi si forte, quod dicere Tertullianus videtur, cum antiquitus essent veste distincti, Alexandri Severi, qui post Tertullianum fuit, aevo a majorum consuetudine desciverant. Deinde si fuit diversitas, dici vix potest, quibus servi vestibus uterentur. Pullatos fuisse P. Faber ostendit, servisque tantum Imperatoris concessum fuisse, ut albati inciderent. Suetonius in Domitiano cap. 12. *Generum fratris indigne ferens, albatos & ipsum ministros habere proclamavit*. Ουκ αγαθον πολυκοιρανιη. Ammianus Marcellinus lib. 14. *Huic atratum coquinae adjungitur ministerium, deinde totum promiscue servitium*. Et apud Plautum in Casina act. 2. sc. ult. indignabundus Chalinus de Olympione villico:

At candidatus cedit hic megistia.

Horatius Sat. 7. lib. 2.

Tu cum projectis insignibus, annulo equestri
Romanoque habitu, prodis ex judice Dama,
Turpis odoratum caput obscurante lacerna
Non es quod simulas?

id est: Nonne es revera servus: ut te esse fingis indutus veste servili? lacerna igitur servilis habitus: adde Martialem ep. 26. lib. 12.

Nec venit ablatis clamator verna lacernis:
Accedit gelidam servus ad auriculam.

Item cucullus: nam, quod dicit Horatius, *caput obscurante lacerna*: id Iuvenalis imitatur Sat. 8.

—— quo si nocturnus adulter
Tempora Santonico velas adoperta cucullo.

Martialis epig. 74. libri 10.

Pullo Maevius alget in cucullo:
Cocco mulio fulget Incitati.

Quod tamen idem Faber non ita capiendum esse monet, tanquam ullo legis, Senatusconsulti constitutionis principalis praecepto, servilis habitus a liberali distinctus omnino fuerit, sed potius quod ita moribus comparatum esset, ut plerique servorum vilioribus & atris, ingenui fere albis & delicatis uterentur.

Suavissimi) Ironia: nam acerbissimus provinciae fuerat.

Quod me horrere) Vt tibi nomen deferam.

CAPVT XXXIX.

Lege judiciaria lata) Hoc anno a Pompejo consule: ut ex amplissimo censu, ex centuriis, aliter quam antea, lecti judices, neque tamen ut Aurelia lege ex tribus ordinibus res judicarent.

Neminem invitus invitabis) Invitas enim tu me quidem nunc ut tibi nomen deferam, sed invitus: in posterum vero, lege Pompeja lata, neminem, ut nunc facis invitus invitabis: ipsa invitabit respublica. Ad hoc verbum, *invitus* pertinet illud, quod supra dictum est, *Trementibus omnino labris*: quod enim, ut sibi Cicero nomen deferret, trementibus labris Piso requirebat, id videlicet requirebat invitus.

Quod nolim) Propter generum tuum, amicissimum meum.

Aut dehortabitur) Vt me nunc dehortatur. Non liberat Pisonem culpa: sed propter Caesarem qui remp. in Gallia praeclare gerebat, ita, inquit, homines abstinebunt ab accu-

cusando, ut ego nunc abstineo.

P. Rutilio) Quem equites judices de repetundis damnarunt, odio incensi, quod Q. Mucii quæstor in Asia cum esset, provinciam ab injuriis publicanorum defenderat. Asconius, Cicero in Bruto.

Et prætor, & consul) Prætor Fregellas ceperat: consul C. Gracchum tribunicium, & M. Fulvium Flaccum consularem, ac triumphalem, optimatibus infensos, oppressit: quo postea equites eum, C. Gracchi lege judicantes, condemnarunt; cum antea populus eum, a Q. Decio tribuno pl. accusatum, defendente eloquentissimo homine C. Papirio consule absolvisset, propterea dicit illa pro Sextio: *Unus in hac civitate præclare vir de rep. meritus, L. Opimius indignissime concidit atque hunc tamen flagrantem invidia propter interitum C. Gracchi, semper ipse populus Romanus periculo liberavit: alia quædam civem egregium iniqui judicii procella pervertit.*

Bis Catilina absolutus) De incestu, & de repetundis. Cicero ad Attic. lib. 1. *Bis absolutum esse Lentulum, bis Catilinam*. Et in hac oratione in ea de Harusp. resp. in ea pro Cornelio, ibique Asconius.

Emissus) Absolutus.

Auctor tuus provinciæ) P. Clodius, a quo provinciam accepisti.

CAPVT XL.

Quinque septuaginta tabellæ) Iudicum: tot enim fuisse, certo cujusque ordinis numero, locus hic perspicue docet.

Diribeantur) Distribuantur, ut supra: *Vos rogatores, vos diribitores, vos custodes fuisse tabularum*. Et post reditum in senatu. Nos, *diribeantur*, ex ingenio reposuimus: cum antea legeretur, *diripiantur*.

Unum solum) Plus videtur esse solus quam unus; itaque sæpe conjunguntur: quod etiam diximus in ea pro Sextio.

Ad portam) Esquilinam: supra.

Fecisse videri) Verba condemnantium judicum: non enim, cum reum damnabant, fecisse dicebant, *sed fecisse videri*: diximus in Verrem.

Si cogitaras) De triumpho.

Illa tropæa) In Macedonia a te constituta: supra.

CAPVT XLI.

Commune) Multi enim probi iniquo judicio damnati, ut Rutilius Opimius, alii.

Adulantem omnes) Sic antiquus liber: & Fronto Ciceronem hoc verbo cum accusandi casu usum esse docet.

Videre te volui, vidi) Et vim habet, & elegantiam verbi repetitio.

Evenerit) Ut aliquis te accuset.

Quod metuis ne accidat) Quamquam a me ut tibi nomen deferrem requisieris; quod tamen fecisti trementibus labris: ut appareret, quod a me requirebas, id te metuere ne accideret. Huc & illud pertinet; *Nemiaem invitus invitabis*.

Forte) Præter meam, & aliorum opinionem.

Tua indignitate) Cum te sine ulla dignitate, eum scilicet, qui nunc es, videbo.

Semper sordidum) In summa semper indignitate, metuentem ne reus fias.

Sordidatum) In judicio.

VA-

VARIÆ LECTIONES IN ORATIONEM CICERONIS DE PROVINCIIS CONSVLARIBVS.

CAPVT I.

EX provinciis detrahendi) *Lamb. ed.* Ex provinciis retrahendi.

Cum propter alias caussas) *Erf.* tum propter alias caussas.

Animo in eos esse oportet) *Erf.* Animo esse oportet in eos.

Ad expiandas suas cupiditates) *edd. recentiores*, *invitis omnibus mss. & edd. vett.* ad explendas suas cupiditates.

CAPVT II.

Pro eversæ reipublicæ præmiis) *Erf. & al. mss.* perversæ reipublicæ præmiis.

Eas ita partas) *Erf.* eas ita partes.

Auctoritatem vestram e civitate exterminarint) *Erf.* auctoritatem vestram & civitatem exterm.

Arcem munire cogantur) *Erfurt. & Pal. non.* arcem munire cogitarint.

CAPVT III.

Vt, quod est indignissimum, scelus imperatoris in pœnam exercitus expetitum esse videatur) *Erfurt. Pal. non. Gemblac.* ut, quod est indignissimum; scelus imperatoris in pœnam exercitus expetitus esse videatur. *edd.* ut, quod est indignissimum scelus, is imperator in pœnam exercitus expetitus esse videatur, *quod probat Francii liber*.

Vix ut se posset diuturna pace recreare) *Erf. ac Pal. non.* Vix ut possit diuturna pace recreari.

Necessariam turpitudinem) *Sic omnes mss. & edd. vett. sed recentiores* nefariam.

CAPVT IV.

Erumpentem ægre repulsum) *Quatuor Pall.* erumpentem ore repulsum. *Gemblac.* erumpentem ægre ore repulsum. *Erf.* erumpente more repulsum. *Franc.* erumpentem ore pulsum.

Quorum ego nihil nunc, P. C. in hominem ipsum, de provincia disputo) *Franc. & S. Victor.* quorum ego nihil nunc, P. C. in hominem ipsum dico, de provincia disputo. *edd.* Quorum ego nihil dico nunc P. C. hominem ipsum relinquo: de provincia disputo.

Huic vos non submittetis?) *mss.* Huic vos submittetis? *al.* Huic vos num submittetis?

Vtrum posterior) *Sic mss. etiam Erfurt. edd.* Vtrum deterior.

Nihil aliud actum est) *Nonnulli mss. & edd. vet.* nihil aliud nequam actum est.

Pactiones pecuniarum cum tyrannis) *Pal. non.* pactiones pecuniarum magis cum tyrannis.

Hortaretur, &c. clamares) *Erfurt. & al. mss.* Hortetur, &c. clamet.

CAPVT V.

Publicani servum esse vetuit) *Erf.* publicani servum esse nescivit.

CAPVT VI.

Has duplices pestes) *vulg.* Has publicas pestes, *Erfurt.* Has duplicis publicis testes.

In provincias jam pervenissent) *Erf.* in provincias pervenissent.

Erepta esset) *In Erf. abest* esset.

Remp. bene gestam) *Sic mss. Sed vulgg.* rem bene gestam.

In exostra) *Sic mss. Sed edd.* in orchestra.

CAPVT VII.

Ne imperator appelletur) *Erf.* imperatores appelletur.

Hac tamen una plaga) *Erf.* Hac tamen hac una plaga.

Atqui duas Gallias qui decernit)

Digitized by Google

Sic mss. P. Manut. & al. edd. at qui duas Gallias decernit.

Consulibus duobus) *In Erfurt. non est* duobus.

Tum enim tribunus intercedere poterit) *Erf.* tum intercedere poterit.

CAPUT VIII.

An Tib. Gracchus) *Lamb. & Grut. edd.* an non Tib. Gracchus.

Iuravitque in concione) *Erf.* juravitque in contentione.

Domitæ sunt a Cæsare) *Erf.* domitæ sunt Cæsare.

CAPUT IX.

Non solum memoriæ testimonio) *edd. recentiores, & nonnulli mss. inter quos & Francii*, non solum memoria & testimonium.

Ornamenta reipublicæ P. Serv.) *Erf.* ornamenta P. Serv.

Vtinam etiam Lucullus ille viveret) *Erfurt. & multi alii mss.* Vtinam etiam Lucullus ille desiderat. *Alii aliter. vid. not.*

Exstinxit respublica dignitatis ipsum) *edd.* exstinxit reip. dignitas & ipsorum.

Summo suo beneficio) *Erf.* summo beneficio.

Mihi credite, Patres Conscripti) *Erf.* mihi credite P. C.

Quod volent denique) *Erf.* quid volent denique.

Bene de rep. merenti non amicus) *Erf.* bene merenti idem R. p. non amicus.

CAPUT X.

Inimicitias) *Erf.* inimicicias.

Capitis judiciis essent liberati) *Ab Erf. abest* capitis.

Agitque quotidie) *Erf.* agitque cottidie.

Supplicationes decrevistis) *Erf.* Supplicationem decrevistis.

Vt nemini uno ex bello) *edd.* nemini ullo ex bello.

CAPUT XI.

Multa antea decrerim) *Erf.* antea multa decreverim.

Quo Consule referente) *Erf.* Consule referente.

Cujus sententia) *Erf.* & cui sententia.

Supplicationes dierum duodecim) *Erf.* supplicationes dierum xv.

Vtilitati reipublicæ) *In Erf.* reipublicæ *non legitur*.

Nescio cui necessitati) *Erf.* nescio tuæ necessitati.

Omnes intelligerent) *Erf.* omnis intelligerent.

CAPUT XII.

At ego idem nunc in) *Erfurt.* Adeo idem in.

Superioribus causis hominis ornamenta fuerint) *Erf.* Superioribus causis ornamenta fuerint.

Patefacta reip. tradantur) *Erf.* patefacta reipublicæ tradatur. *Lamb. edd.* patefacta reip. tradat.

Imperii nostri propagatio retinet) *Erf.* Imperii nostri propagator retinet.

Nationibus immanius) *Erf.* Nationibus inmanius.

Nam quis hoc non sentit) *edd. pleræque*: Nam quis hoc tempore non sentit.

Etiam ab omni suspicione belli) *Erf.* etiam suspicione belli.

Iam diu mare videmus) *Erf. & alii mss.* suspicione beili jam diu? Mare videmus.

Maritimi cursus) *Erfurt.* maritumi cursus.

Quæ non aut ita subducta sit) *Erfurt. & plures alii mss.* quæ non aut ita sublata sit.

CAPUT XIII.

C. Pontius) *al.* C. Pontinus *al.* C. Pomtinius. *al.* C. Pomptinius.

Contrivit, domuit, compulit) *al.* conterruit, domuit, compulit. *Franc.* contrivit, compulit, domuit: *ed. Lamb.* contrivit, domuit, contudit.

Galliam maxime timendam putaret) *Erf. cum aliis mss.* Galliam maxime timendam deputaret.

CAPUT XIV.

Quæ jam licet confidant) *Erf.* quæ jam licet confiderunt.

Quanquam sunt accisæ) *mss. & ed. pleræque*, quanquam sunt abscissæ: *mss.* quanquam abscissæ.

Ad renovandum bellum revirescent) *mss.* ad renovandum bellum reviridescent.

Cujus virtuti, fidei) *Erfurt.* cujus fidei, virtuti.

Etenim si fortunæ muneribus) *Erf.* quia si fortunæ muneribus.

Ad jucundissimos liberos) *Erf.* ad jocundissimos liberos.

Cum

Cum illa insigni laurea) *msf.* Cum illa insigni laude.

Vos tamen oporteret) *mf.* Nos tamen oporteret.

Cum vero ille suæ gloriæ) *Erf.* Cum vero ille gloriæ.

Atque impedire debemus) *Erf.* atque impedire debeamus.

C A P U T XV.

Quorum alter) *Erf.* atque alter.

Qui mihi nihil videtur minus a dignitate, disciplinaque majorum diffidere, quam ut qui Consul) *Erf. & Pal. non.* quæ mihi nihil videtur minus a dignitate, ut qui Consul. *al. pro* quæ *scribunt* que, *& tantum omittunt* diffidere.

Fuerit toto Consulatu sine provincia) *Erfurt.* Fuerit toto Consulatu in ea provincia.

Kalendis ei denique Mertii) *Erf.* Kalendis ei denique Martiis.

C A P U T XVI.

Et prope singulares, quod ita meritus erat, gratis; sin etiam, ut quam conjunctissimus huic ordini esset, sapientes ac divini fuistis) *P. Manut. & al. edd.* & prope singulares, quod ita meritus erat: gratis etiam, ut quam conjunctissimus huic ordini esset. Sapientes ac divini fuistis.

Nobis invitis alicui decernatur, post eos Consules, qui nunc erunt designati) *Erf.* nobis invitis alicui, post eos Consules, qui vicerunt designati.

Quam ego plagam etsi non contemno) *Erf. & duo al. mss.* quam ego palam etsi non contemno. *Sed praeterea Erfurt.* etsi non contempto, *Franc.* quam ego plagam etsi non continuo.

Ei ne libertatem quidem relinquat) *Erf.* sine libertate quidem relinquat.

Adduci ad suspicandum) *Erf.* adduci ad suspicationem.

C A P U T XVII.

Tacitorum existimationem) *vulgg.* tacita existimatione.

Conjuncti tamen amicitia maneremus) *mss. quidam*; conjuncti tamen amicitiam amaremus.

Principem civium) *vulgg.* principem civem.

Ne hæc quidem fuit injuria) *vulgg.* ne hoc quidem fuit injuria.

C A P U T XVIII.

Quam ne illius injuria) *Erfurt.* quam ejus injuria.

Non debui) *Erf.* non debuit.

Inimicus esse debui, non nego) *Erf.* inimicus esse debui, non negabo.

Idem ille tum me salvum) *Erf.* Idem ille tunc me salvum.

Si vos iidem pertinere) *Erf.* si vos idem pertinere.

C A P U T XIX.

Cum mihi iidem illi) *Erfurt.* Cum mihi idem illi.

Meo jam jure possim) *Erf.* me omnia jure possim.

Aut in rebus bonis) *Erfurt.* aut rebus bonis.

Non exquirunt) *Idem codex*: non exquirant: *& mox idem*: aliquotiens *pro* aliquoties.

C A P U T XX.

Ego si essent inimicitiæ) *Erfurt.* Cum ego, si essent inimicitiæ.

Aut iis, si qui meum) *Erf.* aut qui meum.

Digitized by Google

VARIÆ LECTIONES IN ORATIONEM CICERONIS PRO L. CORNELIO BALBO.

CAPUT I.

QVantum ei debeam, alio loco) *vulgg.* quantum ei debeam alio loco ostendam.

Nihil de memoria, de more, de exemplis) *Erf. & alii mss.* nihil de memoria, de majore, de exemplis. *Pal. non.* nihil de memoria majore, exemplis.

De exemplis acutius) *In Erfurt. deest* acutius.

Litteris ac studiis doctrinæ dediti) *vulgg.* litterati ac studiis doctrinisque dediti.

Omnia quæ facere vellet facillime tractare) *Erf.* omnia quæ fecerat tractare.

Non modo ex mea, sed cujusquam) *Erf.* non modo in mea, quam cujusquam.

CAPUT II.

In alia causa fuerim) *Erf.* in alia causa fuerit.

Et prædicatorem & auctorem) *Grut: & Lamb. edd.* & prædicatorem & actorem.

Dignum reo videtur) *Erf.* dignum rei.

Et licuisse concedant) *Erf.* ei licuisse concedant.

Vnum objicitur) *Erf.* Vbi objicitur.

Ceterum accusator fatetur) *Erf.* cetera accusator fatetur.

Durissimo bello cum Qu. Metello). *Erfurt.* a durissimo bellorum Qu. Metello.

Et ut Pompejus in Hispaniam) *Erf.* Pompeji in Hispaniam.

CAPUT III.

Hujuscemodi crimen?) *vulgg.* Hujusce ne crimen?

Factum diceretur) *Erf.* factum ab eo diceretur.

Omnis ejusmodi reprehensio) *edd.* Omnis ejusmodi mali reprehensio.

CAPUT IV.

Quid enim abest huic homini, quod si adesset) *Erf.* Quid enim adest huic homini, quod si abesset.

Iure hoc tribui & concedi) *Erf. & al. mss.* Iure hæc & tribui & concedi.

Cujus plerique æquales) *Erf.* Cui plerique æquales.

Quot oræ sunt partesque terrarum) *Erf.* quot res sunt partesque terrarum.

In quo uno ita summa fortuna) *Erf.* in quo uncta (*sed recentior manus addiderat j, ut hoc addito legatur* juncta) summa fortuna.

Plus homini, quam Deæ tribueretur) *edd.* plus homini quam decuit tribueretur. *P. Manut. & Lamb. edd.* plus quam possit, minus decet tribueretur.

Quem exteræ gentes) *mss. quidam*, quem alteræ gentes. *Pal. non. & Erfurt.* quem ultra regentes.

CAPUT V.

Audiri hoc) *Erf.* audi hoc: *forte*, audii.

Cui patriæ salus) *Idem cod.* cui patria salus.

Fuisse judicem ex illis) *Erfurt.* fuisse judex illis.

Et se totum averteret) *Erf.* se totum averteret.

In tabulas publicas retulisset) *Idem*, in tabulas retulisset.

Cum fœderibus omnia acerbissima diligentia perpendemus?) *edd.* cum fœderibus, quorum acerbissima dili-

gen-

Digitized by Google

gentia est, pertendemus. *Erf. & nonnulli alii mss.* perpendimus, *in ceteris consentit cum Palatino, & S. Victoris codd. ex quibus hunc locum restituit Gruterus*.

Inscientem vultis fœdera fecisse an scientem) *Erf.* scientem vultis fœdera fecisse an inscientem?

Vos denique mutæ regiones) *edd. prim.* Vos denique mutæ religiones. *Erf.* Vos denique mutas regiones.

CAPUT VI.

An omnino nescire) *Erf.* an omnino non scire.

Cum in Hispania bellum acerrimum) *Erf.* Vtrum in Hispania bellum acerrimum.

An cujus linguam populi non nosset) *Erf.* an cui illius populi nosset.

In fœderibus, pactionibus, conditionibus) *Erf.* in fœderibus, pactationibus, deditionibus.

Temporis magis: ego non hujus inquam genere) *Erf.* Temporis magis: ego nunc citius, inquam genere. *Alius ms.* Temporis magis. Ego nunc ut vis inquam. *al. mss.* Temporis magis hujus vitio, quam hominis: neque ego de tam iniquo genere. *Franc.* Temporum magis: ego nunc ut hoc inquam genere judicii plura dicam.

Communis salutis auxilium) *Erf.* communi saluti auxilium.

Cujus res gestæ omnes gentes cum clarissima victoria) *Erf.* cui res gestæ cum clarissima victoria.

Quem populus Romanus singularibus honoribus decorasset) *Erf.* quem populi Romani in singularibusque decorasset: *sic & alii mss. A Francii libro, omnia hæc verba absunt*.

Hujus præsens, experta, atque perspecta) *Franc. & quidam mss.* Hujus experta atque perspecta. *Erfurt.* Hujus atque perfecta.

CAPUT VII.

Pompejum jam oratione mea reliqua) *Erf.* Pompejum, jam orationem meam relinquam. *Franc.* Pompejum: jam oratione mea relinquam. *Sic & editio prima, nisi quod pro* jam *scribat* tam.

De fœdere, de exemplis) *In Erfurt. non reperitur* de exemplis.

Constitui lex vitæ & conditio videtur) *Erf.* constitui lex vitæ & conditio videretur.

Invidia violatura virtutem) *Erf.* invidia violatur virtute.

Ne virtutem puniendam) *Erfurt.* ne virtutem penitendam.

Adjumento causæ potius) *Erf.* adjumento totius causæ.

CAPUT VIII.

Sigillatim civitate) *Erf.* singillatim civitate.

Tulit apud majores nostros legem &c *usque ad* fœderis sui libertatem civitati anteferret) *Hæc omnia non leguntur in Francii libro & ditione prima*.

Fœderis sui libertatem civitati anteferret) *edd. nonnulla:* juris libertatem civitati anteferret. *Pall. Erfurt. S. Victor. editiones aliquot vetustiores & Gruteri:* fœderis sui libertatem civitate anteferret.

CAPUT IX.

In periculis atque asperis temporibus carendum erit) *Erf.* periculis atque asperis temporibus carendum nobis erit.

Etenim in populum Romanum grave est) *Erf.* Etenim in P. R. grave est.

Fidelissimos & conjunctissimos socios) *Erfurt.* fidelissimos & conjunctos socios.

Quorum jus, & fortunæ conditio infima est) *Quidam mss.* quorum jus fortunæ conditio infima est. *S. Vict.* quorum vis, fortuna, conditio infima est. *Erf.* quorum uis fortunæ conditio infirma est.

CAPUT X.

Quos Gaditanis adjutoribus armis subegimus) *Erf. & tres alii mss.* quos magnis adjutoribus tuis armis.

Alienigenarum nos hominum studiis, atque externa virtute privari) *Erf. tres al. mss. & edd. antiqua;* alienigenarum nos studiis, atque paterna virtute privari.

CAPUT XI.

P. Rutilio Smyrnæ) *Erf.* P. Rutilio Zmyrnæ.

CAPUT XII.

Ceteræ civitates omnes non dubitarent nostros recipere) *mss.* ceteræ civitates non dubitarent nostros omnes.

Atque Areopagitarum) *Erf.* atque Ariopagitarum.

CAPUT XIII.

Proprium religionis ac fœderum) *Erfurt.* proprium religionis ac fœderis.

Benevolentiaque conjunctum) *Erf.* benivolentiaque conjunctam.

Ut ne quem asciscere civem) *ed. prim.* ne asciscere civem. *P. Manut.* ut ne asciscere civem. *edd. vulgg.* ut neque adsciscere civem.

A majoribus nostris comparata) *Erf.* a majoribus comparata.

Civitatem mutare) *Erf.* civitate mutari.

Nostram beneficio populi Romani consecuti) *Erf.* nostram beneficio populi Romani secuti.

CAPUT XIV.

At enim quædam fœdera) *Erf.* Et enim quædam fœdera.

Germanorum, Insubrium) *Erf.* Genomanorum Insalubrium.

Ubi est igitur exceptum fœdere) *Erf.* ubi est igitur fœdere.

Ne quem populus Romanus recipiat civitate) *In Erfurt. non est* civitate.

Lex id Gellio) *Pal. non.* lex id Ahalæ. *Victor. & Erfurt.* lex id Agellia.

Quæ definite potestatem) *non Pal. & Erf.* quæ definita est potestatem. *al.* quæ definitam potestatem. *al.* quæ definita.

Gellio & Lentulo Coss.) *Erf.* Gallio & a Lentulo Consule.

In qua aliquid sacrosanctum exceptum videretur) *edd.* in qua aliquid sacrosanctum videretur.

Utrum capitis consecratione) *Erf.* Utrum a capitis consecratione.

Neque legem, neque pœnam latam esse) *mss. Pall. Erfurt. & ed. prim.* Neque legem, neque pœnam gratam, *vel* ratam esse.

CAPUT XV.

Ad infirmandum fœdus) *Erf.* ad firmandum fœdus.

Contra opinionem veritatis, contra jus optime meritæ civitatis) *Erf.* contra jus optime meritæ civitatis, contra opinionem veritatis.

L. Marcius) *Erf.* L. Marius.

Cum Gaditanis fœdus fecisse) *Erf.* Cum Gaditanis jecisse: *edd.* Cum Gaditanis fœdus icisse.

Iustitia vestra) *Erfurt.* justitia nostra.

Erga remp. nostram) *Erf.* erga rem nostram.

Quod fœdere consecuta est) *Erf.* quod fœdera consecuta est.

Religione sanciri potuit *Erf.* religione sancire potuit.

CAPUT XVI.

Quod populus Romanus) *Erf.* quod R. P.

Idem suffragiis) *Erf.* Iisdem suffragiis.

Quid id ad civitatem? Adjunctum etiam) *Erf.* quid id ad civitatem adjunctam.

Comiter conservanto) *edd. & Erf.* comiter conservant. *Nonnulli mss.* comiter conservent.

Verbi genus hoc conservandi) *Erf.* Verbi genus hoc servandi.

De altero silent) *Erf.* de altero sileatur.

Indigna responsione) *Id.* digna responsione.

Erranti comiter) *Erf.* erranti comiti.

Velit esse salvam) *Sic Erfurt. edd.* esse salvam velit.

Ut esse non potest) *Erf.* ut esse non posset.

Majestas a Gaditanis benigne conservari) *Erf.* Majestas Gaditanis benigne conservari.

Præmiis elicere) *Id.* præmiis eligere.

CAPUT XVII.

Illis enim repetentibus) *Id.* illis enim referentibus.

Si esset, tamen in fœdere) *Id.* si esse, tamen in fœdere.

Quos cum maxime bella nobis inferrentur) *Id.* qui cum maxime bella ferrentur.

Ut ipse Hercules) *Erfurt.* ut Hercules.

CAPUT XVIII.

Proferam legatos, excitabo laudatores, quos ad hoc judicium) *Erf.* Seram legatos, excito laudatores, ad hoc judicium.

Gadibus inaudita) *Quædam edd.* Gadibus jam audita.

Gravissima Senatusconsulta fecerunt)

Digitized by Google

runt) *mss.* gravissima convitia fecerunt.

Cives amplissimos, testes hujus) *Erf.* civis amplissimos, testis hujus.

Testes hujus juris) *ms.* testes hujus viri.

Ne interseptum sit iis iter perpetuo) *Erf.* ne septum situ siter perpetuum.

Magnopere iis esse lætandum) *Erf.* magnopere his lætandum.

Benevolentiam erga suos) *Erf.* benevolentiam erga vos.

Quis enim nostrum est, cui) *Erf.* quis enim nostrum, cui.

CAPVT XIX.

Aut certe facilius consequuntur) *Erf.* aut certe facilius consequantur.

Itaque & adsunt principes civitatis) *Erf.* Itaque & adsunt civitates.

Vt ex nobilissimo civi sanctissimum hospitem) *edd.* ut nobilissimum & sanctissimum hospitem. *Erf.* ex nobilissimo cive sanctissimum hospitem, *sine* ut.

Ac ne ipsi Gaditani arbitrentur) *Erf.* ac ne ipsi arbitrentur.

Atque causis esse arbitrabamur) *Ab Erf. abest* esse.

CAPVT XX.

Cum de jure prædiatorio consuleretur) *Erf.* Cum prædiator prædiatori consuleretur.

Ad Furium & Cascellium) *Erf. cum vulgatis*, ad Furium & Cascellium.

Religione, æquitate) *Erfur.* religionis æquitate.

Is igitur M. Annium Appium) *Erf.* M. Annium Apium, *omissis* Is igitur.

Condemnari ut non) *ms.* condemnari æque apte, ut non.

Exsistat ergo ille vir parumper cogitatione vestra) *Erf.* Existat ergo ille vir parum per cogitationem vestram.

Non ignarum belli) *Pal. non.* neque ignarum belli. *Gembl. & Erf.* non æque ignarum belli.

Quanta gessit & confecit) *Erf.* quanta confecit.

CAPVT XXI.

Acerrima de civitate) *Erfurt.* si acerrima de civitate.

Licinia & Mucia lege) *Erf.* Licinia & Mutia lege.

Spoletinus L. Matrinius) *edd.* Spoletinus T. Macrinus. *Erf.* Poletinus T. Maternius.

CAPVT XXII.

Qui vivit Ravennæ) *Erf.* vivum Ravennatem.

Vniversas Camertium) *Erf.* universas Cameratium.

Heracliensium legionem) *Pall. & edd. vett.* Quid Eraclifina lex. At P; Crassus. *Erf.* Quid Eracle se malex. *vide notas.*

Massiliensem Aristonem Sulla) *Erf.* Massiliensem Aristotilem si illa.

Idem heros novem Gaditanos) *al.* Idem heros ex Gaditanos. *vid. not.*

Quid hic, qui adest) *Erfurt.* quid hic, qui abest.

Aletrinensem fœderatum) *Erfurt. & Pall.* Avennensem. *vid. not.*

Homo tum gravitate &c. tum vel nimium) *Erf.* Homo cum gravitate &c. tum vel nimium.

Gaditanum Hasdrubalem) *Erf* Gaditanos Asdrubalem.

Saguntinos fabros) *Erf.* Saguntinos Fabios.

Civitate donavit) *In Erfurt. abest* donavit.

Communem Imperatorum) *Erfurt.* communem imperatoriam.

Quisquis erit, cujatis, etsi id habent) *Erf.* Quisquis erit civitatis, si & id habet. *ed. Manut.* Quisquis erit, civitatis: etsi habent hoc leve, & semper habuerunt. *Lamb ed.* Quisquis erit, civitatis: etsi id habent hoc leve, & semper habuerunt. *In margine idem Lambinus notat:* Quisquis erit, cujatis sint. Id habent omnes leve, & semper habuerunt. *P. Victor* Quisquis erit, * civitatis etsi id h. h. l. e. s. h.

CAPVT XXIII.

Dabo sanctissimum etiam judicium) *Erf.* dabo & sapientissimum.

De M. Crasso) *Erf. & edd. nonnulle*: de M. Cassio.

Fœderatisque populis sunt liberati) *Hæ voces* sunt liberati *desiderantur in edd. ante Gruterianam.*

Columna ænea) *Erf.* Columnæ ae henea.

L. Cossinius Tiburs) *al.* L. Cassinius Tiburs.

De hostibus non licebit ?) *Erf.* de hostibus non licebat ?

Pugnando non licebit ?) *Erf.* pugnando non licebat ?

An accusatori majores nostri majora præmia, quam bellatori esse) *Erf.* an accusatores majores nostri majora præmia, quam bellatorum esse.

CAPUT XXIV.

Principes viri, ac gravissimi) *Erf.* Principes viri, gravissimi.

Licinia & Mucia lege) *Erf.* Licinia & Mutia lege.

Confici cæremoniaque voluerunt) *Erf.* conficere miniaque voluerunt. *Est etiam in Pal. nono* conficere.

Assumta de Græcia, & per Græcas semper curata sunt sacerdotes) *Erf.* Assumpta de Græcia sacrata sunt semper sacerdotes.

Græca omnia nominata) *ms. S. Victor.* Græca omina nominata.

Civili precaretur) *Sic Erf. & al. mss. sed vulgatæ edd.* Civili precarentur.

Prætorem urbanum) *ms.* P. R.

De Calliphana Veliense) *Erf.* da calliphiniana Velliense.

Violatum arbitrabimur) *Erf.* violatum arbitrabamur.

CAPUT XXV.

Malevolorum, iniquorum) *Erfurt.* malivolorum, iniquorum.

Orationis summa arte aspergi) *Non solus Erfurt. sed & alii mss. & editiones Victor. Rob. Steph. Manut. Lambini*: orationis suæ arte aspergi. *Sed Franc. ms. editio prima, Mediolanensis & vetustiores omnes Ascens. Cratandri ipsaque Victorii pro* suæ, (*quod tamen est in Erfurt.*) sua *scribunt, ex quo postea refinxerunt* summa, *quod primum inveni in editione Hervagiana Basileensi anni* 1540.

Quam correpta esse videatur) *mss. omnes veteres, prima, Mediolan. Ascens. Cratand. Victor. Manut. Lambini*, quam corrupta esse videatur. *In Hervagiana vero* 1540. *legitur* correpta, *quod in v. c. se invenisse in margine testatur Lambinus, ex quo a posterioribus suis receptum*.

Quæ non crimine aliquo libidinis) *Erfurt.* quæ non crimine aliquo criminis.

Soterico Marcio) *Erfurt.* Soceri Marcio.

Ad Metellum pervenisse) *Erf.* ad Metellum pervenisse deberet.

De Venonii Vindicii bonis) *Erf.* non indici bonis.

Adoptio Theophani) *Sic mss. edd.* adoptio Theophanis.

CAPUT XXVI.

In circulis vellicant) *Erf. & alii mss.* in circulis idcirco vellicant. *ed. prim. & Mediol.* Invident in conviviis, volunt in circulis. Idcirco vellicant non illo inimico. *In Mediol. tamen* vellicant.

Non illo inimico, sed hoc maledico dente carpunt) *Erf.* Non illo inimicos, hoc maledentes carpunt. *Franc.* Non illo inimico, sed hoc male dente carpunt. *ed. prim.* sed hoc maledicente carpunt, qui amici. *Mediol.* sed hoc maledicente carpunt. Qui amici.

Omnis inclinatio communium temporum) *Franc.* omnis indignatio communium temporum.

Nostrisque discordiis) *Multi edd.* vestrisque discordiis.

Munus hoc meritum huic) *Erf.* huic *omittit. edd.* munus hoc merito huic.

Quæ ab hoc pro facilitate hujus) *Erf.* quæ ab hac facultate hujus.

Ab hoc impari certamine) *edd.* ab hoc imperito certamine. *al.* ab hoc improbo certamine.

CAPUT XXVII.

Æqua lex & nobis) *Erf.* æqua lex & vobis.

Iam perdoctum viderent) *Erf.* eam perdoctum viderent.

Etiam ab illis) *Erfurt.* & jam ab illis.

Id enim contendere mihi de republica) *Erfurt.* Id enim contenderem de rep. *ed. vetus*: Id enim mihi contendere de rep. videtur. *ed. Manut.* Id enim contendere mihi videtur e rep. *Aliæ edd.* Id enim contendere mecum de rep.

Dolorem alii, nos luctum) *Erfurt.* dolorem aut nos luctum.

Succedendum non censuit) *Erfurt.* succedendum non cessavit.

In quos semel susceptum sit) *Erfur.* in quos semel suspectum sit.

Cum comitatu assectatoribusque confligunt) *Erf.* comminatum adspectatoribusque confligunt.

Pla-

Placare judices) *Erfurt.* judices placare.

CAPUT XXVIII.

Familiarissimis ejus est) *Erf.* cum familiarissimis etiam.

Consilium hominis probavit) *Erf.* consilium hominum probavit.

Fidem est complexus : officia observantiamque dilexit) Fidem complexus officia observantiam dilexit.

Si huic obfuerint) *Erfurt.* si huic offuerint.

Quæ regione orbem terrarum) *Erf.* quæ regionem orbem terrarum.

Acerbum nuncium velle perferri) *edd.* acerbum nuncium velle deferri. *Pal. non.* acerbum nuncium velle proferri.

Sed de hujus summi) *Erf.* sed hujus summi.

Sed periculo suo de jure publico disceptat) *edd. nonnulla* : sed de periculo suo, de jure publico disceptat.

Si Cn. Pompejus pater) *Erf.* Si Cn. Pompei pater.

Si L. Sulla, si L. Crassus) *Erf.* Si Sulla, si Crassus.

VARIÆ LECTIONES IN ORATIONEM CICERONIS IN L. PISONEM.

Minimum specimen in te ingenii) *ms.* Minimum speciem in te ingenii.

Colore ipso patriam) *ms.* Color ore ipso patriam.

Dignitas patitur) *Abest à ms.* patitur.

Quam C. Piso * in illo luctu) *Hic est in ms. lacuna, ad quam complanandam minimum tres voces desiderantur.*

In illo luctu : non ei filiam) *Post verba* in illo luctu *est lacuna unius vocis in ms.*

CAPUT I.

In fraudem homines impulit) *Sic mss. Sed alii*, in fraudes homines impulit : *edd.* in errorem homines impulit.

Decepit, fefellit, induxit) *Multæ edd.* decepit, fefellit, in fraudem induxit.

Cum hac me nunc peste) *edd. vetustiores*, cum hac me peste.

Ac tamen ea) *ed. Lamb.* Attamen ea.

Disjuncta, comprehendam) *ms.* disjuncta comprendam.

Quin ii, a quibus dicebare Consul, te luce dignum non putarent) *ms.* iis, a quibus dicebare Consul, quin te luce dignum non putarent.

CAPUT II.

Ego Kalendis Senatum) *Erf. & Pithœanus, cujus excerpta habeo*; Ergo Kalendis Senatus.

Protuli, exstinxi) *Erf.* protuli, extinxi.

CAPUT III.

Me Q. Catulus) *Erf.* meque Q. Catulus.

Qui propter te sedet) *Erf.* qui juxta te sedet.

Civicam coronam deberi a republica) *Erfurt.* de quercu civicam coronam deberi a republica.

In concione non) *Erfurt.* in concione non.

CAPUT IV.

Ludi compitalitii) *Erf.* ludi compitalicii.

Post L. Metellum, & Qu. Marcium

cium Coss.) *Erf.* Post L. Luscellium & C. Marcium Consulibus *edd vett.* Post L. Aurelium & C. Marium. *Victor. edd.* Post L. Luscellium & C. Marium.

Magistros ludos contra S. C.) *Sic mss. Sed edd.* magnos ludos contra S. C.

Obtinuit auctoritate) *Erf.* optinuit auctoritate.

III. Kalend.) *Erf. cum multis aliis* in Kalend.

Triduo post) *Erf.* post triduo.

Fatali portento (*Erfurt.* a fatali portento.

Eversa est) *Erf.* versa est.

Restituta, sed innumerabilia) *edd.* restituta sunt, sed innumerabilia.

Servitio concitata) *Vulgati libri*, servitio constituta.

Severitas censoria sublata est) *Erf.* Severitas sublata est.

Cum tu interim) *Erf.* qui tu interim.

CAPVT V.

Rationemque censoriam) *Manut. Lamb. Grut. edd.* notionemque censoriam.

Dilectus servorum) *Sic mss. edd.* delectus servorum.

Turpe esse duxit) *Manut. Grut. alieque edd.* turpe duxit.

Arx civium) *Erf.* arcs civium) *Pith.* aris civium.

Cui primam comitiis tuis dederas tabulam) *Erf.* Cui primam comitiis tui desideraras tabulam. *Pith.* Cui primam comitiis desideras tabulam. *Sed Franc. ms. recte vulgatam tuetur.*

CAPVT VI

A tribuno plebis) *Erf.* Clodio Antonio.

Non Cæsoninus) *Erf. Franc. prim. Pith.* non Cæsonius.

CAPVT VII.

Relatio illa salutaris) *Lamb. ed.* delatio illa salutaris.

Diligens fuerat Consulis) *Erf. & Pith.* Diligens fuerat bona Consulis.

Si ita forte accidisset) *Erf. & Pith.* si justitia accidisset.

Quid est vobis Consulibus gestum) *Erf.* Quid est vobis Consules gestum. *Franc.* Quid est vobis quoque gestum. *Sed eadem manus super* quoque *addiderat alii*, Conf

Illud vero geminum consiliis) *Franc.* Illud vero gemendum consiliis. *Sed super* gemendum *erat adscriptum al.* geminum.

Vnquam se illi remp. delere) *Erf.* unquam se ille remp. delere

Conjuratorem manes) *Pith.* conjuratorum mentes) *Erf.* conjuratorum mees.

Reliquiis concitatis) *Erf* reliquiis concitatis.

Eorum ferro ac furori meum corpus) *Sic mss. Sed editi*, eorum ferro meum corpus.

CAPVT VIII.

Senatum populi Romani occasum) *edd.* senatum reip. occasum.

CAPVT IX.

In hoc majali) *mss. & edd.* in hoc animali.

Attamen si consilium) *mss.* Ac tamen si consilium.

In portu collocassem) *al.* in portum collocassem.

CAPVT X.

Omni officio tuendo, maximeque, id quod vis nominis præscribit, reipublicæ consulendo) *Sic ms. Pal. & Erfurt. In aliis editionibus desiderantur omnia hæc verba* tuendo, maximeque *&c.*

CAPVT XII.

Lutulente Cæsonine) *ms.* lutulente Cæso. *al.* lutulente Cæsoni.

Mira populi Romani æquitas) *al. edd.* mira reip. Romanæ æquitas.

CAPVT XIII.

Consulem tum te fuisse) *Quidam edd.* Consulem tu te fuisse.

Nullo scripta more) *In Pith.* more *desideratur.*

Hos Consules, non dicam) *Sic Pith. Sed vulgati*, Consules non dicam.

CAPVT XIV.

Cum vero) *Sic mss. alii & edd.* tum vero. *al.* Tibi vero.

Cum tantis a vobis) *mss.* Cum tantum a vobis.

Exire a patria) *mss. Faerni* exire e patria.

Proficiscenti evenit) *Faerni liber in margine adscriptum habuit* proficiscenti in provinciam.

Quævis fuga potius) *Erf. Franc. & Pith.* ejus fuga potius. *Faerni liber non agnoscit* potius.

Quævis fuga potius) *mss. Faerni* e

Quæ-

Quævis fuga, quam ulla provincia esset optatior.

CAPUT XV.

Consentiente populo Romano, una voce.) *ms. Faerni*, consentiente, una voce.

Non, ut tu Insuber dicere ausus es) *mss.* Non, ut tu insuper dicere ausus es.

Conservatorem reip.) *ms. Faern.* servatoremque reip.

Ad meam unius salutem) *Idem ms.* ad meam unius hominis salutem.

Auxilium omnium civium cuncta ex Italia) *ms.* Auxilium omnium cuncta ex Italia.

Ceterorumque principum celeberrimæ & gravissimæ conciones) *Faerni, Erfurt. & Franc. mss.* ceterorumque principum civitatis celeberrimæ & gratissimæ conciones: *quos in hac editione sumus secuti.*

In hostium numero putaretur) *Faerni ms.* In hostium numero reputaretur.

Iisque verbis ea de me senatus) *Faern. ms.* eisque verbis eadem senatus.

Neque splendidiorem) *ms. Faerni*; neque splendorem.

Vos distributores) *edd. invitis mss.* vos diribitores.

CAPUT XVI.

Plane & vere erant liberi) *ms. Faern.* plane & vere liberi.

Quæ tantis barbarum gentibus attingitur) *ms. Faern.* quam tantæ barbarum gentes attingant.

Macedonicis imperatoribus) *edd.* Macedonibus imperatoribus.

Consulari quidem) *Sic mss. Vulgati*, Consularis quidem.

Qui gladiorum) *ms. Pithœi & al.* qui gladiatorum.

Qui non triumpharit) *ms. Faern.* quin triumpharit.

CAPUT XVII.

Nihil enim mea refert) *ms. Faern.* nihil enim mea refert jam.

Tabulas abdiderint) *ms. Faern.* tabellas abdiderint.

Quod si non tuis) *ms. Lamb.* quod si non tu non tuis.

Gestum in illa provincia) *ms.* gestum in tua provincia.

Laudi atque gloriæ) *ms.* laudis & gloriæ.

CAPUT XVIII.

Tu ne etiam atque adeo vos) *ms. Pith.* tunc etiam atque adeo vos.

Quæ ego non modo optare numquam) *mss. & ed. Lamb.* quæ non modo ego optare numquam.

Afficior ex infamia) *ms. Lamb.* afficior ex fame. *Manut. Lamb. Abquant. edd.* afficior ex fama. *Erfurt. & Pith. ms.* afficior ex fama.

Voluptarii) *Franc.* voluptuarii.

Nota justi senatus) *ms.* nota justa senatus. *Erfurt. & Pith.* non jussu senatus.

CAPUT XIX.

Gloriæ laude vivit) *Lamb. ed.* gloria & laude vivit. *Sed* gloriæ laude, *est in omnibus mss. quos Grut. & ego vid.*

Ecce duo duces) *Sic mss. sed vulgati*, ecce duos duces.

Absens imperator sit appellatus) *Erf. & Pith* absens imperator appellatus.

CAPUT XX.

De teterrimis hostibus) *ms.* de acerrimis hostibus.

Recordatione denique ipsa consulatus) *Erf.* recordationem denique ipsam consulatus.

Nunquam me hercule optavi) *ms.* nunquam hercule optavi.

Mihi enim non venerat in mentem) *ms* mihi enim nunquam veniret in mentem. *Erf. & Pith.* mihi enim non veniret in mentem.

Quid est aliud furere, non cognoscere) *edd. vett.* quid est aliud facere, nisi non cognoscere.

Amici te tui) *in Faerni ms. non habetur* tui.

CAPUT XXI.

Cum partim ejus prædæ) *ms. Faern.* cum partem ejus prædæ.

Vbi omnia diripuit) *Erfurt.* ubi omnes diripuit.

Ad hunc Tusculanum montem exstruendum) *Erf.* ad hunc Tusculani in montem montem exstruendum: *mss. quidam Manut. & Pithœanus*, ad hunc Tusculanum in monte montem exstruendum.

Cum jam egeret) *Hæc verba ex Faerni codice repofuerunt, in aliis desiderantur edd.*

Etiam sibi adsciscere) *Sic Erf. & Pith. sed vulgatæ:* eam sibi tum adsciscere.

CA-

Digitized by Google

CAPVT XXII.

Sibi ipse præcidit) *Sic Erf. edd.* sibi ipsi præcidit,

Ac meus quidem is fuit) *ali* at meus quidem is fuit.

A Brundusio) *mſ.* è Brundusio.

Totius Italiæ viderem) *mſ.* totius Italiæ viderit.

Deorum immortalium festi ac sollemnes, sunt apud omnes adventu meo) *ed. Mediol. Ascenſ. Victor. Grut.* Deorum immortalium festi ac sollemnes, sunt apud homines:

Quo in patriam redii) *mſ.* cum in patriam redii.

Convulsa sedibus suis) *Erf. & Pith.* convisa sedibus suis.

Consulet, Patres Conscripti collocaverunt) *Franc. & al. mſſ.* Consules P. C. collocaverunt: *edd.* Consules Prætores collocaverunt.

CAPVT XXIII.

Mecum enim eum L. Flaccus) *mſ. & ed. Lamb. & Grut.* Mecum enim tum L. Flaccus.

Visum esse narrabat) *mſ.* visum esse narraret.

Quorum tu legatorum prælio imperator) *mſ. Vatic.* quorum tu legatorum opera in prælio imperator.

Cum non longe afuisses) *Erf.* cum non longe affuisses: *edd.* cum longe abfuisses.

Sed quid ego enumero) *mſ.* sed quid ego numero.

Qui dico) *mſ.* cui dico;

Et catervam) *Et abest Faerni mſ.*

Tanto exercitu) *mſ. & Lamb. ac Abramii editio*, a tanto exercitu. *Sed a non est in Erf. Pith. Franc. aliisque mſſ. & edd.*

Sponsione me; ni Esquilina introisset) *Editi plerique:* responsione me inimica Esquilina. *Erfurt. Pith. & Franc.* responsione me menia Esquilina.

Vt vestrum quispiam audierit) *Erfurt. Pith. alii*, aut vestrum quispiam audierit. *Franc.* aut nostrum quispiam audierit: *mſ. Faern.* aut vestrum quisquam audierit.

CAPVT XXIV.

Vna mercede provinciæ) *A Faerni mſ. & Lamb. ed. abest* una.

Tegere atque velare) *Faerni mſ. & ed. Lamb.* tegere atque celare.

Hoc modo D. Silanus) *Erf. Pith.* Hoc modo Decimus Sillanus.

Senatus populusque Romanus) *Multi mſſ.* Senatus populus Romanus.

Iusti triumphi honorem) *Erf. Pith. & alii mſſ.* Iussi triumphi honorem.

Vt omnes umbras) *Manut. & Lamb. edd.* & omnes umbras.

Non eversæ per te; sed perditæ) *P. Man. & Lamb. edd.* eversæ per te & perditæ, *ex conjectura Faerni invitis omnibus mſſ.*

Quibus tu finibus velles redderetur) *P. Manut. edd.* quibus tu finibus velles transderetur. *Lamb. ed.* quibus tu finibus velles traderetur, *ex conjectura Faerni, cum repugnent mſſ.*

Hieme transibas) *mſ.* hieme transiebas.

Prædæ ac rapinam) *Pith.* prædæ ac rapinatum.

Confecto formidolosissimo bello) *Pith.* confecto per te formidolosissimo bello.

Q. Metelle) *Erf.* quin te Metelle.

C. Curio) *Erf.* G. Curio.

O amentem Paullum) *Erfurt. & Pith.* Camertem Paullum.

CAPVT XXV.

Hic homullus) *Plerique editi*, hic homulus.

Hæc præclara præcepta sapientiæ) *Pal. prim.* Hac paratæ præcepta sapientiæ: *Erf.* Hæc parate clara præcepta sapientiæ: *al. mſ.* Hæc parat clara præcepta sapientiæ.

Sed jam si ipse) *mſ. Faern.* & jam si ipse.

E schola) *mſ. Faern.* ex scola.

Tantopere delectent) *mſ.* tantoperé delectantur.

Deos videbis iratos) *edd.* Deos iratos videbit.

T. Flamininus) *edd.* T. Flaminius.

Levi cupiditate) *mſ.* levitate & cupiditate.

Lauream conculcarim) *Erfurt.* lauream conculcarit.

Vehiculis triumphalibus) *Faerni mſ. & editio, ut & Lambini, & Manutii edd.* ferculis triumphalibus, *sed invitis mſſ. Pall. Erfurtenſ. & Francii.*

Retuli continuo sicut tua lex jubebat) *mſ. Faern.* Continuo sicut tua lex jubebat detuli.

Scite & litterate) *mſ. Pith.* scitæ & litteratæ.

Argentum εἰχνῶ) *Erf.* argentum & doctum te thecæ. *Franc.* argentum & de-

& doctum te cbere. *Faern. mʃ.* argentum egete.

CAPVT XXVI.

Si os tuum ferreum) *al. man. in mʃʃ. Francii adſcripſerat*, ſi hoſtium ferreum.

Et degreſſum meum) *Erfurt Franc. edd. mult.* digreſſum meum. *Hoc ſequor*.

Nunc etiam) *edd. vett.* Hunc etiam.

Cuiquam es infirmiſſimo ac deſperatiſſimo) *ed. P. Manut.* cuiquam es infimo ac deſperatiſſimo. *Lamb. ed.* cuiquam es infimo ac deſpicatiſſimo. *Lambinus teſtatur* infimo *eſſe in mʃ. In Franc. lego*: cuiquam es infimo ac deſperatiſſimo. *Sed alia manus, antiqua tamen* τῷ deſperatiſſimo *ſuperſcripſerat* deſpectiſſimo.

CAPVT XXVII.

Afflictorem & perditorem) *edd. vett.* afflictorem & proditorem.

Vir præſtantiſſimus & ornatiſſimus L. Ælius) *Sic mʃ Pithœi. In aliis & vulgatis deſideratur* & ornatiſſimus.

Nec acclametur? ne id quidem eſt curare philoſophi: manus tibi ne afferantur, times: dolor *&c. mʃ. Faerni*: Ne acclameter times? ne id quidem eſt curare philoſophi: manus tibi ne afferantur: dolor *&c.*

Verba ſunt atque ineptiæ) *Faerni mʃ.* Verba atque ineptiæ.

Non audebit accedere) *Faern. mʃ.* Nam non audebit accedere.

Non dignitatis gratia) *Erf. & Pith. mʃʃ.* non dignitatis cauſa.

Cum amoribus ſuis) *mʃ.* Cum amatoribus ſuis: *al.* cum compotoribus ſuis. *Erf.* Cum patribus conſcriptis, majoribus. *Pith.* Cum patribus conſcriptis, hoc eſt, majoribus ſuis. *Franc.* Cum P. C. hoc eſt cum majoribus ſuis.

Solet enim in diſputationibus) *In editionibus multis, ut & in mʃ. Pith.* ſolet in diſputationibus.

Panis & vinum a propola) *mʃʃ. & edd.* panis & vinum a propala.

Quini in lectulis) *mʃ. Faerni*, quini in lectis.

Bibiturus quæ eodem de ſolio miniſtrentur) *mʃ. Faern.* bibitur eo uſque dum de ſolio miniſtratur.

CAPVT XXVIII.

Is jam tum cum hac diis irata fronte) *Faern. mʃ.* Is jam tunc cum hac diſtracta fronte.

Non fugit ejus amicitiam) *Faern. mʃ.* non faſtidivit ejus amicitiam.

Eruditiſſimorum & humaniſſimorum cœtu loqui) *Erf.* eruditiſſimorum & humaniſſimo cœtu loqui.

Epicurum diſertum dicere. Eſt tamen, dicit, ut opinor) *Faerni mʃ.* Epicurum diſertum dicere. Eſt tamen, dicit, opinor.

CAPVT XXIX.

Sed etiam litteris, quod fere) *Faern. mʃ.* ſed etiam ſtudiis, quæ fere.

Si qui volet) *mʃ. Faerni*: ſi quis vult.

Vt omnes libidines, omnia ſtupra, omnia cenarum conviviorumque genera, adulteria denique ejus) *Sic Faerni mʃ. & editio; nec non Manutii editio. Alii mʃʃ. & edd.* ut omnes libidines, omnia cenarum genera conviviorumque adulte ejus.

Detrahi nolo) *mʃ. & ed. Faern. & Manut.* detrahi nihil volo.

Ac intemperatiſſimæ) *Faern. mʃ.* atque intemperantiſſime.

Qui modo res geſtas Conſulatus mei cum laudaſſet) *ed. Faerni*: qui modo cum res geſtas Conſulatus mei conlaudaſſet.

Non ulla tibi invidia) *al.* non illa tibi invidia: *al.* non nulla tibi invidia.

Vt quod M. Cicero verſum fecerit) *edd. nonnullæ*: ut non quod M. Cicero verſum fecerit.

CAPVT XXX.

Scutum & gladium) *Faern. mʃ.* ſcutum aut gladium.

Quod pacis eſt inſigne) *Faern. mʃ.* quia pacis eſt inſigne.

More poetarum locutus) *mʃ. Faern.* poetarum more conlocutus.

Concedas laurea laudi) *Sic mʃʃ ſed multæ edd.* concedat laurea linguæ.

Niſi tu me expediſſes) *mʃ. Faern. & ed. Lamb.* niſi tu expediſſes.

Detractam e cruentis faſcibus) *edd. nonnulla*: detractam cruentis faſcibus.

Indicaſti non modo ampliſſimæ) *al.* judicaſti non modo ampliſſimæ.

Non feiſſe meum) *Erf. & Pith.* non fuiſſe eum.

Hunc uno violare verſu) *mʃ.* hunc uno violarem verſu.

Ad perniciemne non dicam) *mʃ.* ad

ad perniciem non dicam. *Franc.* ut perniciem, ut non dicam.

CAPUT XXXI.

Tu quid, tu apud quos, tu de quo dicas) *Sic Grut. & Lamb. & mss Erf. Franc. & editiones :* Tu quidem, tu apud quos, de quo.

Complecteris amplissimos viros) *Erf. & Pith.* complecti vis amplissimos viros.

Me cum iis confligere) *Erf. & Pith.* mecum hos confligere.

Criminationes insidiarum mearum, illius) *Erf.* criminationes insidiarum mearum, vestræ cupiditates provinciarum effecerunt, illius. *Sed paullo post ubi hæc verba in editis habentur, in Erfurtensi non leguntur.*

Impulsu vestro collocaverunt) *Erf.* impulsu vestro conlocaverunt: *edd. quædam*, impulsu vestro collocarant.

Arma sumturum. Ecquid infelix) *Erf.* arma sumpturum. Hæc quid infelix: *edd.* arma suscepturum. Ecquid infelix.

Quid responderis) *Pith.* quid his responderis.

Rempublicam servare) *mss. Faerni*, rempublicam salvare.

CAPUT XXXII.

Cujus ego ne beneficiis) *Erf. & Manut.* cujus ego beneficiis.

Atqui me ille odisse nunquam) *Faerni mss. & Franc.* Atque me ille odisse nunquam. *Erf. & Pith.* Neque me ille odisse unquam.

CAPUT XXXIII.

Si mihi nunquam amicus C. Cæsar fuisset, sed semper iratus) *Erf. & Pith.* Si mihi unquam amicus C. Cæsar fuisset, si semper iratus.

Implacabilem & inexpiabilem) *P. Manut. & Grut. editio, cum recentioribus*, implacabilem & inexplicabilem.

Gereretque quotidie) *Erf.* geretque cottidie.

Contra adscensum *Erf.* contra ascensum.

Si montes resedissent) *Erf.* si montes residissent.

Cum me exputet, diligat) *Erf.* cum me expectat, diligat.

Nec perinde ac debebat) *Pith.* nec perinde atque debebat: *quod recepi*.

Tam afflicto, tam infirmo) *Erf. & Pith.* tam afflicto, tam opimo, tam infimo.

Similis extitisses) *Erf.* similis extitisses: *sic semper*.

CAPUT XXXIV.

Notata a nobis sunt) *Erf. Pith. & Franc.* Notanda a nobis sunt.

Muneribus acceptis timentem) *Erf. & Pith.* muneribus accepisti trementem.

Cum equidem tibi) *edd.* Tum equidem tibi.

Cum te trecentis) *edd.* cum tu trecentis.

Regi Cotto) *Erf. & Pith.* regi Coddo: *paullo inferius iidem & Pith.* Regi Cotho.

Magna præsidia & auxilia) *Erf.* magna præsidia, auxilia.

C. Sentium prætorem) *Erf. Pith. Pall. sec.* C. Sentio P. R. *Franc.* C. Sextio pr. *edd.* C. Sextium prætorem.

Vexatores ac perditores) *Erf.* vexatores ac prædatores.

Familias abripuerunt) *edd. nonnulle*, familias arripuerunt: *ms.* matresfamilias arripuerunt.

Munire arcem) *al.* arcem munire.

CAPUT XXXV.

Iovis Urii) *edd.* Iovis Velsuri) *mss. multi*, Iovis Surii. *Erfurt. Pith. Pal. sec.* Iovis vel Suri.

ct. Talenta) *Tres mss.* c. talenta.

CAPUT XXXVI.

Redemtiones) *Erf.* rerum demtiones.

Cum mihi notum senseris) *Erf.* cum mihi notum ē senseris.

Quanta sint crimina recordere) *Erf.* quanta sint crimina recordare.

Illam armorum officinam) *Pith.* illam marmorum officinam.

Pellium nomine) *Adscripserat Pithœus*: DEFECTUS. *Sic scriptum in veteribus ex. Sane aliquid deest post v.* officinam.

Præpositus legatorum tuorum optimus abs te quisque violatus) *edd.* Præpositus legatorum tuorum turpissimus, optimus a te quisque violatus. *al.* Præpositus homo turpissimus: legatorum tuorum optimus abs te quisque violatus.

Tribuni militum non recepti) *Erfurt. & Pith.* tribuni militares non recepti.

Ad

Ad bestias amicos sociosque misisti) *Ascon. Pedian.* sexcentos ad bestias amicos sociosque stipendiariosque misisti.

Quid quod cum sustentare vix posses) *Erf. & Pith.* quid, cum sustentare vix posses.

Doloremque decessionis) *Erf. & Pith.* doloremque descensionis.

Samothraciam te primum, post inde Thasum) *edd.* Samothraciam te primum, inde Tarsum. *al.* Samothraciam te primum, inde Thasum. *In Franc.* quod *appositum est, sed ab alia manu, eaque antiqua.*

Cum tuis teneris saltatoribus) *Erf. & Pith.* cum tuis teneris psaltatoribus.

In villa Euchadiæ) *Lamb. ed. ex conjectura Turnebi*, in villa Leucadia.

Quæ fuit uxor Exegisti) *Lamb. ed.* quæ fuit uxor Execisti.

CAPVT XXXVII.

Et decerni & accipere vetabat) *mss. & edd. præter Lambinianam*, & decerni & te accipere vetabat.

Vt in Achæorum centum talentis) *edd.* Vrinachorum centum talentis. *mss.* Vtinachrorum centum talentis.

Ne fieri liceat sancitum diligenter) *mss. teste Lambino*, ne fieri possit sanctum diligenter.

Arsinoan, Stratum, Naupactum) *edd. & multi mss.* Arsinoen, Thracum, Naupactum. *al.* Arsinoam, Stratum, Naupactum.

CAPVT XXXVIII.

Cum similem spectaret exitum) *ms. Faern.* Cum similem expectaret exitum.

Tropæa posuit) *Erf. & Franc.* trophea posuit. *Pith.* tropea posuit.

Nominis, funesta indicia constituit) *edd. & nonnulli mss.* nominis, indicia constituit.

Incidi inscribique posset) *Erf. Pith. Franc. alii*, inscribi incidique posset.

CAPVT XXXIX.

Conjicientur in illum ordinem) *Erf.* conitientur in illum ordinem. *Pith.* coitientur in illum ordinem.

Ad simulationem conjicietur) *Sic Franc. codex. Faern. ms.* ad simulationem conitentur. *Erfurt.* ad simulationem conjicientur. *Pith.* ad simulationem conitietur.

Ejectus est e patria) *Franc. & edd. vett.* ejectus est a patria. *Grut. & recentiores edd.* ejectus e patria.

Sceleris ac conscientiæ) *Erf. & Pith.* sceleris & conscientiæ.

Pœna permansit) *edd.* pœna remansit.

CAPVT XL.

Tabellæ diribeantur) *Erfurt. & Pith.* tabellæ diripiantur.

Laceratæ Athenæ) *Erf.* lacerati Athenæ.

Parthini) *Erfurt.* Parthenii.

Athamanumque gens) *Pith.* Achamanumque gens.

Cum arida folia laureæ) *Erf. & Pith.* cum arida folia laurea.

Tum tu ipse de te fecisti viderere, pronuntiavisti) *edd. multæ*: tum tu ipse de te sententiam tulisse videris, tum judicium pronuntiavisti. *Pal. prim.* ipse de te videri provinciæ fecisse juste: *ed. prim.* ipse de te fecisse videris judicium pronunciasse.

Si cogitaras id) *Pith.* cogitaras id.

CAPVT XLI.

Qui famem, qui morbum) *edd.* qui famem, qui mortem.

Non apud ullum ordinem) *edd. nonnullæ*: non apud illum ordinem.

Qui se ipse condemnet?) *edd.* qui se ipsum condemnet.

Nunquam ego sanguinem expetivi tuum) *Pith.* Nunquam ego sanguinem exspectavi tuum.

Adulantem omnes) *Quidam editi*, adulantem omnibus.

FINIS TOMI IX. ORATIONVM.

Emen-

Emendanda in Tullii verbis.

Pag. 36 lin. 2 restituissetis : id *lege* restituissetis, id
P. 86 l. 8 mutari *lege* multari
P. 182 l. 5 vederetur *lege* videretur
P. 209 l. 3 Cassinius *lege* Cossinius
P. 214 l. 3 *post* suæ *adde* arte
P. 220 l. 12 contendens *lege* contendere
P. 278 l. 11 cui, cum *lege* cui cum
P. 279 l. 17 suæ *lege* tuæ
P. 302 l. 6 non *lege* nunc
P. 365 l. 2 Quid *lege* Qui
P. 391 l. 3 meum ; *lege* meum,
P. 401 l. 1 *post* inimicum, *adde* ne
P. 469 l. 6 inimici ? *lege* inimici ;

Emendanda in Adnotationibus.

Pag. 15 col. 2 l. 1 quo *lege* qua, & *lin.* 2 Isaeo *lege* Isæo
P. 28 c. 1 l. *pen.* addidisse *lege* dedisse
P. 41 c. 2 l. 31 atque *lege* æque
P. 48 c. 1 l. 4 *a fine* eamque *lege* eumque
P. 74 c. 2 l. 9 *a fine* eodem *lege* eadem
P. 80 c. 2 l. 23 *laureum* lege *lauream*, & l. 24 *Macedonia* lege *Macedonica*
P. 86 c. 2 l. 5 Marcellinus *lege* Marcellus, & l. 24 conquiri *lege* conquirit
P. 92 c. 1 l. 12 *existimatione* lege *æstimatione*, & l. 13 utroque *lege* utraque
P. 93 c. 1 l. 26 *post* ordinem *adde* inversum
P. 106 c. 1 l. 27 hic *lege* his, & l. 32 *ei* lege *si*
P. 114 c. 2 l. 10 Buliardo *lege* Bulialdo, & l. 11 Baldi *lege* Balbi
P. 126 c. 1 l. *ult.* Iuvenalius *lege* Iuvenatius
P. 128 c. 1. l. 12 *post* quæ *adde* in
P. 132 c. 1 l. 20 *incipiendum* lege *inspiciendum*, & l. 30 an de *lege* an illæ
P. 135 c. 1 l. 7 *a fine* Gisal. *lege* Gisan. & *col.* 2 *lin.* 17 R. G. *lege* B. G.
P. 136 c. 2 l. 23 Cum *lege* Cur, & *lin.* 34 divide sic, *cum——presis*
P. 137 c. 2 l. 9 habebant *lege* habebat
P. 138 c. 1 l. *antep.* eod. *lege* cod. *ibid.* habent *lege* habet
P. 139 c. 2 l. 10 *omnes* lege *omnis*
P. 146 c. 1 l. 19 *fustigio* lege *fastigio*
P. 147 c. 1 l. 18 Ver. *lege* Venera
P. 150 c. 2 l. 3 requirebant *lege* requirebat, & *lin.* 23 latam *lege* lata
P. 152 c. 1 l. 8 *a fine* Md. *lege* Ald.
P. 153 c. 1 l. 6 *a fine* municipii *lege* municipia
P. 156 c. 2 l. 1 Gerv. *lege* Herv. & *lin.* 14. eo *lege* ex
P. 162 c. 1 l. 11 *Tarracone* lege *Terracone*
P. 167 c. 1 l. 4 *a fine* dicationi *lege* dicationis, & *col.* 2 *lin.* 7 *a fine lege* *ιουαιτν*, & *l.* 6 Philedemi *lege* Philodemi
P. 168 c. 1 l. 1 Itaque *lege* Ita
P. 186 c. 1 l. 31 *ante* in *adde* &
P. 206 c. 1 l. 24 *Quisqui' fiet*, *cujati' fiet* lege utrobique *fies*, & col. 2 l. 19 aditores *lege* editores
P. 208 c. 2 l. 10 promiscuam *lege* promiscuum, & *lin.* 19 Hor. *lege* Her. & *lin.* 22 *lege* V. 4. & *lin.* 24 restitui *lege* restituo
P. 210 c. 1 l. 4 *licebat* lege *licebit*
P. 213 c. 1 l. 15 *arbitrabamur* lege *arbitrabimur*
P. 215 c. 2 l. 36 quid *lege* quin

Digitized by Google

P. 218 c. 1 l. 5 *a fine* haberi *lege* habere
P. 225 c. 2 l. *ult.* inculcat *lege* inculcant
P. 238 c. 2 l. 18 Tullius *lege* Tullium
P. 255 c. 2 l. 13 *a fine* Vos *lege* Vox
P. 267 c. 2 l. 10 *lege* mendo *sua*
P. 275 c. 2 l. 8 *a fine* lege *potius malle*, & *lin. pen.* ibi *lege* id ibi
P. 276 c. 1 l. 4 Per *lege* Par
P. 282 c. 2 l. 17 *a fine* scis *lege* scio
P. 287 c. 2 l. 11 *a fine* omnibus *lege* omnino
P. 291 c. 1 l. 11 *a fine post* Har. *adde* Resp. *& col.* 2. *lin.* 10. lege *importunissime*
P. 309 c. 1 l. 14 a fine *fica* lege *fica*
P. 315 c. 2 l. 19 sed *lege* &
P. 320 c. 1 l. 18 *domo* lege *de me*
P. 343 c. 2 l. 10 *a fine* sanæ *lege* sane
P. 344 c. 1 l. 9 *a fine* nimirum *lege* nimium, *& col.* 2. *lin.* 1. lege, *idne ego optaram*
P. 354 c. 2 l. 12 *mercenarium* lege *merxennarium*
P. 357 c. 1 l. 2 consectari *lege* consectanti
P. 358 c. 1 l. 3 retines *lege* retineo
P. 364 c. 2 l. 14 *adfuisses* lege *afuisses*
P. 366 c. 1 l. 2 *a fine* exponere *lege* exprimere
P. 371 c. 1 l. 2 *dignitatem quæ* lege *dignitatemque*
P. 373 c. 1 l. 2 lege *non eversa*, & in fine adnot. *adde*. Faerno autem favent loci de P. C. 6. & 19. *& col.* 2. *lin.* 12. *lege* quo fiat, *et lin.* 10. a fine *cum* lege *tum*
P. 374 c. 1 l. 10 *a fine* Brunemannus *lege* Burnemannus
P. 384 c. 1 l. 17 Qui solum quidem is habet, *lege*, Qui solus quidem id habet,
P. 386 c. 2 l. 14 a fine lege *[illegible]*, & lin. 13. atque 6. *ουδαμου*
P. 388 c. 2 l. 5 illum *lege* illius
P. 389 c. 1 l. 5 a fine *quos* lege *quod*
P. 398 c. 2 l. 23 & 45 *amatoribus* lege *amoribus*
P. 399 c. 1 l. 26 & Vatic. *lege* ex Vatic.
P. 407 c. 2 l. *antep.* restitue *lege* restituo
P. 411 c. 2. l. 9. Diag. *lege* Diogen.
P. 413 c. 1 l. 22 utque *lege*. Atque, *& lin.* 25 quærens *lege* quæras
P. 443 c. 2 l. 6 *Fusidium* lege *Fufidium*
P. 449 c. 1 l. 8 Byzanti : quo *lege* Byzantii, quo
P. 456 c. 2 l. 7 a fine *lege* Phthiotidi
P. 460 c. 2 l. 9 divide sic, *quin——inauditam*, & col. 1 l. 17 *lege* locus, *&* lin. 19 *dicuntur*
P. 466 c. 1 l. 24 *a peregrina* lege *a peregrino*
P. 468 c. 1 l. 17 indiees *lege* judices
P. 471 c. 1 l. 10 *a fine* Athamantia *lege* Athamania
P. 472 c. 2 l. 24 *æstivo* lege *æstiva*
P. 478 c. 2 l. 9 *a fine* ejicere *lege* efficere
P. 482 lin. 17. 886. lege 586.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

JUN 1 - 1953

Digitized by Google

Digitized by Google